do.Vincentium & familiam maſculinam propter quæ cõiter in
ſtitutiones legata & fideicommiſſa celebrant.l.nec adiecit.ff.ꝓ
ſoc.cum alijs accumulatis per Soc.ꝯſi.xxxvij.Viſo teſtõ col.iij.
48 uol.iij.& per Cor.conſi.ccxc.Tota.in litera F,uol.iiij.† Et etiã
quia teſtes oẽs qui interfuerunt dicto teſtõ, deponunt ꝙ ſi tunc
temporis dictus Diogenes fuiſſet interrogatus ad quem uole-
bat dicta uerba referre , & quem uolebat habere oĩa bona ſua,
utriq; ueriſimiliter reſpondiſſet de ipſo do. Vincentio, ꝙ quidẽ
ꝓ expreſſo debet haberi.l.ſi Titius.§.Lucius.ff.de lib.& poſth.
& ibi no.oẽs gl.& ſcriben.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pac. Soc.
ꝯſi.xxxvij.præallegato,nu.ix.uol.iij.Fran.de Cur.d.conſi.lj.col.
ij.in prin.& col.xij.& d.conſi.lxxv.col.iiij.& vij.& Dec.conſi.
49 ccxxvij.nu.x.† Pro firmo enim tales teſtes tenebant teſtatorẽ
talia uerba ad ipſum dominum Vincentium retuliſſe,& non ad
aliam perſonam,ꝯſideratis coniecturis & indicijs de quibus.ſ.
ꝯprobant ẽt iſta attenta ꝯſuetudine d.Diogenis,& eius magis
frequentato uſu,qui uiuens pluries & pluries ſucceſſionẽ maſcu
linam appellabat,& nominabat eã,ad quã ſucceſſio pertineret
conſiderando maſculinitatem & agnationem excluſis fœmina-
bus & quando de ſucceſſione loquebatur , modo quo contra.
50 † Quę conſuetudo & frequens uſus potiſſimẽ attendi debet l.
ſi ſeruus plurium in fi.de leg.j.l.melia.§.ſed cum alimenta & ibi
Bar.ff.de alimen.& cibar.lega.l.uel uniuerſorũ,ubi Bar.& Ale.
ff.de pig.acti.tradit Areti.in d.l.hæredes palam uer.ſi quid poſt
colum.ij.in quinto notabili & Alex.conſi.clxxv.col.antepenul.
51 uerſi.oſtenditur etiam uolu.v.† Eo magis cum conſuetudo loci
in quo ipſe Diogenes habitabat uulgaris loquendi ita eſſet, ſm
quem uſum uulgarem uerba teſtatoris ſunt intelligenda.l.La-
beo ubi Barto.ff.de ſupell.lega.l.liberorum.§.ꝙ tamen Caſſius
de leg.iij.l.cum delanionis.§.aſinam molendinariam.ff.de fun.
52 inſt.inſtru.que lega.† Et uerba prædicta prolata ab ipſo Dioge
ne uulgare,& illiterato uulgari groſſoque modo debent intel-
ligi,ſecundum quòd a uulgaribus communiter accipiuntur.l.
ſtipulatio iſta.§.hæc quoque ubi gloſſ.& alij no.ff.de uerborum
obligatio.ponit Alexand.conſi.cij. Viſo in ſi.uolumine ſexto.
53 † Cum igitur ex prædictis apertiſſimam habeamus mentem &
uoluntatem domini Diogenis,non eſt opus ire ad aliam inter-
pretationem,quando enim teſtator ſeipſum gloſat.& qñ men-
tem ſuã declarauit alia interpretatio nõ eſt neceſſaria,nec legis

nec gloſarum aut dor. ut tradit Bal. in aucten. niſi rogati col. ij.
uerſic. & per hoc ſoluitur. C. ad treb. ſtantibus itaq; s. adductis
probationibus indicijs & coniecturis, quibus apertiſsimè patet
ipſum Diogenem ab uniuerſali ſucceſsione excluſiſſe eius fi-
lias, & matrem, & ad illã uocaſſe ipſum dñm Vincentiũ agnatũ,
deciſio præſentis ꝯſultationis erit apertiſsima in fauorem ipſius
54 do. Vincentij. † Quæ ſuperius adducta ſi ſingula deperſe non
prodeſſent, tñ ſimul iuncta ipſum tuētur, ut talem hæreditatem
conſequatur. l. ij. §. etas. ff. de excuſa. tuto. Cano. in c. fi. extra de
ſucceſ. ab inteſta. Bar. & alij in l. admonendi. ff. de iur. iurã. Nec
iſtis obſtant ſuperius in ꝯrium adducta, & primo dum dicebat,
ꝙ ipſe do. Vincentius non fuit nominatus, & expreſſus a teſta-
55 tore ꝯhr omiſſus, & a uerbis non eſt recedendum. † Nam ex pro
bationibus receptis & coniecturis & indicijs de quibus. s̄. dicit̄
nominatus & expreſſus, nec ſumus in caſu omiſſo ſed expreſſo,
cum expreſſum ēt dicatur nedum uerbis ſed etiam ſignis & con
iecturis, & mente. l. nominis. & rei. §. uerbum. ff. de uerb. ſign. l.
prætor ait. §. j. & ibi glo. in uerſi. expreſſum ubi Bar. & alij. ff. de
ope. no. nun. plenè tangit Fran. de Cur. ꝯſi. xlix. Memoriæ reco
56 lendæ. car. xij colũ. iiij. & ſeq. † Et quia conſtat de apertiſsima
mente ipſius Diogenis & ſumus in claro illa eſt attendenda,
tanq̃ regina, & prædominans. §. diſponat in auc. de nup. l. in con
ditionibus primum locum. ff. de condi. & dem. cum concordã.
57 † Et qñ de mente conſtat non eſt curandum de qualitate uer-
borum. l. qm̃ indignum. C. de teſtamen. ubi Moder. plura accu-
mulant. l. ij C. de liber. præter. ubi Ale. & Iaſ. multa congerunt,
concludentes mentem debere attendi, & non uerba, ut plenè ēt
tangit Fran. de Cur. ꝯſi. lj. Super teſtamentia col. j. & ij. & conſi.
58 lxiij. Antiquiſsima & conſi. lxxv. col. iij. † Quando enim appa-
ret de mente illa ſequenda eſt, licet uerba non paterent, ex quo
impropriari debēt ut mēti ſeruiamus recedimus. n. a propria ſi
gnificatione ex mente teſtatoris ut eſt textus in l. non aliter
de leg. iij. l. nec uirum. C. de fideicom. cum ſi. & tangit Ale. ꝯſil.
cxxxix. Circa primum col. ij. uol. vj. & conſi. ciij. quoniam abun
59 de nu. lij. & conſi. ccxxij. Ponderatis in prin. uol. vj. † Quando
enim de mente teſtatoris conſtat ex præcedentibus uel ſequen-
tibus uerba non ſunt in conſideratione, ut tradit Alexã. conſil.
60 xlviij. Viſis uol. vj. † Verba enim teſtamēti interpretari debent
ſm mentem teſtatoris, & pro expreſſo debet haberi illud ꝙ te-
ſtator putabat eſſe uerum. ut habetur in l. ſeruo manumiſſo. ff.
61 de condi. inde. & ibi no. in ſecundo notabili. † Verba. n. quan-
tumcunq; præciſa interpretationem congruam recipiunt & a
mente proferentis regulantur, ut plenè tradit Iaſ. in l. j. col. iiij.
62 de leg. j. † Et potiſsimum cõſiderandum eſt in quem dirigatur
intentio uolũtatis ipſius teſtatoris, & eius effectus, & nõ in quē
uerba diriguntur l. ſi ſeruus. §. qui margaritam. l. ſeruo legato. §.
ſi teſtator de leg. j. l. fideicommiſſa. §. interdum de leg. iij. & per
Iaſ. in l. turpia col. fi. de leg. j. dicta ergo prolata a Diogene reli-
quit bona cui de iure pertinent regulanda & interpretãda ſunt
ſm mentem ipſius apertam & declaratam probationibus indi-
cijs & coniecturis quibus ſupra tendētibus ad incluſionē ipſius
63 Vincentij, & ad excluſionem filiarum & matris. † Nec obſtat
quin hæreditas patris dicatur quaſi debita & pertinere ad filias,
nam reſpectu legitimę illis debitę iurę naturę poſſet iſtud con-
ſiderari, quo uero ad reſiduum conſideratio ceſſat, ut plene tan
git Iaſo. poſt alios in l. ſi emancipata nume. iiij. C. de iur. & fac.
64 igno. † Prout etiam obiectio ceſſat quando ſumus in caſu cla-
ro, & pater uocat alios ad hæreditatem quod iura ei permittũt
dummodo ꝙ filiabus legitimam relinquant. l. parentibus cum
uulga. C. de inoffi. teſta. & licet amor paternus erga filias conſi-
65 deratur a lege. d. l. iſti quidem. & d. l. cum auus cum ſi. † ¶ Tamen
prudentes uiri magis conſiderant dignitatem & honorē fami-
liæ quę per maſculos conſeruatur, quàm ipſas fœminas per quas
familiæ nomen extinguitur l. pronunciatio in fin. ff. de uerbor.
ſignifica. & ipſarum filij tranſeunt in alienas familias parentum
ſuorum, & non matris. l. cum legitimè. ff. de ſtatu homi. l. fami-
liæ. §. primo. ff. de uerbo. ſignifi. & fœminæ nubentes bona tranſ
ferunt in alienas familias, ſine quibus dignitas familiarum non
poteſt conſeruari, ut dictum eſt. ¶ Vnde non immerito per
totam Italiam & alibi ſtatutum fuit fœminas a maſculis exclu-
di quòd ipſe Diogenes conſiderans equiſsimum nec ſine ratio-
ne ſibi uiſum fuit filiabus relinquere dotem amplam, & reſi-
duum relinquere ipſi domino Vincentio agnato & maſculo,
per quem & eius filios maſculos dignitas fœminæ & honor
perpetuo poſſet durare & perſiſtere. Pariſius Padua.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus reſpectu teſtatoris quis dicatur.*
2 *Quando fratres plures uocantur a teſtatore ad legatum ſeu fideicõmiſſum uidentur inſimul uocati & non ordine ſucceſſiuo.*
3 *Viuentis nulla eſt hæreditas.*
Quando uocantur hæredes uidentur uocati poſt mortē præcedentiũ.
4 *Hæredes & deſcendentes non ſuccedunt cum eorum patribus uiuentibus ſed poſt mortem illorum.*
5 *Fideicommiſſum quando dicatur conditionale.*
6 *Fideicommiſſarij ſub conditione morientes pendente cõditione ante grauatum non poſſunt tranſmittere ius fideicommiſſi in alium.*
7 *Vocati poſt mortem parentum, ueniũt iure proprio & nõ trãſmiſſo.*
8 *Plures uocati nomine appellatiuo, uidentur uocati uiriliter æquali portione.*
9 *Maximè quando teſtator expreſſe uocauit eos æqualiter & æquis portionibus.*
10 *Teſtamenti una pars declaratur per aliam.*
11 *Teſtatoris mens clara nõ indiget alia interpretatione ſeu gloſatiõe.*
12 *Vocati a teſtõre æquis portionib. ſuccedũt per capita et nõ ꝑ ſtirpes*
13 *Vocati a teſtatore, æqualiter & uiriliter cēſentur nominati proprio nomine & ita nominati ſuccedunt per capita & uiriliter.*
14 *Vocati ad fideicommiſſum uidentur admittendi eo ordine & forma quibus ad ſucceſſionem admitterentur ab inteſtato.*
15 *Poſt fratres & filios fratrum admittuntur ad ſucceſſionem alij ab inteſtato per capita & non per ſtirpes.*
16 *Per fideicommiſſum succeditur teſtatori & non hæredi grauato.*
17 *Venientes, tanquàm repræſentantes perſonam patris, tunc conſiderantur quando ex illorum perſona & iure tranſmiſſionis ueniunt, non quando ueniunt iure proprio.*
18 *In fideicommiſſis filius non ſubintrat locum patris.*
19 *Plures uocati nomine collectiuo admittuntur ad unam portionem tantum, reliquæ autem applicantur alijs.*
20 *Quod procedit quando uellent ſuccedere una cum alijs, ſecus ſi ueniunt principaliter & iure proprio.*
Nomine collectiuo uocati, an & quando ſuccedant uiriliter, cum alijs, uel tantum ad unam portionem, & nu. 19. 21. 22. & 23.
21 *Et quid quando uocantur æquis portionibus.*
22 *Et quid quando nomine collectiuo uocati ſunt prohibiti alienare.*
24 *Subſtitutio non habet locum niſi in caſu de quo loquitur.*
25 *Caſus omiſſus decidendus uenit ſecundum ius commune.*
26 *Satis eſt extare filios, nec ulterius quærendum eſt de ipſorum filijs. & num. 27.*
28 *Quando uocantur illi de familia, ſatis eſt quòd unus illorum ſit in quo adimpleatur teſtatoris uoluntas, & nu. 29.*
30 *Deſcendentium appellatione, ueniunt omnes in infinitum.*

CONSILIVM IIII.

PETRVS De Albano in ſuo ultimo teſtamento de domo ſua ſita in ciuitate Venetiarum ita diſpoſuit ꝙ domus prædicta ſit & eſſe debeat dominorum Tadei Vincentij & Aloyſij ęqualiter & ęquis portionibus inter eos & hæredum eorum maſculorum, ita ꝙ in perpetuum deueniat in hæredes maſculos prædictorum, & caſu quo prædicti Tadeus Vincentius & Aloyſius decederent ſine hęredibus maſculis procreatis de legitimo matrimonio eo caſu dicta domus deueniat in fratres dictorum Tadei Vincētij, & in eorum hęredes maſculos in perpetuum deſcendentes, ut ſupra dictum eſt, faciens dictus Petrus teſtator etiam alios gradus ſubſtitutionis, addens ultimo ꝙ nolebat, ꝙ dicta domus nullo unquam tempore poſsit uendi, obligari permutari, nec pro dotibus obligari, ſed uadat in perpetuum ut ſupra dictum eſt. euenit caſus ꝙ prædicti Tadeus Vincentius & Aloyſius, omnes mortui ſunt ſine hæredibus & filijs legitimis, & quoniã iſti prędicti tres habebant duos alios fratres dominum Ioãnem & do. Guidonem, etiam euenit caſus, ꝙ Ioannes & Guido mortui fuere ante do. Vincentium ultimo loco defunctum, tempore mortis cuius aderant domi. Pompeius & Aloyſius filij & hæredes d. do. Guidonis, item ex dom. Ioanne aderant do. Bartholomeus, Gabriel, Lactantius, & Ioan. Frãciſci filij d. d. Ioannis & fratris dictorum Bartholomæi, Gabrielis, & Lactantij. Qui Ioã. Franciſcus mortuus fuit ante do. Vincentium relicto hęrede Ioan. Franciſco eius filio poſthumo, iſtis modo ſtantibus dubitat̄ qualiter dicta domus fideicommiſſaria debeat peruenire in dictos dñm Pompeium, Aloyſium, Bartholomæum, Gabrielem, & hæredes Lactantij, & in ipſum Ioan. Franciſcum, in capita uidelicet ue

cet uel per ſtirpes. Secundo dubitat, an portio, quæ peruenit ad
dictum Lactantiū debeat eſſe ſuorum fratrum, tantū, & do. Io.
Franciſci, uel omnium prædictorum. Tertio & ultimo dubitat,
an dictus Ioan. Franciſcus filius Ioā. Franciſci debeat admitti,
1 & pro qua parte, ad deciſionem primæ dubitationis † Aduer-
tendum eſt ꝙ dictæ perſonæ uocatæ ad tale fideicō. ſunt extra-
neę dicto teſtatori. l. unica. §. extraneum. C. de rei. uxor. acti. §.
2 extranei. inſti. de hær. qual. & differ. † Et quia fratres dictarum
Thadei & Vincentij, & eorum hæredes maſculi ſunt uocati, di-
cendum uidetur ſimul eſſe uocatos & non ordine ſucceſsiuo. l.
fi. C. de Impub. & ibi plenè doc. tangunt & diffuſe Iaſ. poſt alios
in l. Gallus. §. quidam rectè. col. vij. uerſi. iij. limita. nu. xxxiiij. ff.
3 de lib. & poſth. † Tū quia dictus teſtator uocauit dictos fratres
& eius filios & hæredes ex quo dicit hæredes, ſatis apparet uo-
caſſe eos poſt mortem dictorū fratrum, & nō illis uiuentibus cū
uiuentis nulla ſit hæreditas. l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hære. &
tradunt doc. in d. l. fi. & Barto. in d. §. quidā rectè. in iiij. q. & ibi
Iaſ. col. vij. uer. limita iſtud ultimum. & uerſi. itē quærit Bar. nu.
xxxviij. & plenè tangit Cor. ꝯſi. xxxvij. In hac ꝯſultatione, col. ij.
& iij. uol. j. ubi ex pluribus firmat ꝙ qñ ad fideic. uocantˀ aliqui
& eorū filij ſeu deſcendētes intelligi debent uocati filij & deſcē
4 dentes præmortuorū & ſic ordine ſucceſsiuo. † Nā tales filij &
hæredes ac deſcēdētes nō poſſunt cū eorum patribus uiuētibus
uenire, ſed bene poſt mortē ipſorū uocati dicuntˀ ad tale fideic.
5 poſt mortē ipſorū Ioannis & Guidonis. † Inſuper aduertendum
eſt ꝙ tale fideicō. fuit ꝯditionale, nā do. Io. & Guido & ipſorum
hæredes & deſcendentes maſculi fuerūt uocati caſu quo d. Ta-
deus, Vincentius, & Aloyſius decederent ſine hr̄dibus maſculis.
6 † Et qm̄ dicti Io. & Guido mortui fuerūt ante d. Vincētiū, & ſic
pendente ꝯditione ipſi nō potuere trāſmittere tale ius & ſpē di-
* cti fideicōmiſsi ꝯditionalis ad ipſorū hr̄des ut dicit glo.* cōiter
approbata in l. unica. C. de his qui an. aper. tabu. & ibi oēs no. &
alia gl. fi. in l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad treb. & ibi plenè tradūt
ſcribē. per tex. in l. unica. §. ſin aūt aliquid. C. de caduc. tollen. &
ibi Bal. col. j. uer. quarto nunquid fideicō. cū ꝯcordā. & ſic dicti
Pōpeius Aloyſius & Bartholomæus Gabriel & alij nō poſsūt ue
nire ad fideicō. dictę domus ex perſona ipſorū parentū & iure
trāſmiſsionis, cū tale ius non potuerit tranſmitti ipſis Ioanne &
7 Guidone mortuis ante Vincentiū. † Veniunt ergo prædicti iure
proprio, & tanq̄ expreſſe uocati ab ipſo teſtatore poſt mortem
ſuorum parentū, ut dicit Bal. per illū tex. in l. unica. C. ut acti. ab
hære. & ꝯ hæ. & idē Bal. in l. ſi pr. io iiij. q. C. de inſti. & ſubſtit.
& firmat Soc. in d. l. hæredes mei. §. cū ita. col. iiij. num. ix. in fin.
8 uerſi. aduerte tñ. † Vnde cū hæredes maſculi, & hæredes dictorū
Ioannis & Guidonis, ſint uocati ſimpliciter intelliguntur uocati
pro uirili & æqualiter licet noīe appellatiuo teſtator uocauerit
eos ex quo nullis partibus nominatis fuerūt uocati, ergo in-
telligunt uocati ex ęquis portionibus & pro uirili, ut hr̄ in l. tuc
pia. §. fi. ff. de leg. j. & in l. unum ex familia. §. rogo. & in l. cū pr.
§. hæreditatē. de leg. ij. & per Ale. ꝯſil. xxij. Viſis. col. ij. uol. iij. &
ēt habetur in l. Labeo. §. fi. ff. de ſta. libe. & in l. quotiēs. in princ.
ff. ad treb. & in terminis ponit Deci. conſil. nouiter impreſſo. x.
Viſo eleganti. col. j. & ij. alias ꝯſi. cccccxij. & in fi. ubi ex pluribus
ꝯcludit iſtos uocatos ad tale fideicō. ſuccedere & uenire per ca
pita & non per ſtirpes, ex quo ueniūt ex perſona propria, & nō
9 tanq̄ ſubintrantes locū parentū. † Prout ēt iſtud ſuadetur, qm̄ di
ctus teſtator expreſſe uocauit iſtos æqualiter & ęquis portioni-
bus, ut patet ex eius teſtō in illo capite in quo ad dictā domum
uocat Thadeū Vincentiū & Aloyſiū & eorū hæredes æqualiter
& æquis portionibus, & hoc idem facit in iſto capite in quo uo
cat Ioa. & Guidonem & hæredes eorum non ſimpliciter ſed ſub
illis qualitatibus quibus uocauit dictos Vincētiū Thadeum &
Aloyſium & eorū hr̄des maſculos, ut patet ex illis uerbis, ut. ſ.
dictum eſt. quæ ſunt relatiua præcedentiū & illa referunt cum
omnibus eorū qualitatib. l. j. §. hoc ędicto. & ibi Bar. ff. de poſtu.
& idem Bar. in l. j. ff. de receptato. & in l. ſeruū filij. §. fi. de leg. ij.
& facit quod dicit Bar. in l. ſi ita ſcripſero. ff de ꝯd. & demō. & q̄
habentˀ in l. aſſe toto. ff. de hære. inſt. & in auct. ſi quis in aliquo
10 documento. C. de edeu. † Tū ēt quia una pars teſtamenti clara
declarat aliā partē quatenus in aliquo eſſet obſcura & unū ca-
put declaratur per aliud. l. utrū. ff. de peti. hære. l. qui filiabus. l. ſi
ſeruus pluriū. § fi. de leg. j. Bar. in l. alimēta. ff. de alimen. & ciba.
11 lega. † Vnde cū habeamus mentē teſtatoris clarā uolentis eos
uenire uiriliter & ęquis portionib. & ſic per capita nō eſt opus
recedere ab ea, nec recurrere ad aliam interpretationem & glo
12 ſationem, ut dicit Bal. in auct. niſi rogati. col. ij. C. ad treb. † Et
qō teſtator diſponit uocatos per ipſum uenire æquis portioni-
bus tūc ſuccedunt per capita & non per ſtirpes, ut eſt tex. & ibi
tradit Bar. & alij in l. interdū. ff. de hæred. inſti. & tradunt uēs in
d. l. fi. C. de imp. & plenè Deci. ꝯſi. cccxx. Dum legerent Paduæ.
& ꝯſi. ccclxxxij. Verba teſtamēti, & ponit Pau. de Ca. in d. l. fina.
13 † Eo etiam qm̄ taliter uocati pro æqualibus portionibus & pro
uirili cenſentˀ nominari nomine proprio & taliter nominati ad-
mittuntur per capita, & uiriliter. l. nonnunq̄. ff. ad treb. & ibi gl.
& latè per Dec. d. ꝯſi. ccclxxxij. nu. j. & ij. & per Soci. in l. utrū. ff.
14 de reb. dub. col. fi. † Et quia tales uocati ad dictū fideicō. uidentˀ
admittendi eo ordine & forma quibus admitterentˀ ad ſucceſ-
ſionem ab Inteſtato, & dicit Bart. in d. l. hæredes mei. §. cum ita
& in l. ut iuriſiurandi. § ſi liber. ff. de oper. li. & Soc. conſil. Viſo.
15 col. ij. uolu. iij. † Et ab inteſtato prędicti hr̄des & deſcendentes
Ioānis & Guidonis dicto teſtatori ſucceſſur fuiſſent per capita
& non per ſtirpes, cū teſtator eſſet eorū tranſuerſalis, nec eſſet
eorū frater, nec filius fratris, nec ipſi eſſent fratres Ipſius nec fi-
lij fratris, de cuius ſucceſsione ageretur, ut probat tex. & ibi oēs
no. in. §. ſi uero neq;. in aucten. de hęr. ab inteſta. uen. & eſt text.
In aucten. ceſſante & in auct. poſt fratres, & ibi doc. firmant. C.
16 de legit. hęr. † Et per fideicō. ſucceditur teſtatori & nō hęredi
17 grauato. l. cohæredi. §. cū filię. ff. de uul. & pup. † Nec prædictis
obſtat ſi dicatur, ꝙ prędicti Pōpeius & Aloyſius debent habere
dimidiam tanq̄ repreſentantes perſonā eorū patris Guidonis.
§. cum filius. inſti. de hære quæ ab inteſt. & aliam dimidiā debēt
ꝯſequi oēs alij filij & deſcēdentes d. Ioannis, nam obiectio pro
cederet qm̄ iſti uenirent ex perſona parentū ſuorū & iure tranſ-
miſsionis, in caſu autem nr̄o non ueniunt hoc modo & forma,
ſed ex perſona propria, & ſic uiriliter & per capita, ut. ſ̄. dictum
eſt, & plenè tangit Dec. in d. conſi. x. Prout ēt obiectio ceſſat ex
quo expreſſe ſunt uocati pro æqualibus portionibus ut dictum
18 eſt. † Tertio obiectio tollitur ex quo ſumus in fideicōmiſſo, reli
cto a tranſuerſali, in quo filius nō ſubintrat locū patris, ut plenè
traditˀ per Bal. & alios in l. cū ita. §. in fideicōmiſſo. de lega. ij. &
per Ang. Are. in d. §. cū filius. & pleniſsimè per Dec. ꝯſi. j. & ꝯſi.
lxxix. Et pro tenui. & ꝯſi. ccxvij. In caſu propoſito. & in conſil.
19 nouiter impreſſo. vj. & x. † Minus ēt obſt. doctri. Bar. in l. quidā
relegatus. §. ſi tibi. in fi. ff. de reb. dub. quē ſequuntur ibi ſcriben.
uolens, ꝙ ſi teſtator dicit, ſi talis deceſſerit ſine liberis hęreditas
mea deueniat in Gaium & Semproniū uel eorum filios, & unus
ex his decedit relictis pluribus filijs, oēs iſti filij admittūtur ad
unam portionē tanq̄ uocati noīe collectiuo & ad aliā portionē
admittitˀ ſuperuiuens, pro quo facit tex. in d. l. fin. C. de impu. &
quæ ibi no. doc. cū alijs adductis per Deci. in d. cōſi. cccxx. & in
d. ꝯſi. ccclxxxij. uolen. ꝙ ſi plures noīe collectiuo ſint uocati cū
aliquo tertio iſti oēs admittuntur ad unam portionē, & ille ter-
tius admittitur ad aliam, & quia iſti collectiue ſunt uocati tāq̄
hæredes Ioannis & Pōpeius & Aloyſius, tanq̄ hæredes Guido-
nis dicendum ur̄ eos uocatos per ſtirpes & in locum parentum.
20 † Obiectio iſta tollitur ex pluribus, primo quia eſt ex̄ caſum p̄-
ſentem, procederet. n. qñ uiueret Guido & mortuus eſſet Ioan-
nes & filij Io. uellent ſuccedere una cum Guidone, tunc. n. oēs
deberent habere unam partē, & aliam Guido & ita punctaliter
ſequitur Bar. & aliæ deciſiones ſuperius allegatæ, quæ ceſſant in
caſu præſenti in quo & Guido & Ioannes prę mortui fuere ante
Vincentium, & ipſorū filij iſto caſu ſunt uocati principaliter &
iure proprio ueniunt & ꝯtūr uiriliter & per capita eſto ꝙ noīe
collectiuo ſint uocati ut dictum eſt ſuperius & tradit Dec. in d.
cōſi. x. & ex diuerſis non bene infertur. l. papinianus exuli. ff. de
21 mino. † Secundo ceſſat obiectio qm̄ iſti noīe collectiuo ſunt
uocati cum illo adiuncto æquis portionibus, quo caſu ſuccedūt
uiriliter per d. l. interdum. in prin. & ita firmant Mod. omnes in
d. l. fi. C. de impu. maximè Iaſ. col. pe. uerſi. iſtam regulam ſic am
22 pliatam. † Tertio ceſſat obiectio quoniam teſtator expreſſe pro-
hibuit domum alienari ex qua prohibitione illi uocati nomine
collectiuo ſuccedere debent per capita & uiriliter & non per
ſtirpes, ut tradit in l. autepe. §. Lucius. de leg ij. prout intelligit
ibi Dy. & Bart. ex quo teſtator ita prohibendo cenſetur quem-
libet de perſe dilexiſſe & ſeparatim nominaſſe quod ſequitur
Pau. de Caſt. in d. l. fina. colum. j. uerſicu. ſed contra hoc. & Cor.
ibi colum. j. uerſicu. iij. fallit. & Iaſo. colum. penul. uerſicu. iij. li-
23 mita. † Prout etiam obiectio poteſt tolli ex pluribus alijs dedu
ctis per omnes ſcriben. maximè Moder. in d. l. fi. ubi ex pluribus
limitando. d. l. fi. probāt in caſu præſenti eā non habere locū, &

ꝙ taliter uocati noīe collectiuo, ueniunt per capita & non per ſtirpes, ex quib. firma & uera reſultat ꝯcluſio ꝙ dicti Pōpeius, & Aloyſius. Bartholo. Gabriel, Lactātius, & Ioā. Fran. ad dictā domū fideicōmiſſariā uocati fuere uiriliter & ęquis portionib. & ꝙ eā ꝯſequi & habere debēt p capita & non per ſtirpes. ¶ Ad ſm dubiū dico ꝙ d. Lactātius ex quo ſuperuixit, Tadeo, Aloyſio & Vincentio, & ēt in perſonā ſuā tale fideicō. fuit purificatū, ꝙ ipſe uiriliter in dicta domo ꝯſecutus fuit partē, una cū alijs hæredibus maſculis Ioānis ſui patris, cuius ēt ipſe fuit hęres & deſcendēs, & una cum dictis Pōpeio & Aloyſio ut apertiſsimè patet ex deductis. ſ. in pcedēti dubio, & portio q̃ puenit ad ipſum Lactantiū pertinet ad ſuos fratres, Bartholo. & Gabrielē, & ad Io. Fran. filiū ex fratre qui reperiunt illi proximiores & magis ꝯiuncti, ut in auct. de hære. ab inteſt. uen. §. reliquū. &. §. ſed præmortuus. cū uulg. Et licet ipſe Lactātius mortuus ſit ſine hæredibus & deſcendentibus maſculis, tñ obiectio iſta nō obſt. concluſioni ſuperius factæ qm̄ dicto Lactantio tali caſu nō fuit fa-
24 cta aliqua ſubſtitutio. † Nec iſte caſus ꝯprehenſus eſt in dicta ſubſtitutione, & iō ceſſabit ſubſtitutio, ut dicit Oldr. conſil. xxj. Thema tale eſt. & Io. And. in addi. ad Spe. in ti. de teſta. §. j. uerſ.
25 occurrit. in fi. † Iſte ergo eſt caſus omiſſus qui debet determinari ſm diſpoſitionem iuris cōis. l. ſi extraneus. ff. de con. ca. da. l. ſi
26 cū dotē. in prin. ff. ſol. ma. † Et ius cōe diſponit ꝙ dicta portio q̃ peruenit ad Lactantiū applicetꝰ dictis ſuis fratribus, & Io. Frā.
27 eius nepoti ut dictū eſt. † Nec amplius eſt inueſtigandum, an ipſe Lactantius mortuus fuerit cū filijs uel ne. l. cū uxori. C. q̃n. di. leg. ced. & tradit Oldr. ꝯſi. xxj. & Dec. ꝯſi. cclxxix. Viſis. col.
28 ij. † Nec obſt. aliud caput ſubſtitutionis factę ab ipſo teſtatore in quo uocauit proximiores ſuos domus de Albano, nā talis ſubſtitutio facta apparet caſu quo nō extarent Ioannes & Guido fratres dictorū, Tadei, Aloyſij, & Vincentij, & caſu quo nō extarent hęredes & deſcēdentes maſculi dictorū Ioānis & Guidonis, ut apertiſsimè patet ex uerbis dictæ ſubſtitutionis, quę penitus ceſſat in caſu præſenti, in quo adſunt & plures hrēdes & deſcendentes maſculi dictorū Ioānis & Guidonis qui excludunt alios propinquiores, & quia dictus teſtator uocauit hæredes maſculos d. Ioannis, merito inclusus fuit Lactātius, & etiā quoniā teſtator ipſe nihil diſpoſuit, quid faciendū qñ unus dictorum hæredū maſculorū moreretꝰ ſine filijs, talis caſus omiſſus deci-
29 dendus eſt ut. ſ. † Tum ēt quia fratres & nepos d. Lactātij ſunt de domo de Albano, & ꝯſr uoluntas teſtatoris eſt adimpleta, ut domus ipſa remaneat ad perſonas dictæ familiæ. l. unū ex familia. §. itaq;. & ibi doc. de le. ij. l. filiuſ. §. cū pr̄. de leg. j. ¶ Circa tertiū dubiū dico ꝙ dictus Io. Franc. hæres & deſcendentes d. Ioannis admittiꝰ uiriliter & æqualiter una cū dictis Barthol. Gabriele, & Lactantio eius patruis, & una cū d. Pōpeio & Aloyſio, ex quo à teſtatore ipſe apparet ita uocatus, ſicut uocantꝰ pdicti, uocauit. n. teſtār hrēdes maſculos & deſcendētes dictorū Ioā-
30 nis, & Guidonis. † Et appellatione deſcendētiū ueniunt oēs in infinitū. l. fi. C. de ſuis & legi. & in auct. de hæred. q̃ ab inteſt. in prin. & per Ale. ꝯſi. cxl. Viſo. uol. ij. & plenè per Soc. ꝯſi. ij. Viſa. col. j. uol. j. & per Deci. ꝯſi. ccxxiij. In caſu. nu. ij. & ſic ipſe Ioan. Fran. non uenit ex perſona patris ſui Io. Fran. mortui ante dictū Vincentium, ſed uenit ex perſona propria uocatus una cū alijs, quo fit ut eam partē debeat ꝯſequi quā cōſequi debēt prædicti eius patrui, & dicti Pōpeius & Aloyſius, ut apertiſsimè oſtēſum fuit ſuperius in primo dubio, & ipſe Io. Frā. una cū Gabriele & Bartholo. ſuis patruis admitti debet ęqualiter ad illā portionē dictę domus q̃ peruenit ad ipſum Lactantium ab inteſtato defunctum, ut dictum fuit ſuperius in ij. dubio. Pariſ. Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes fideicommiſſario mortuo ante euentum conditionis & alijs ſeq.*
2 *Reprobatur xpinix glo. in l. is cui. ff. de actio. & oblig. & nu. 3.*
4 *Poſiti in conditione non cenſentur diſpoſitiuè uocati.*
5 *Dictio, dictus, repetitiua eſt et relatiua pcedentiū & nu. 43. & 44. Dictio, alius, ad idem tendit, & nu. 45. & 44.*
6 *Quod teſtator non expreſſit, omiſiſſe uidetur.*
7 *Caſus omiſſus decidendus remanet ſecūdum diſpoſitionē iuris cōis.*
8 *Teſtatoris mens potiſſimum attendi debet.*
9 *Nedum expreſſa uerum & tacita collecta ex coniecturis.*
10 *Fideicommiſſum inducitur etiam uerbis negatiuis quibus conſtat de mente teſtatoris.*
11 *In fideicommiſſis magis uoluntatem quam uerba inſpicimus.*
12 *Et propterea receditur à natura uerborum.*
13 *Teſtator inducere poteſt, ut ſit tranſmiſſibile, quod ſui natura non erat econtrario.*
14 *Quod utique procedit nedum in uoluntate expreſſa, uerum etiam & in coniecturata.*
15 *Diſpoſitio glo. in d. l. is cui. quo caſu poſſit ſaluari.*
16 *Mens coniecturata teſtatoris ſumenda eſt ex uerbis expreſſis in teſtamento, & non extrinſecus aliunde ſecundum aliquos.*
17 *Contraria autem opinio uerior eſt.*
18 *Maſculinitatis qualitas per teſtatorem conſiderata ad conſeruationem bonorum & familiæ conſiderata uidetur.*
19 *Quando à teſtatore conſideratur maſculinitas fideicōmiſſum locū habebit, nedum in primis grauatis, uerū in filijs & in deſcendentibus.*
20 *Geminatio enixam uoluntatem diſponentis oſtendit.*
21 *Fideicommiſſa ampliantur & reſtringuntur à ratione.*
22 *Ratio pro expreſſa hr̄ qñ unica tm̄ diſpoſitio poteſt conſiderari.*
23 *Nominatim quid fieri quando dicatur.*
24 *Teſtator expreſſiſſe uidetur illud quod uероſimiliter diſpoſuiſſet ſi de eo cogitaſſet uel fuiſſet interrogatus, et nu. 42.*
25 *Per fideicommiſſum ſuccedutur teſtatori & non hæredi grauato.*
26 *Fideicōmiſſum regulatur ſecundū naturā ſucceſſionis ab inteſtato.*
27 *Teſtator uidetur ſe conformem reddere cum diſpoſitione ſtatutaria.*
28 *Teſtator inſtituens maſculos hæredes uniuerſales, & legans filiabus fœminis dotes, uidetur maſculos prætuliſſe fœminis.*
29 *Teſtator præferens maſculos fœminis id feciſſe uidetur ad conſeruationem familiæ.*
30 *Nominati à teſtatore, uidentur ab eo uocati ad fideicommiſſa.*
31 *Teſtator exprimens filios filiorum, uidetur id expreſſiſſe, ut bona ad eos tranſeant.*
32 *Poſiti in conditione uidentur habere talem qualem teſtatoris uolūtatem, & nu. 33. & 34.*
34 *Quando teſtator uoluit bona deuenire ad ſuperſtites, ſeu ſuperuiuētes uidetur ad fideicommiſſum alios uocaſſe.*
35 *Declaratio ad glo. in l. Lucius. ff. de hær. inſti. Poſiti in conditione quandoq; uidentꝰ diſpoſitiuè uocati ex mente teſtatoris.*
36 *Et quid ſi poſiti ſint in conditione, cum illa qualitate, maſculis.*
37 *Et quid ſi teſtator inſtituit filios, & eos ſubſtituit reciprocè, & demum illis alium dedit ſubſtitutum.*
38 *An iſto caſu ius fideicōmiſſi conditionalis trāſmittatur, & nu. 39.*
40 *Et quid ſi teſtator progreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionis.*
41 *Ius accreſcendi tranſmitti poteſt.*
43 *Vnius incluſio eſt alterius excluſio quomodo procedat.*
44 *Dictio, alius, relata ad filios quas perſonas comprehendat.*
45 *Expreſſum dicitur, quod ex coniecturis etiam colligitur.*

CONSILIVM V.

VISO teſtamento dñi Ariuaboni de Gauardo prima facie dicendum uī, Thomā & fratres filios quōdam Stephani de Gauardo & nepotes dicti do. Ariuaboni non poſſe moleſtare do. Ceciliā filiam do. Hieronymi, uirtute fideicōmiſſi de quo in teſtō prædicto, qm̄ ipſe d. Ariuabonus ęqualiter inſtituit tres eius filios Stephanū Hieronymū, & Io. Fran. conditione appoſita, ꝙ ſi unus ſiue plures ex dictis tribus filijs decederēt ſine filijs maſculis, ꝙ tunc & eo caſu illi ſeu illis ſic morienti, uel morientibus ſuccedat ſiue ſuccedāt dictus alius filius dicti teſtatoris & licet ipſe Stephanus mortuus fuerit relictis ipſis do. Thoma & fratribus, tñ quia obijt & deceſsit ante ipſum Hieronymū grauatū. non potuit tale fideicōmiſſum ꝯditionale tranſmittere ad dictos eius filios.
1 † Ex quo fideicōmiſſum ꝯditionale non tranſit in hæredē ſi fideicōmiſſarius ſubſtitutus moritꝰ añ euentū ꝯditionis, prout ꝯtingit in caſu pſenti, ut habetꝰ in l. j. §. ſi nauꝰ aliquid ſub ꝯditione, & ibi Bal. col. j. uer. q̃ro nunquid. C. de cad. tollen. & uī tex. ſm ꝙ ibi eū ponderāt ſcribē. in l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad treb. & eſt ꝯcluſio gl.* cōiter approbata p Bar. & reliquos doc. in l. unica.
2 C. de his qui an. aper. ta. † Et licet gl. in l. is cui. ff. de acti. & obli. teneat ꝯrīu in filijs, cuius ſniam in puncto iuris uī ſequi. Soc. in d. §. cū ita, col. iiij. & ſeq. tñ illa gl. cōiter reprobatur per Bar. ibi, in l. j. col. iij. uerſ. itē dicit Dyn. ubi ſcriben. maxiмè Moder. repeten. iōē ſequuntꝰ. de leg. j. reſpondentes ad obiectionē Soci.
3 † Et idem uult Oldrad. conſil. cxxxj. Quidam habens tres filias. & Bald. in l. in cauſa. l. ij. §. Pomponius quoq;. ff. de minor. uolen. ꝙ ſi teſtator reliquit aliquid nepoti dicendo ꝙ ſi decederet ſine liberis reuertereꝰ ad hæredem uniuerſalē, ſi hæres pendente

dente ɔditione moriatur,ceſſat talis raſtitutio quod refert & ſe
quitur Alex.in l.Gallus.§.etiam in fin.ff.de lib.& poſtb.& in l.
qui liberis.§.hæc uerba.uer.& faciut iſta.ff.de uul.& pu.& ple-
nius in l.fi.C.de leg.& conſi.acij.Super eo.col.ij.uol.iij.& ɔſil.
cxa v.in prin.uolu.v.& bene facit quod uult Bal.& Floria.in l.ſi
cui legetur.§.j.de le.j.dicentes talem tranſmiſsionem impediri
atiā in filijs,& ponit Bal.in l.ſi in perſona.in prin.C.de fideicō.
& Bart.col.pe.circa medium,& ibi Moder.pap.in quinto nota-
bili in l.cum filiofa.de leg.j.& Roma.ɔſi.cxxiiij.Idem conclu-
dendum.& Soc.ɔ.lxxvij.In præſenti.col.j.in fi.uol.j.& Cor.ɔſi.
clxxx.Multitudo.& conſi.laaxia.Multa allegantur.uolu.iiij.cū
alijs concor.quibus in locis concluditur ius fideicommiſsi con-
ditionalis,mortuo fideicommiſſario ante grauatum non tran-
4 ſmitti etiam ad filios.† *Præterea* filij ipſius Stephani fuere per
ipſum teſtatorem tantum poſiti ſub ɔditione,& ɔñr nō cenſent
uocati nec poſiti in diſpoſitioue,& ideo ueniunt excludendi.l.
ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis om.cauſa.teſta.no. in l.Lucius.
ff.de hære.inſti.& per Bar.& alios in l. Centurio.ff.de uulga. &
pupi.in illa a dua quæſt.an filij filiorum poſiti ſub conditione
cenſeantur uocati,& ponunt ſcriben.in l.Gallus.in prin.&.§.&
5 quid ſi tñ.ff.de lib.& poſth.† Suadentur ēt prædicta,qm̄ d.teſta
tor,uno moriente ſine filijs maſculis uocauit dictum alium filiū
ipſius teſtatoris,quæ dictio,dictus,repetitiua eſt ac relatiua præ
cedentium,prout etiam dictio,alius,ut not.in l.ſi fugitiui.C.de
ſeru.fug.cum alijs accumulatis per Cano.maximè Fely.in c.ſe-
des.de reſc.& ɔñr teſtator ipſe uoluit ꝙ dictus alius filius ſuus
uocatus.ut.ſ.deſcriptus ſuccederet alteri filio morienti ſine ma
ſculis excludendo alios deſcendentes ex filio præmortuo, cum
unius incluſio ſit aliorū excluſio.c.non ne.extra de præſumptio.
6 l.cum prætor in prin.ff.de iudic.† Ad quod etiam facit, nam ſi
teſtator uoluiſſet tale fideicom.tranſmitti ad filios d.Stephani,
utiq; iſtud expreſsiſſet,ſicut expreſsit de ipſo Stephano,& alijs
filijs ipſius teſtatoris,& quia non expreſsit datur intelligi ꝙ no-
luit iſto caſu fideicom.habere locum argumento.c.ad audien-
7 tiam.ex̄ de decim.& l.j.§.ſin autem.C.de cadu.toll.† Et quia ca
ſus noſter fuit a teſtatore omiſſus,uere remanſit in diſpoſitione
iuris cōis.l.commodiſsimè.ff.de libe.& poſth.l. extraneus.ff.de
cond.ob cau.l.ſi cum dotem.in prin.ff.ſol.mat. diſpoſitio autē
iuris cōis eſt,ꝙ fideicom.conditionale non tranſmittatur,ut.ſ.
Iſtis tñ non obſtan.in caſu præſenti ɔtria opi.uerior eſt, ꝙ immo
ipſe Thomas & fratres poſsint uirtute d.fideicōmiſsi,uenire ad
bona relicta per d.teſtatorē d. Hieronimo nouiter mortuo ſine
8 filijs maſculis.† Ad quod demonſtrandum primo adduco illud
ſatis uulgatum quo cauetur mentem & uoluntatem teſtatoris
debere attendi & ſeruari & ſm̄ illā iudicari ex quo in ultimis uo
luntatibus primum locum obtinet.l.non aliter de leg.iij.l. pen.
de leg.j.l.in conditionibus primum locum.ff.de condi.& dem.
9 §.diſponat.in auctent.de nup.† Quod non ſolum procedit in ex
preſſa uoluntate ſed etiam in tacita quæ ex coniecturis colligit.
l.licet imperator.vbi Bar.de leg.j.& hoc maximè in fideicom-
miſsis,ut eſt caſus præſens,& eſt text.in d.l.hæredes mei.§.cum
ita.& in d.l.pe.& in l.fideicommiſſa.§.item ſi quis.de lega.iij.&
in l.cum proponebatur.& in l.qui ſolidum.de leg.ij.cū alijs ac-
cumulatis per Soci.ɔſi.xiiij.Viſo teſtamento.& ɔſi.xlix.uol.j.&
10 ɔſi.xij.& lxxvij.uol.iij.& par Deci.ɔſi.xv.& xxxviij.† Hinc eſt
ꝙ fideicom. inducitur ēt uerbis negatiuis in quibus conſtat de
mente teſtatoris,ut per Soci.ɔſi.cclj.& conſi.ccxxvij.uolu.ij. &
per Fran.de Cur.conſi.xl.col.fi.in prin.& cōſi.lj.in prin. & col.
11 viij.† Hinc ēt dicimus in fideicommiſsis,potius inſpici uolun-
tatem q̄ uerba.l.cum uirum.C.de fideicom.l.iij.§.condit.ff. de
12 adimen.leg.† Et ideo Bal.quem ſequitur ibi doc.maximè Pau.
de Ca.in l.fin.C.de impube.dicebat in materia fideicōmiſſaria
ex coniecturata mente teſtatoris recedi a ui & natura uerborū
13 de quo latè per Cor.ɔſi.cxaaix.Videtur.uol.ij.† Hinc etiā di-
cimus quo ad caſum noſtrum teſtatorē poſſe inducere, ꝙ illud
quod non eſt tranſmiſsibile trāſmittatur ſicuti per ɔtrium diſpone
re pōt,ꝙ illud qđ eſt trāſmiſsibile nō trāſmittatur,ut eſt tex.i d.l.
in conditionibus primum locum.§.hæc ſcriptura.& ibi Imo. &
Soci.adducentes Bald. in l.ſi pater.in iiij.q.C.de inſti.& ſubſti.
uolentem teſtatorem poſſe inducere quod tranſmittatur illud,
quod ſui natura nō tranſit in hæredem,& ideo magis ſtrictè ad
caſum noſtrum communiter dicimus teſtatorem poſſe induce
re,ut fideicom.conditionale, quod regulariter non tranſmittitur
14 ut ſupra tranſmittatur.† Quæ concluſio,nedum procedit in ex-
preſſa uoluntate teſtatoris,quod indubitatum eſt ſm̄ Bal.in d.
l.ſi pater.Imo.& Soc.in d.§.hæc ſcriptura.& per Soci.in d.l.hæ-
redes mei.§.cum ita.colū.v.ſed etiam procedit ex coniecturata
mente defuncti,nā ſup ɔiecturas de mente teſtatoris tollat uo
lentis fideicōmiſſum ɔditionale tráſmitti ,certe trāſmitteretur ēt ſi
non fuerit purificatū uiuente fideicōmiſſario,deciſio eſt Bal.in
l.unica.C.de his qui ante aper.tab.quem ſequuntur ibi Moder.
peruſi.col.iij.,uerſi.tu dic ita limitantes gl.fi.ibi,ut non proce-
dat qñ conſtaret per coniecturas de ɔtria mente teſtatoris, &
idem uult Bal.in l.unica.C.de actio.ab hære. & ɔ hære. col.j.in
fi.& colū.ij.ubi iſto caſu ſaluat glo.in d.l.is cui.idem ſequitur
Cuma.conſi.xiij.Titius inſtituit.& etiam Fulg.conſi.xv.Propo
nitur.& Franc.de Cur.ſenior.conſi.lxxv.Dñs Ludouicus. colū,
xj.& Bal.in d.l.ſi pater.& Soc.in d.l.in conditionibus primum
locum.§.hæc ſcriptura.& latius in d.l.hæredes mei.§.cum ita.
col.iiij.& duabus ſeq.& ɔſi.ſuo incip.In præſenti conſultatio-
ne.col.iiij.uerſi.reſtat nunc.uol.iij.quod conſi.eſt vj.in ordine,
cum alijs adductis per Dec.conſi.cccxcvij. Viſo puncto.col.ij.
& iij.nu.v.& vj.& eandem opinionem ſequuntur Mod.repetē.
in l.j.colum.xvj.& in l.cum filiofa.in ultima parte de legat.j. &
poſtremo conſulendo idem firmat Fran.de Cur.iunior. ɔſi.xvj.
Præſupponitur.colum.iij.quod conſi.ponitur poſt tracta.ſuum
15 de feud.quibus in locis allegantur alię deciſi.† Et * cōmuniter
* concluditur,fideicom.conditionale poſſe tranſmitti ſi apparet
de coniecturata mente teſtatoris,ita dicentes poſſe procedere
glo.in d.l.is cui.& ita limitantes gloſ.in d.l.unica.& commu-
16 nem concluſionem de qua ſupra.† Eſt bene uerum quòd Soc.
in dicto.§.cum ita colum.iiij.uerſicu.aduerte tamen.& in dicto
conſi.vj.& etiam Cuma.& Fulgo.ubi ſupra,& Deci.& Franciſ.
de Cur.in cōſilijs prællegatis,allegantes Bal.in dicta.l.unica,
dicunt & uolunt quòd talis coniectura teſtatoris, debet præſu-
mi & capi ex aliqua diſpoſitione & uerbo expreſſo,in teſtamen
to,non autem extrinſecus, & aliunde. Quam opinio.legeudo.
17 d.§.cum ita.minimè ſum ſecutus.† Cum coniecturata mens te-
ſtatoris poſsit aliunde capi,& ſit ualidiſsima,quando ita capit.
* ut dicunt Barto.& * communiter ſcriben. in l.ij.in princip.& in
leg.Centurio.ff.de uulga & pupil.& doct.omnes in l.precibus.
C.de impube.& in l.hæredes palam.§.& ſi notam.ff.de teſtam.
& in l.ij.C.de bono.poſ.ſecundum tabul.unde ſtantibus illis
* * communibus concluſio.in caſu præſenti tota difficultas con-
ſiſtit,an ex aliqua diſpoſitione ſeu uerbis per dictum teſtatorem
prolatis in teſtamento,ſeu aliunde,poſsit capi aliqua coniectu
ra,per quàm ipſe teſtator uoluerit dictum fideicommiſ. condi-
tionale tranſmitti ad filios d.Stephani, & conſequenter ad d.
Thomam, & fratres. † In qua difficultate conſidero ipſum te-
18 ſtatorem hoc uoluiſſe ex illis uerbis per eum expreſsis,uidelicet
ſi filij mei deceſſerint omnes uel unus ſine filijs maſculis,per
quę uerba teſtator conſiderauit maſculinitatem , quæ qualitas
maſculinitatis per ipſum nō uidetur propter aliud appoſita niſi
ad conſeruationem domus & familię,& ad conſeruationem bo
norum in ipſa ſua agnatione , ut habetur in.§.cæterum,& in.§.
media.inſtitu.de legi.agna.ſuc.& in l.j.§.penul.ff.de uentre in-
ſpi.& not.in l.maximum uitium.C.de libe.præter.& in l.uenia.
C.de in ius uoc.& per Ioan.Andr.in titu.de ſucceſ.ab inteſt.in
addit.ad Specula.& per Soci.conſil.xij.Præſens conſultatio.&
conſil.lxiij. Viſis teſtamento,colum.ix. & ſequen.uolumi.iij.&
per Deci.conſi.xv.Ex pro tenui facultate, colum.iij.& conſilio
cclxx.colum.penul.& conſil.cccxviij.nume.ij.& per Franciſ.de
Cur.conſil.xl.colum.j.in fi.& conſi.xliiij.colum.ij. & conſil.lj.
colum.iij.& conſi.lxiij.column.x.† Quæ conſideratio maſculini
19 tatis,certè non poteſt habere locum , nec uerificari poteſt, niſi
fideicommiſſum inducatur,etiā in filijs,& deſcendentibus ma-
ſculis ipſius Stephani,& aliorum filiorum teſtatoris , in quibus
conſeruatur familia & agnatio,& dignitas domus,& potiſsimè
quia ipſe teſtator plures replicauit dictam qualitatem maſcu-
linitatis in alijs capi.dicti teſtamenti. † Quæ geminatio,multū
20 operatur,& demonſtrat magis enixam uoluntatem teſtatoris,
ut not.in l.baliſta.ff.ad trebel.cum alijs accumulatis per doc.in
l.j.in princ.ff.de offic.eius,& in c.fina.de offi.deleg.& per Soc.
in d.conſi.xij.nume.ij.& per Deci.conſi.xxviij.colum.ij.& per
Ant.Corſe.in trac.de gemina.quē inſeruit in trat.ſuo de pote.
reg.Cum itaq; ratio ipſa conſeruandę agnationis , conſideratur
per ipſum teſtatorem,ita & fortius urgeat in d.Thoma, & fra-
tribus nepotibus maſculis ipſius teſtatoris , ſicuti in ipſo Ste
phano eius filio.ut in l.liberorum.cum ſimilib.ff.de uerb.ſigni.
ſequitur neceſſario,in utriſq; eandem iuris diſpoſitionem debe-

re uigere,uulga.l.à Titio.ff.de fur.l.illud.ff.ad leg. Aquil. cum
21 uulga. † A ratione enim fideicommiſſa ampliantur & reſtrin-
guntur.l.regula.§.item ſi quis.& ibi Bar.ff. de iuris & fact. ign.
l.cum pater.§.dulciſsimis.de leg.ij.& per Bar.in l. patet fundũ.
de leg.iij.& plenè per Soci.in d.conſi.laiij.& per Dec. d.conſil.
xv.Quæ ratio conſeruandæ agnationis penitus ceſſat ipſa d. Ce
cilia filia d.Hieronymi,ut pleniſsimè per Socin.Dec.& alios in
22 dictis conſilijs. † Quæ etiam ſuadentur,nam licet per ipſum te
ſtatorem,talis ratio conſeruandæ agnationis,nominatim & ſi-
gillatim non uideatur expreſſe,attamen pro expreſſa debet ha-
beri propter illam qualitatem maſculinitatis ab ipſo teſtatore
conſideratam,& expreſſam,quæ aliud non importat niſi cõſer-
uationem bonorum in familia, & agnatione maſculina , ut ſu-
pra probatum eſt,& cum alia ratio conſiderari non poſsit niſi
iſta,certè haberi debet pro nominatim expreſſa ſm glo. Bal. &
alios in l.quamuis.C.de fideic.& per Bar.in d. l. liberorum. ff.
de uerb.ſignifi.& per Moder.in l.ſi conſtante.in prin. ff.ſol.ma.
23 † Ad quæ faciunt not.in l.nominatim.ff.de cond.& demon. &
in l.certum.ff.ſi cer.pet.& in l.j.& ij.ff.de libe.& poſthu. & per
24 Can.in c.cum dilecta.extra de reſe. † Faciunt etiam quæ haben
tur per gl.in l.tale pactũ.in fi.ff.de pac.& in l.Titius. §. Lucius.
ff.de libe.& poſth.Si autem expreſsè teſtator uoluiſſet, & dixiſ-
ſet bona ſua conſeruari in familia, nulli dubium ꝙ ad dictũ fi-
deicommiſſ.uenirent Thomas,& fratres,ut plenè hr in l.unum
ex familia.de leg.ij.& in l.filiusfam.§.diui,de leg.j.& in l.Titia
Seio.§.Seia libertis,de leg.ij.& in l.qui Romæ.§. cohæredes. ff.
de uerb.oblig.cum alijs adductis in dictis conſilijs. Idem ergo
dicendum eſt in caſu noſtro,cum teſtator expreſſerit qualitatẽ
maſculinitatis,quæ aliud non importat niſi conſeruationẽ bo-
norum in familia teſtatoris,& in ipſius agnatione,ut ſ. proba-
25 tum eſt. † Suadentur prædicta,nam per tale fideicom. ſuccedit
ipſi teſtatori.l.cohæredi.§.cum filiæ,ff.de uulg.& pup.& in ſuc
ceſsione fideicommiſsi debemus procedere ſicut procedimus
26 in ſucceſsionibus ab inteſtato. † Cum fideicom. reguletur ſm
* naturam ſucceſsionis ab inteſtato,ut eſt glo.* cõiter approba-
ta in l.cum ita.§.in fideicommiſſo,de leg.ij. cum alijs adductis
per Moder.poſt alios,& Ang.in l.fi.C.de uerb . ſig . & latè per
Soci.conſi.ccxlix.Materia præſentis.col.x.uol.ij.& cõſi.lxxxvj.
Viſis,nu.13.& conſi.l.Viſo,nu.4.uol.iij.& per Corn.ↄſi.cxxxj.
Præmittendum,uol.ij.& per Soc.conſi.lxxiij.Capiendo,nu.14.
eo.uol.iiij. ſed clarum eſt ꝙ ab inteſtato d. teſtatori ſuccedunt
d.Thomas & fratres excluſa d.Cicilia eius neptæ ſtante clara di
ſpoſitione ſtatuti Brixien.excludentis fœminas . ergo ita dicen
dum erit in ſucceſsione d.fideicommiſsi, quæ regulatur ut ſuc-
27 ceſsio ab inteſtato. † Maximè cum ipſe teſtator uideatur reddi
diſſe ſe conformen cũ diſpoſitione ſtatutaria,ut per Bar.& ple-
nius Alex.in l.hæredes mei.§.cum ita. & per Barba. conſi. xlij.
Illud in medium.col.vj.& conſi.xliij. Præclarè. col.iij. uol.j. &
latiſsimè per Alber.Bru.in tract.ꝙ ſtant.maſcu.&c.in v. artic.
prin.q.xij.& per Georg.Nat.in eodem tract. car.iiij. col. iij. &
iiij.& per Soc.conſi.lxxiij.Capiendo.col.iij.in fi.& conſi. lxxxj.
St in cauſa.col.fi.uol.iiij.& conſi.lv.Viſis,uol.iij.& conſi.lj. Vi-
ſa.col. iij. & vij. uol. iiij. & per eundem in l.cum auus.col.lvij.
28 uerſi.vij.quæritur.ff.de condi. & demonſt. † Suadentur ẽt iſta,
qm̃ dictus teſtator proprijs filiabus ſuis fœminis , fecit legata
particularia pro dotibus.maſculos uerò uniuerſales heredes in-
ſtituit & ſubſtituit,ut ĩ.& ↄũr ipſos maſculos prætulit filiabus,
unde à fortiori,uſ ipſos prætuliſſe d.Ceciliæ nepti,arg.not.in l.
Publius.§.fi.ff.de cond.& demon.& eorum quæ not.in l.ſi uiua
matre.C.de bon.matern.& per Bar.in l.fi.uerſ.quæro de qõne,
ff.ad Treb.& in d.l.Gallus.§.etiam.uerſic.quæro iuxta prædi-
29 cta. † Et concedendo ipſe teſtõr talem prærogatiuam maſculis,
non uſ alia rõne motus niſi fauore agnationis,& ut bona con-
ſeruarentur in familia,arg.no.per Bal.in l.quod uero.ff.de leg.
& per Ang.in conſi.incip.Martinus & Ioannes de Florentia. &
per Pau.de Caſt.conſi.lxxxvij.Caſus iſte,& per Soc.conſi. xiiij.
uol.j.& per Dec.conſi.xv.col.iij. ¶ Secundò principaliter colli
gitur mens teſtatoris ex quo in eius teſtamento fecit mentio-
nem de filijs proprijs ab eo inſtitutis , & reciprocè ſubſtitutis,
& etiam de filijs filiorum,nolens ꝙ filij premorientis filij exclu
derent ſubſtitutum,dum filios filiorum conditionaliter nomi-
nauit,diſponendo ꝙ uno filiorum decedente ſine filijs,alius fi-
30 lius teſtatoris ſuccederet . † Qui filij ipſius Stephani nominati
ab ipſo teſtatore,ex euidenti coniectura, uidentur ab ipſo teſta
tore uocati,ita ut in eos,ius fideicommiſsi conditionalis tranſ-
ferretur ſm Bal.in d.l.ſi pater.in iiij.q.& in d.l.Lucius. la ij n
fi.ff.de hæred.inſtituen.& ita uoluit Cuma.conſi.xiij.præalleg.
& Fulg.in d.conſi.xv.in fi.& expreſſe hoc ſequitur Soci. in d.l.
hæredes mei.§.cum ita. col.v.& vj.& Deci.in d. conſi.cccxcvij.
31 col. pe. & Soc.d.conſi.vj.uol.iij. † Certum enim eſt ꝙ talis ex-
preſsio facta per teſtatorem de filijs filiorum , fuit facta , ut ad
ipſos bona tranſirent,& in ipſis conſeruarentur , ut expreſsè hã
in d.conſi.Cuma.Fulg.Soc.& Dec.& etiam Fran.de Cur.iunio
32 ris.xvj.† Et licet talis expreſsio ſit facta ↄditionaliter,& tales fi
lij filiorum appoſiti in conditione nõ habeant uoluntatem tan
33 tum diſpoſitiuam teſtatoris. † Tamen habent uoluntatẽ qua-
lem qualem , quia teſtator cogitauit bona ad eos peruenire, &
per hanc uoluntatem dicuntur prælati ipſis ſubſtitutis , ut in d.
l.Lucius.& in l.filiusfam.§.cum quis.de lega.j. & per Soc. cõſi.
xiiij.uol.j.& conſi.xij.& lxiij.uol.iij.quod utiq; non eſſet ſi no
34 minati non fuiſſent. † Et ideo Cuma.in d. conſi.xiij.& Fulg.in
d.ↄſ.xv.dñt ꝙ ſi teſtator inſtituit filias,diſponendo ꝙ ſi more-
rent ſine filijs,bona ſua deuenirẽt ad ſuperſtites,ſeu ſuperſtitẽ,
ſeu ad ſuperuiuentes ſeu ſuperuiuentem,ꝙ ex dictis uerbis col
ligitur coniecturata mens teſtatoris,ut tale fideicom.ↄditiona-
le tranſmittatur ad filios ſuperſtites,& ſuperuiuentes, filiorum
inſtitutorum præmortuorum ante grauatum , & ante euentum
ↄditionis,probant iſtud iuribus & rationibus , ut per eos, licet
Bal.ↄſi.ccccxxxv.Punctus ſuper quo,uol.iiij.in fi.conſilij uidea
tur tenere,quod uerificari poteſt in caſu præſenti, in quo ipſe
teſtator inſtitutis filijs , diſpoſuit, ꝙ uno ſeu pluribus decedẽti.
ſine filijs maſculis,illi ſeu illis ſic morientibus ſuccedat dictus
alius filius teſtatoris,ſcilicet ſuperſtes ſeu ſuperuiuens. nam ca-
ſu quo omnes filij teſtatoris decederent ſine filijs maſculis , &
nullus ſupereſſet,teſtator ipſe circa finem teſtamenti aliter di-
ſpoſuit,& ideo illa dictio,dictus alius,neceſſario intelligitur de
ſuperuiuente ſeu ſuperſtite,& verificatur in filijs filiorũ,ut pro-
35 bat Cuma.& Fulg. ibi ſ. † Et confirmari poteſt, qm̃ illa regula
quæ habet filios poſitos in conditione non cenſeri poſitos in di
ſpoſitione,ſm glo.in d.l. Lucius. cum alijs ſupra adductis, non
procedit,qñ in ↄ̃rium ↄcurreret aliqua ↄiectura, nam per illam
filij poſiti in ↄditione cẽſentur inuitati & uocati,ut dñt Moder.
Peruſi.in l.ab eo.C.de fideicom.& Soc.in d.conſi.xiiij.uol.j.&
in d.conſi.xij.& lxiij.uol.iij.& Corn.conſi. xx. col.vij.& viij.&
conſi.cclxxiij.uol.iiij.& conſi.cxlvj.In hac conſultatione . col.
ij.& ſeq.uol.ij.& Fran.de Cur.conſi.lxxvj.col.iij.uerſi. præmiſ
ſis tñ.& ponit Soc.ↄſi.cxvj.uol.iij.ubi allegando plures deciſio.
ↄcludunt,ex ↄiecturis poſitos in conditione cenſeri uocatos, &
36 eſſe poſitos in diſpoſitione. † Prout etiam in caſu præſenti ne-
ceſſario idem eſt dicendum , ex quo teſtator fecit mentionem
de filijs maſculis,& propter illam expreſsionem maſculinita-
tis, filij poſiti in conditione,uidentur eſſe uocati ex teſtamento
& poſiti in diſpoſitione,ut cõcludit Gui.Pap.in q. ſua clxxxiij.
quem refert & ſequitur Dec.cõſi.cccxviij.In cauſa.col.ij. & ↄſ.
cclxx.Dñs Raynaldus.ubi adducẽdo alias deciſio. firmat ꝙ qñ
filij filiorum ſunt poſiti in condione cum expreſsione maſculi-
nitatis,cenſentur eſſe uocati,& inuitati, & poſiti in diſpoſitio-
ne,ita ꝙ ẽt poſſunt grauari,declarando tñ ut alias circa iſtud di
xi & conſului,ex quibus patet ceſſare argumentum, quod ſecũ
do loco ſuperius in ↄ̃rium fuit adductũ, ꝙ ipſe Thomas & fra-
tres non cenſebantur eſſe uocati tanquàm poſiti in cõditione,
nam ↄ̃rium in caſu præſenti eſt ipſa ueritas,conſideratis conie-
cturis & qualitatibus de quibus ſupra , ad quæ ẽt faciunt infe-
37 rius dicenda. † Tertio mens dicti teſtatoris colligitur , eo qm̃
eius filios hæredes inſtituit,& poſtmodum eos inuicem ſubſti-
tuit reciprocè unũ alteri,ſi quis decederet ſine filijs maſculis,
ut eſt tex.in d.l.hæredes mei.§.cum ita. & poſtmodum circa fi-
nem teſtamenti,teſtator ipſe uoluit ꝙ ſi omnes eius filij inſtitu
ti decederent ſine filijs maſculis , ꝙ bona eius peruenirent ad
certas alias perſonas quæ ſunt extraneę,iuxta tex.in l. unica. §.
extraneum.C.de rei uxo.act.& in §.cęteri inſt.de hær. qual.&
38 diff. † Quibus conſideratis,reſultat concluſio,ꝙ ſi primus de-
cedit cum liberis,trãſmittit ſpem,& ius fideicommiſsi, in eius
filios ex quo apparet teſtatorem prędilexiſſe eos,& præpoſuiſ-
ſe extraneo ſubſtituto,dum ipſos poſuit in conditione , arg. d.
l.Lucius.& eorum quæ habentur in d.l. cum auus. & in l. cum
39 acutiſsimi.C. de fideicom. † Cuius ↄ̃rium minimè dicendum
eſt,ſm Fulg.in terminis noſtris in d.l.unica. C. de his qui ante
aper.tab.& ſm Soc.in d.§.cũ ita.col.v.& vj. uer.ex cuius dicto
infero.& in uerſi.cogita etiam. & per eundem conſi.vj.col.iiij.
nu.9.

nu.9.uol.iij.& per Fran.de Cur.iuniorem,in d.conſil. xvj. col.
iiij.& vj.uer.ſecundam principalem concluſio.& uerſ.confirmo
40 hanc conclu. † Vbi uult ꝙ qñ teſtõr facit plures gradus,& poſt
mortem omnium filiorum prouidet de ulteriore ſubſtituto col
uolentẽ forenſem nõ gaudere beneficio ſtatuti ꝙ̃r ipſa. d. Tho
maſina forẽſis Hiſpaniarũ, gaudere non poterit beneficio ꝯſtitu
27 tionis prædictæ. † Verũ eſt ꝙ in ſui beneficium, poſſet allegari
quod uult Alex. ꝯſi. cxj. uol. vij. ubi allegando decil. Lap. cj. & ra
tiones ipſius Lap. vr̃ ꝯcludere, nõ ſubditũ ſtatuenti poſſe gaude
re beneficio ſtatuti, tñ in cõtingentia facti de qua ibi per Alex.
multa alia ꝯcurrebant, quę ceſſant in caſu p̃ſenti, & ibi perſonæ
nõ ſubditæ ꝯſideratę per Alex. uolẽtẽ eas gaudere beneficio ſta
tuti, erant lõge diuerſæ qualitatis, quam ſit ipſa. d. Thomaſina,
& iõ applicare dicta Alex. ibi ad caſum p̃ſentẽ, eſſet ſummè pe-
riculoſum, maximè cũ lex Hiſpaniæ loquatur in perſonam & ſic
28 odioſa, ut ſuperius fuit dictũ. ¶ † Tertia difficultas oritur, an ca
pitulũ incip. ꝙ Ianuenſes & eorũ ſubditi &c. factũ de an. 1518.
in pace inita inter Catholicum regem Hiſpaniarum ex una, &
mag. Rempub. Ianuenſem ex altera, habeat locũ in teſtõ, & ꝙ̃r
an ipſa. d. Thomaſina Ianuen. & habitans Ianuæ, poſsit uti be-
neficio & commodo dicti capituli, & ꝯuentionis, & de iſtis ꝯuẽ
tionibus & ꝯfœderatis, aliquid tangitur per Alex. ꝯſ. xxxviij. uol.
iij. & per Fely. in c. Rodulphus. uerſ. comitatus. de reſcri. & in c.
olim. de accuſa. & in Rub. de treg. & pac. & per Crot. in d. l. oẽs
populi. car. fi. col. ij. uer. nota ẽt ꝙ ſtatuta. & de ſtatuto diſponẽ-
te, ꝙ tale ius reddatur &c. Ianuenſibus quod Hiſpanis, & ↄ̃, tã
git aliquid Alex. in d. ꝯſi. cxj. num. xv. uol. vij. & Soc. ꝯſi. xix. uol.
29 iij. † Et prima facie vr̃ deductũ, ꝙ tale capitulũ uendicet ſibi lo
cũ in teſtõ, generaliter. n. loquitur, unde &c. l. j. §. generaliter. ff.
30 de leg. præſtan. cũ uulg. † Et quia diſpõ generalis ꝯprehẽdit oẽs
caſus, licet in uno eſſet maior rõ quam in alio. l. j. §. quod aũt. ff.
31 de aleato. l. in fraudẽ. §. fi. ff. de teſta. mil. l. fi. ff. de pecul. lega. †
Tñ ↄ̃rium vr̃ uerius, ꝙ dictũ capitulũ & ꝯuentio non ſe extẽdat
ad teſtamenta, nã fieret fraus dicto capitulo, ſi ↄ̃ mentẽ ↄ̃hentiũ
ita intelligeretur cõſideratis ſolũ uerbis. l. ↄ̃ legem. & l. ſeq. ff. de
32 legib. † Mens enim ↄ̃hentium attendi debet & ſeruari, magis
quàm ꝯceptio uerborũ. l. ſi. C. quæ res pig. l. in ꝯuentionalibus.
33 ff. de uerb. l. ↄ̃ctus. ubi Dec. ff. de reg. iu. † Et mens, & rõ facien-
tiũ tale capitulũ non fuit, ut haberet locũ in teſtõ, tum quia nõ
eſt credendũ, ↄ̃hentes uoluiſſe auferre liberum arbitrium teſtã-
di, & diſponendi, & illud reſtringere, ut plenè per doc. in l. pa-
ctum quod tali. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc mõ ꝯcepta. ff.
de uer. obl. & per Dec. ꝯſi. ccxxv. col. ij. & iij. Tum quia tale capi
tulum nullam mentionem facit de teſtamento, & ult. uolũtate.
34 † Tum quia ſi hoc induceretur eſſet ↄ̃ bonos mores, ut in d. l.
35 ſtipulatio hoc mõ ꝯcepta. cũ ſcor. † Tum quia in generali con
uentione non uenit inhoneſtũ, ut per Soc. ꝯſi. cccij. uidebatur.
36 col. fi. uerſ. ij. probatur. uol. ij. & per Dec. ꝯſi. cclxxxvj. col. j. † Ad
quod ẽt qm̃ in diſpõne generali non uenit illud quod nõ eſt ue
riſimile ↄ̃hentes ſenſiſſe aut in ſpecie diſpoſuiſſe. c. generali. de
reg. iu. li. vj. l. non eſt uoriſimile. ff. quot met. cau. l. nuptura. in fi.
37 ff. de iu. dot. c. quis uoriſimile. de præſum. † Prout ẽt quia tale. c.
fuit factum ad fugiendas lites, & damna, & ad euitanda ſcanda-
la, ut patet ex procemio ipſius, quæ non poſſunt adaptari ad te-
ſtm̃, & mens & cã fina. eſt attendenda. l. tale pactum. §. fin. ff. de
38 pac. † Et iſta ꝯfirmantur ex capitulo inſtructionis datæ oratori
bus. Ianuen. ad faciendum talẽ ꝯuentionẽ, q̃ inſtructio non põt
adaptari ad teſtamentum, prout ẽt non ſenſerunt de teſtõ pro-
bant uerba capituli, dum loquuntur de pœnis, ex quibus ꝯcludẽ
ter deductum vr̃ tale capitulum non habere locum in teſtamẽ-
39 to. † Nec ob. ꝙ loquatur gñaliter, nam procederet obiectio, niſi
appareret in ↄ̃rium de mente ↄ̃hentium, quę magis debet atten
di, quam uerba, q̃ licet ſint generalia, tñ reſtringuntur ad inten-
40 tionẽ & mentẽ ipſorũ, ut per Dec. ꝯſi. ccclxxiiij. col. j. & ij. † Nec
obſtat illud quod dicebatur, diſpoſitionem generalem compre
hendere oẽs caſus, licet ſit maior rõ in uno &c. Nam in caſu nr̃o
quo ad teſtamentum non eſt nec eadem nec maior, imo penitus
41 ↄ̃ria. † Et indefinita tunc ęquipollet uniuerſali ea humanitate,
qñ eſt eadem rõ, ut per glo. & doc. in l. ſi plurib. de leg. ij. & per
Cor. ꝯſi. lxxxiij. col. ij. uerſi. & generali, uol. iiij. & per Ang. Bal.
42 & alios in l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. urb. pręd. † Et ſi uellemus dice
re dictum capitulum locum habere in teſtõ, quod minimè eſt
credendum, tñ adhuc deductũ vr̃ ipſam. d. Thomaſinã nõ poſſe
uti beneficio & commodo illius, tum quia talis ꝯuentio ligans
forenſes potiſsimum cum ſit in perſonam, & ↄ̃ diſpoſitionem iu
ris cõis, e. ſ. odioſa, ut tradunt oẽs doc. in d. l. cunctos populos. in
iij. q. uer. ſed circa hoc. & ideo debet ſtrictè intelligi, in caſu quo
loquitur & mens ꝯuenit. c. odia. de reg. iu. li. vj. & per doc. in d.
43 l. omnes populi. Et ideo talis ꝯuentio, ꝙ Ianuenſes ligentur cõ
ſtitutionibus Hiſpanorum, locum habet in Ianuenſe habitante
Hiſpaniæ, & non Ianuæ, & illi tantum ibi habitantes debẽt gau
dere, & non de habitantibus Ianuę, quia de eis non fuit cogita-
tum, ut per Bar. in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. de leg. j. cum alijs
allegatis. ſ. in alio articulo, & plenè per Soci. in conſi. v. uol. j. &
ẽt quia mens ↄ̃hentium fuit ligare Ianuenſes habitantes Hiſpa
44 niæ & ↄ̃ & non Ianuenſes habitantes Ianuæ. † Et ſi ipſa Tho-
maſina non ligatur d. c. minus etiam ex eo poteſt habere com-
modum, maximè cum ſit reciprocum. l. ſcḋm naturam. de reg. iu.
cum uulgar. & etiam quia ipſa mere Ianuenſis non poteſt gau-
dere beneficijs & conſtitutionibus Hiſpaniæ, ut ſuperius plene
fuit dictum. Vltima difficultas attentari poſſet, an dicta lex Hi-
ſpaniæ ligauerit dictum Stephanum quoad bona tantum ipſius
exiſtentia in dicto loco, & non quoad alia conſiſtentia extra ter-
ritorium illud, an uero locum ſibi uẽdicent in omnibus bonis
ipſius ubique exiſtentibus, quæ difficultas neceſſario non uenit
examinanda, ut patet ex deductis ſuperius, tenendo ꝙ ipſa. d.
Thomaſina non gaudeat beneficio legis Hiſpaniæ, tenendo au-
tem cõtrarium, & ꝙ dictus Stephanus ligaretur dicta lege, diffi
45 cultas eſſet in conſideratione. † Circa quam aduertendum eſt, ꝙ
ipſe Stephanus Hiſpaniæ, ſuum condidit teſtamentum ſecundũ
ius commune, non autem ſecundum legem Hiſpaniæ. Quo ca-
ſu, quando teſtamentum apparet ita conditum, proculdubio ex
tenditur, & locum habet ad omnia bona ubicunque exiſtentia,
ut dicit Bald. poſt antiq. in d. l. cunctos populos col. ix. uerſi. ſed
* quæro quem ſequuntur * cõmuniter doc. ibi & firmat Alex. d.
46 conſi. xliiij. col. pen. in fi. uol. v. † Et idem dicẽdum eſt quan-
do teſtamentum eſſet conditũ à forenſe, ſecundum formam ſta
tuti. Nam obſeruabitur teſtamentum in omnibus bonis, ubiq;
exiſtentibus, ut tenet Gulıel. de Cune. & Bar. in d. l. cunctos po
pulos col. xiij. uerſic. & ſi dubitatur. & Bar. ibi col. ix. uerſic. ſed
quæro de effectu, & Saly. ibi col. iiij. uerſi. nunc quæro. & Iaſ. in
j. lect. col. ix. uerſi. tertia quæſtio principalis, nu. xliij. & in ij. le-
ctu. col. pen. & fin. ubi aſſerit hanc opi. eſſe communem quod ẽt
ſequitur Cyn. & alij in l. ij. C. quemad. teſtam aper. & Signorol.
de amode. conſi. clxvij. & Lap. alleg. xcj. & ſeq. col. iij. & Soc. cõ
ſi. ccxlj. col. viij. uol. ij. & Alex. in d. conſi. xliiij. col. pen. & conſi.
xix. num. vj. & viij. uol. vj. & Crot. in d. l. omnes populi. cart. fi. &
Alber. de Roſa. in j. parte ſtatutorum. q. lxvj. & per Alber. Brun.
in d. ſuo trac. in viij. art. princ. q. xxv. col. iij. uerſi. condito autem
47 teſtamento, & in alijs locis concord. allegatis per iſtos. † Quan-
do autem dictus Stephanus deceſsiſſet ab inteſtato, tunc eſſet
maior difficultas, an lex prædicta Hiſpaniæ extenderetur extra
territorium. In qua difficultate, Bar. in d. l. cunctos populos col.
xj. in vj. q. & col. xvj. uerſicu. ſed poteſt dubitari, multa adducit
poſt antiq. & tenet, ꝙ non extendatur extra territorium, ut ẽt
tangit

tangit Bal.ibi col.viij.uerſic.quæro utrum.& uerſi. quæro nunqnid.& col.ix.uerſic.ſed quæro. & Saly. col.iiij.nerſi.aut ſtatutum,& reliqui ſcriben.dicentes hanc opin. eſſe magis communem,licet fuerint alię diuerſę opiniones,& quamplures,quas refert Georg.nat.in tract.ꝗ ſtantib.maſcu.&c.iu ix.q.iiij.q.prin. & Ioan.Campeg.in tract.de dote.in ulti.par.q.xlix.& diffuſius eas recitat Alber.Bru.in d.tract in viij.art.prin. q.xxv.ubi tandem illis recitatis,firmat opin.Bar.eſſe communem,& difficultatem idem Albert.Bru. examinat in d.tract in a. art.princ.q. iiij.col.antepenult.& ſeq.& etiam in vj.art.prine.q.j.ubi tangit circa quę bona ſtatuta ligent forenſes , & etiam aliquid dicit Crot.in d.l.omnes populi.car.pen.& fi.& Alex.conſi.xix.num. iij.& vj.& viij.uol.vj.& conſi.cxlj.nu.v.& nu.xv.& ſeq. & num. xvij.uol.vij.& per Corne.conſi.xciiij.col.ij. uol. ij.& per Socin. conſi.xxxvj.uolu.j.& per Alberi.de Roſa. in ij.par.ſtatutorum.

48 q.cxxavj.& alibi pluries.†Et Sal.in d. l.cunctos populos col.v. & Caccialup.ibi,& Alex.in d.conſi.xix.& diffuſius Alber. Bru. in viij.artic.q.axvj.tractant & ponunt,quid iuris,de rebus mobilibus.& debitorum,& quoniam examinare iſta in præſenti minime eſt neceſſarium,ſat erit adduxiſſe loca,quibus uiſis ſecundum oportunitatem poterunt adduci ea quæ expediunt, & ad commodum faciunt. Pariſi. Pad.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes conformes in ſubſtantia quoad principale,licet ſint uarij in aliquibus uerbis,dicuntur conteſtes.& nu.2.*

3 *Teſtamenti nuncupatiui ſubſtantia non conſiſtit in ſcriptura,ſed in depoſitione teſtium.*

4 *Et magis attenditur depoſitionibus teſtium , quàm ſcriptura , & numero 15.*

5 *Vſusfructus relictus alicui cum onere retinendi filiam teſtatoris , an contineat onus,uſufructuarum debere præſtare alimenta filię. & numer.1.*

6 *Reſponſio interpretanda eſt,ut congruat interrogationi.*

7 *Teſtator præſumendus eſt,ut minus uoluerit grauare hæredem.*

8 *Maximè quando hæreditas non eſt ampla.*

9 *Quod non eſt ueriſimile,minimè eſt præſumendum.*

10 *Mens teſtatoris,potiſſimum attenditur in legatis,et fideicommiſſis magis quàm uerba.*

11 *Menti uerba debent inſeruire.*

12 *Legata reſtringuntur & ampliantur ex cauſa qua motus fuit teſtator.*

13 *In ore duorum ſtat omne uerbum.*

14 *Mens teſtatoris in aliquo dubia , bene declarari poteſt per duos teſtes.*

15 *Magis teſtibus aliquo caſu creditur, quàm ſcripturæ.*

16 *Negatiua per rerum naturam regulariter improbabilis eſt.*

17 *Falſus quando eſt coarctata loco & tempore.*

18 *Probatio non concludens nihil releuat.*

19 *Falſus in uno,in omnibus præſumitur falſus.*

20 *Teſtes reprobati per alios,non ſunt iudicandi idonei.*

CONSILIVM XIII.

LEGATVM Per teſtatorem factum.d.Lucię eius ſorori de uſufructu poſſeſsionis de Otalengo eſto quòd quo ad corticem uerborum & ſcripturæ legatur ſimpliciter & pure factum ſine aliquo onere. †

1 Tamen conſideratis depoſitionibus teſtium , qui ut numerarij & neceſſarij dicto teſtamento nuncupatiuo interuenerunt, factum fuit. d. Luciæ cum hoc onere,quod ipſa deberet penes ſe retinere filiam teſtatoris,& hac de cauſa,teſtator ipſe uſumfructum prædictum reliquit ipſi legatarie , ut eſt uidere ex lectura depoſitionum prædictorum teſtium, qui omnes in hoc reddun

2 tur conteſtes licet in aliquibus uerbis uideantur uariare.† Tamen cum in iſto principali concordent, licet in alijs uarient,ipſorum dictum erit ualidum,& concludens,ut dicit Ant. de Bu. in c.ij.extra de reg.per illum text.iuncta gloſſ.& Alexan.conſi. xxiiij.Animaduertis,colum.fi.uolum.ij.& alibi pluries.ut plene tangit Iaſo.in l.ij.col.penultim.nume.xvij.& ſeq.C.de bo.poſ.

3 ſec.tab.†Et quoniam ſubſtantia teſtamenti nuncupatiui,& eorum quæ in illo diſponuntur non in ſcriptura ſed in depoſitionibus teſtium conſiſtit,ut in §.fin.inſtit.de teſt.& in l.hac conſultiſsima.§.per nuncupationem.C.eodem titu.& in l.hęredes palam.ff.eod.,& in caſu præſenti depoſitiones prædictæ dictorum teſtium concludunt plus fuiſſe per ipſum teſtatorem dictum &

4 diſpoſitum, quàm ſcriptum per ipſum notarium. † Vera reſultabit concluſio hoc dictum debere attendi , & conſiderari & non ſcriptura ſimplex , nihil aſſerens de huiuſmodi diſpoſitione . l. quotiens.§.primo.ubi Ange.& Ali) not.ff.de hæred. inſtitu.per Cyn.Bald.& alios,in l.errore. C. de teſt. & quæ habentur in l. cum auus.ff.de conditio.& demonſt. cum concord. Fuit itaque attenta ueritate dictus uſufr. relictus. d. Luciæ cum onere retinendi penes ſe filiam teſtatoris , & ad hoc ut poſſet eam melius penes ſe retinere,conſequendo annuatim prædictum uſumfructum.

5 † Quæ diſpoſitio uidetur in ſe ambiguitatem continere, an ipſa.d Lucia legataria deberet retinere filiam teſtatoris,& etiam illi præſtare alimenta ex dicto uſufructu legato, qui longe plus annuatim aſcendebat præſtationem alimentorum . In quam ſententiam iam inclinant dicti teſtes numerarij , & etiam ipſe notarius , dum aſſerunt teſtatorem feciſſe tale legatum, ad hoc ut ipſa legataria teneret & alimenta prętlaret filiæ teſtatoris , licet hoc ultimum ab aliquibus ipſorum non fuerit auditũ dici ab ipſo teſtatore,tamen iſtius opi.ſunt,legatum prędictum fuiſſe relictum etiam cum iſto onere alimentandi, Quorum teſtimonium,ſatis coadiuuatur. Nam hæreditas erat ſatis grauata & onerata,nec multum locuplex , & hæredes inſtabant , ut ipſe teſtator non faceret tale legatum uſusfructus , & quòd non ordinaret filiam ſuam moram trahere penes.d.Luciam,ex quo melius morabatur penes eos , & tamen teſtator ipſe uoluit facere dictum legatum, ad effectum ut eius filia melius & aptius poſſet ſtare penes ipſam.d.Luciam, & inſtantia requiſitio & interrogatio facta teſtatori per dictos hæredes tendebat , ut talis u-

6 ſusfructus eſſet penes eos, & ipſi deberent præſtare alimenta. † Et denegatio & reſponſio facta per teſtatorem ut reddatur conformis interrogationi,iuxta. l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff, de interrogat.action.& §.pręterea, inſtitu. de inutil.ſtipula.intelligenda & interpretanda eſt , ut talis uſusfructus fuerit reli-

7 ctus cum dicto onere alimentandi. † Quod etiam coadiuuatur, Nam præſumptio eſt teſtatorem minus uoluiſſe grauare hæredem.l.nummis de leg. iij l apud Iulianum.§.Scio.de legat. pri-

8 mo. cum ſimi.†Prout etiam hoc idem ſuadetur attenta & conſiderata ueriſimilitudine, cum hæreditas non eſſet ampla,& grauata multipliciter, & dictus uſusfructus longè plus aſcenderet quàm expenſa alimentorum , quo fit ut relictus uideatur cum

9 dicto etiam onere alimentandi. † Non.n.debet includi illud , quòd non eſt ueriſimile,c.in generali de regu.iur. lib.vj l.non eſt ueriſimile.ff. quod me.cau.cap. quia ueriſimile,extra de præſumptio. & etiam quia nulla diſpoſitio tam generalis exiſtens eſt,quin ſit referenda ad ea, de quibus non eſt ueriſimile diſponentem cogitaſſe.ut dicit Ange.conſi.ccxlviij.Super primo,colum.ſecunda uerſicu.pro hac parte. & iudex non debet dare fidem ſi non ſit ueriſimile,ut tradit Petr.de Anchar.conſi.ccxvij. Si prædicta ſententia, column. fina. & quia inſpici debet quod eſt ueriſimile, & non quod eſt poſſibile, ut dicit Bald. in l.ſcripturæ,colum.prima.C.de fide inſtrumen. & in l.prima colum. iij.C.de ſer.fug.& Abb.in dicto c.quia ueriſimile,in ultim.no-

10 ta. † Et ſuadetur etiam , quoniam in legatis & fideicommiſsis potius attendimus mentem & cauſam quibus teſtator mouetur ad illa faciendum , quàm uerba ipſa expreſſa. l. cum uirum, ubi doctor.C.de fideicommiſ.l.publius.§.fina.ff.de condition. & demonſtr.l.quoniam indignum,ubi Mode. poſt Bald.multa accumulant.C.de teſtam. l.iij.ubi Alexand. & Iaſon. not.C.de

11 liber.& poſthum.† Verba enim debent inſeruire menti quæ attendi debet.l.in conditionibus primum locum.ff. de conditio. & demonſtr. & ſatis eſt quòd ex coniecturis colligitur. l. cum proponebatur.de legat.ſecundo. l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad

12 Trebel. † Et conſiderandum eſt , qua cauſa & ratione motus fuit teſtator ad legatum faciendum. Nam ex ea legatum & diſpoſitio reſtringitur, ampliatur, interpretatur, & declaratur.l. cum pater.§.dulciſsimis.ubi Barto.& ſcriben.de legat.ſecundo & idem Barto.in l.regula.§.& licet.ff.de iur.& fac. igno.& alia adducit Socin.conſi.xliij.column.prima uerſicu. Nam ratio. & conſi.lxxvij.colum.prima nume.ij.uolumi.iij.Conſideratis itaque prædictis circa dictum legatum uſusfructus reſultabat dubietas.An relictus uideretur etiam cum dicto onere alimentandi,Ad quam difficultatem & dubitationem tollendam iam adſunt duo teſtes, quartus, & ſeptimus numerarij, & teſtamentarij , qui confectioni dicti teſtamenti & diſpoſitioni dicti legati interuenerunt, aperto ore dicentes, teſtatorem prædictum , talem uſumfructum reliquiſſe do.Luciæ,ad hoc ut filiam teſtatoris

tis retineret penes ſe,& illi præſtaret alimenta,propter quorum
teſtimonium dicta ambiguitas reddita eſt apertiſsima , & cla-
13 ra.†Cum in ore duorum ſtet omne uerbum &c.l.ubi numerus.
14 ff.de teſtib.c.cũ eſſes.extra de teſtam. † Et ad declarandam uo
luntatem teſtatoris quatenus reſultaret in aliquo dubia , circa
rem legatam, ſufficiunt duo tantum teſtes, ut habetur in l.hęre
des palam.§.ſi quid poſt. & ibi gloſ. in uer. poſſe. in princip.ff.
de teſtam.quam ſequuntur omnes docto.concludentes duos te
ſtes ſufficere ad declarationem uoluntatis teſtatoris ad tollen-
dam dubietatem quę reſultare poſſet circa legatum factum,&
traditur etiam per ſcriben.in d.l.errore.& in d. l.quotiens.§.pri
mo.& plenè proſequitur Corn. conſi.cccxxix.uidetur col.pen.
15 uol.ij.†Et quia ex depoſitione dictorum duorum teſtium, appa
ret plus fuiſſe dictum,quàm ſcriptum,omiſſa ſcriptura,ſtare de-
bemus dicto , ut fuit concluſum. ſ. & ſic ut dictus uſusfructus
fuerit relictus etiam cum dicto onere præſtandi alimenta . Nec
prædictis habent obſtare depoſitiones duorum teſtium produ-
ctorum per ipſam.d.Luciam, qui conantur probare negatiuã,
ꝙ tali legato uſusfructua, non fuit appoſitum dictum onus ali-
16 mentandi,& conſequenter, ꝙ fuerit purum & ſimplex. † Et li-
cet negatiua per rerum naturã regulariter ſit improbabilis. l.
actor.C.de probat. c.bonę il.j.de electión. & utrobique per gl.
17 & docto. † Tamen quando eſt coarctata loco & tempore,bene
eſt probabilis,ut traditur per glo.in l.pambonius.§.rei perduel
lionis.ff.de inoffi.tes.& per gloſ.in §.hinc nobis.in auth.de
hære.& fal.cum alijs adductis per ſcriben.in c. tertio loco.& in
c.quoniam contra.de proba.& in l.in illa ſtipulatio.C.de uerb.
oblig.& in l.optimam.C.de contrahend.& commit.ſtipul.& in
§.item uerborum.inſtitu.de inutil.ſtipul.cum concor. Tamen
aduertendum erit ꝙ prædicti duo teſtes non ſunt numerarij ,
nec teſtamentarij, nec concludenter deponunt ꝙ tale onus ali-
mentandi non potuiſſet apponi prędicto legato per teſtatorem,
quin ipſi percepiſſent & ſenſiſſent, nam ambo deponunt ꝙ non
recordantur de omnibus uerbis dictis per teſtatorem,tunc cum
condebat teſtamentum,& ſic etiam ſtare poteſt,ꝙ ipſi non re-
cordentur de uerbis prolatis, tunc per teſtatorem apponentem
tale onus, quo fit ut negatiua quam conantur probare , non ſit
formiter nec concludenter probata. Non enim apparet ita coa
ptata quin tale onus non potuiſſet apponi, cum ipſimet fatean-
tur non recordari de omnibus uerbis tunc prolatis per teſtato-
18 rem.†Et probatio non concludens,nihil releuat in c.in præſen-
tia.de proba.l.non hoc.C.unde legit. & quia talis probatio ne-
gatiuè non apparet ita coarctata, ut iura requirunt,ut pleniſsi-
mè per omnes in d.c.tertio loco.cum concor. Prout etiam quia
depoſitio prædictorum redditur ſuſpecta . Nam dicti duo teſtes
aſſerunt teſtatorem ſimpliciter feciſſe tale legatum , nec appo-
ſuiſſe,ꝙ filio teſtatoris deberet ſtare penes ipſam.d.Luciam,le-
gatariam , & tamen iſtud eſt falſiſsimum, ut ſuperius dictum
19 fuit. † Et falſus in uno, præſumitur in omnibus falſus , ut in ca.
fraternitatis.ubi Imo.& Cano.not.extra de hæretic. & per Mo
der.poſt Bar.in l.ſi ex falſis.C.de tranſact.& per Bald.in l.ij.C.
de fideicom. liber. † Prout etiam ipſorum depoſitio redditur
20 ſuſpectiſsima, eo quoniam per plures & plures teſtes, probatur
ipſos non fuiſſe pręſentes confectioni dicti teſtamenti a princi
pio uſque ad finem,quo caſu non dicuntur idonei. l. cum anti-
quitas.C.de teſtam.& ibi plenè per ſcriben.Reiectis itaque ip-
ſorum depoſitionibus,ſtandum erit concluſioni ſuperius firma
tę,ꝙ prędicto legato fuerint appoſita dicta onera, & ꝙ attendi
debeant prędicta diſpoſita per dictum teſtatorem , & non ſim-
plex ſcriptura teſtamenti continens circa hoc legatum longè
minus quàm fuerit diſpoſitum per ipſum teſtatorem. Par. Pa.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta, ſi inſtitutus ſine filijs decederet euaneſcit,inſtituto morienti cum filijs, & nu. 5.*
2 *Subſtitutio facta ſub conditione , euaneſcit conditione non adimpleta .*
3 *Diſpoſitio facta ſub conditione non habet locum deficiente conditione .*
4 *Poſiti in conditione non cenſentur diſpoſitiuè uocati.*
5 *Poſiti in conditione poſſunt ab inteſtato ſuccedere grauato.*
6 *Grauari non poteſt a teſtatore qui ab eo non fuit honoratus.*
7 *Subſtitutio non poteſt porrigi ad caſum de quo non loquitur.*
8 *Quod teſtator non expreſsit,omiſiſſe dicitur.*
9 *Dictio,tunc . extremitatem temporis importat & reſtrictionem ad caſum expreſſum tantum.*
10 *Extenſio fieri non debet de perſona grauata ad aliam non grauatam .*
11 *Teſtatoris mens poſt ſummum attendi debet etiam coniectarata.*
12 *Debet tamen hoc apparere ex uerbis prolatis a teſtatore , & non aliter .*
13 *Verba, ſi ſine filijs quis decederet, non comprehendunt alios deſcendentes .*
14 *Poſiti in conditione non dicuntur ſubſtituti, nec diſpoſitiuè uocati.*
15 *Appellatione filiorum quoad grauamen inducendum non comprehenduntur nepotes,nec deſcendentes.*
16 *Minus etiam includitur nepos.quando reperitur filius in primo gradu in quo diſpoſitio fuit uerificata.*
17 *Minus etiam comprehenduntur in grauamine fideicommiſſario.*
18 *Non dicitur decedere ſine filijs,qui uno relicto deceſſit.*
19 *Ita grauatus relicto filio , poteſt diſponere de bonis in quibus fuit grauatus ſuo arbitrio.*
20 *Teſtator conſiderans maſculinitatem , uidetur illam conſideraſſe propter conſeruationem familia & agnationis.*
21 *Gl.in l.Lucius.ff. de hæred.inſtit.procedit etiam ſi de filio maſculo facta fuiſſet mentio,& nu.ſeq.*
22 *Qualitas maſculinitatis conſiderata cenſetur ſolum in caſibus promiſis & expreßis, non autem in alijs omiſſis.*
23 *Reprobatur opinio Guido.Pa.& Dec.*
24 *Teſtator transgrediens ad plures.gradus non propterea uidetur induxiſſe grauamen illis in conditione tantum poſitis. & nu.25.*

CONSILIVM XIIII.

PETRVS Iſte boſcherius iunior non poteſt modo
aliquo ſe tueri ex teſtamento condito , per Petrum
boſcherium ſeniorem, nec uirtute illius pretende-
re poteſt aliquod fideicommiſſum. Nam dictus Pe-
trus ſenior, inſtituto hęrede Antonio ſeniore eius filio , & Do-
minico eius nepote , diſpoſuit & uoluit quòd ſi dictus Anton.
eius filius deceſſerit ſine filijs legitimis , ei eſſet ſubſtitutus di-
1 ctus Dominicus.†Quæ ſubſtitutio penitus euanuit,ex quo præ
dictus Anton.deceſſit relicto filio Petro,ut ſtatim dicetur . Itẽ
euanuit quoniam dictus Dominicus ſubſtitutus mortuus fuit
ante dictum Anton.l.iij.l.cum filiofam.ubi pleniſsime ſcriben.
de legat.primo.l.quibus diebus.§.quidam Titio. l. hæres meus.
ff.de condition.& demonſtr. l. quarta.ff.quando dies lega.ced.
cum ſim. Eodem modo illa ſubſtitutio per dictum Petrum ſe-
niorem facta,in qua uoluit, quòd ſi omnes inſtituti decederent
ſine filijs maſculis. Tunc ſuccederent proximiores in gradu ma
ſculi etiam euanuit,quoniam ipſe Anton. filius.d.teſtatoris ſuc
ceſsit Dominico cohæredi, & poſtmodum ipſe mortuus eſt re-
licto maſculo , propter cuius filij maſculi exiſtentiam ſubſtitu-
2 tio ipſa penitus euanuit.†Ex quo facta fuit ſub dicta conditio-
ne , quæ defecit dicto Anton. grauato moriente cum filijs ma-
ſculis,ut habetur in l.ex facto.§.ſi quis autem.ff.ad Trebellia.&
in terminis hoc tenet Oldr.conſilio.xxj. Thema tale.eſt.uolens,
quòd quando alicui per teſtatorem facta eſt ſubſtitutio ſub illa
conditione , ſi deceſſerit ſine filijs maſculis , ſubſtitutio dicitur
euanuiſſe ſi dictus grauatus tempore mortis ſuę reliquit filios
maſculos,quicquid poſtea contingat de dictis filijs maſculis.al-
3 legat.l.cum uxori.C.quando dies lega.ced. † Et etiam quia di-
ſpoſitio facta ſub conditione, non habet locum deficiente con
ditione.l.prima.§.primo.ff.de dona.cum concord. Quam ſen-
tentiam ſequitur Ioan.Andr.relatus a Pau.de Caſtr. in dicta.l.
ex facto.§.penultim.& conſilio. clxx. ne improprijs , columt.
penultim.& docto.in l.prima.C.de condi. inſer.allegantes iura
ad probantia,& idem uolunt quamplures alij docto.citati, & re
lati per Iaſon.in l.in ſubſtitutione.numer. x.ff.de uulg.& pupil.
& in l.ſi quis,nume.v.C.de inſtitu.& ſubſtitu.& per Dec.conſi.
lxiij.Et pro tenui.column.ſecunda uerſicu.& licet liberi.& con
ſilio.ccxviij. In caſu.column.ſecunda numer.vij.& conſi. ccxcj.
uiſis.numer.v.& alibi pluries, quibus in locis communiter con
cluditur, ſubſtitutionem factam ſub illa conditione, ſi inſtitu-
tus deceſſerit ſine filijs expirare & euaneſcere quando mortuus
eſt relicto filio,& comprobatur concluſio iſta. Nam filij maſcu
li.d.Antonij ſenioris hæredis inſtituti a Petro ſeniore, non fuiſſe
uocati ab eo,nec poſiti in diſpoſitione, ſed ſolum in conditio-
4 ne. † Quo caſu non poſſunt uenire tanquàm diſpoſitiuè uocati
a d.te-

a d.teſtatore.l.ſi quis ſub cōditione. ff. ſi quis omiſ.cau.teſtam.
5 † Poterant enim dicti filij maſculi ita uocati dicto Anton. patri
ſuccedere ab inteſtato, ſi ita fuiſſet mortuus, uel ex teſtamento
ſi ipſe Anton.eos inſtituiſſet, ut dicit gloſſ.communiter appro-
bata in l.Lucius.la.ij.ff.de hæred.inſtit.quam ſequitur ibi Bart.
Bald.Ange.Imo.& Alexand.dicens hanc eſſe communem con
ſi.clxxxv.Viſo titulo.uolumi.ij.& conſi.xxxij.uiſo proceſſu,co-
lumn.penultim.uolumin.iij.& conſi. xciij. Super eo.colum.iij.
eo.uolumin.iij.& conſilio.xiij.uiſis.column.iiij.uolumin.iiij.&
alibi pluries, & ad plenum proſequitur Barbat. in repet. l. cum
acutiſsimi.C.de fideicom.& Soci.in repet.l.cum auus.ff.de con
dition.& demonſtr.car.pen.& conſi.lxxvij.Conſilijs. colum.ij.
& conſi.lxxx.De duobus.column.iiij. uolumin.j.& conſi.lxij.ui
ſo capitulo in princip.& conſi.cxvj.in cauſa.in princip.uolumi.
iij.ubi dicit pro.d.gloſſ.& communi concluſ. eſſe text.in d.l.ex
facto.§.ex facto.& ꝙ ab iſta opin. non eſt recedendum in indi-
cando & conſulendo.Prout etiam ad plenum proſequitur An-
ton.Corſet.in q.per eum diſput.quam inſeruit in ſi.ſui reperto.
& etiam Franc.de Curt.conſilio.xlij.xliij.& xliiij.& pleniſsime
Mod.in l.centurio.ff.de uulga.& pup.poſt illam.q.Bar.ultimā.
iij.q.princip.& etiam ponunt Mode. in l.j. C.de pact.cum con-
cord.adductis per Dec.conſi.cclxx.nu.j.& in conſi. nouiter im-
6 preſſo.xx.& pro tenui. numer.j. alias. ccccxxij. † Ex quibus ne-
ceſſario infertur ꝙ Petrus filius dicti Antonij ſenioris, poſitus
in conditione,& a fortiori alij deſcendentes ex eo, non fuerunt
grauati, nec potuerunt grauari, a dicto Petro primo teſtatore,
quia ab eo non honorati nec diſpoſitiue uocati, per text.uulg.
in l.ab eo.C.de fideicom.cum ſim.allegatis per docto.poſt Bar.
7 in d.l.centurio.column.xij.uerſicu.quæro ulterius.† Et quia ta-
lis ſubſtitutio non grauat filios,& deſcendentes ex dicto Anto.
nec loquitur iſto caſu conſequenter minime conſideranda, ut
dicit Oldr.d.conſilio.xxj.& Abb.conſi.cxl.Facti contingentia.
8 uolumin.primo. † Et quia teſtator hunc caſum minimè expreſ-
ſit, iccirco ipſum habuit pro omiſſo. c. ad audientiam extra de
9 decim.l.unica.§.ſed ſi deficientis.C.de cad.tol. † Eo etiam quia
talis ſubſtitutio facta eſt per dictionem, tunc, importantem ex-
tremitatem temporis, & reſtringentem diſpoſitionem teſtato-
ris ad caſum tantum formaliter expreſſum, nec recipit extenſio
nem alterius caſus.l.iiij.§.fi.ff.de condition.& demonſtr. & trā
dit Petr.de Anchar.conſi.ccclvij.Iſte magiſter, & Dec.conſilio
10 lxxxix. Viſo puncto.numer.iij. † Et etiam quia non debet fieri
extenſio de una perſona grauata ad aliam non grauatam, ut tra-
dit Areti.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.column. iij. uerſicu.ſi ij
adde.ff.de liber.& poſthum.& Dec.conſi.ccxj.Subtilit.numer.
v.& alibi pluries. Et quoniam dicta ſubſtitutio & fideicommiſ-
ſum fuit perſonale iniunctum.d.Anton.& ſub dicta conditione
quæ defecit, merito expirauit, nec debet extendi ad alias perſo-
nas non grauatas, nec honoratas, & fortius non nominatas, iuri
bus, & deciſ. quibus.ſ.Nec iſti concluſioni habet obſtare ſi ex
aduerſo diceretur illam procedere, quando non adeſſet aliqua
coniectura per quam colligi poſſit mens teſtatoris, uolentis fi-
11 deicommiſſum durare perpetuo. † Nam tunc ceſſabit concluſio
ſuperius firmata, & obſeruanda eſſet uoluntas teſtatoris.d.l.in
conditionibus primum locum.ff.de condi.& demon.cum con-
cor.Maximè quia in fideicommiſsis proceditur conſiderata mē
te teſtatoris,& inducuntur ex coniecturis.l.cum uirum.C.de fi-
12 deicomm.cum ſim. † Nam dico ꝙ talis coniectura apparere de-
bet ex uerbis prolatis a teſtatore,& non aliter, ut firmat Socin.
allegando iura & deciſ.in d.l.cum auus, col.fin.& in l.hæredes
mei.§.cum ita. col.iij.ff.ad Treb. & diſcurrendo ſingula capita
& uerba prolata ab ipſo teſtatore in dictis ſubſtitutionibus, nul
la poteſt colligi coniectura, per quam poſsit apparere uoluiſſe
grauare deſcendentes ex dicto Anton.eius filio, & uoluerit ta-
lem ſubſtitutionem durare perpetuo, quinimo ex uerbis.d.te-
ſtamenti apertiſsime oſtenditur totum contrarium ut ſuperius
13 fuit deductum,& concluſum. † Non enim poteſt dici ꝙ per illa
uerba, ſine filijs, filij & deſcendentes dicantur ſubſtituti Anton.
eorum patri,& anteceſſori, ex quo dicti filij non ſunt uocati di
14 ſpoſitiue, ſed tantum poſiti in conditione. † Et quando ita poſiti
ſunt non dicuntur ſubſtituti, nec diſpoſitiuè uocati, ut in d.l.ſi
quis ſub conditione.& alijs deciſ.ſ.deductis, ad plenum proſe-
quitur Soci.in d.conſi.lxij & conſi.ciiij.Quoniam, & d. conſil.
15 cxvj.uolu.iij. † Minus etiam poteſt dici, ꝙ illa uerba, ſine filijs,
debent intelligi,& interpretari, id eſt, ſine nepotibus deſcendē-
tibus. Nam hęc interpretatio eſt penitus falſa, ut ad plenum pro

ſequitur Socin.in dictis tribus conſil. & etiam quia in pręſentia
16 rum adſunt deſcendentes dicti Antonij. † Item quia appellatio-
ne filiorum, nunquam includitur nepos, quando reperitur filius
in primo gradu, in quo diſpoſitio fuit uerificata, ut cōtingit hic,
per d.l.Gallus.§.idem credendum,& tradit Bar.in l.liberorum.
col.pen.ff.de uerb.ſig.& Dec.conſi.xcv.& pro tenui.col.penult.
17 uerſi.iiij.quando habuit.& conſi.ccxcj.uiſis.num.viij. † Et quia
quando tractatur de grauamine & onere, ut eſt fideicom. appel
latione filiorum non ueniunt nepotes, ut dicit Pau. de Caſt.in
d.conſi.clxx.col.ij.& Corne.conſi.cxc.in præſenti.col.xij.uolu.
ij.ubi affirmat ita fuiſſe iudicatum Florentiæ, & Franc.de Cur.
conſi.xliij.col.ix.& Deci.d.conſi.xcv.nume.v.& illud caput.d.
teſtamenti, ſi omnes decederent ſine filijs &c. minimè obſtat ex
quo.d. Antonius deceſsit cum filio maſculo, propter quod om-
nes aliæ ſubſtitutiones per dictum teſtatorem poſtea factæ ex-
18 pirarunt. † Ex quo facte apparent caſu quo d. Antonius dece-
deret ſine filijs maſculis, & deceſsit relicto filio maſculo, ut eſt
caſus in d.l.ex facto.§.pen.& punctaliter firmat Soci. in d.con-
ſi.lxij.column.iiij.nume.xj.ubi ad id allegat Oldra.& Ioā. And.
& idem facit ipſe Socin.d.conſi.cxvj.column.v.& vj.uerſic.quæ
19 omnino non habent. † In quibus locis concludit, quòd tales ita
grauati relicto filio, poſſunt diſponere & alienare bona quæ ad
ipſos peruenerunt ex illo teſtatore ita diſponente & ſubſtituen
te conditionaliter, & conditione deficiente allegat iura & de-
ciſ.ut per eum, Quanto ergo fortius Anton.iunior deſcendens
ex illis ſenioribus, potuit de dictis bonis diſponere uti diſpoſuit
in beneficium ſuę uxoris de bonis Petri ſenioris, primi teſtato-
ris gradatim ad ipſum peruentis, cum in illis in præſentiarū nul-
20 la ſubſiſtat ſubſtitutio & fideicommiſſum. † Nec obſt. illa qua-
litas maſculinitatis a d.teſtatore expreſſa, per quam uidetur cō-
ſideraſſe familiam & agnationem, ita ꝙ eius bona deberent in
familia conſeruari, cum familia per maſculos conſeruetur, &
pręſumendum eſt, quòd hac de cauſa teſtator expreſſerit dictā
qualitatem maſculinitatis. Nam iſta coniectura minime eſt ſuf-
ficiens ad tollendam concluſionem. ſ. firmatam. Quoniam.d.
teſtator uoluit uenire ad eius bona proximiores maſculos, caſu
quo omnes ſui hæredes inſtituti decederent ſine maſculis, &
quia ut dictum eſt dictus Anton. deceſsit relicto filio maſculo,
dictæ ſubſtitutiones ſequentes ceſſarunt, ita punctaliter dicit
Socin.reſpondendo obiectioni, in d.conſilio ciiij. column. ij.&
iij.& in d.conſilio.cxvj.column.quarta.& ſequen.uolumin.iij.
& d.conſilio.lxij.column.quarta eod. uol.ubi ex pluribus iſtud
firmat, tollendo obiectionem, & proſequitur Deci. conſilio.
21 cclxxix. † Nam gloſſ.in dicta.l.Lucius.procedit & locum ha-
bet etiam quando hæres eſt grauatus ſi decederet ſine filijs ma-
ſculis, & maſculi poſiti eſſent in conditione, ut dicit Alexand.
conſi.cv.proſpectis, uolumin.primo.& conſilio clxxxv.uolumin.
ſecundo.& Bened.Cap.conſilio ſecundo column. vij. & viij. &
Cuman.conſilio cxxj. Gherardus. & Corne. conſilio primo in
ſecundo dub.uolumin.iij.& conſilio ccvij.de pluribus.column.
prima.& conſilio cxlvj. uolumin. ſecundo & conſi.xx.column.
antepenultim.& penultim.uolumin.iiij.& Franc.de Cur.conſi.
xlij.& expreſſe Socin.in dicto conſi. lxij.& ciiij.& diffuſius con
ſi.cxvj.uolumin.iij.column.quarta & quinta uerſicu. quarto fit
22 magnum fundamentum. † Qualitas enim maſculinitatis conſi-
derata eſt ſolum in caſibus prouiſis, & expreſsis a teſtatore, non
autem in alijs omiſsis, ut firmat Socin.in dictis tribus conſilijs.
& etiam conſi. lxxvij. uol.iij.& ꝯſi. lj.uol.iiij. & Franc.de Curt.
conſilio lxiij.& Alexand.conſi.xcvij.uolumin.ſecundo.& De-
23 ci.conſi.lxxxvij.lxxxix.cccix.cccxiiij.& cccxv. † Ex quibus pa-
tet, quòd opinio Guido.pa.relata per Dec. conſi.cclxx.Raynal
dus.column.penultim.& fina.dum uolebant gloſſ.in d.l.Lucius
non procedere, quando fuiſſet appoſitum uerbum maſculis.nō
eſt uera, nec modo aliquo procedit per communes concluſio.&
deciſiones ſuperius allegatas, nolentes.d.gloſſ.procedere etiam
iſto caſu. Nam illa expreſsio maſculinitatis, ſolum uendicat ſibi
locum in caſu expreſſo a teſtatore,& non in alijs omiſsis, ut per
24 docto.ubi.ſ.maxime Socin.in dicto conſil.o cxvj. † Non obſtat
ſi poſtremo dicatur, ꝙ dictus teſtator tranſgreſſus eſt ad plures
gradus, per quam tranſgreſsionem filij poſiti in conditione ui-
dentur diſpoſitiue uocati,& ita limitabitur gloſſ. in dicta l. Lu-
cius.ut uidetur ſentire Petr. de Anchar. conſilio lxxiiij.Contra
25 Philippum. † Nam iſta coniectura in terminis noſtris tollitur
per Socin.in dicta l.cum auus.colum.penultim. & fina. & in d.
conſilio ciiij.column.iiij.& ſequen.numer.ix.& in d.conſi.lxij.

nume.vj.& xlj.& in d.conſi.cxvj.col.penul.& fina.nolumin.ilj. Quibus in locis adducit conſilia, & deciſio. diuerſorum docto. In quibus concluditur,gloſſ.in dicta.l.Lucius.& diſpoſitionem dictę.l. ab eo. cum ſimilibus procedere & habere locum etiam ſi teſtator ſuerit ad plures gradus ſubſtitutionum tranſgreſſus, & adducit plures deci.hanc concluſi.firmantes,prout etiam facit Franciſ.de Cur.in d.conſi.lxiij.col. v. & ſeq. Quibus omnibus conſideratis, concluſio ſupra firmata remanet ueriſsima, quod dictus Petrus iunior ex teſtamento dicti Petri ſenioris, nullum jus habet, nec ex eo prætendere poteſt conſequi aliquod fideicommiſſum. Pariſi. Pad.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta ſub conditione,illa deficiente ceſſat.*
2 *Subſtitutio facta ſub conditione, illa adimpleta locum habere debet & exequenda eſt.*
3 *Grauari non poteſt,qui a teſtatore non fuit honoratus.*
4 *Fideicommiſſum ſub conditione relictum debetur,licet ipſius conditio exiſtat poſt mortem inſtituti.*
5 *Grauatus fideicommiſſo, non poteſt alienare bona ſub dicto grauamine relicta.*
6 *Subſtitutio ſub duplici conditione facta,ut effectum ſortiatur,adimplementum utriusque conditionis requirit.*
Grauatus, ſi decederet ſine filijs,& ab inteſtato, ſub duplici conditione dicitur grauatus.
7 *Pater filijs ſuis pupillis poteſt teſtamentum facere, & nu.8.*
8 *Pupilli morientes in pupillari ætate dicuntur mori teſtati, quando pater illis ſecundas tabulas fecit, & nu.10.11.& 12.*
9 *Pater filio pupillo compendioſe ſubſtituens,dicitur etiam pupillariter ſubſtituere.*
11 *Subſtitutio compendioſa reciproca, continet ſub ſe & pupillarem, & numer.16.*
10 *Pupillariter ſubſtitutus excludit omnes alios qui pupillo ab inteſtato poterant ſuccedere,& alijs ſeq.*
13 *Compendioſa ſubſtitutio dicitur illa, quæ facta eſt poſt mortem filiorum.*
14 *Item quando facta eſt ſub illa conditione, ſi inſtitutus decedat ſine filijs.*
15 *Verbum, ſubſtituo, commune eſt.*

CONSILIVM XV.

SER Laurenſius inſtituit hæredem ſuum ſer Saluatorem eius filium hac conditione,quod ſi ipſe Saluator uel eius filij deceſſerint abſque filijs legitimis maſculis,uel ab inteſtato,filię fęminæ.d.teſtatoris eſſent inſtitutę, & ſubſtitutę dictus Saluator deceſsit relicto filio,Donatino,& duabus filiabus, & condidit ſibi teſtamentum, in quo uniuerſalem hęredem inſtituit dictum Donatinũ, hac conditione, quod ſi ſuprascriptus Donatinus decederet ab inteſtato, & ſine filijs, eo caſu eſſent inſtitutæ & ſubſtitutę Margha.& Cathe.filię.d.teſtatoris, & caſu quo dictæ filię decederẽt ab inteſtato & ſine filijs, eo caſu dictus teſtator inſtituit & ſubſtituit filios ſer Gulielmi patrueles ipſius teſtatoris. Accidit modo caſus,quòd omnes filij.d.Saluatoris mortui ſunt in pupillari ætate,quęritur ſtante teſtamento ſer Laurentij primi teſtatoris,utrum Saluator potuerit teſtamentum condere,& illud ſubſiſtat,de iure,& debeat ſortiri effectum,quo ad omnia, ibi per eum diſpoſita. Ad reſolutionem præſentis dubij conſiderandum eſt, quod fideicommiſſum factum per ipſum Laurentium & ſubſtitutio in perſonam Saluatoris eius filij, continet conditionem ſi Saluator mortuus eſſet, ſine maſculis,uel ab inteſtato, ut tũc eſſent inſtitutę & ſubſtitutę filię.d.Laurentij,& quia Saluator mortuus eſt relicto Donatino,filio maſculo,& etiam con
1 dito teſtamento. † Merito talis ſubſtitutio & fideicommiſſum, factum, ſub dicta conditione euanuit. & expirauit, per defectũ dictę conditionis.l.qui hæredi.§.fi.ff.de condi. & dem.l.cedere diem.ff.de uer.ſig.cum uulga. Verũ quia tale fideicommiſſum, & ſubſtitutio per Laurentium apparet facta,etiam ſub alia conditione, uidelicet ſi eius Saluatoris filij decederent ſine maſculis,uel ab inteſtato, & dicta conditio uidetur eſſe adimpleta,ex quo Donatinus,eius filius,mortuus eſt ſine filijs,& nullo per eũ
2 condito teſtamento. † Idcirco ad tale fideicommiſſum uidentur uocatę filiæ.d.Laurentij ſubſtitutæ,ex quo conditio ipſius uidetur adimpleta.l.filium quem habentem.C.fami. ercil.l.fi.§.ſed
3 quia.C.communia de leg.& d.l.cedere diem,cum concor.† Dictus.n.Laurentius non grauauit ipſum Donatinum, quem regulariter grauare non poterat,cum non inſtituerit,nec honorauerit.l.ab eo.C.de fideicom.l.cum filio.de legat. primo ſed grauauit ipſum Saluatorem inſtitutum hæredem, ſub duplici conditione alternatiua.ſ.eo caſu quo ipſe Saluator decederet ſine maſculis,uel ab inteſtato, & etiam caſu quo filij Saluatoris decederent ſine maſculis uel ab inteſtato, & licet ipſe Saluator mortuus ſit relicto maſculo & condito teſtamento,tamen quia eius filij mortui ſunt ſine filijs, & nullo per eos condito teſtamento
4 † tale fideicom. dicitur purificatum, licet eius conditio exiſtat poſt mortẽ ipſius Saluatoris inſtituti,ut eſt tex. in l.cohęredi.§.cum filię.ff.de uulgar.& pupillar. & in l.legato.ff.de condition.& demonſt.per quæ iura ita firmat Barto.in l.centurio.in ulti.quæſtio.ij.quæſtio.princip.column.xij.uerſicu.quæro ulterius.ff. de uulgar. & pupillar. quem communiter in hoc ſequuntur ibi omnes ſcriben.adducentes alias deciſ. & firmat iſtud Socin. conſilio cxvj. Conſideratis. column. tertia uolumin. primo & conſiliu cxlix.Materia.column.tertia uolumin.ſecundo & Franciſc.de Cur.conſilio xlij.column.decima & ſequent.& conſilio
5 xliiij.column.quarta. † Quibus ſtantibus de bonis & hęreditate dom.Laurentij,uidetur deductum quòd domi.Saluator non potuerit teſtari, nec diſponere niſi de legitima & trebellianica, quæ aſcendunt ad medietatem, ut uolunt & diſponunt iura & concluſi. communes & uulgares, & quòd reliquam medietatem habere debeant filiæ domin.Laurentij ſubſtitutę,ut ſupra. Tamen iſtis non obſtan. dico.d.Saluatorem rectè potuiſſe facere teſtamentum,& diſponere prout diſpoſuit de omnibus bonis & hæreditate dicti ſer Laurentij quæ ad ipſum Saluatorem peruenit.& quia omnes filij domin. Saluatoris mortui ſunt ſine filijs,& ab inteſtato,merito filij ſer Gulielmi ſui patrueles inſtituti & dicto caſu ſubſtituti conſequi, & habere debent totam dictam hęreditatẽ & integra bona excluſis filiabus dicti ſer Laurentij cum factus fuerit locus dictę ſubſtitutioni factæ per ipſum Saluatorem, illa enim conditio appoſita per ſer Laurentiũ in ſubſtitutione & fideicom.per eum relicto, defecit, quo ad perſonam Saluatoris,ex quo deceſsit relicto maſculo,& condito teſtamento, ita etiam & defecit in perſonam filiorum ipſius Saluatoris, nam licet dicti eius filij deceſſerint ſine filijs, tamen non dicuntur mortui ab inteſt. & quia teſtati mortui ſunt,merito euanuit ſubſtitutio & fideic. ad cuius purificationem utrunque erat neceſſarium. ſ. quòd deberent mori ſine filijs. item & ab inteſtato,ut eſt text.apertus in l.generaliter.in princip.C.de inſtitut. & ſubſtitut. & ibi omnes ſcribentes communiter illud firmant allegant.concordantes deciſ. Quod modo filij Saluatoris non ſint mortui ab inteſtato, ſed teſtati probatur apertiſsimè,quoniam omnes mortui ſunt in pupillari ætate & dictus Saluator eorum pater ipſis in dicta ætate morientibus fecit teſta-
6 mentum. † De iure enim communi poteſt pater filijs ſuis pupillis teſtamentum facere.l.moribus.in princip. l.patris & filij.ff.de uulgar.& pupillar.& inſtitu.eod.titu.in princip. l. Papinia-
7 nus.§.ſed nec impuberis.ff.de inofficio.teſtam.cum ſimil. † Et quando pater facit teſtamentum ſecundaſque tabulas filijs ſuis pupillis,& euenit caſus ſecundarum tabularum,& ſubſtitutionis pupillaris factę a patre,& ſic caſus teſtamenti ipſorum filiorum,dicto caſu filij dicuntur mori teſtati idest cum teſtamento eis a patre condito, ita quòd eis dicitur ſuccedi ex teſtamento, & ex cauſa teſtati, ut iuribus præalleg at.& in l. omnem. C. ad Tertull.& in l.ſciant.C.de legit. hæred. & ibi plenè tangunt doctores,& per Signoro.conſilio cj. Infans decedens. column.iij. uerſicu.nec obſtat.& per Bald.in l.ſi arrogator.column.penultim.ff.de adoptiun. & Ange. conſilio ciiij. Statuto communis Burgi. column. penultim. in fin. & Fulgo. conſilio xlviij.Quidam.P.column.fina.& Socin.poſt alios in dicta.l.moribus.co-
8 lumn.prima. † Et licet ipſi filij ſint in ætate in qua non poſſent teſtari.l.qua ætate.ff.de teſtamen. cum concord.tamen lex concedit patri hanc facultatem ita ut dicatur teſtamentum filij pupilli qui licet moriatur pupillus & infans tamen mori dicitur teſtatus & cum teſtamento & ei ſuccedit ex cauſa teſtati,ut pro
9 bant iura & deciſ. ſuperius adductę. † Prout etiã dicimus quòd quando pater filio pupillo facit ſubſtitutionem reciprocam ſeu compendioſam, ſub quibus continetur pupillaris, ut plenè per Barto.& alios in dicta.l.centurio.& in l. precibus. C. de imp.& in l.Lucius.ff.de uulgar.& pupillar. & in c. ſi pater. de teſtam. lib.vj.& in c.Raynaldus.& c.Raynucius.extra eod. tit.ſi ſuper-
uenit

uenit caſus quo talis ſubſtitutio non potuit habere effectum,
ceſſant ſecundæ tabulæ, & teſtamentum filij pupilli conditum
a patre,& pupillus iſto caſu dicitur mori inteſtatus.l.ij.§.impu-
berem.ff.ad Tertullian.l.pater filiam.§.fina.ff.ad leg. Falcid.&
l.ſecunda.C.de impube.l.qui duos.io fin.ff.de uulgar. & pupil
la.l.in teſtamento.la prima. C.de teſtamen. mil. & l.Lucius.ff.
10 de uulga. † Quando ergo euenit caſus dictæ ſubſtitutionis, &
filius pupillus mortuus eſt in pupillari ætate mori dicitur teſta-
tus, & ei ſucceditur ex cauſa teſtati, ut ſupra probatum eſt &
probant iura prędicta loquentia quando defecit conditio,ergo
quando adimpleta eſt teſtatus dicitur mori, & ei ſucceditur ex
11 cauſa teſtati. † Et ſuadentur iſta ex his quę habentur in l.ſi fun
dum per fideicommiſſum.cum duabus.ll.ſequenti.de legat.pri-
mo & in l.cum filiofami. eod.titul. ubi pater filio pupillo aliter
non prouidendo uidetur uocare ſuccedentes illi pupillo ab in-
12 teſtato,quos etiam poteſt grauare.† Vnde ſi prouidet pupillus
mori dicitur teſtatus, & ei ſucceditur ea cauſa teſtati.prout pa-
ter diſpoſuit excluſis illis qui pupillo poterant ſuccedere ab in-
teſtato,& ita firmat Socin.conſilio lxxaj.Si in cauſa.io fin. uolu
13 min.iiij. † Et cum dominus Saluator filijs ſuis fecerit ſubſtitu-
tionem compendioſam,quia facta poſt mortem omnium filio-
rum,ut tradit gloſſ.& ibi oota. omnes in dicta.l.in teſtamento,
C.de teſtamen.mili.cum alijs allegatis per Alexand.conſi.axij.
column.ij.uerſicu.ſi diceretur.uolumin.ij.& per Socin.conſilio.
14 cxiij.Suprafcripts.column.iij.uerſicu.ſed iſte uolumin.j.† Tum
quia facta ſub illa cõditione, ſi ſine filijs,ut in d.c.ſi pater.& per
15 gloſſ in d.l.precibus. † Tum etiam conſiderato illo uer.ſubſti-
tuit.ut per gloſſ.in d.l.generaliter.§.primo.& in l. nam hoc iu-
re.ff.de uulgar.& pupillar.& per ſcriben.in d.l.precibus.& io d.
16 l.centurio.cum ſimi.† Proculdubio,ſub dicta compendioſa cõ-
prehendebatur pupillaris,ut pleniſsimè per Bar.& omnes in d.
l.centurio.& in d. l. precibus.& alijs locis de quibus ſupra, po-
tiſsimum conſiderato illo uer.inſtituit denotante directam in-
ſtitutionem & ſubſtitutionem quæ propriè in iſta pupillari ue-
rificatur ut pleniſsime i locis prędictis,& quia euenit caſus ſub-
ſtitutionis pupillaris,prędicti filij Saluatoris, mortui dicuntur
teſtati, & ex cauſa teſtati propter teſtamentum eis conditum à
patre filij ſer Gulielmi patrueles ueniunt & excludunt filias. d.
ſer Laurentij, ex quo conditiones ſub quibus fuerunt uocatæ,
non fuere adimpletę, ſed defecerunt quoniam filij dicti Salua-
toris mortui ſunt teſtati, & ſic tolluntur allegata ſupra in con-
trarium in fauorem filiarum dicti ſer Laurentij uocatarum ſub
dictis conditionibus quæ iam defecerunt,& non fuere implete,
ualebit ergo, & effectum ſortietur teſtamentum conditum a di
cto Saluatore etiam quo ad integram hæreditatem & omnia
bona. d. ſer Laurentij quæ ad ipſum Saluatorem peruenerunt
uirtute cujus teſtamenti dicti eius patrueles prædicta bona in-
tegre conſequi,& habere debent. Pariſi. Pad.

SVMMARIVM.

1 *Adultus & pubes de iure communi poteſt teſtamentum condere.*
2 *Quod procedit etiam ſi haberet curatorem.*
3 *Statutum diſponens minorem anno.xx. nõ poſſe teſtari ualidum eſt, & numer.4.*
Maxime quando conditum eſt ab habentibus poteſtatem,& confirmatum a ſuperioribus.
4 *Statutum tollens liberam teſtandi factionem iniquum dicitur.*
5 *Statutum prohibens fieri diſpoſitionem bonorum odioſum dicitur et ideo ſtrictè debet intelligi.*
6 *Statutum auferens cauſam teſtandi ad tempus tantum ualidum eſt, & nu.7.& alijs ſeq.*
Statutum prohibens minorem uigintiquinque anno.teſtari ualet & locum habet ut etiam non poſſit codicillari.
8 *Statutum prohibens matrem teſtari in fauorem filiorum ualet.*
9 *Statutum prohibens maritum relinquere uxori & econtra an ualeat.*
10 *Statuta prædicta non cenſentur iniqua,nec odioſa.*
11 *Argumentum de pacto ad ſtatutum an ualeat.*
Teſtandi facultas per pactum tolli non poteſt.
12 *Mulier maritata & minor uigintiquinque anno. an comprehendatur in ſtatuto diſponente minorem uigintiquinque anno. non poſſe teſtari.*
Prohibitus uno tempore, non cenſetur prohibitus alio fallit.numero. 45.
13 *Excluſio unius, eſt incluſio alterius,& nu.47.limitatur niſi eadem adſit ratio in utroque.*
14 *Argumentum a contrario ſenſu etiam in ſtatutis ſumitur, limitatur dupliciter.nu.48.*
15 *Caſus non expreſſus a ſtatuto cenſetur omiſſus.*
16 *Statutum correctorium iuris communis ſtrictiſſimè debet interpretari.*
17 *Extenſio non fit in correctorijs de caſu ad caſum,& etiam ex identitate rationis.*
18 *Etiam ſi maior ratio uigeret illo caſu ad quem extenſionem facere uolumus.*
19 *Maximè quando in ſtatuto prædicto nulla exprimitur ratio, & plures poſſunt conſiderari,& nu.49.& 50.*
21 *Statutum prohibens mulierem teſtari in fauorem quorum præſumatur factum.*
20 *Geminatio enixam uoluntatem diſponentis oſtendit.*
Bona conſeruari in agnatione & familia intereſt reipublicæ.
22 *Statuta excludentia fœminas propter maſculos dicantur fauorabilia.*
23 *Extenſio fit in ſtatutis correctorijs ex ratione in illis expreſſa, & nu.25.& ſeq.& 32.& ſeq.*
24 *Caſus in quo uiget ratio ſtatuti dicitur a ſtatuto expreſſus, & non omiſſus.*
25 *Ex rationis identitate in ſtatuto expreſſè, fit extenſio de caſu ad caſum uirtute comprehenſionis magis quàm extenſionis, & numer. ſequen.*
26 *Interpretatio intellectiua, & comprehenſiua dicitur ineſſe ſicuti ſpecies generi,& nu. 39.& 40.*
27 *Statuti eſſentia conſiſtit in mente & ratione ſtatuentium.*
28 *Mens & ratio inter ſe non differunt.*
29 *Mens & ratio magis attendi debent quàm ipſa uerba.*
30 *In ſtatutis ratio ipſa conſideratur ut anima,uerba autem tanquam corpus & ſuperficies,& ratio regulat ſtatutum.*
31 *Reipublica intereſt dignitates familiarum conſeruari.*
33 *Idem quando unica tantum ratio poſſet aſſignari, eſto quòd non eſſet expreſſa & numer.36. & 37.etiam in correctorijs,& diffuſius nume.38.*
34 *Statutum prohibens mulierem minorem uigintiquinque anno.teſtari qua ratione potuerit moueri,& nu.35.*
40 *Satis eſt quòd in ſtatuto adſit tacita ratio etiam præſumpta, & coniecturata.*
41 *Adulta maritata facilius poteſt a marito perſuaderi et decipi quã alia non maritata.*
42 *Extenſio in correctorijs fit a maioritate rationis expreſſa ſeu coniecturata.*
43 *Caſus expreſſus dicitur a ſtatuto,ſi ſtatuentes de eo cogitaſſent idẽ ſtatuiſſent ſiue de eo fuiſſent interrogati.*
44 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*
Dictio idem repetitiua eſt præcedentium.
45 *Prohibita uno tempore, cenſentur etiam alio tempore prohibita, quando utroque tempore eadem uiget ratio.*
46 *Prohibita ad tempus ex cauſa & ratione cenſentur prohibita perpetuò.*
51 *Statutum diſponens ſtatuta debere intelligi ad literam, & prout ſcripta iacent adhuc recipit interpretationem ex mente ſtatuentium.*
52 *Statuta recipiunt interpretationem congruam & laudabilem.*
53 *Statutum unum declaratur per aliud.*

CONSILIVM XVI.

VIDETVR prima facie dicendum iſtam Iſabettã
tunc agentem annum.xvij.iure potuiſſe teſtari, &
eius hęredem inſtituiſſe maritum,cum in ſuo teſtõ
ſolennitates a iure requiſitas obſeruauerit & tem-
1 pore ꝯditi teſti eſſet adulta,& maior ann. xij. l.qua ætate.ff.de
teſta.l.ſi frater.C.qui teſta fac.poſ.§.præterea. inſti. quibus nõ
2 eſt permiſ.fa.teſta.cum concor.† Quod quidem procedit ẽt ſi cu
ratorem habuiſſet.ut eſt tex.in l.Aurelio.§.Gaio.ff.de lib.lega.
gl.Bar.& doc.in l.j.§.fuit quæſitũ. ff.ad Treb.Bar. & alij in d.l.
ſi frater.Nec quidem iſtud eſt dubitabile ꝯſiderando diſpoſitio
nem iuris cõis dantis facultatem teſtandi adultis & puberibus.
difficultatem ergo ſolum facit ſtatutum Bellunen. ſub rub. de
ſucceſ.in ij.c.incip.ſi quis uel ſi qua.uolens ꝙ minor an.xx.non
3 poſſit teſtari nec codicillari de iure dotium ſuarum.† Quod ſta
tutum negari non poteſt, quin ſit ualidum & firmum & uigeat
& obſeruetur in dicta ciuitate tanquam factum & cõditum ab
habentibus

habentibus ptſtem & ꝯfirmatū a ſuperioribus, iuata plene tra-
dita ꝑ Bar.& oēs doc.d.l.oēs populi.ff.de iuſt.& iu.& ī l.j.§.j.ff.
qđ quiſq; iur.& pleniſsimè ꝑ cano.in c.canonū ſtatuta de ꝯſti.
4 cū ſi.†Minus ēt pōt dici tale ſtatutū non ſubſiſtere,ea quo uide
tur tollere liberā facultatē teſtaudi, & eſſe lniquum ꝫ.l.ſtipula-
tio hoc mō ꝯcepta.ff.de uer.obl.& l.fi.C.de pac.& latè per Pau.
de Ca.Alex.& Areti.in l.ex facto.in prin.ff.de uul.& pup.uolē-
tes talē prohibitionē non poſſe fieri per ſtatutū,cum non poſsit
fieri per pactum.d.l.ſtipulatio.& d.l.fi.iuncta doctri.Bar.in d.l.
oēs populi.in iij.q.prin.ff.de iuſti.& iu.& vr̄ ſequi Alex.in d.l.
5 ſtipulatio.& ꝯſi.ccvj.Viſis col.fi.uol.ij.†Prout ēt quoniam tale
ſtatutū prohibens diſponere,vr̄ eſſe odioſum, & ꝯñr ſtrictè in-
telligendum,ut per dicta iura firmat Socin.ꝯſi.ex.Viſo ſtatuto,
6 nu.ij.uol.iij.†Nā ualidū erit quoniā non tollit in totum liberā
facultatē teſtandi,ſed ea cū illā aufert ad tp̄s tantum quod licite
fieri pōt,ut in ſimi.hr̄ in l.ſed ſi hoc.§.fi.ff.de ꝯdi.& dem.iūcto.
c.gēma.extra de ſponſal.& in ſim.probatur.in auth.cui relictū.
7 C.de indic.uid.toll.& in l.cū tale.§.Mæuię.ff.de ꝯdi.& dem. †
Et ꝙ tale ſtatutū ualeat,eſt in terminis deciſ.Bar. quam oēa ibi
* cōiter * ſequuntur in l.ij.uer.quæro ſtatutū.de leg.j.ubi uult ꝙ
ſtatutū prohibens mino.xxv.an.teſtari,ualet & tenet,& extendi
8 tur & locū habet,ut ēt non poſsit codicillari. † Et tenet in ſimi.
Calde.ꝯſi.aa.in ti.de ꝯſti.uolens ualere ſtatutū in fauorē filiorū
dictans ꝙ mater nō poſsit teſtari,& ſequitur Deci.ꝯſi.eccla j.o-
miſſa longa.nu.j.& hoc idē tenent oēs doc.in rub.ff.ſol.ma.dū
loquuntur de ſtatuto Seneñ.& Mutineñ.uolentibus matrē non
poſſe teſtari niſi de quarta parte ſuæ dotis uel quod non poſsit
plus relinquere filijs ſecundi matrimonij,quàm primi.†Et ēt in
9 ſimi.idē uult Saly.& alij Mod.in l.cunctos populos. C.de ſum.
tri.& fi.cat. dum ꝯcludunt ualere ſtatutū prohibens maritū re-
linquere uxori,uel eꝫ.& ad id poſſent quamplures ſim.deciſ.ad
duci.†Tale.n.ſtatutū minimè eſt iniquū,nec odioſum, cū iuſta
10 rōne factum ſit,ut ĩ.dicetur,& iō potuit reſtringere facultatem
teſtandi,ut dicit Iaſo.in d.l.ex facto.in vij.notabi.nu.viij.& ia.
ubi ad id adducit plures deciſio.ſubdens ꝙ ita ꝯſuleret & iudi-
11 caret.†Nec ualet illa rō de pacto ad ſtatutū, nā ēt per pactū pōt
* reſtringi ptās teſtandi,licet in totū nō poſsit tolli,ut cōiter * cō-
cludunt oēs in d.l.fi.& in d.l.ſi ſtipulatio.hoc mō ꝯcepta. & per
Ang.in ſua diſpu.in refulgenti.& ꝯſi. claaia. Viſis col.iij.& iiij.
& Dec.in d.l.fi.nu.xxij.& per Iaſ.in d.l.ſtipulatio. col.antepen.
uerſi.tertio principaliter.cū ſi.& ego ipſe pluries ita ꝯſului Man-
tuę,Vicentię,& Monopoli,& ſic patet tale ſtatutū eſſe ualidum
12 & firmū,de quo quidē dubitari non ꝯuenit.†Stante itaq; ipſius
ualiditate poſſet ex aduerſo dici tale ſtatutū nō uēdicare ſibi lo
cū in caſu præſenti,nā ſolū vr̄ loqui de minore. an. xx. q̄ non eſt
maritata,ut vr̄r probare illa uerba,antequam maritaret.quæ cū
iſtud prohibeant dicto tp̄e,qñ non eſt maritata vr̄r hanc facul-
tatem ꝯcedere alio tp̄e qñ.ſ.eſt maritata quoniam prohibita u-
no tp̄e cenſentur permiſſa alio.l.imperator ff.de poſtul.l.pater
13 filiū.§.fundū.ubi Bar.in ſummario.de le.iij.†Et quia unius ex-
cluſio eſt alterius incluſio.l.cū p̄tor,in prin.ff.de iud.c.nō ne.de
14 p̄ſump.†Et quia ēt in ſtatutis pōt ſummi argumentū a ꝯrio ſen
ſu,ſm Bal.in l.j.in prin.col.fi.ff.de offi.eius.& ibi plenè ſcribē.
15 † Et quia caſus iſte nō eſt expreſſus a dicto ſtatuto,hr̄ ꝓ omiſſo
l.ſi extraneus.ff.de ꝯdi.cau.da.l.ſi cū dotē ī prin.ff.ſol.ma.& tā
quam omiſſus uenit decidendus ſm ius cōe,uolēs in dicta ętate
16 adultā poſſe teſtari. † Prout ēt quia tale ſtatutū eſt correctoriū
iuris cōis ut dictū eſt,& iō ſtrictiſsimè debet interpretari, ut iux
cōe tātū corrigat in caſu exp̄ſſo,& nō ulterius. l.iij.§.hęc uerba.
17 ff.de neg.ge.l.quicquid aſtringendę.ff.de uer.obl.cū ſi. † Et in
correctorijs nō debet fieri extēſio da caſu ad caſum uulg.l.pręci
pimus.C.de appel.l.qđ uero ꝫ.ff.de legi. ēt ſi eſſet identitas rō-
nis,ut no.gl.& doc.in auth.quas actiones.C.de ſac.ſan.eccl.ma
ximè Iaſ.nu.xvj.& ſeq.ad id adducēs alias deciſ. & tradit Bar.in
l.ſi ꝯſtāte.in ix.q.j.q.princ.& ibi ſcribē.oēs.ff.ſol.ma.& in l.oēs
populi.in vj.q.princ.ff.de iuſti.& iu.& Alex.ꝯſi.lxxvj.Viſis.col.
18 iij.uerſi.itē eſt.uol.v.& Soci.ꝯſi.cxxij.nu.ij.col.ij.in fi.uol.iij. †
Quod vr̄ procedere,ēt ſi in illo caſu ad quē uolumus extenſionē
* facere uigeret maior rō,ſm cōiter * doc. ī d.auth.quas actiōes.
& ſm gl.in l.tā bis.§.j.ff.de dona.& per Bar. in d.l.pręcipimus.
§.fi.& d.l.ſi ꝯſtāte.ī d.ix.q.cū ſi.allegatis per Iaſ. in d.auth.quas
19 actiones,nu.axj & Soci.ꝯſi.xxviij.nu.xxv.uol.iiij.† Eo inſuper,
quoniā nulla vr̄ aſsignata rō in dicto ſtatuto, in quo nedū uni-
ca,ſed plures p̄ſit ꝯſiderari quo fit ut nulla poſsit licitè extenſio
fieri,cū ſumus in correctorijs,ut tradit Sal. in l.ſi ſerui ueſtri.C.
de noxal.in ix.col.in fi.quē refert & ſequit̄ Alex.in d.l.ſi ꝯſtan-
te.in d.ix.q.Bar.col.iij.in fi.uerſi.ſed quid ſi petenti.& Iaſ. in d.
auth.quas actiones.n.xxij.uerſi.& quid erit tūc.,& Frā.de Cur.
ꝯſi.laaa.co.ij.uerſi.ultimo ſortiua.¶ Iſtis tñ nō obſtātibus,ꝯna
opinio,ꝙ dictū ſtatutū locū habeat ēt in minori an.xx.nupta &
maritata, uerior vr̄ ad qđ tenendū moueor ꝯſideratis uerbu di
cti ſtatuti,ex quib.colligitur rō & mens ipſorū ſtatuentiū prohi
bentiū adultam minorē an.xx.nō poſſe teſtari,ex eo ut iura do-
tiū, & bona dictę adultæ peruenirent ad ſolos hæredes maſcu-
los patris defuncti, qui ſoli deberent ſuccedere , ut erant fratres
ipſius adultæ,ſeu eius patruus, de quibus patruis & fratribus ex
preſsè loquitur.d.ſtatutū in prin.& ipſi ſoli uocātur, adulta mo
riente ante annos.xx.patet ibi ꝙ tunc ſoli hæredes. & ēt in fi.di
20 cti ſtatuti hoc idā replicatur . † Quę geminata expreſsio tanto
magis arguit, & oſtēdit enixā uoluntatē & mentē ſtatuentium,
uulga.l.Baliſta.ff.ad Treb.Bar.in l.ſcimus.C.de agric. & cenſi.
21 li.x. cū alijs uulgari. † Ratio itaq; & mens ſtatuentiū fuit fauor
fratrū & patruorū agnatorū,ut bona patris & fratris ꝯſeruarent
in dictis agnatis & familia quā ꝯſeruare ēt reipublicę intereſt.l.
j.§.ſi cui.uerſi.publice.n.ff.de uent.inſpi.§.cæterū, inſti.de legi.
agn.ſucceſ.Bal.in l.maximū uitiū.C.de liber.pręter. doc.in l.ue
nia.C.de in ius uoc.& plenè proſequitur Alber. Bru.in tract.de
ſtat.fęmi.excluden.in ij.& iij.arti.princi.ubi plura accumulans
in ſimilibus ſtatutis excludentibus fęminas & uocantibus ma-
ſculos,ꝯcludit illa inducta eſſe ea rōne ut faueatur agnationi &
familię maſculinæ,cuius dignitas & honor per maſculos ꝯſerua
tur,& ſine bonis & diuitijs parū pōt ꝯſeruari argū.l.j.ff.de cuſt.
22 reo.& l.quiſquis.C.ad l.Iul.maie.cū ſi.† Et iſtis ꝯſideratis talia
ſtatuta dr̄ fauorabilia, eſto ꝙ in ꝯſequentiā uideantur odioſa,
dū excludunt fęminas,& prohibent eas diſponere ex quo prin-
cipaliter tendunt in fauorē agnatorū,iuxta cōem doc.Bar.in l.
* qui exceptionē.ff.de ꝯdi.inde.& * cōiter firmāt oēs ī locis ſupe
23 rius deductis.† Et potiſsimū reſpectu perſonarū a ſtatuto uoca
tarū & nominatarū ut plura deducit Alb.Brun. in d.trac.in iij.
artic.prin.col.iiij.rō itaq; dicti ſtatuti fuit fauor fratrum & pa-
truoru q̄ cū reperiat̄ ibi deſcripta & expreſſa, licet ſimus in cor
rectorijs tñ debet fieri extēſio ad caſum pręſentē qñ.ſ.ipſa adul
ta minor ann.xx.eſſet maritata, cū iſto caſu,uigeat idē fauor di-
24 ctorū agnatorū, & ꝯñr eadē mens & rō ſtatuentiū. †Quo fit ut
caſus iſte dicatur in dicto ſtatuto expreſſus & ꝯprehenſus,& nō
omiſſus ex quo in eō rō in dicto ſtatuto expreſſa & ſcripta locū
* habet,ut tradit Bal.ī hoc * cōiter approbatus in d. auth.quas a-
ctiones,column.ſecunda alleg. text.in l.his ſolis,uerſiculo ſatis
tacitè cautum putamus. C. de reuoc. dona. cum alijs adductis
per Iaſon.in dicta authentic. quas actiones numer. xxij. & per
Alexand.in dicta l.ſi conſtante in dicta nona quæſtion. Bartol.
column. quarta uerſiculo tertio limita. ubi adducit gloſſ. iun-
cto text.in capitu.primo in uerſicul. eligatur. de electione. libro
ſexto & repeten.in dicta l.ſi conſtante, idem uolunt in dicta.ix.
quęſtion.Barto.in prima concluſio.& repet.dicta l. omnes po-
puli,cart.decima.column.tertia uerſicu.octaua concluſio,& po
nit Alexand.conſilio cxxj.uolumin.quarto & conſilio xxxvj.nu
mer.decimo & ſequent.& conſilio xxxj.numer. quarto & duo-
decimo.& conſilio lvij.numer. quinto & conſilio lxxxix.num.
quinto uolumin. vj. & conſilio clxxj. numer. quarto uolumin.
vij.& ponit Iaſon.in l.iuriſgentium.§.ſi cum nulla, numer.xxx.
ff.de pact.& in l.ita ſtipulatus.§.Griſogonus,numer.xxxix.ff.de
uerborum obligation.& Socin. conſilio.la.numer. ſecundo &
conſilio lxxxj.numer. xiij. uolumin. quarto & per Franciſc.de
Curt.conſilio nono Ticinen.ſtatuto,column.penultim.in prin
cipio,& conſilio lxxx. Rectè præfatus, column.ſecunda & ter-
25 tia cum alijs concordan. in dictis locis allegatis. † In quibus
* communiter * cōcluditur etiam in correctorijs ex identitate ra
tionis ſcriptæ , & expreſsę fieri extenſionem ad alium caſum in
quo eadem uiget ratio , ea eo quoniam data identitate rationis
& eiuſdem mentis , non ſumus in caſu extenſionis ſed in caſu
comprehenſionis. l.nominia & rei. §. uerbum. ff. de uerborum
ſignification.l.liberorum.§.ſenatus. ff. de rit. nup. gloſſ.in cle-
mentin. prima de electione. & in capitu. ſi poſtquam eodem ti-
tulo libro ſexto & tradit Baldus in dicta. l. omnes populi , co-
lumna penultim.& in l. de quibus , column. duodecima & in l.
26 quod uero contra,column.iij.ff.de legib.† Et quia ubi eſt eadē
ratio & mens ſumus in interpretatione intellectiua & compre-
henſiua,quæ dicitur ineſſe,ſicuti ſpecies dicuntur ineſſe generi,
& ſic extra materiam extenſionis , ut etiam tradit Ang.poſt gl.
& Bar.

& Bar.in l.prætor.§ j.ff.de ope.no.nun.& Alb.de Roſ. in auct.
præterea.C.unde uir.& uxor.& Bal.in d.l.de quibus, & in d.l.
quod uero.& Alex.d.ꝯſi.cxxj.uol.iiij.& d.cõſi.cciij.nu.ix. uol.
vij.& per Fran.de Cur.d.ꝯſi.ix.col.pe.in prin.& d. conſi. lxxx.
27 col.ij.& per Dec.ꝯſi.ccxxvij.nu.viij. † Eſſentia.n. ſtatuti conſi
ſtit in mente & ratione ipſorum ſtatuentium, ut dicit Dy. in c.
fi.de reg.iur.lib.vj.& Bal.in c.j.uer.extra quæro,io tit. qui feu.
dar.poſſ.nam ratio eſt anima ipſius ſtatuti, ſm Dy.ubi ſupra,&
Bal.in l.j.col.vij.ff.ſol.mat.per tex.in l.ſcire oportet.§.& ſi ma-
28 aimè,ubi etiam Bal.ff.de excu.tuto. † Et mens & ratio non dif
ferant,l.credendum,circa prin.ff.qui pet.tuto. cum alijs alleg.
29 per Alb.Bru.in d.tract.in tertio art.prin.col.iiij.in fi. † Et ideo
magis attendi debet ratio & mẽs quàm ipſa uerba ut dicit Bal.
in l.ſi quis ſeruo.C.de fur.& Abb.cõſi.j.& per Soci.conſi.cviij.
30 nu.xiij.uol.iiij. † Et in ſtatuto ratio ipſa conſideratur ut anima,
uerba aũt ſicut corpus ſeu ſuperficies,ita Abb.in d.conſi.j.alle-
gando Bal.& alia accumulat Fran.de Curt.in d.ꝯſil.lxxx.col.ij.
uer.ſed præmiſsis.& tradit Soci.conſi.xxxv.col.ij. circa mediũ,
uol.j.& conſi.xxx.Quamuis. col. iij. eodem uol. uolens rationẽ
regulare ſtatutum & non econtra. Ad quæ not.per Bart.per illũ
tex.in l.cum pater.§.dulciſsimis.de leg.ij.& in l.regula.§.pe. ff.
31 de iur.& fac.igno. † Et qm̃ conſeruare dignitatem familiarum,
intereſt etiam reipublicæ,ut in d.l.j.de uent.inſpi.uerſi. allega-
to,& per Alex.conſil.xxxiiij.col.iij.uerſic.quinimmo.& conſil.
xxxvj.uol.v.& ꝯſi.lxxxix.nu.iiij.uol.vj.& per Alb.Bru.in d.tra-
32 cta.in iij.& iiij.art.prin. † Etiam ſi eſſemus in materia correcto
ria,tamen adhuc fieri debet extenſio ut tradit Bar. & Bal. per
illum tex.in l.ſi quis in graui.§.hi quoq;.ff.ad Syll.& Bar.in l.ij.
§.exercitum.ff.de his qui not.infa.& Pau.de Ca.conſi.xxiij.Vi-
ſo puncto.col.pen.& Dec.conſ.ccclxxiij. Viſis, nu.viij.& Iaſ.in
d.l.ſi conſtante.nu.xxxij.& in l.ſi certis annis.col.viij.uerſi. ſe-
cundo moueor.nu.iij.C.de pact.& Fel.in c.translato.nu.xxj.de
ꝯſti.cum ſi.Merito igitur ſtatutum præſens conſiderans dictam
conſeruationem agnationis & familiæ,in quo uertitur intereſſe
33 publicum locum habebit & iſto caſu. † Prout etiam ad iſtũ ca
ſum debemus tale ſtatutum adaptare ex eo qm̃ ratio prædicta
ẽt ſi non fuiſſet per ſtatuentes in uerbis ſ̄ conſideratis expreſſa,
tamen debet præſumi coniecturari & Imaginari & haberi pro
expreſſa,cum nulla alia ita urgens & concludens poſsit conſide
34 rari qua de cauſa ſtatuentes tale ſtatutum condiderint . † Et ſi
quis uellet adhuc conſiderare mentem & rationem ſtatuẽtium
fuiſſe fragilitatem ſexus,ut inſti.quib.alie.licet uel non. in prin
35 cipio. † Vel forſan ætatem aptam ſubire & deceptiones frau-
des & læſiones,& lubricam & imbecillem. l. cuius bonis. ff. de
cur.fur.in prin.& l.imperialis.in prin.C.de nup.& tradũt doc.
in l.ij.maximè Mod.col.pen.nu.xvj.de leg.ij.& bonus tex. in l.
j.in prin.ff.de minor.tamen adhuc habemus idem dicere , cum
36 rationes prædictæ ẽt in caſu præſenti militent. † Et cum aliæ ra
tiones nõ poſsint adduci haberi debent iſtę pro expreſsis iuxta
* gl. * cõiter approbatam,& ibi Bal.& alij not.in l.q̄uis.C.de fi-
37 deic.& in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact. † A quibus unicis ratio
nibus,bene poteſt argui , & extenſio fieri ad caſum,in quo ui-
gent,ẽt ſi eſſemus in correctorijs,ex quo perinde eſt ac ſi dictæ
rationes fuiſſent expreſſę,& data expeſsione ipſarum caſus no-
ſter diceretur ineſſe,& comprehenſus in illis , ut ſ̄ fuit dictum.
38 † Et idem eſt ẽt in materia correctoria,qñ unica tñ ratio poteſt
aſsignari,ut firmat Bal.& Pau.in d.l.maximum uitium,col.iiij.
& Bal.& Imo.in l.fi.ff.de hæred.inſtit.& Pau.de Caſt.& Cuma.
in l.ſi uerò.§.de uiro,ff.ſol.matr.& Alex.in d.l.ſi conſtante. col.
iiij.in iij.fallen.& ibi repeten.in d.ix.q.Bar.in iij.fallen.& idem
repeten.in d.l.omnes populi.car.x.col.iij. in vj. ꝯcluſ. & firmat
Iaſ.in d.auct.quas actiones,nu.xxij. ubi alias deciſio . adducit,
& in l.more.nu.xxxvj.ff.de acq.hær.& in l.ſiue apud acta.num.
vj.C.de tranſ.& per Alex.ꝯſi.xxxiiij.col.iij.uer.ſed hoc dicit. &
ꝯſi.xxxvj.col.ij.in prin.& conſi.lxxv.col.j.in fi.& ꝯſi.lj. col.j.&
ꝯſi.liij.col.ij.uol.v.& ꝯſi.lxxxix.nu.vj.& vij. & conſil.lxxix. nu.
ix.uol.vj.& conſi.cciij.& conſi.ij.nu.ix.uol.vij. & per Soci. ꝯſi.
ix.nu.iiij.uol.iij.& conſi.cxvj.nu.ij.uol.iiij. & per Deci. conſil.
cccxxxiij.col.iiij.nu.v.uerſi.iiij.& nu.vj.in fi.& d. ꝯſil. ccclxxij.
nu.v.vj.& vij.ubi allegando alias deciſiones concludit poſſe ar
gui extenſiue etiam in correctorijs à ratione unica , ẽt non ex-
39 preſſa,ſed tacita & præſumpta. † Ex quo talis interpretatio dr̃
intellectiua,& dr̃ ineſſe,& ꝯprehendi,& de ea ita iudicare debe
mus,uti de ratione expreſſa ut ẽt concludit Fran.de Cur.d. ꝯſi.
ix.col.pe.uer.& ſi quiſpiam.& diffuſius,in d.conſi.lxxx.col.iij.
uerſi.dicens.& col.iiij.uerſi.idem & clarè ubi allegando Abb &
alios doct.dicit ꝙ qñ in ſtatuto non eſſet expreſſa ratio illa de-
bet haberi pro expreſſa,licet non ſit ſcripta quæ potuit mouere
ipſos ſtatuentes,& ſm limites dictæ rationis ſtatutũ debet de-
40 clarari,& interpretari. † Et ſatis eſt ꝙ ratio tacitè inſit in ſtatu-
to & præſumptiuè & coniecturatiuè,nam ex iſtis poteſt argui,
& eundem producunt effectũ quem producunt rationes expreſ
ſæ ut ẽt prædicta omnia firmat plura alia allegando Alb. Brun.
in d.tract in iij.artic.prin.col.iij.& ſeq.quancunque ergo rõnẽ
prædictarum ſuperius deductarum conſideremus, ob quã dicti
ſtatuentes fuere moti ad ita ſtatuendũ locum habebit & in præ
ſenti caſu ꝯñr dicetur in iſto ſtatuto comprehenſus & ineſſe.
41 † Et ſi illã uolumus ꝯſiderari reſpectu ętatis ſubiectæ deceptio-
nibus & fraudibus ac ſuggeſtionibus aliorum à fortiori locum
habebit iſto caſu,cum adulta maritata facilius poſsit à marito
perſuaderi decipi & fraudari & ad uotum ſuum inclinari quàm
42 alia nõ maritata. † Et in correctorijs à maioritate rationis ex-
preſsè ſeu coniecturatè bene fit extenſio argũ auct. multò ma-
gis.C.de ſac.ſan.eccl.& c.in cũctis.extra de elect. & tradit Bal.
in l.quod uerò.§.ſed pone,in fi.ff.de legi.& in d.§.de uiro. cum
alijs allegatis per Dec.d.ꝯſi.cccxxxiij.Licet.col.iij. uerſi. ij. iſta
ꝯcl.& per Alex.conſi.xxxj.nu.iiij.uol.vj.& per Iaſ.in l. ſi mater
tua.nu.xj.C.de ſucceſ.edic.& in d.auct.præterea, nu. xxviij.)&
43 per Soci.ꝯſi.xxviij.nu.x.uol.iiij. † Et confirmantur iſta qm̃ ſi
ſtatuentes de iſto caſu cogitaſſent,uel de eo fuiſſent interroga-
ti uériſimiliter idẽ ſtatuiſſent,& ideo haberi debet pro expreſ-
ſo,& ad dictũ caſum debet fieri extenſio,ut firmat gl.Bal.& alij
in d.l.tale pactum.§.fi.ff.de pact.& facit tex.in l.Titius.§. Lu-
cius.ff.de libe.& poſth.& l.fi.C.de poſthu.hæredi.inſtit. & alia
adducta per Dec.ꝯſi.ccxxvij.In caſu.col.pen.nu.x. & in termi-
nis noſtris firmat Iaſ.in l.ij.col.antepe.nu.xvj.uerſi.cõfirmatur.
de leg.j.& quæ ipſe adducit poſt alios,d.l.tale pactum,§.fi.& in
d.l.more, nu.xxxviij.& in d.§.Lucius.nu.ij.& Fran.de Curt. in
44 d.conſi.lxxx.col.iij.uerſi.& ideo ſtatutum. † Aduertendum eſt
ẽt qm̃ dictum ſtatutum,uult illam formam & modum de qui-
bus ibi in qua includitur prohibitio teſtandi debere ſeruari in
illis caſibus,ut ſeruatur quando dotatur, ſentiens iſtud proce-
dere in dotata & conſequenter maritata,cum dos non poſsit eſ-
ſe ſine matrimonio.l.iij.ff.de iur.dot.l.fina.§.j.ff.de donat.ante
nupt.Moder.plenè in rubri.ff.ſolu.matrimo. conſiderando etiã
illam dictionem,idem,repetitiuam præcedentium.l.idem.cum
ſimi.ff.mand.& in præcedentibus prohibetur teſtari quãdo eſt
minor ann.xx.quando notatur,& ſic in maritata in qua repetit
dicta ſuperius,& ſi dictam prohibitionem.ex quibus ita conſi-
deratis concludendum eſt , tale ſtatutum procedere & locum
habere etiam iſto caſu.Non obſtant allegata ſuperius in contra
rium,& primo dum dicebatur,ꝙ prohibita uno tempore,uiden
45 tur permiſſa alio d.l.Imperator. † Nam procederet iſtud quan
do in alio tempore non uigeret eadem ratio & mens ſecus autẽ
ſi eadem ratio locum haberet etiam alio tempore,ut eſt in caſu
præſenti , & ſuperius fuit oſtenſum,nam ſtatuentes conſidera-
runt fauorem agnationis,uel fragilitatem ſexus, uel ætatem im
perfectam, & ſtatuere tempus uiginti annorum , quod tempus
minimè uariatur,ſed ſolum concludendum eſt ſtatutum loquẽs
in non maritata etiam procedere in maritata adulta & minore
uiginti annorum, cum iſto caſu militent rationes dicti ſtatuti
46 expreſſę & coniecturatæ. † Prout etiam obiectio ceſſat ex plu
ribus deductis per Dec.conſi.cx.conſi.ccclxxvj.ſtatim allegan
dis & quia prohibitio ad tempus etiam cenſetur perpetua ex
cauſa & ratione ut dicit Barto.in l. pater filium. §. fundum. de
lega.iij.& Paul.de Caſ.conſi.cclxiij.Circa primum.in ſecundo
dubio.col.penul.uerſi.ſed ad primum.& Alex.conſi.lvj. Conſi-
deratis,uol.j.& in l.filiusfami.§.diui,de leg.j & ibi repeten.car.
ix.& x.uerſic.quærit demum Bar.& uerſi. aliquando & tertio.
47 † Nec obſtat quod dicebatur prohibitionem unius eſſe conceſ
ſionem alterius,& econtra dicta l.cum prætor. & dicto c. non-
ne.nam eſt uerum.niſi eadem ratio uigeat in utroque , ut dicit
48 glo. * communiter approbata in d.l.cum prætor.in prin. † Non
* obſtat tertium de argumento à contrario ſenſu dicti ſtatuti lo
quentis in non maritata ergo à contrario ſenſu locum non ha-
bebit in maritata,nam eſt uerum niſi & iſto caſu vigeat eadem
ratio per gl.in d.l.cum prætor.Prout etiam tollitur obiectio ex
his quæ adducit Ant.de But.in c.cum apoſtolica.in ult. notabi.
de his quæ fi.à præla.quem referunt Moder.in d.l.j. ff. de offic.
eius & Dec.conſi.ccclxxvj.Licet,col.iij. uolentes quòd argu-

mentum à ȝrio ſenſu debet ſtrictè colligi ad limites uerborum
quæ ponuntur in ſenſu directo, unde ſi prohibita eſt alienatio
ad ips,non poteſt ſumi argm̃ a ȝrio ſenſu,ergo poſt tempus cē
ſetur conceſſa potiſsimum qñ eadem ratio uiget in utroq; caſu,
ut hic & plures alias deciſiones facientes ad hoc adducit Deci.
d.conſil.ccclxxxvj.col. ij. & iij.& conſil. cx.Vere ut puto . non
obſtat ꝙ ſtatutum ſit correctorium, & ſic ſtrictè intelligendū.
& ꝙ non debet fieri extenſio de caſu ad caſum,nam procedunt
iſta niſi ratio ſit in ſtatuto expreſſà, uel poſsit coniecturari uel
præſumi.quo caſu habetur pro expreſſa,& illa debet attendi , &
non uerba ſtatuti,& comprehendit omnem caſum cadentē ſub
dicta ratione,& ſic nõ poteſt dici omiſſus.ex quo ſumus in ma-
teria comprehenſiua intellectiua,& quę dicitur ineſſe,& non in
materia extenſiua,ut ſuperius fuit ſigillatim deductum , & etiā
quia quando agitur de intereſſe publico , & quando ſtatuentes
uerisimiliter idem ſtatuiſſent etiam in iſtis ſit extenſio, ut dictū
49 fuit ſuperius conſideratis dictis rationibus.† Non obſtat dictū
Saly.in d.l.ſi ſerui ueſtri.C. de noxal. Nam procederet qñ ratio
ſtatuti non eſſet ſcripta,uel qõ eſſet dubia, & congruè non poſ-
ſet reddi nec coniecturari , aut præſumi, nam tunc ex tali rõne
non poteſt argui ſecus autem qñ ratio conjectural & præſumit
ſm ꝙ naturaliter & uerisimiliter potuit mouere iuſtos & ſapiē
tes,ita punctaliter Fran.de Cur.in d.conſi.lxxx.col.iiij.uerſic.&
in hoc caſu.& Alb.Bru.in d.tract.in iij.arti.col.iij. † Nec obſt.
50 ꝙ plures rationes poſſunt coniecturari , & non unica quoniam
cum omnes iſtę tendant ad idem,& omnes uigeant iſto caſu de
illis ita iudicandum eſt,ſicuti & de unica argũ. l. ſi hæredi plu-
res.ff.de condi.inſti.& inſtit.de nup.§.affinitatis. ſecus ſi diuer-
ſę rationes diuerſa reſpicerent.nec ad eundem reduci poſſ nt ef
51 fectum & ſenſum. † Nec obſtat illud ſtatutum Bellunẽ . no-
lens ſtatuta dicti loci debere intelligi ad literam , & prout ſcri-
pta iacent,nam hoc non obſtante illam debent recipere inter-
pretationem per quam apparet & oſtenditur mens ipſorum ſta
tuentium quæ magis debet attendi quàm ipſa ſcriptura , ut di-
cit dictum ſtatutum.in fi.quod bene facit ad caſum pręſentem,
ut magis rationem & mentem ſtatuti , quàm uerba debeamus
52 conſiderare. † Et ſi in dicto ſtatuto,hoc non fuiſſet dictum, ta-
men recipere deberet interpretationem congruam & laudabi-
lem,ut dicit Bal.in d.l omnes populi.col. xvij. & ibi ſcrib. poſt
Bar.col.antepen.uerſi.ultimò quæritur.& Moder.conſi.v. in fi.
poſt tract.de feud.ut ad id plura adducunt Iaſ. allegando quo-
tas in l.ſi quis in conſcribendo,nu.vj.C.de pact.& Albert.Bru.
53 in d.tract.in v.art.princip.in xxix.q. † Nec etiam obſtat aliud
ſtatutum uolens uxorem poſſe relinquere marito m ſua ultima
uoluntate dotem,quoniam intelligi deber & declarari, quando
eſſet annorum xx.ut unum ſtatutum declaretur per aliud, & ne
inducatur ipſorum ſtatutorum correctio argumento.l.quemad
modum.in fine.ff.ad leg.Aquil.& per Barto.in d.l. omnes popu
li.in tertia quæſt.principali,& in prima quæſt.vj. quæſt. princi.
cum aliis allegatis per Soci.conſi.lj.& cxlvij.uerſi præterea ſta-
tutum.uolum.j.& conſi.xlvj.Eleganter.nu.xxxiij.uol.iiij.& per
Alber.Bru.in d.tract.in v.artic.prin.in ix.concl. Par.Pad.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum inductum uidetur per prohibitionem alienationis factam cum inſertione cauſa.& nu. 3.*

2 *Fideicom.inducitur per uerba enunciatiua,quãdo ſunt prolata per modum cauſæ.*

4 *Prohibitus alienare per fideicom.non poteſt alienare nec inter uiuos nec per ultimam uoluntatem.*

5 *Ver. ſiue aliquis eorum relatiua ſunt perſonarum ſuperius nominatarum.*

6 *Teſtator prohibere poteſt alienationem bonorum, & excludere cõtrafacientes ab eius hæreditate.*

7 *Filiorum appellatione ueniunt nepotes in fauorabilibus & in concernentibus eorum commodum,& nu.9.*

8 *Quemadmodum teſtator grauans onere non alienandi filios proprios uidetur etiam grauaſſe filios filiorum,ita in caſu ſecuta alie nationis,uocaſſe uidetur nedum filios,ſed etiam nepotes,& deſcẽdentes ipſorum non alienantes.*

9 *Max.quando apparet de mente teſtatoris,& eadem uiget ratio.*

10 *Teſtator priuans alienantes ſua hæreditate,non ob aliam cauſam id feciſſe uidetur niſi ut eius bona conſeruentur in eius deſcendẽtes maſculos eius uoluntatem adimplentes.*

11 *Familiarum dignitas & honor per maſculos conſeruatur .*

12 *Familiarum dignitas & honor ſine diuitijs regi & conſeruari non poteſt.*

13 *Teſtamenti capitulum unum declaratur per aliud.*

14 *Teſtator uidetur ſe reddere conformẽ cum diſpoſitione ſtatutaria .*

15 *Non poteſt dici omiſſum à teſtatore quod ex eius mente colligitur.*

16 *In ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs,mens & uoluntas teſtatoris potiſſimè conſideratur.*

Etiam ex coniecturis collecta.

17 *Fideicommiſſa ex coniecturis inducuntur,licet ex uerbis de eis expreſſè non appareat.*

In fideicommiſſis magis mentem teſtatoris ẽt tacitam & coniecturatam attendimus quàm uerba & ipſorum qualitatem.

18 *In fideicommiſſis magis attendimus rationem & cauſam quibus motus fuit teſtator quam ipſam expreſſionem uerborum.*

19 *Fideicommiſſum inductum uidetur per illa uer.iuſsit & ordinauit.*

20 *Verbum deueniat.& deuenire debeat.fideicommiſſum inducit .*

21 *Declaratio & confeſſio facta per teſtatorem in ſuo teſtamento , ſuperat omnem aliam ſpeciem probationis.*

22 *Maximè quando fit ab infirmo & morti proximo.*

23 *Fideicommiſſum probatur per confeſſionem.*

24 *Confeſſio & declaratio facta per defunctum præiudicat hæredibus qui non poſſunt eam reuocare.*

25 *Fideic.conditionale quandoq; tranſmittitur ad hæredes etiam fideicommiſſario mortuo ante euentum conditionis.*

26 *Grauari non poteſt à teſtatore qui non eſt ab eo honoratus .*

27 *Poſiti in conditione non cenſentur diſpoſitiuè uocati.*

Fallit quando per confeſſionem grauati aliud oſtenderetur .

28 *Fallit etiam quando poſiti ſunt in conditione,cum illa qualitate maſculis ſecundum aliquos.*

Fallit etiam ex quo cenſentur uocati ab inteſtato , & ideo potuere grauari.

29 *Fallit etiam quando grauamen eſſet reale,& appoſitum rei.*

30 *Trebellianica detrahi nõ pt de rebus prohibitis alienari, & n.31.*

31 *Diſpoſitio auth.ſed in ea.C.ad leg. Fal.loquens in falcidia,etiam locum habet in trebellianica.*

32 *Et an diſpoſitio illius auth.procedat in filijs primi gradus .*

33 *Trebellianica non poteſt detrahi quando hæres grauatus nullum confecit inuentarium.*

34 *Etiam ſi eſſemus in filijs primi gradus .*

35 *In trebellianica imputantur fructus percepti.*

36 *Fallit in filijs primi gradus.*

37 *Relatiuum quæ,limitat & reſtringit antecedentia.*

38 *Dictio,uidelicet,reſtrictiua eſt & taxatiua uerborum generalium præcedentium.*

39 *Verba teſtatoris non debent cenſeri ludibrio expreſſa .*

40 *Inſtitutus in re certa , nullo dato cohærede cenſetur inſolidum inſtitutus.*

41 *Fallit quando conſtat teſtatorem noluiſſe illum ſolum inſtituere in re particulari .*

Tunc enim ceſſat ius accreſcẽdi & res deducitur ad cãm inteſtati.

42 *Coniectura aſtendunt manifeſtam uoluntatem diſponentis .*

43 *Clauſula codicillaris operatur ut inſtitutio facta in re particulari reſoluatur in uim fideicommiſſi.*

CONSILIVM XVII.

CIRCA teſtm̃ conditum per dom. Petrum Teſtã.
nulla cadit dubitatio quin ipſe in rebus ſuis uolue
rit fideicommiſſum inducere, ut apertè colligitur
ex pluribus capitibus teſti per eum conditi,in quo
plures & plures gradus ſubſtitutionis fideicommiſſariæ fecit,
difficultas ergo ſola erit an mortuo dom. Hercule eius nepote
ſine filijs legitimis & naturalibus portio bonorum dicti teſta-
toris quæ ad ipſum peruenit debeat applicari domino Almeci-
co filio Petri fratris domini Herculis & pronepoti dicti teſtato
ris ex cauſa dicti fideicommiſsi, ad cuius difficultatis deciſionẽ
conſiderandum erit illud capitulum dicti teſtamenti,in quo di
ctus teſtator iuſsit & ordinauit quod eius filij hæredes inſtituti
& filij ipſorum non poſsint uendere nec alienare aliquid de bo-
nis immobilibus ullo mõ cauſa uel ingenio,& vlterius uoluit te
ſtator caſu quo aliquis eorũ alienaret ꝙ ille talis ita alienans
ipſo facto eſſet excluſus ab hæreditate ſua,& portio illius alie-
1 nãtis deuenire debeat in alios eius filios obſeruantes ꝓdictã uo
luntatẽ teſtãtoris. † Per hanc .n. prohibitionẽ alienationis factã
cu inſertione dictæ cauſæ ualidum fuit inductum fideicõmiſ-
ſum , ut habetur in l.peto. §. frat. e. & in l.codicillis.§.inſtituto
de leg.

de lega.ij.& ibi gl.in uer.filijs.uolens q teſtator uetando bona
alienari vñ fideicommiſſum relinquere,& ſequitur Io.ibi de Imo.
& Alex.in l.qui Romæ.§.cohæredes,col.iiij.ff.de uerb. obli. &
ibi Areti.col.iij.in prin.uult q per talem prohibitionem alienã
di factam cum cauſa oritur fideicommiſſum inter eos actiuè &
2 paſsiuè quorum cõtemplatione facta fuit prohibitio. † Ex quo
etiam per uerba enunciatiua prolata per modum cauſæ induci
tur fideicommiſſum,& diſpoſitio ualida,ut tradit Bart.in l. ſo-
cer.§.Lucius.ff.ſol.matri.& in l.qui uolebat.ff.de hæred. inſtit.
3 †Et q per prohibitionem alienãdi inducatur fideicommiſſum
qñ adiecta fuit cauſa eſt bona deciſio Bar.in l.pater filiũ.§.fun-
dum,in fi.de leg.iij.& Pau.de Caſt.conſi.ccxxxij.Viſis,col.v.&
plenè per omnes in l.filiusfami.§.diui,de leg.j. & hoc idem ſe-
quitur & comprobat Soc.in d.§.cohæredes,col.viij.uerſi.quar-
tus & ultimus caſus,allegando Cum.& idem Soc.ɔſi.ccxlia.Ma
teria præſentis ɔſultationis,col.xj.& conſi.cclj.Quoniam in præ
ſenti,col.v.& vj. uolu. ij. & alibi pluries,& multa ad id adducit
Dec.conſi.xxiij.Et pro tenui.& conſi.xxxviij.Circa primum,&
conſi.ccxviij.In caſu.col.iiij.& alijs ſeq.& conſi.cclxxxvij.In ci
uitate Placentiæ,col.iij.v.& ſeq. & conſi. nouiter impreſſo, xx.
Et pro tenui,& ɔſi.xxiij.In caſu,uolens & concludens cõem cõ
cluſionem eſſe per talẽ prohibitionẽ cũ inſertione cauſæ prædi
ctæ inductum fuiſſe ualidũ fideic.ſecuta & facta alienatione per
ipſum grauatum prout fuit ſecuta iſto caſu tenendo q ipſe do.
Hercules uniuerſalẽ ſuum hæredem inſtituerit eius uxorem, &
ſic perſonam penitus extraneam , & a teſtatore non uocatam.
4 † Cum enim ipſe d.Hercules a teſtatore expreſsè fuerit prohibi
tus alienare non potuit dictorum bonorũ immobiliũ alienatio
nẽ facere nec inter uiuos,ut in l.fi.§.ſed quia,& in auct.res quæ
per locũ a ſpeciali.C.cõia de leg.Nec etiam alienare potuit per
actum ultimæ uoluntatis.d.l.peto.§.fratre,& ibi Bar.per eundẽ
in d.l.filiusfa.§.diui,uerſi.quæro prohibita alienatione, & ibi
ſcriben.omnes,& in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de uer.obl.ubi ſcri-
ben.ſequuntur alleg.deci.ɔcor.& maximè conſideratis illis uer
bis a teſtatore prolatis nullo modo cauſa uel ingenio. & q ipſe
do.Hercules fuerit prohibitus ſatis patet quoniam dictus teſta
tor nedum prohibuit Teſtã eius filium & patrem do. Herculis
alienare ſed etiam filios dicti Teſte,& ſic do.Herculem,ut pa-
tet ex illis uerbis , & filij ipſorum, ex illis ſiue aliquis eorum ut
5 ſupradictum eſt alienaret.† Quæ uerba ſunt relatiua præceden
tium,& perſonarum ſuperius nominatarum,ut per illum tex. di
cit Bar.in l.j.§.hoc edicto.ff.de poſtul.in l.talis ſcriptura.§.fi.de
6 leg.j. † Et faciendo dom.Hercules talem alienationem contra
prohibitionem ipſius teſtatoris excluſus fuit ab hæreditate il-
lius,ut expreſsè iſto caſu eundem dictus teſtator excluſit quod
facere potuit.l.unica.C.de his quæ pœ.no.& ff.eod.tit. fere per
totum,& in §.fi.inſtit.de lega.cum concor.& quia contrauenit
uoluntati teſtatoris,& alienauit dicta ſua portio peruenire de-
bet,ut ipſe teſtator ordinauit ad eius filios,qui obſeruarũt eius
uoluntatem,& ſic ad d.Almericum eius deſcendentem ex linea
7 maſculina. † Cum appellatione filiorum ueniant nepotes.l. li-
berorum,& l.iuſta,& l.filij.ff.de uerb.ſig.cum tractetur de cõ-
modo ipſorum,& ſimus in materia teſtamentaria, & in ſubſtitu
tione actiua & fauorabili,ut ad plenum tangunt doct.in l.Gal-
lus.§.inſtituẽs,& ibi Iaſ.nu.xvij.& alijs ſeq.ff.de liber. & poſth.
& per Alex.conſi.v.Circa primum,col.iij.& conſi.xxvj.Videre-
8 tur,col.ij.uol.ij.& Dec.conſi.ccxviij.& conſi.ccxcj.† Et quia ſi
dictus teſtator nedum grauauit dicto onere non alienãdi filios
ſuos proprios,ſed etiã filios ipſorum,& ɔſr ſuos nepotes a for-
tiori in caſu ſecutæ alienationis præſumendum eſt nedum uocaſ
ſe filios proprios ſed etiam nepotes & deſcendentes ipſorum,cũ
iſtud tendat in commodum ipſorum argumento auctẽn.multo
9 magis.C.de ſac.ſanct.eccl.† Prout etiam quoniam iſto caſu cõ
currit mens teſtatoris & eadem ratio uiget ut ueniat ipſe Alme
ricus quæ uigebat in patre & auo, & ideo appellatione filiorũ
uenire debet,ut tradit Ludoui.Rom.conſi.cxxix. Licet magna.
& Aret.conſi.cxlv.Reſpondendo,& Soc.conſi.clij. uolum.j. &
10 per Corne.conſi.ccxc.col.iij.uol.iiij. † Nulla enim alia ratione
& cauſa coniecturari poteſt quibus dictus teſtator fuerit motus
ad prohibendum dictam alienationem,& quod ea ſecuta, bona
peruenirent ad eius filios,niſi ut dicta bona conſeruarentur in
eius deſcendentes,maxime maſculos obſeruantes eius uolunta
* tem,& ideo haberi debet pro expreſſa,ſecundum gl.* cõiter ap
probatam in l.quamuis.C.de fideicomm.& ibi Bal. & alij not.
& ſi hoc fuiſſet expreſſum a teſtatore proculdubio ueniret ipſe
Almericus,quod etiam ſuadetur ex alijs capitibus dicti teſti ibi
ſine filijs maſculis,& in c.ſequẽt.& deficientibus omnibus,& in
alio capi.ibi,& ſi non extabunt,in quibus teſtator primo conſi-
derauit maſculinitatem,& ea deficiente , uocauit fœminas , &
11 poſtremo ſi illæ non extarent uocauit pauperes Chriſti . † Nec
certè aliam ob cauſam primo ɔſiderauit & uocauit maſculos,
niſi quia per eos ɔſeruatur dignitas & honor familiarũ & agna-
tionis,l.j.§.pe.ibi intereſt.n.ff.de uen.inſpi.§.cæterum inſtit. de
12 leg.agn.ſuc.& §.media. † Et ſine bonis & diuitijs talis dignitas
nõ põt ɔſeruari nec regi arg.l.quiſquis.C.ad l.iul.maie.cũ alijs
alleg.per Alb.Bru.in tract.q extan.maſc.fœ.non ſucc. in iij. &
13 iiij.art.prin.† Et unũ capitulũ teſtĩ declaratur per aliud.l.utrũ.
14 ff.de pet.hær.l.qui filiab.l.ſi ſeruus pluriũ §.fi.de leg.j.† Et etiã
quia teſtõr vñ ſe uoluiſſe reddere conformẽ cum ſtatuto Padoa-
no præferente maſculos & deſcendentes ex eis ad no.per Bar.&
alios,in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.& in d.l. iuriſiuran
di.§.liberi.ff.de ope.libe.& ẽt quia ſi dictus teſtator de hoc fuiſ
ſet interrogatus,an ſecuta tali alienatione ad dicta bona debe-
ret uenire d.Almericus,utiq; idem diſpoſuiſſet, ueroſimiliter ẽt
ſi iſtud conſideraſſet,& ideo haberi dẽt pro expreſſo,l.Titius.§.
Lucius.ff.de lib.& poſth.& ibi oẽs not.l.fi. C.eo.& p gl.& alios
15 in l.tale pactu.§.fin.ff. de pact. † Et ideo iſtis conſideratis caſus
iſte præſens non põt dici omiſſus a teſtatore, nã cum ueniat ex
eius mente dicetur expreſſus & comprehenſus in ſuo teſtõ arg.
l.prætor ait.in prin.& ibi gl.in uer.expreſsim.ff.de ope.no.nũc.
16 l.nominis §.uerbum.cum ſi.ff.de uer.ſig. † Vera.n. & ſolida cõ
cluſio eſt,q in ultimis uoluntatibus & maximè in ſubſtõnibus
fideicommiſſarijs,& c.prædominatur mens & uoluntas teſtõris
l.in ɔditionibus primum locum.ff.de cond.& dem. l. cum uirũ.
C.de fideic.cum uulga.& ſufficit mens coniecturata , ut in d.l.
hæredes mei.§.cum ita.& tradit Bal. & Mod. in l. qm̃ indignũ.
C.de teſta.& per Alex.& Iaſ.in l.iij.C.de lib. præte. ubi uolunt
allegando alias deciſ.q mẽs debet attendi,& præfertur uerbis.
17 † Fideicommiſſum,n.inducitur ex coniecturis,licet expreſsè ex
uerbis illud non appareat,ut in d.§.cũ ita. & plura adducit Frã.
de Cur.ɔſ.xl.In præſentiarum.co.pe.& ɔſ.lj.Super teſtis.& ali-
bi pluries,& Soc.conſi.xij.& alij.Viſis,col.iiij.uol.iij.& Dec.d.
conſi.xxxviij.col.j.& ij.& cõſi.xv.col.ij.Quibus in locis allegan
* tur aliæ deciſ.quibus * cõiter concluditur, in iſtis ſubſtitutioni-
bus fideicommiſſarijs debere attendi mentem teſtatoris , nedũ
expreſſam,ſed etiam tacitam & coniecturatam quæ ita collecta
prædominatur,ut magis debeat attendi & obſeruari q̃ qualitas
& expreſsio uerborũ prolatorum à teſtatore,& q fideicommiſ-
ſa inducuntur ex mente teſtatoris tacita & coniecturata , licèt
18 non appareant uerba expreſſa.† Ad quod ẽt quoniam in fidei-
commiſsis magis attendimus rationẽ & cauſam , quibus teſtõr
fuit motus ad illa faciẽdum q̃ expreſsionem uerborum ex quo
fideicommiſſa amplianfur & declarantur à ratione nõ conſide-
ratis uerbis,l.cum pater.§.dulciſsimis.& ibi Bar.de leg. ij. & p
eundem in l.regula.uer.pen.ff.de iur.& fact.ign.& bona deciſ.
Bar.in l.pater filium.§.fundum.de leg.iij.& Pau.de Caſt.conſi.
19 ccxxxij.præall.col.v.cum concor. † Et q fuerit inductum fidei
com.ſatis probatur ex illis uer.iuſsit & mandauit ac ordinauit.
20 l.pe.in prin.C.cõia de leg.cum ſi. † Prout ẽt illud uerbum de-
ueniat,& deuenire debeat.idẽ inducit,ut per Bart.& alios in l.
Centurio.circa fi.ff.de uulg.& pup.per Bal.& Philip. Franch.in
c.ſi pr̃.de teſta.li.vj.& q in præſenti caſu d.teſtator uoluerit fi-
deic.inducere,ſatis probatur ex uerbis prolatis per ipſum Her-
culem in ſuo teſtõ.in quo aſſerit ſolũ velle teſtari de bonis pr̃is
& aui quo ad portiones tm̃ ſibi ſpectantes uirtute legitimæ &
treb.non autem de alijs ratione fideicommiſsi facti a do.Petro
ſuo auo & nulla maior & efficax probatio poteſt adhiberi q̃ di
cta declaratio & cõfeſsio facta ab ipſo do.Hercule in ſuo teſtõ.
21 † Nam iſta ſuperat omnem aliã ſpeciem probationis , ut tradũt
oẽs per illum tex.in l.cum te.C.de tranſa.& doct.in l.eũ qui.in
prin.ff.de iu.iur.per Bal.& alios in rub.extra de ꝓb.col.vj.uer.
22 expedita diffinitione.† Et maximè cũ ſit facta ab ipſo d.Hercu
le infirmo,& morti ꝓximo,nec immemore ſalutis æternæ quã
ɔ̃ ueritatẽ minimè feciſſet arg.l.fi.C.ad leg.iul.repetun.& in ſi.
23 per Bar.in l.ſi quis in graui,§.ſi quis moriens,ff.ad Syll. † Et q
per eam probetur tale fideic.tradit Soc.ɔſi.xij. Præſens conſul-
24 tatio,col.fi.uer.ſecundum quia, vol. iij. † Et talis confeſsio &
declaratio bñ præiudicat hr̃dibus dicti d.Herculis qui non po-
25 terũt eam reuocare,ut dicit ibi Soc.allegando deciſ. † Ad qđ
ẽt,nã licèt concludatur patrẽ non poſſe transmittere ius fidei-

commiſsi ꝯdõnalis ad hæredes & ſuos.qñ ipſe mortuus eſt ante
impletam ꝯditioné,& ante grauatũ,ut per gloſ. in l.unica.C.de
his qui an.aper.tab.cum concor.tñ iſtud non procedit qñ appa
reret de coniecturata mente teſtatoris, uolentis fideicõmiſſum
conditionale tranſmitti,ut dicit Bal.in d.l.unica. & latè p Soc.
in d.l.hæredes mei.§.cum ita.col.iiij.nu.a.& per Fran.de Curt.
ꝯſi.lxxv.Dom.Ludouicus.col.xj.cum ſi.certum eſt ét ꝙ ſi d. Pe
trus pr̃ Almerici modo uiueret,proculdubio ad tale fideic. ad-
mitteretur,eſto igitˀ ꝙ fuerit mortuus ante Herculẽ, tũ talẽ ſpẽ
& ius potuit tranſmittere ad d.Almericum,ex cõiecturata mẽ-
te dicti teſtatoris qui talem prohibitionem alienandi, & ꝯñr di
ctum fideicommiſſum fecit & induxit cauſis, & rationibus de
quibus ſupra,quæ ſicuti militabant in ipſo Petro patre, ita etiã
militant in ipſo Almerico eius filio,ꝯñr locus erit traſmiſsioni.
26 † Nec prædictis obſtare habet,ſi diceretur ꝙ do. Hercules non
potuit grauari tali onere fideicommiſsi,ex quo non fuit hono-
ratus,nec inſtitutus a dicto teſtatore uulgata.l.nec ab eo.C. de
27 fideicommiſſ.cum uulgat. † Et licet appareat poſitus ſub cõdi
tione in illis uerbis ſine filijs maſculis,&c. non propterea dicẽ
* eſſe uocatus,& inſtitutus diſpoſitiuè, ſecundùm glo. * commu
niter approbatam in l.Lucius.la ij.ff.de hęre.inſti.cum concor.
Nam obiectio iſta ex pluribus tollitur & ceſſat primo ex decla-
ratione & confeſsione domini Herculis acceptantis dictum fi-
28 deicommiſſum & grauamen ut ſupra fuit dictum. † Secũdo tol
litur quoniam licet ipſe Hercules appareat poſitus ſub condi-
tione,tamen iſtud non fuit factum ſimpliciter a teſtatore, ſed
cum illa qualitate maſculis.propter quam uidentur diſpoſitiuè
uocati,ut tradit Bar.in l.liberorum.col.pen.uerſic. pone exem-
plum.ff de uerb.ſig.& in l.ij.§.uidendum.ff.ad Tertul.& in ter
minis eſt deciſio.Guid.Pap.in ſua deciſio.clxxaiij. In illa quę
ſtione.& proſequitur Dec.in l.j.C.de pac.& conſi.cclxx. nu.3.
& alibi pluries de quo alias dixi. Prout etiam tollitur obiectio
quoniam poſiti in conditione cenſentur ab inteſ.uocati, & ꝯñr
potuere grauari,ut dicit Dec.in d.conſi.cclxx. col. pen. & fina.
29 † Prout etiam obiectio tollitur quoniam tale grauamen vr̃ eſſe
reale & appoſitum rei prohibitæ alienari,ut tunc peruenire de-
beret,&c.quo fit, ut bona ipſa cenſeantur eſſe grauata,& ꝯñe
ad quaſcunq; perſonas iuiſſent,tales perſonæ in conſequentiã
potuerunt grauari,ut tradit Bart.in d.l.peto.§.fratre.col.ij. uer
ſicu.uenio ad quartam.& Bald.& Sali.col.pen.in l.precibus.C.
de impub.& Fran.de Cur.conſi.lj.col.aj.uerſi.accedat ad præ-
miſſa,& Soci.conſi.aij.num.aiij.& conſi.laij. nu. xij. uol. iij. &
d.l.ab eo.non procedit qñ apparere poteſt de mente defuncti ẽt
coniecturata,ut dicit ibi Corn.& in quampluribus ſuis conſil.
& Soc.in l.cum auus,circa fi.ff.de cond. & dem. de mente autẽ
dicti teſtatoris in caſu præſenti uolentis inducere fideicommiſ-
30 ſum ſatis apertiſsimè conſtat ex dictis ſuperius.† An autem ip-
ſe Hercules de dicto fideicommiſſo, poſsit detrahere trebellia.
& de ea potuerit diſponere,dico omiſsis q̃ pluribus quæ adduci
poſſent, ꝙ non quoniam de rebus prohibitis alienari non poteſt
detrahi trebellian.ut eſt tex.apertus in auct.ſed in ea.C.ad leg.
Falc.& ibi doctores omnes not.& in corpore unde ſumitur, in
auct.ut ſponſal.larg.in §.ſi quando ubi Bar.& Ange. firmant,&
idem Ang.in §.ſi uero expreſsim,col.iiij.uerſi.item ceſſat. in au
cten.de hær.& ſalc.& per Cor.conſi.aaij.In hac,col.ja. uol.iiij.
& per Ant.Corſe.in tract.de poteſta.reg.car.aaiiij.col.iiij. uerſ.
31 quarto ponderò. † Et licet ille tex.loquatur in falcidia,tñ etiam
locum habet in trebel.ut firmant omnes in locis ſupra addu-
ctis,& Are.conſi.xxxviij.col.ulti.& Cor.conſi.clxxaij. Videtur,
col.iiij.uerſi.inſurgit uol.ij.& deciſiuè circa iſta ponit Io. Bapti
ſta de S.Seuerino,& Soci.in conſi.incip.Super præmiſsis,poſito
32 in lectu.Soc.poſt titulum.ff.ad Treb. † Et licet Ro.conſi.ccvj.
Licet de communi,col.ij.uerſi.cæterum,& ſecundo dicat iſtud
non procedere in filijs primi gradus tamen iſtud nihil obſtat
ex quo dom.Hercules nõ erat filius teſtatoris in primo gradu,
33 & ipſe Hercules præciſè fuit grauatus,ut fuit dictum ſ̃. † Pro-
ut etiã trebelli.in iſto caſu non poteſt detrahi, ex quo dominus
Hercules nullum confecit inuentarium,propter cuius omiſsio-
nem tale beneficium fuit deperditum,etiam ſi eſſemus in filijs
primi gradus,ut dicit Cy.Bal.& Sal.in auctẽ. ſed cum teſtator.
C.ad leg.Fal.in viij.q.per tex.in §.hinc nobis,in auct.de hær. &
34 fal. † Et licet Bar.in d.auct.ſed cum teſtator,col.fi.& in l. Mar-
cellus,in prin.col.fi.ff.ad Treb.teneat ꝯtrium in filijs primi gra
* dus,tñ magis * cõis opi.eſt cũ Cy.ut ad plenũ proſequitur Cor.
ꝯſ.cciij.Plura,uol.j.& ꝯſ.clviij.col.iiij.uol.iij.& ꝯſ.clxviij.In
hac,col.iiij.uol.iiij.& alibi pluries,& Soci.in d. l. Marcellus, in
prin.& pleniſsimè Dec.ꝯſ.ccxxxvj.col.iiij.& ſeq.ubi firmãt hãc
concluſio.tanq̃ cõem & rñdent ꝯrijs,& in caſu nr̃o nullũ habet
35 dubiũ ex quo nõ ſumus In filijs primi gradus. † Prout ẽt & ter
tio trebel.ceſſare debet qm̃ ẽt ſi deberet detrahi tñ in ea imputa
ri debent fructus percepti per d.Herculem qui longè plus aſcẽ-
dunt q̃ ſit dicta quarta.l.quod de bonis.§.quod auus.uer.planè,
& §.fructus,ff.ad leg.Fal.cũ alijs ibi alleg.per glo.& ſcrib.& eſt
tex.in l.in fideicõmiſſaria,uer.planè.ff.ad Treb.& in l. mulier.
36 §.ſi hæres.ff.eo.ti.cum ꝯcor.ibid.alleg. † Nec obſtabit. l.iube-
mus.C.ad Treb.ex quo illa ſolũ loquitur in filijs primi gradus,
qui non eſt caſus nr̃ cum do. Hercules non ſit in primo gradu.
¶ Quantũ uero attinet ad teſtm̃ conditũ per d. Herculem licet
primo aſpectu ꝯſideratis uerbis dicti teſti & cortice ipſorũ eius
uxor uideatˀ uniuerſalis hæres inſtituta, tñ conſiderato ſenſu &
uera mẽte teſtõris nõ eſt inſtituta, niſi in rebus particularibus.
37 † Quod ſatis apertè oñditur dum ipſe teſtator inſtituit eam in
ſuis bonis ibidem expreſsis,ut patet per illud relatiuũ quæ hic
exprimi uoluit ꝙ limitat & reſtringit antecedentia, ut eſt text.
& ibi no.Bar.in l.à filio.§.teſtator,& §.Titia.ff.de alim. & cib.
38 leg. † Et hoc ẽt apertiſsimè ſuadetur ex illa dictione uidelicet,
quę eſt reſtrictiua & taxatiua uerborum gñalium pręcedentiũ.
§.nos ãt inſt.de attilia.tut.l.uidelicet.ff.ex quib.ca.ma. & bona
doc.Bar.in l.quæſitũ.§.ſi quis fundũ,col.iiij.uerſi. aut fuit facta
connumeratio.uer.ſeq.ff.de fun.inſtr.ubi uult ꝙ per enumera-
tionẽ ſpecierũ reſtringit ſignificatio gñeris,qñ de hoc ꝯſtat , &
ꝯſtare dr̃ qñ apponit uerbum ſeu dictio uidelicet, & hoc idem
ſuadetur ex uerbis teſti , ibi quam ẽt uoluit . ubi uxori reliquit
uictum & ueſtitũ in uita ſua & ẽt ueſtem uidualem quæ quidẽ
ſuſtratoriè ſuiſſent appoſita,ſi teſtator ipſe in mẽte habebat in
39 omnibus eam uniuerſalem hæredem facere. † Quod quidẽ mi
nimè præſumendum eſt.l.quoties.ff.de reb.dub.cum ſi. l. nõ ſo
lum,circa fi.ff.de act.& oblig.l.diuus.§.hæc ſtipulatio.ff.ut leg.
no.caue. quibus conſideratis dicere habemus ipſam ſuiſſe inſti
40 tutam in rebus particularib. † Et eſto ꝙ illi non fuerit datus a-
lius cohæres,& ꝯñr licet ſit inſtituta in certis rebus particula-
ribus,tamen totum debet ſibi accreſcere.l.j.§.ſi ex fundo.l.quo
41 ties.§.ſi duo. ff.de hær.inſt.cum concord. † Nihilominus iſtud
ceſſat qñ apparet de mẽte teſtatorũ,ꝙ ſolũ uoluit eam inſtitue
re in illis certis rebus, tunc enim ceſſabit ius accreſcendi & res
deducetur ad cauſam inteſtati,ut eſt tex.apertus in d.l.quoties.
§.ſi duo.in fin.ibi ſi modò uoluntas, &c. & hoc firmat Bart. Ibi
Pau.Imo.& alij ſcrib.poſt Bal.& idem Bar.in l.pen.col.fin.uer-
ſicu.& prædicta.ff.de iniuſt.rupt. apertè firmantes , ꝙ quando
conſtat de mente teſtatoris inſtitutus in parte certa non conſe
quetur totum & ceſſabit ius accreſcendi,fauore uenientium ab
inteſt.& res deducetur ad cauſam inteſtati,& in d.§.ſi duo.Ale.
in apoſt.adducit ꝯcor.deciſ.& ex mẽte teſtatoris ille inſtitutus
habebitur loco legatarij,ad plenè no.in l.quoties. C.de hæred.
42 inſti. † Et ſatis manifeſtè in caſu noſtro dicitur conſtare de mẽ
te teſtatoris,per coniecturas & conſiderationes ſuperius addu
ctas,quæ manifeſtam uoluntatem ipſius oſtendunt gl.in l.ſi tu-
tor.C.de pericu.tuto,l.cum proponeretur,de leg.ij.cum cõcor.
& per Bal.in l.j.C.de fideiuſ.& ab inteſt. proximior d. Herculi
reperitur ipſe Almericus ꝯñr ab inteſtato erit hæres uniuerſa-
43 lis ipſius. † Verum qñ in d.teſtamento poſita apparet clauſula
codicillaris d.inſtitutio facta de uxore in dictis rebus particu-
laribus reſoluetur,ut ſaltim ualeat in uim fideic. ita ut ipſe Al-
mericus hæres ab inteſt.a teſtatore rogatus uideatur per uiam
fideicommiſsi dare d.Corneliæ,uxori d.Herculis dictas res par
ticulares in quibus fuit inſtituta ut habetur in l. ex ea. §. ex his
uerbis.& ibi Bar.& ſcrib.ff.de teſtam.& per Barto.in l.quia. ff.
ſi quis omiſſ.cau.teſtam.& in l.j.in v.q.ff.de iure codicil. & per
Bar.& alios in auct.ex cauſa.C.de libe.præter.per Alex.ꝯſ.alij.
Viſo,vol.ij.& Corn.conſi.xcvj. Ex themate. & conſi. ccacviij.
Ante omnia,col.j.vol.ij.cum ſimilib.in reliquis autem bonis a
teſtatore non relictis , ipſe Almericus ab inteſtato hæres erit.

Pariſius Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inſtitutus moriens uiuo teſtatore reducit teſtamentũ in cau-ſam quaſi caduci. & nullum.*
2 *Fallit quando teſtator illi dediſſet ſubſtitutum.*
3 *Item fallit quando in illo teſtamento appoſita eſſet clauſula codicillaris.*

Clauſula

Clauſula codicillaris operatur, ut relicta in teſtamento debeantur à uenientibus ab inteſtato, licet hæres ſcriptus mortuus fuerit uiuente teſtatore.
4 *Taliter ſubſtitutus conſequi debet illam partem quam debebat habere inſtitutus moriens uiuo teſtatore.*
5 *Maſculi uocati à teſtatore excludunt fœminas.*
6 *Primus gradus excludit alios ſequentes.*
7 *Alienationis prohibitio facta cum inſertione cauſa, inducit fideicommiſſum.*
8 *Dictio ut ſupra relatiua eſt præcedentium.*
9 *Geminatio oſtendit enixam uoluntatem diſponentis.*
Illatio non bene fit ex ſeparatis.
10 *Qualitas appoſita in uno capitulo teſtamenti, an cenſeatur repetita in alio, & alijs ſeq.*
11 *Legatarius poteſt de rebus ſimpliciter ſibi legatis diſponere ſuo arbitrio.*
12 *Fideicommiſſum ſimpliciter factum abſq; uerbis uniuerſalibus nõ comprehendit alia relicta in eodem teſtamento.*
13 *Prælegata, an & quando ueniant in reſtitutione fideicommiſſi, & alijs ſeq.*
Et quid ſi ſubſtitutio eſt congruens perſonis, & non rebus, & melius. num. 23.
14 *Et quid ſi illa clauſula continens fideicommiſſum immediatè apponitur poſt inſtitutionem uniuerſalem.*
15 *Prælegata facta hæredi poſtmodum grauata per fideicõmiſſum an & quando contineantur in illo uniuerſali, & nu. alijs ſeq.*
Et quid ſi præceſſerunt fideicommiſſum.
16 *Et quid ſi prælegata abſorbent maiorem partem hæreditatis.*
17 *Et quid ſi fideicommiſſum factum eſt ſimpliciter & ſine aliqua commemoratione hæreditatis uel portionis ipſius.*
18 *Et quid ſi mens teſtatoris fuit illa includi.*
19 *Indefinita quando æquipolleat uniuerſali.*
iſta procedere, etiam ſi interueniſſet licentia propinquorum, quia filia renunciat patri, ut tenet Bal. in d. l.interpoſitas.& ſecundum Salyc. in l. tranſactione. C. de tranſactionib. & Ioan. Campeg. in tractatu de dote. in ultima parte dum loquitur de
66 ſtatutis. † Ceſſant enim iſta quoniam talis metus reuerentialis non præſumitur, ſed probandus eſt, & in caſu præſenti nunquam poterit probari, ut tradit idem Barto.in dicto.§.quæ onerandæ,& in dicta.l.ad inuidiam. & plene per Alexan. poſt alios in dicta.l.interpoſitas.& per Canon.in dicto. cap. cauſam matrimonij. Et ꝙ non præſumatur quando filia renunciat patri, eſt textus apertiſsimus in dicto.capit.quamuis.ubi excipitur caſus quando interueniſſet metus quem exceptuari minime o-
67 pus fuiſſet ſi præſumeretur. † Præſentia enim patris non inducit metum, niſi præcedant minæ aut uerbera, ſecundum Bart. ubi ſupra,& expreſſe poſt alios in dicto.cap.quamuis. iſtud firmant Philippus Franc.column.prima,& Georg.Nat.in repetitione column.undecima, in undecima limit. & in ij. notab.ubi plene iſtud attingit,& diffuſe poſt Roma.iſtud tenet Aret.in d. l.qui ſuperſtitis. column. quinta.uerſicu. eſt & quarta.& tenet Alexand.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolut. matrimo. & in dictu.§. quæ onerandæ. In additionibus ad Barto. & Dec.in dicta.l.pactum. column. penultim. C. de collatio. poſt alios ibi,& diffuſe Ioan.Crot.in dicta.l.ſtipulatio hoc modo concepta.nume.xlj.& alijs ſequent.ubi alias adducit concordan.in
68 quibus patet hanc eſſe communem. † Quæ eo fortius procedit in caſu præſenti, quoniam ipſa Dominica tempore renunciationis erat in domo ſoceri & mariti, & ipſis præſentibus renunciationem facit patri, quæ præſentia præſumptionem metus remouet, ſecundum Barto.& alios in d. l.tranſactione.& in l. fin.column.prima.ff.ſi aliqui.teſta.prohi.& Anton.de Butri. & alios in dicto cap.cauſam matrimonij. Nec illo caſu obſtat dicta l.Salyce.Bald.& Ioan.Campeg. ſupra in contrarium allegata, nam Alexand.in dicta.l.tranſactione.& Iaſo. ibi eam impugnant, ut etiam faciunt Barb.& alij in dicto. cap. cauſam matrimonij. & Philip.Franc.in dicto.cap.quamuis.col.prima, uerſic.& ex his. Et alia ſupra in contrarium adducta procedunt quando probaretur metus, & locum ſibi uendicant extra caſum præſentem.
69 ¶ † Sexto non obſtabit ſi ipſa Dominica opponeret ſe fuiſſe incongrue dotatam,& conſequenter ceſſare diſpoſitionem. dicti cap. quamuis: quod non procedit quando filia renunciat nulla dote recepta, ſecundum Parr. de Anchar. ibi iſtud firmantem aliquibus rationibus,& ſequitur Saly. in d. l.pactum. col.pen. C.de pac.& poſt alios Dec.in l.pactum.C.de collatio. num.vij. ubi in uerſic.ad hoc facit.dicit idem eſſe quando dos fuiſſet incongrua, in condecens, exigua, tenuis, & parua, propter quam ipſa filia renuncians eſſet enormiter læſa, ſecundum Anchar.in d.conſi.xxxix.& alias deciſiones per eum ibi allegatas, quod ultimum poteſt comprobari ex his quæ habentur in authen. res quæ.C.commu.de leg.cum alijs adductis per Ioan.Crot.in d.l.
70 ſtipulatio.num.xxiiij.& ſeq.uerſi.ex hac limitatione. † Nam ratio
* iſto ceſſat ex pluribus.& primo quia communis * opi. a qua iudicando & conſulendo non eſt recedendum, & habet in contrarium uolens dictũ capitu.quamuis. procedere conſideratis rationibus.ibi adductis, etiam eo caſu quo nulla dos fuiſſet data filiæ, & tanto fortius procedit, quando fuiſſet data dos aliqua, licet incongrua, ut aperte firmant Imo.& Gemini.in dicto.cap. quamuis.& Pilipp.Franc.ibi,& Bened. Capr.& Georg.Nat.in pertica column.ſexta, in quinta limita.& column.ſeptima uerſiculo ſecundo quia. ubi iſtud comprobant pluribus medijs, & reſpondent contrarijs,& idem firmant Imo. Roma.& Areti.in dicta.l.qui ſuperſtitis.column.prima,& ſequent.& Imo.& Alexand.in dicta.l.ſtipulatio hoc modo concepta. nume.octauo, nono & decimo.& Iaſon.ibi numer. duodecimo. & Ioan.Crot.
71 numer.xxv.uerſic.hanc tamen limitationem. † Et ſuadetur, nam per pactum iuratum excluſa eſt a ſucceſsione, & ſi nullam dotem habuit ſeu incongruam & minimam, non propter ea poterit ſuccedere, nam a patre uel hæredibus patris poterit dotem petere, uel ipſius ſupplementum, eſto quod eſſet nupta, ſecundum ueram opinionem, de qua per gloſſ. in l. obligamur.§.lege.ff.de action.& oblig.quam contra Barto. ſequitur Cuman. conſilio.cxxxj.& plene Moderni in l. prima.ff.ſoluto matrimonio.& ſic ceſſabit læſio, circa incongruitatem ſuper qua ſe fundat Deci.in dicta.l.pactum.& ita practicatur poſt Imo. & Roma.firmat Aret.in d.l.qui ſuperſtitis.colum.j.& ſequen.& poſt Imol.& Gemin.Phil.Fran.in d.c.quamuis.column. ſecunda,&

tertiu in fi.& col.iiij.uerſic.quid autem.& uerſi.ſequen.& uerſi.
hoc tamen.& apertius illud firmat Georg.Nat.ibi colu.vj.in v.
limita.& col.vij.uerſi.ſecundo,quia oportet.& ſentiunt Imo.&
Ale.& Iaſ.in d.l.ſtipulatio.uerſi.& nu.prępallega.& apertius Io.
Cro.ibi nu.xxv.in fi.& Cy.in l.ſi non mortis. C.de inof.teſta.&
Bal.in l.ſi quando.§.generaliter.in prin. eodem titu. & Paul.de
Caſt.conſi.cxxvij.Licet iſta col.pen.& fina. & Dec. conſi. xxvj.
Et diligenter.col.j.& fina. concludentes ob dotem non datam,
uel incongrue datam, filiam renunciantem cum iuramento nõ
poſſe adhuc ſuccedere,cum petere poſsit dotem uel ſupplemen
tum ipſius,& ſic ceſſabit læſio,cum pater illi ultra relinquere nõ
teneatur,ut ſentit etiam Deci.conſi.cclxxvj.col.ij.& iij.& Pau.
de Caſt.in d.l.pactum.& Alex.col.pen.& fi. & Iaſ.in l.quod ſer
uus.in fi.nu.xij.ff.de ꝯdi.cau.da. eo etiã cum ipſa Dominica do
tem non ita incongruam receperit,ut ſtatim dicemus.Et adhuc
ſupplementum ipſius tanquam periura conſequi non poterit,
etiam ſi eſſemus in caſu in quo competeret remedium ad ſup-
plementum,ut mox attingemus,& pro nunc ſatis erit oſtendiſ-
ſe.d. c. quamuis procedere etiam iſto caſu , ut ipſa excludatur à
ſucceſsione quam prætendit , & circa ſupplementum illico di-
ſcutietur,in reſolutione ſequentis obiectionis.¶ Poſtremo Do-
minica poſſet allegare ex dicta renunciatione ſe fuiſſe enormi-
ter læſam,quia renunciauit hæreditati maternæ,tunc ſibi dela-
tæ,& hæreditati paternę,deferendæ pro florenis.ccc.quæ hære-
ditates aſcendebant fere ad ſummam floren. 800.& ſi nulla ex-
titiſſet renunciatio per eam facta,ipſa conſequi poterat tertiam
partem hęreditatis paternę , cum eo tempore quo pater obijt ,
72 tres tantum filiæ extarent.† Et data dicta enormiſsima lęſione,
in dicta renunciatione dicitur interueniſſe dolus re ipſa , iuxta
tradita in l.ſi quis cum aliter.ff.de uerb.oblig.cum concordan.
73 † Qui dolus uidetur ęquiparari dolo ex propoſito, ut diffuſe al
legando quamplures deciſio.proſequitur Deci. conſi.lxxvj.&
clxxx.& cum adſit dicta enormiſsima læſio , ceſſabit diſpoſitio
dicti.c.quamuis.propter dolum ex propoſito , ſeu re ipſa, ut de
dolo uero traditur ibi, & in dicta auth. item ſacramenta pube.
& de præſumpto,re ipſa per Pau.de Ca.conſi. clxxiiij.alias cõſi.
clxxvij.Contra ſuperius.& Aret.conſi.xxiiij.Quatuor dubia.in
ij.dubio.& Soc.conſi.cclxiij.Capio primum. col.ij.uol.ij.& ſe-
quitur Deci.in d.l.pactum.C.de colla.num.vij.& in d.conſilio.
lxxxvj.& clxxx.ea ratione,quoniam hic concurrit reuerentia pa
terna ſecundum Pau. & Soci. ubi ſupra,& Ange.& Aret.modo
74 allegandos,& Moder.in d.ca.cauſam matrimonij. † Et quia in
contractu damnoſo facto cum muliere præſumitur ſimplicitas,
& iuramentum uidetur captioſum , conſequenter relaxandum,
ſm Bal.in rubr.C.de rerum permutatione,in fine.Non enim in
ſe continet illos tres comites , quos habere debet , de quibus in
75 c.animaduertendum.xxij.q.ij.& in c.ſi Chriſtus de iureiur.† Et
quia diſpoſitio.d.c.quamuis,data enormiſsima læſione,uidetur
ceſſare nedum quando eſt renunciatum hæreditati delatę , ſed
etiam hęreditati deferendæ,ſm Corne.in d.l.pactum.C.de col
la.col.iij.uerſi.nono limita.& Deci.ibi nu. vij. & in cõſilijs ſuis
ſupra citatis,qui poſt alios per eos relatos limitant iſto caſu,nõ
procedere.d.c.quamuis,quod aperte loquitur de futura ſucceſ-
ſione paterna adhuc non delata,& tenet aperte Aret.cõſi.clxij.
Verum eſt,col.penul.allegans Ange. & idem iſto caſu ſequitur.
76 Hierony.Buttigel.in d.l.ſtipulatio,nu.xxij.† Et circa hãc enor
miſsimam læſionem,conſideranda ſunt bona patris,non eo tem
pore quo facta eſt renunciatio,ſed tempore quo pater moritur,
& quo defertur ſucceſsio ſecundum Imo.in d. l.qui ſuperſtitis ,
col.j.in fi.& Pau.de Ca.in d. l.pactũ.C.de colla.col.ij.& Alex.
ibi ponit col.pe.& fi.& Deci.nu.vij.& Soc. conſi. clxxiij.Ele-
ganter,col.ij.uol.ij.& Iaſo.in l.quod ſeruus,nu.xij.in fi.ff.de cõ
di.cau.da.& diffuſe per Dec.conſ.cclxxvj.Proponitur,col.ij.&
iij.& eundem Iaſo.allegantem alios in l. ſi quando.§.illud.ff.de
inoff.teſta.Et ſtante dicta læſione concedenda erit. d.Domini-
cę abſolutio à iuro per eã prę̃ſtito,qua conceſſa in nullo obſta-
bit.d.c.quamuis,ut proſequitur Alex.ꝯſi.ccxiij.Viſis uol.vij.&
tradunt Pau.de Caſt.Soc. & alij ſuperius citati tam conſulendo
quàm legendo,maxime Dec.in d.conſi.lxxxvj.& clxxx.& Ca-
no.in c.j.& in c.cum contingat,de iureiu.& Pet.de Anch.& alij
in d.c.quamuis.¶ Ad ueram reſolutionem iſtorum aduertendũ
eſt,nam duplex poteſt dari cõſideratio, una quando filia renun
ciat patri,& hęreditati,& ſucceſsioni paternæ, & eſſet enormi-
ter læſa, an poſsit adhuc non obſtante renunciatione iurata ſuc
cedere patri,habita prius iuramenti relaxatione.Secunda erit ſi
non poteſt ſuccedere , tamen quia enormiter læſa eſt , an poſsit
petere ſupplementum legitimę, ſeu congruæ dotis,& quo caſu.
77 † Circa primam conſiderandi ſunt plures caſus . Primus quãdo
filia renunciat cum iuramento hæreditati paternæ , ſibi delatæ
mortuo patre puta fratribus ſuis, ſeu patruo, uel alijs perſonis,
& eſſet enormiter læſa , & iſto caſu iuramentum relaxabitur,&
non habet locum.d.c.quamuis. Cum ultra lęſionem & dolum,
re ipſa concurrat reuerentia illarum perſonarum , fragilitas ſe-
xus,fragile & deceptiuum conſilium fœminæ , & forſan minor
ętas , & locum ſibi uendicabunt deciſi. ſuperius in contrarium
adductæ,illa Ancha.conſi.xxxix. & alię adductæ per Alexan.in
in d.l.ſtipulatio,nu.x.& Io.Crot.ibi nu.xxviij.& Deci.in d l.pa-
ctum,nume.vij.poſt Corne.in nona limitatione, Pau.de Caſtr,
& Alex.& eundem Deci.conſi.lxxx.in ſecundo dubio,colu.iiij.
& v.& conſ.clxxx.col.iij.& iiij.& expreſſe poſt alios ibi hoc ſen
tit Are.in d.l.qui ſuperſtitis,col.v.uerſi.eſt quarta,& colum.vj.
uerſi.adde etiam,& poſt alios Philip. Franc.in d.c.quamuis,co
lum.ſecunda,in vj.notab. & col.pen.uerſic. & idem, & uerſicu.
78 ſeq.& Georg.Natan.col.viij.in vj.limit. † Nec iſto caſu obſta-
bit glo.in l.ſecunda.C.de reſcinden.uenditio.& in c.penultim.
de emptio.& uendition.quas in contrarium adducit Alexan. in
d.l.ſtipulatio, numer. x. quoniam non procedunt quando ultra
enormem læſionem,& deceptionem re ipſa concurrunt alię qua
litates ſuperius adductę,& ꝓcedũt qñ eſt uẽdita,ſeu donata cer
ta res,& ſpecies,ſeu quãtitas,quæ vr̃ & apparet, in qua nõ ita fa
ciliter cadit deceptio.l.quiſquis,& ibi gl.de reſcin.uẽ. iũcta.l.cũ
donationis.C.de tranſa.Cuius contrarium ꝯſideratur, quando
renunciatur uniuerſitati bonorum , & ignorantur uires patri-
monij,ut punctaliter allegando conſi.Bar. dicit Areti.in dicta.
l.qui ſuperſtitis,col.mihi ſexta,uerſi.adde etiam,& uerſicu.pro
79 primo dicto.† Nec iſto caſu obſtabit tex.in d.c.cum contingat.
& dicta auth.item ſacramenta. nam non loquuntur iſto caſu.ſe
cundum Alexand.ubi ſupra,& Areti. conſi.xxiiij.& alios ſupra
allegatos.Vnde non immerito iuramentum ueniet relaxandum
& habita abſolutione non obſtabit.dictũ capi. quamuis. ut per
Alexand.dicto conſi.ccxiij.uolumin. ſeptimo cum alijs ſupra al
80 legatis. ¶ † Secundus caſus erit , quando filia cum iuramento
renunciat patri, hæreditati maternę ſibi delatæ, uel alterius,ſeu
alicui iuri ſibi delato,& quæſito, & per talem renunciationem
enormiſsimè lęſa eſt. Et iſto caſu non habebit locum.dictũ ca-
pitu. quamuis. & procedunt omnia adducta ſuperius in præce-
denti caſu , & deciſiones , rationes , & qualitates ibidem citatę.
81 † Tertius caſus , quando filia cum iuramento ipſi patri uiuenti
renunciauit hæreditati paternæ , nondum ſibi delatæ , recepta
dote.Per quam renunciationem,conſideratis bonis,& hæredi-
tate paterna tempore quo pater moritur , ipſa reperitur enor-
miſsime læſa , quia ſi non eſſet renunciatum, ſuccederet,& iſto
caſu qui noſter eſt,dico,ſtante dicta renunciatione,ipſam nul-
lo modo poſſe ſuccedere, nec uenire ad hæreditatem patris,per
text.apertiſsimum in dicto.capitu.quamuis.ibi,omnino ſerua-
82 ri debebit , & ibi,nullum ad bona patris habere regreſſum. †
Quæ uerba eam excludunt ipſo iure,ita ut iuuari non poſsit ali
qua ope exceptionis, nec in contrarium poterit diſpenſari , ut
adducendo iura gloſſ.& alias deciſ.comprobat Philip.Fran.ibi
column.ſecunda in vj.notab. & diffuſius Ioan. Crot. in dicta.l.
ſtipulatio.numer.xxij.uerſicu.& ex prædictis. & num: ſeq.tum
etiam conſiderata generalitate dicti capituli , quod procedit in
filio minore , & exiſtente in poteſtate ipſius patris ; ut ſuperius
oſtendimus,& in qua cadit conſilium fragile & deceptiuum,&
uderat præſentia patris , & ibi renunciauit hæreditati paternæ
non delatæ,propter dotem datam,quæ uериſimiliter non aſcen-
debat ad illam portionem ad quam poterat ſuccedere. Eſto igi
tur quòd eſſet decepta iſto reſpectu ultra dimidiam, tamen ſuc
cedere non poterit, nec præſtanda erit abſolutio a iuramento,
nam pater poterat eam priuare hæreditate , relinquendo ſibi
tantum legitimam, ſecundum iura communia & uulgaria. Nec
filia cui relicta eſſet legitima poteſt ulterius petere, & ſi minus
ſibi per patrem fuiſſet relictum, ad ſupplementum ſolum legiti
83 mæ agere poterit. † Ita etiam erit quando pater dedit dotem,
quæ ſuccedit loco legitimæ ſecundum iura communia , & uul-
ga.ut ſi illa ſupplet legitimam , ſufficiens ei erit , & ſi non ſup-
plet poterit agere ad ſupplementum , & iſtis conſideratis , re-
ſpectu ſucceſsionis uniuerſalis paternæ , filia non poterit di-
ci enormiſsimè læſa , cum pater ita uoluerit, & diſpoſuerit ,
& de iure id facere ſibi permiſſum ſit, & ſi nullam dotem
conſtituit,

conſtituit, ſeu incongruam & minimam, alio remedio erit ſibi
84 conſultum. † Nam contra patrem uiuentem dabitur remediũ,
ut eam dotet, uel eo mortuo agetur cõtra hæredes ipſius, ut idẽ
faciant. Et ſi dos fuiſſet incongrua aget ad ſupplementum, cum
ſubrogetur loco legitimę, ſecundum quamplures deciſiones ue
ras, & communes, quas ſuperius adduximus in reſolutione ſex-
tę obiectionis. Nec obſtabit illud ꝙ iſto caſu iuramentum con-
tinet iniquitatem, nam reſpondet Alex. in d. l. ſtipulatio. nu. x.
nec etiam ſupra in contrarium adductæ aliæ qualitates, ex quo
85 tolluntur omnes per dictum. c. quamuis. † Et quia magna eſt
differentia inter delatam, & non delatam, & ſic ius quæſitum, &
non quæſitum. l. fi. C. de codicil. & l. ſecuns. C. de pact. iuncta. l.
fi. C. de acq. poſ. & habetur in c. delictum, de reg. iur. lib. vj. iun-
ctis plene accumulatis per Fel. in c. placuit. col. pe. & fi. de præ-
ſcrip. & probatur in l. omnes. ff. de his quę in fraud. credi. & per
tex. in §. illud. inſt. ad l. aquiliam iuncta. l. inde neratius. in princ.
86 ff. eo. tit. † Nec iſto caſu obſtabunt allegata per Buttigel. in d. l.
ſtipulatio. nu. xxxj. tum quia ſunt de directo contra dictum. ca.
quamuis. & Corn. in d. l. pactum. in ix. limi. non ſentit quod ipſe
dicit, & Aret. conſi. clxij. col. pen. non loquitur quando renun-
ciatum eſt patri & hæreditati paternę, & quia etiam ſi ita loque-
rentur adhuc non bene ſentirent, quo ad ſucceſsionem a qua fi-
lia excluſa eſt, ſed eorum dicta poſſent procedere, ut non obſtã
te renunciatione iurata, filia enormiſsime læſa poſſet petere do-
tem, ſeu ipſius ſupplementum quę ſubrogatur loco legitimę, ut
87 diximus, declarando tamen ut ſtatim dicemus. † Et iſto caſu re-
ſpectu ſucceſsionis, filiæ renuncianti non poterit concedi abſo-
lutio a iuramento, quia tenetur illud ſeruare, & nõ poteſt cõtra
uenire, ut tenent Archid. Io. Andr. Gemin. & Phil. Fran. in d. ca.
quamuis, in vj. notab. & col. ij. & iij. & Ange. in l. ſi quis pro eo.
uerſi. item adde. ff. de fideiuſ. & Alex. conſi. xlij. Super pręmiſſo.
col. pe. uol. j. & conſi. ccxxj. Viſa facti. col. ij. in fi. uol. ij. & Ioan.
88 Cro. allegans alios in d. l. ſtipulatio. nu. xxij. circa fi. & Dec. cõſi.
clxxxj. Satis. col. j. uerſ. ſed prędictis. ¶ † Ad ſecundam conſide-
rationem concernentem læſionem circa dotem ſubrogatam lo
co legitimę, & ſupplementum ipſius aduertendum erit, quoniã
congruitas dotis poteſt conſiderari quo ad officium paternum,
qui tenetur dotem conſtituere filiabus iuribus uulga. In qua cõ
ſtitutione conſideratur competentia & congruitas ſecundum
facultates patris quæ tunc erant & dignitas mariti, & filiæ, & a-
lius numerus filiorum, & iſto caſu non conſideratur quantitas
legitimę quę illo tempore non debebatur filiæ, & dos iſto caſu
conſtituta per patrem non poteſt dici incongrua, cum ſibi uiſa
fuerit competens, & conſilium ſuum erga filiam præferatur om
nibus, ut iſta omnia comprobantur iuribus & deciſio. quamplu
ribus adductis per Deci. conſi. xxvj. Et diligenter. col. j. & alijs
ſeq. & conſi. clxxx. col. j. & apertius conſi. cclxxvj. col. j. uerſi. ſed
89 tamen his. † Et bona paterna conſiderabuntur tempore renun-
ciationis, & non tempore mortis ſi fuiſſent poſtmodum augu-
mentata, ex quo poterant decreſcere, & filia poterat pręmori
patri ut in proprijs terminis noſtris firmat Alex. allegando aliaſ
deci. in d. conſi. axix. col. iij. uerſi. & inter. uol. iij. & Georg. Nat.
in d. c. quamuis. col. iij. uerſi. an autem, ubi aſſerit hanc eſſe com
munem. Ex iſto reſpectu ipſa Dominica non poterit allegare læ
ſionem, conſiderando numerum filiorum, & bona paterna, quæ
90 extabant tempore renunciationis. † Et quia fuit maritata con-
decenti marito & condigno, & quantitas dotis data, & conſide-
rata conſuetudine regionis erat ſatis competens & condigna,
ad not. in auth. res quæ. C. commu. de lega. & diffuſe per Dec. d.
cõſi. xxvj. & cclxxvj. & ſecundum hanc conſiderationem ceſſa-
bunt omnia ſuperius in ꝯtrium allegata, quia non dabitur læſio.
Si uero conſideramus competentiam dotis congruę, habita con
ſideratione ad legitimam, ex quo filia excluditur a ſucceſsione
91 propter renunciationem. † Et iſto caſu non poterit eſſe minus le
gitima, ſecundum Saly. & alios in d. auth. res quæ. cum ꝯcord. &
quantitas ipſius ꝯſiderabitur ſm uires patrimonij paterni quod
extat tempore mortis, & non tempore renunciationis, ut diffu-
ſe proſequitur allegando deciſ. rationes, & iura. Deci. d. ꝯſ. xxvj.
& cclxxvj. col. ij. & iij. & licet loquatur quando filia excluditur
à ſucceſsione uirtute ſtatuti diſponentis eam debere dotari, &
non poſſe ſuccedere, ut etiam iſto caſu plene attingit Franc. de
92 Cur. Iunior. conſi. x. Viſa. poſito poſt tractatum de feudis. † Ta-
men idem erit quando ipſa filia a ſucceſsione excluditur pro-
pter renunciationem. Nam habito reſpectu ad ſucceſsionem
dos debet commenſurari ad legitimam, cuius quantitas extimæ
bitur ſecundum quantitatem bonorum paternorum quę extãt
* tempore ſuę mortis, ſecundum magis * communem opinionẽ,
ut firmat Iaſ. allegando deciſ. in d. l. quod ſeruus. nu. xij. & pro-
bant deciſ. & rationes allegatę per Dec. & Franc. de Cur. in di-
ctis eorum conſilijs, & alię adductę ſuperius in oppoſitum, &
per Imol. & alios in d. l. ſtipulatio. col. iij. & Iaſon. in d. l. ſi quan
do. §. j. & Corn. in d. l. pactum. colum. antepen. uerſi. ex quo. Et
ſi iſto reſpectu conſiderabitur dos congrua, & dicta Dominica
diceret ſe propterea enormiſsime læſam, & petere uellet non ob
ſtante iuramento ſupplementum congruę dotis, & legitimę, con
ſiderata tamen facti contingentia audiri non debet, & excluden
91 da uenit ex tribus. Primo quia † ipſa expreſſe & in indiuiduo
renunciauit legitimę cum iuramento, quo caſu penitus exclndi
tur, & ulterius audiri non debet, per text. in d. l. ſi quando. §. il-
lud. & ibi ſcribentes omnes iſtud firmant, ut refert Iaſo. ibi nu.
ij. in fi. maxime de iure canonico per text. in d. c. quamuis. & ſe-
quitur Alexand. in l. in ratione. la prima. ff. ad l. Faleid. & Iaſon.
in d. l. quod ſeruus. numer. xij. in fin. & Aret. in l. prima. §. ſi quis
ita. ff. de uerborum obligation. & tangunt omnes maxime Hie-
ro. Buttigel. in d. l. ſtipulatio. num. xxviij. & Philip. Franc. in di-
cto cap. quamuis. column. iiij. & in vj. nota. & Dec. d. conſi. xxvj.
column. j. uerſicu. prętерea & ſecundo, & uerſicu. ſequen. ubi a-
lias concordantias adducit, ut tradit Bald. d. conſi. cccxlj. col.
iij. in princip. uolumin. v. † Et ſuadetur, nam ſi in uita filio per
94 patrem data fuit legitima, ualeret renunciatio facta ſucceſsioni
paternę, etiam ſine iuramento, ut not. in d. l. ſi quando. §. illud.
cum alijs allegatis per Deci. in d. l. pactum. numer. ij. C. de col-
latio. ualebit etiam facta cum iuramento, licet minus legitima
percepiſſet, ut tradit Imo. & diffuſius Georg. Nat. in dicto capi.
quamuis, allegans concordan. column. ſecunda uerſicu. tertio
fallit. & column. vij. in quinta limitatione, uerſicu. quia oportet,
& Aret. in dicta. l. qui ſuperſtitis. column. ij. & iij. & ſi diceretur
propter enormiſsimam læſionem, conſideratam iſto reſpectu ip-
ſam renunciantem non obſtante iuramento poſſe petere ſupple
mentum, quod quidem ad caſum præſentem adaptari minime
poteſt ut aperte colligitur ex ſuperius deductis, & ex alijs allega
95 tis per Dec. in dicto conſi. xxvj. column. ſecunda. † Adhuc & ſe-
cundo dicitur ipſam Dominicam non eſſe audiendam, tãquam
periuram & infamem, iuxta. l. ſi quis maior. C. de tranſac. ex quo
per prius debuit petere abſolutionem a iuramento, & cum hoc
non fecerit, & periurium incurrerit, ulterius eam petere nõ po
teſt, & tanquam periura excludenda eſt, ut dicit Federi. de Se-
nis, conſi. cccj. Factum. & Ioan. And. in cap. debitores. & Felyn.
poſt alios, in cap. primo, num. xx. de iureiur. ubi aſſerit hanc eſſe
communem, & tradit Alexand. conſi. xvij. uolumin. ij. & Corn.
conſi. vj. column. penultim. uolumin. primo. & Socin. conſi. lix.
numero. xiiij. uolumin. iij. cum ſimi. Talis enim abſolutio per
prius petenda erat, etiam ſi per metum iuramentum fuiſſet præ
ſtitum, ut dicunt omnes in d. l. pactum. maxime Paul. de Caſtr.
colum. ſecunda uerſicu. quid ſi. & Corn. column. prima in fin. &
Bald. column. ij. uerſicu. uenio ad quæſtiones. & Philip. Fran. in
d. cap. quamuis. col. uerſicu. in gloſſ. in uerſicu. non ui. cum
96 concor. † Tertio excludenda eſt, quoniam ut mihi relatum eſt
eidem Dominicę facta fuit oblatio dicti ſupplementi, & cum
ea non obſtante egerit, & inepte, ac temere, certe aliud non quę
rit, niſi reportare condemnationem ad expenſas, iuribus uul-
ga. Ex quibus neceſſario concluditur, eandem nullo modo poſ-
ſe petere partem hæreditatis paternę, nec poſſe agere iudicio fa
mil. erciſcund. ut egit, & contenta debet eſſe ſupplemento de
benignitate oblato. Pariſi. Bonon.

SVMMARIVM.

1 *Filius grauatus fideicommiſſo poteſt ad hæredes ſuos extraneos etiam tranſmittere ius, & facultatem detrahendi legitimam & trebellianicam.*
2 *In iſtis duabus quartis computantur omnia quæ ad ipſum filium peruenerunt.*
3 *Et omnia per ipſum conſumpta & diſsipata.*
4 *Item & reliqua omnia, quæ per ipſum fuere alienata.*
5 *Filius in bonis paternis conſequi debet legitimam.*
6 *Et in illa pater non poteſt apponere aliquod grauamen, nec fideicõmiſſum, & appoſitum reijcitur.*
7 *Filius grauatus reſtituere hæreditatẽm ſub conditione, & ad aliud tempus, poteſt de iure canonico detrahere duas quartas conſtituẽtes medietatem illius partis quæ ad ipſum peruenit.*

8 *De iure ciuili, ſecundum magis communem nõ poſſunt detrahi duæ quartæ. & nu. 10.*
9 *Opinio communis in iudicando obſeruanda eſt & tenenda.*
10 *Si aliquid dubium eſt de iure ciuili, & clarum de iure canonico, attendi debet ius canonicum.*
11 *Fallit quando per ſtatutum diſponeretur eſſe iudicandum ſecundum ius ciuile.*
12 *Statutum laicorum contrarians iuri canonico, confirmatum per Pontificem obſeruandum eſt, & ſecundum illud iudicandum erit.*
13 *Quando talis confirmatio per Papam facta eſt in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia, & non in forma communi, & nu. 14.*
15 *In trebellianica fructus percepti per filium primi gradus, an ueniãt computandi quando detrahuntur duæ quartæ.*
16 *L. iubemus, C. ad Trebel. intelligi debet in caſu ſuo, & non debet extendi ad alios caſus in illa non expreſſos.*
17 *Filius non conficiens inuentarium, non poteſt detrahere trebellianicam, ſecundum magis communem opinionem, & nu. 18.*
19 *ſilius grauatus reſtituere extraneo, ſecundum magis communem in ſua trebellianica imputare debet fructus medio tempore perceptos.*
20 *Hæres filii grauati reſtituere hæreditatem, tenetur fideicommiſſarijs reſtituere omne illud, quod ipſe filius plus ſibi debito percepit, reſpectu quartarum.*

CONSILIVM XXVII.

HIERONYMVS Iſte unicus filius teſtatoris grauatus a patre reſtituere hæreditatem quibuſdã extraneis, caſu quo ſine filijs decederet, & quoniã ita deceſsit adimpletaque fuit propterea conditio dicti fideicommiſsi, ad quod uenire debent ſubſtituti a patre, nec circa id aliqua occurrit dubitatio, ſolum illa oritur inter iſtos fideicommiſſarios ſubſtitutos, an iſti poſsint & ualeãt detrahere duas quartas, ſicuti uidebatur poſſe illas detrahere d.
1 Hieronym. † Quarum detractionem ipſe moriens bene uidetur potuiſſe tranſmittere ad dictos ſuos hæredes etiam extraneos, ut no. in l. omnimodo. in l. ſancimus. in authentic. nouiſsima. C. de inofficio. teſtamen. & in l. quanquam. & l. irritum. C. ad legem Falcidiam, per Bald. conſi. ccxc. Hę quæſtiones. uolumin.
2 iij. Deci. conſilio lxxxj. in principio, & numer. primo. † In qua diſceptatione & ſpecie, primitus illud aduertendum erit in iſtis duabus quartis detrahendis computanda eſſe omnia bona dicti patris teſtatoris, quæ ad eundem Hieronymum filium peruenere, ut habetur in l. quoniam nouella. & in l. omnimodo. §. fina. C. de inofficio. teſtamen. facit l. etiam §. penultim. & fina. ff. de bon. liber. & firmat Barto. in l. in quartam colum. quarta uerſi.
* uenio ad quartam ff. ad legem Falcidiam quem ſcriben. omnes ibi * communiter ſequuntur citantes alias concordan. etiam facit Alexand. conſilio cxlij. colum. ſexta numer. nono uolumin.
3 ſecundo. † Prout etiam computanda erunt omnia bona ad ipſum Hieronymum filium peruenta, & per ipſum conſumpta, & diſsipata. l. mulier. §. ſed enim. ff. ad Trebe. not. Dyn. & Barto. & reliqui ſequuntur in l. Marcellus. §. res quę ff. ad Treb. ut etiam facit in d. l. in quartam & in terminis ponit Benedict. Cap. conſi. xxxij. Cum uiſo. columna. ſecunda, in ſecundo dub. uerſicu. &
4 hęc circa primum. † Inſuper & in legitima d. Hieronymi computanda erunt omnia bona quæ ipſe alienauit, ut probat tex. in d. l. Marcellus. §. res quæ ubi Bar. & alij not. maxime Alexand. col. fin. & Bal. conſi. ccclxvij. & cccxcij. Super primo uolum. quarto & per Barto. in d. l. in quartam colum. quarta uerſicu. uenio ad quartam partem ubi repeten. fol. x. colu. quarta uerſicu. quinta eſt concluſio. dicunt hanc eſſe communem cõcluſionem. ut plene eam proſequuntur Benedict. Cap. conſi. xlix. Et ad primum column. fi. & conſi. xlij. Cum uiſo in ſecundo dub. Socin. conſil. xxxvj. Viſo eleganti. in princ. uolumin. iij. Corne. conſi. cxlvj. In hac column. penultim. uerſicu. alius & ſic tertius. uolum. ſecundo Aret. conſi. xviij. Diſcuſſa. & conſi. ſequen. Alexand. conſilio iij. Viſo proceſſu. uolumin. iij. & in dicta l. in quartam column. xj. & ſequen. Deci. conſi. ccij. Vt præſens. numer. octauo, & conſi. ccxxxvj. Non parua. numer. x. & ſequen. repeten. dicta authen.
5 nouiſsima. column. prima uerſiculo. ulterius quæritur, † Computatis igitur in dictam legitimam & quartam trebellianicam bonis ſuperius deductis, circa reſiduum ſi quod ſupereſſet, ad ueritatem dubitationis propoſitæ conſiderandum erit d. Hieronymum filium ſuper bonis paternis debere conſequi legitimam, ut habetur in authen. de hære. & falcid. §. primo & in authentic. de trien. & ſemiſ. per totum, & in authen. ut cum, de appellatio gno. §. aliud quoque capitulum. & §. ſiue igitur. cum concor-
6 dan. † In qua legitima pater non potuit apponere aliquod grauamen, nec fideicommiſſum, & ſi quod fuit appoſitum illud rejiciendum uenit. l. quoniam in prioribus. l. ſancimus. §. cum autem. C. de inofficio. teſtamen. per Alexand. conſi. lxvij. Circa præmiſſam uolumin. quarto & conſil. lxxvij. Attentis uerbis. uolumin. quinto. & per Deci. conſi. lxxxj. In caſu circa principium. ¶ Prout etiam erit aduertendum, nam iſte Hieronymus filius uidetur grauatus per fideicommiſſum uniuerſale poſt mortem
7 reſtituere hæreditatem ſub conditione, ſi decederet ſine filijs. † Et filio ita grauato datur facultas ultra legitimam detrahendi etiam quartam trebellianicam de iure canon. ut probat text. in c. Raynaldus. & in c. Raynutius. ubi omnes iſtud firmant extra de teſtamen. & in hoc nulla cadit altercatio, quoniam de iure canon. apertiſsimum eſt, filium ita grauatum poſſe detrahere duas quartas aſcendentes ad dimidiam partis & bonorum quæ tangit & peruenit ad dictum filium grauatum, ſecundum Oldr. conſi. cxxij. Quidam habens. Cardin. conſi. xcj. Reſpondeo. in quarto dub. Aret. d. conſi. xviij. column. penultim. Franciſc. de Curt. conſi. xxj. & lxxv. column. quarta Socin. conſi. xxxiij. Proſequendo ordinem. column. vij. uerſicu. circa quartam, uolumin. primo. Corne. conſi. cxlvj. In hac. uolumin. ſecundo Bal. & alios omnes, maxi. Iaſon. numer. ſexto, & repet. fol. iij. in l. filium quem habentem. C. fami. erciſcun. & in l. iubemus. C. ad Treb. & Dec. citantem alios, conſi. lv. Ex pro tenui. column. penultim. uerſicu. ſecundo in tali reſtitutione. & conſi. ccij. Vt præſens. numer. ſeptimo & octauo & conſi. cxxxvj. Non parua. column. iij.
8 uerſicu. in quarto dubio. † Conſiderando autem diſpoſitionem
* iuris ciuilis, magis * communis cõcluſio uidetur illa, ut filius ita grauatus non poſsit detrahere duas quartas, ſed tantum unam, ſecundum Bald. in authentic. res quæ. C. communia de legat. & Iaſon. ibi column. ſecunda, numer. xxx. in ſecundo principali notab. poſt Pau. de caſtr. column. prima numer. quinto. quę concluſio uidetur probari per text. in dicta l. iubemus. C. ad Trebe. ubi Pau. de Caſtr. & alij not. & firmant idem Bald. & Pau. in l. quanquam. C. ad l. Falcid. Firmantes opin. Canoniſtarum de rigore iuris ciuilis eſſe falſam, ut plene proſequuntur Alexand. & alij in l. in ratione. §. quod uulgo. column. quinta uerſicu. plus uidetur. ff. ad l. Falcidiam. & conſi. mihi. cxlij. Circa primam dubitationem, column. ij. & iij. & alijs ſequen. uolumin. ſecundo. poſt Barto. & gloſſ. & alios docto. in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inofficio. teſtamen. gloſſ. & Barto. in l. prima. §. interdum. ff. ſi cui pluſquam per leg. Falc. Iaſon. in l. cohæredi. §. cum filię, numer. x. ff. de uulgar. & pupillar. Bald. & diffuſe Iaſon. & repeten. ibi in d. l. filium quem habentem. dicentes ueriſsimam eſſe opinio. de iure ciuili non poſſe detrahi duas quartas, ſed unam tantum, ut etiam uoluit gloſſ. & Abb. in d. c. Raynu. column. fi. cum alijs concord. Et licet contra hanc ſententiam, per aliquos ſcribẽ. adducuntur aliqua tendentia, etiam de iure ciuili in caſu propoſito poſſe detrahi duas quartas, tamen illis omnibus re-
9 ſpondetur per doct. ſupra citatos. † Et quoniam iſta eſt communis opin. ab ea minime iudicando recedendum erit. c. a. capellanus ubi Abb. & alij not. extra de fer. per Canon. in c. j. & in c. ne innitaris. extra de conſti. ubi citant alias concordantias, prout in caſu noſtro facit Alexand. d. conſi. cxlij. column. vij. numer.
10 xvj. † Nec obſtabit ſi dicatur de iure ciuili adhuc eſſe dubium, & quoniam iſtud aperte deciſum eſt in iure canonico, etiam in foro ciuili ſtandum erit iuri canonico. c. j. & ij. extra de ope. noui. nun. per gl. & doc. in c. per uenerabilem, qui fil. ſint legi. Bart. in
11 l. priuilegia. C. de ſacr. ſan. ec. † Ceſſat namque iſtud ſtante communi opin. legiſtarum minime continente dubium aliquod, & quæ ſequenda eſt in foro ciuili, ita diſponente ſtatuto Rauen. quo cauetur prius attendi in iudicando ius ciuile, & ideo ſm illud ius, cauſa præſens decidenda uenit, ut proprie, & in terminis conſuluit Alex. d. conſi. cxlij. col. vij. n. xiiij. & ſeq. uolens de iure ciuili ceſſare dubium, & conſiderato ſtatuto, ſm illud debere iudicari, ut ipſemet Alex. proprie in ſtatuto Rauennatina. cõ-
12 ſuluit, conſi. ſuo lxxxiiij. Viſo themate uolu. ij. † Stante inſuper expreſſa confirmatione dicti ſtatuti facta per ſummum Pontificem in forma ſpecifica, & de eius certa ſcientia, propter quam ſtatutum prædictum poteſt dici papale, ad nota. in c. j. & ſequẽ. extra de confirmation. uti. uel inutil. ubi Moder. concord. adducunt poſt Innocen. & alios in cap. primo de tranſa. Fel. & Dec.

citantes

citantes alios in c. cum acceſſiſſent, num. vij. de conſti. Abba. &
13 ſcrib. in c. quòd clericis, col. ix. nu. xlv. de foro compe. cum ſi. †
Et per hanc confirmationem dicti ſtatuti, ceſſat illud, ꝙ poſſet
dici laycos non poſſe ſtatuere in præiudicium iuris canonici, ſe-
cundum Io. And. in c. fin. de appellatio. lib. vj. per c. ueniens. il. ij.
de iureiur. & c. ſecundum, de conſuetu. Dec. conſi. xcvij. In caſu
propoſito, & repeten. in l. omnes populi, col. xlvj. uerſic. reperio
ꝙ Ioan. & etiam illud in quo poſſet dici in terris ſubditis eccle-
ſiæ debere ſeruari ius canonicum & non ciuile, ceſſant nanque
prorſus iſta per talem conſtitutionem papalem, per quam tale
ſtatutum dicitur eſſe ipſius pontificis, cum cõfirmatio fuerit fa-
14 cta in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia. † Propter quas quali
tates ceſſabunt prorſus alia quæ in oppoſitum poſſent deduci,
maxime deducta per Alex. conſi. xxxix. Viſo ſtatuto, nu. xxij.
uol. ij. & conſi. cxxij. Viſo nume. xxiij. & ſequen. & conſi. cxxiij.
nu. xxviij. uolumi. iiij. † Præterea adhuc aduertendum erit, quo-
15 niam illa opinio uolens filium primi gradus non debere ſibi
computari fructus in ipſa trebel. per tex. expreſſum in d. l. iube-
mus, ubi doct. omnes ſequuntur, ut poſt gloſſ. faciunt in l. in fi-
deicommiſſaria. ff. ad Trebel. cum concordan. non uidetur pro
cedere quando duæ quartæ uenirent detrahendæ, ut eſt in caſu
præſenti, & detractio fuiſſet prohibita tacite uel expreſſe, ſecun
dum Alex. conſi. xxix. Perſpectis, col. j. uerſi. nec ad hoc ob. uol.
v. & conſi. ccl. Quo ad primum, uol. vj. & poſt Pau. de Caſtr. ibi,
idem firmat ipſe Alex. in l. mulier. §. cum proponeretur, colum.
iiij. ff. ad Treb. & idem Alex. conſi. clv. Circa præſentem, in fin.
uol. v. & Anto. Corſe. in tract. de poteſta. reg. q. lxxiij. column. x.
uerſi. his tamen non obſtantibus, & ſequuntur repeten. in d. l. in
in quartam. fo. x. col. iiij. uerſi. unum pro nunc, & fol. antepenul.
col. ij. nerſi. & ſic pondero, & col. pen. & Franc. de Cur. conſi. lj.
Circa teſtamentum, column. pen. uerſi. eſt etiam aduertendum.
16 Pau. de Caſt. conſi. xcij. Quia dubia, col. fi. uerſi. nec ob. † Dicta.
n. l. iubemus, intelligenda eſt in caſu ſuo, & prout præciſe loqui
tur, nec debet extendi ad alium caſum, & ſic ad præſentem, ut
expreſſe fatetur ibi Imperator circa finem dictæ legis, & firmat
Alex. conſi. lxvij. uol. j. Cuma. conſi. cxlj. colu. j. & ad idem plura
adducunt repeten. in d. l. in quartam fol. ix. col. ij. uerſi. ſexto &
ultimo oppono, & fol. x. col. j. ij. & iij. de ueritate autem iſtius li
mitationis, uidenda ſunt quæ alias, & pluries conſulendo dedu-
17 xi. † Et ꝙ in caſu præſenti non potuiſſet detrahi trebellia. per d.
Hieronymum, nec in præſenti poſsit detrahi per eius hæredes,
deducitur apertiſsime & concludenter, nam ipſe Hieronymus
nullum confecit inuentarium, propter cuius inuentarij omiſsio
nem priuatus fuit detractione ipſius trebel. quamuis enim cir-
ca hanc ſpeciem doc. diuerſimode locuti fuerint, Bar. nanque in
auth. ſed cum teſtator col. ſi. uer. quæro uerum. C. ad l. Falcid. &
in l. Marcellus in prin. col. fi. ff. ad Treb. tenet partem negatiuã,
ꝙ trebellianica propterea non perdatur, & ſequitur Alexã. ibi,
col. penult. & fi. & conſi. lxiiij. Viſis. uol. iiij. & conſi. xxix. uol. v.
& Claud. de Saiſel. in d. l. Marcellus, in prin. & plures alij doct.
relati per Cor. conſi. clxxx. Multitudo. in v. dub. uol. iiij. Pau. de
Ca ꝯſ. clxiij. Viſa. in iij. dub. & Dec. ꝯſi. ccxxxvj. Non parua. col.
iiij. uer. v. quæritur. Potiſsime, qñ ſumus in filijs primi gradus,
18 ut ꝯcludit Gui. Pap. q. liij. Tamen ꝯtra opinio † uolens non fa-
cientem inuentarium perdere trebellianicam, vr̃ eſſe magis cõ-
munis ſm Cy. in d. auth. ſed cum teſtõr. q. viij. & Bal. ibi col. j. &
Sal. col. fi. per tex. in §. hinc nobis, in auth. de hęr. & falc. & ſequi
tur Bald. in l. cum tale. §. j. ff. de ꝯdit. & dem. Imo. & Cum. ibidem
poſt Old. ꝯſi. cxxxiiij. Satis credo. tenet ẽt Bar. ſibi ꝯtrius. conſi.
ccxxvij. Lena matorelli. Pau. de Ca. ẽt ſibi ꝯtrius. ꝯſi. xxxvj. alias.
ccix. Super primo dubio. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad l. Fal. Cu
ma. ꝯſi. cxlj. Viſis. col. j. Fulg. ꝯſi. xlj. Cauſa talis. col. fi. uerſicu. ad
quartum. & ꝯſi. lxxxvij. Proponitur. col. pe. uerſi. nec dicat. & ꝯſi.
xcvj. Pro deciſio. col. j. Ang. Aret. inſti. de hęre. & qualita. & dif-
feren. §. extraneis. & de fideicom. hęre. §. ſed quia ſtipulationes.
in fi. aſſerens pro iſta parte fuiſſe iudicatum Ferrarię. Sequitur
ẽt Mattheſi. in notab. clviij. Nota ꝙ hæres. & alius de Matheſil.
in d. l. filium quem habebat. cm. col. ulti. aſſerens hanc eſſe cõem,
& Barba. ꝯſi. xlvj. Difficile eſt, col. pe. uerſ. Et ſi quiſpiam, uol. ij.
& bene faciunt no. per Bar. in l. fi. §. licentia. C. de iure delib. idẽ
ẽt uolunt Cuma. & Imo. in d. l. Marcellus, in prin. & Soc. ibi fir-
mans ꝯſulendo & iudicando, eſſe hanc opinionem ſequendam,
& Anton. Corſe. eam ſequitur in d. trac. de poteſt. reg. fol. xxv.
col. iij. uerſi. capio quartam. & pro ea ꝯſuluit Cor. ꝯſ. xxxj. uo. iiij.
& ꝯſi. cccij. Plura qualita. uolu. j. ubi plene tangit reſpondendo
ꝯtrijs, ut ẽt facit ꝯſi. cxlviij. col. iiij. uerſi. deueniendo ad tertium,
uol. iij. & ꝯſ. clxviij. In hac ꝯſultatiue co. iiij. in iij. dub. uol. iiij.
& nouiſsime eam ſequitur Dec. tanquam magis cõem & uerio
rem. d. ꝯſi. ccxxxvj. col. iiij. nu. v. & vj. ubi plura alia adducit, &
expreſſe reprobat opi. Guid. pa. reſpondendo obiectionibus &
rationibus per illum adductis, firmans hanc ꝯcluſionem proce-
dere ẽt in filijs primi gradus, qui non poterunt trebellianicam
detrahere qñ non ꝯfecerunt inuentarium, & ab iſta cõi iudican
do minime recedendum erit, ut deduximus ſupra, & quoniam
ipſe Hieronymus nullum ꝯfecit inuentarium trebellianicã mi-
nime detrahere poterat, & a fortiori eam minime poterunt de-
19 trahere eius hæredes prorſus extranei, deciſi. quibus ſupra. † Et
ulterius quod fructus percepti ueniant computandi in dictam
trebellianicam non obſtante diſpõne dictę. l. iubemus. apertiſsi
me deducitur ex alio. Nam ſecundũ Pau. de Ca. in d. l. iubemus.
diſpoſitio illius legis minime procedit ẽt in filijs primi gradus,
qñ dicti filij a teſtõre fuiſſent grauati reſtituere hereditatem ex
traneo, prout fuit grauatus iſte Hierony. & hanc opinionẽ Pau.
ſequitur Alex. in l. quod de bonis. §. quod autem. col. pe. & fin. ff.
ad l. Falci. aſſerens hanc opinionem eſſe benigniorem & æquio-
rem, & eam ſequitur Sal. in d. l. iubemus. & quidam alij ibidem
relati per Moder. & per Clau. in l. in fideicommiſſaria. in princ.
col. j. & ij. ff. ad Trebel. ubi refert quoſdam alios tenuiſſe ꝯtrium, ut
fuit Fulgo. & Perufi. in d. l. iubemus. & Alex. in d. l. fideicommiſ-
ſaria. in prin. ſequitur hanc opinionem. Et opi. Pau. vr̃ eſſe uera,
& cõis per text. in d. l. iubemus. minime extendendum ad alios
caſus, & eam tanquam cõem & ueriorem firmat Claud. in alijs
locis citatis per ipſum in d. l. in fideicommiſſaria, ubi refert pro
hac ſententia ꝯſuluiſſe, & eius ꝯſi. plures doc. Papien. ſe ſubſcri-
pſiſſe, & poſtremo hanc opin. & ſententiam ſequitur Corn. ꝯſi.
cccxxj. De pluribus. col. iiij. uerſic. item de reſiduo. uolu. iij. ubi
aſſerit Romę, ita fuiſſe obtentum & iudicatum, qñ duę quartæ
ueniunt detrahendę, & filij primi gradus ſunt grauati reſtituere
extraneis, ut fructus percepti in trebellianicam computentur.
Et cõſideratis ac computatis ſuperius deductis, firma & ſolida
reſultat ꝯcluſio heredem prędicti Hieronymi non poſſe aliquid
detrahere nec reſpectu trebellianicę ex quo d. Hieronymus prę
textu dictarum quartarum nihil poterat ulterius detrahere. † Et
20 quia longe plus detraxit ꝯſumpſit, & alienauit de bonis teſtato-
ris fideicommiſſo ſubiectis, quàm ſibi deberetur, merito eius
heres ipſis fideicõmiſſarijs & ſubſtitutis aſtrictus eſt reſtituere
omne illud, quod ipſe Hieronymus plus ſibi debito percepit cõ
ſumpſit dilapidauit & alienauit, iuribus & deciſiõibus ſuperius
deductis, & fere per totum. ff. C. & inſti. de fideicom. hære. iun-
ctis notatis in d. c. Raynutius. & in c. Raynaldus. & in c. ſi pater.
de teſta. li. vj. & per doc. omnes in l. centurio. ff. de uulg. & pup.
& in l. cum precibus. C. de impub. cum ſim. Pariſ. Bono.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta facta in re eccleſiaſtica, debentur hæredibus illius qui ea fecit.*
2 *Melioramenta facta per uaſallum iure feudali, tranſeunt ad hæredes facientis.*
3 *Melioramenta faciens, in illis hæredem habet ex teſtamento & ab inteſtato.*
4 *In melioramentis prædictis, etiam fœmina ſuccedunt inſolidum, & pro parte, pro legitima.*
5 *Legitima naturæ debita, extrahenda eſt in rebus corporalibus, & non in pecunia.*
Quando res cõmodam diuiſionem non recipit aſſignanda uenit uni, & alteri datur recompenſatio in pecunia.
6 *Compromiſſi prorogatio, quo tempore facienda eſt ut reddatur ualida.*

CONSILIVM XXVIII.

SIMON De maſcarinis pater iſtarum Vincentiæ,
& Veronicæ, in bonis moriẽs aliud nihil habebat
niſi illa melioramenta per eum facta ſuper ſolo, &
domuncula, quam in emphiteoſim ſuſceperat ab
1 abbatia ſancti Stephani. † In quibus melioramentis ſucceſſere
eius filij, quamuis ſolum eſſet eccleſiæ, ut ſunt aperte deciſio. per
illum text. citatę per Iaſo. in l. ij. nu. xxviij. & alijs ſeq. C. de iure
emphi. & per Cano. in c. potuit. de loca. & not. in l. pen. ff. eo. ti.
2 & in c. primo de in integ. reſti. † Et faciunt nota. in c. primo. §.
ſi uaſſallus. in tit. hic fin. lex Corra. ubi And. de Iſernia, & ſcrib.
omnes

omnes uolant. Melioramenta per uaſſallum facta in rebus feu-
dalibus tranſire ad eius hæredes, ut etiam firmant Mod. Senen.
in l. diuortio. in prin. Alex. & alij in §. ob impenſas. ff. ſol. mat. &
3 not. in l. ędibus. §. primo. ff. dę dona. † In iſtis namq; melioramen
tis faciens illa habebit ſucceſſores ex teſtamento & ab inteſta-
to, ut no. gl. in d. §. ſi uaſſallus. & Iaſ. ſupra citatus, ad quod plura
alia adducit Alber. Bru. conſi. cv. in fin. & ꝯſi. ſeq. Mortuo igitur
dicto Simone in dictis melioramentis ſucceſſere eius filij, & ſi-
gnanter ipſa Veronica & Vincentia, conſiderata diſpoſitione iu
ris communis, & ętiam ſtatutaria, ſaltem pro ipſarum dote, ſeu
4 legitima. † Quę ipſis debetur ſuper dictis melioramentis, cum
alia bona paterna non extent. l. ſcimus. §. repletionem. in uerſic.
ex ſubſtantia patris. C. de inoff. teſtam. ubi omnes doc. id not. &
firmant, ut etiam faciunt Bal. Ang. Alex. & Moder. nume. ſexto,
5 & ſeptimo in l. non amplius. §. cum bonorum. de leg. j. † Vbi cō-
cludunt legitimam deberi in corporibus hæreditarijs, & non in
pecunia, quando filius eam recuſat, ut tradit Bar. in l. ſuus quo-
que in fine principij. ff. de hęredib. inſti. per tex. in d. §. repletio-
nem. ubi Bal. & Pau. dę Cal. idem firmant, & idem Bal. in l. cum
alienam. col. fi. C. de lega. & in l. filium quem habentem. ubi etiā
repeten. alia adducunt. C. famil. erciſc. ut etiam tradunt doc. in
l. in quartam. ff. ad leg. Fale. maxime Pau. Pic. fol. xiij. col. j. uerſi.
no. tamen ꝙ pro legitima. deneganda igitur non erit ſuper di-
ctis melioramentis factis a patre, legitima ipſis Vincētię, & Ve
ronicæ, & quam conſequi & habere prætendunt ſuper dicta ſub
ſtantia paterna, & non ſuper pecunia, iuribus & deciſio. quibus
ſupra. Quibus obſtare non habet ſi diceretur melioramenta nō
poſſe commodam diuiſionem recipere, ꝙnr debere uni aſsigna
ri, ſoluta æſtimatione alijs. §. pe. inſti. de offi. iud. & no. in d. §. cū
bonorum. & alijs in locis ſupra allega. Nam ceſſat obiectio, ex
eo quoniam commodam recipiunt diuiſionem, ut hactenus tē-
poribus præteritis receperunt, & ipſa rei euidentia oſtendit. ca.
quia periculum. de elect. li. vj. c. fraternitatis. de frigi. & maleſi.
6 cum ſim. † Et ulterius cum mortuo Simone communi patre, ſuc
ceſsiue mortuus fuerit ab inteſtato Hieronymus eius filius, &
frater dictarum Vincentię & Veronicæ, & in bonis nihil aliud
reliquerit niſi partem melioramentorum prędictorum, in qua
ſucceſſerat eius patri, abſq; dubio ipſi Hieronymo, in illa parte
melioramentorum ſucceſſere. d. Vincentia, & Veronica eius ſo
rores pro ipſarum rata & portione, una cū alijs ſm̃ diſpōnem
iuris communis. §. reliquum, in auth. de hęre. ab inteſta. uen. cō
uulga. uel ſm̃ ꝙ ſtatuta ciuitatis Bononiæ diſponunt, & hanc
portionem hac de cauſa, ipſis Veronicæ & Vincentiæ debitā ha-
bere prætendunt ſuper dictis melioramentis & bonis. d. Hiero-
nymi ipſarum fratris, nec iſtis mulieribus habet obſtare proro-
gatio aſſerti compromiſſi, cum facta appareat re non integra &
compromiſſo iam expirato. l. in rebus. in fi. & l. ſed & ſi manen-
te. ff. de precar. cum ſim. Reliqua ſuppleat peritiſsimus domi-
nus habens iudicium proferre. Pariſi. Bono.

SVMMARIVM.

1 *Filia de iure ciuili ſine conſenſu patris non poteſt matrimonium contrahere.*
2 *De iure uero canonico ſecus. & nu. 4.*
3 *Circa matrimonia ius canonicum ubique obſeruatur.*
4 *Matrimonia debent eſſe libera.*
5 *Statuta laicorum etiam pœnalia contra matrimonium diſponentia non ualent. & num. 45. & ſeq.*
6 *Filia contrahens matrimonium inuito patre, non poſſit exhæredari hac de cauſa, & ſeq. pluribus. & nu. 13.*
7 *Et quid de iure ciuili, nu. 8.*
An §. ſi emancipatus. in l. iij. de contratabul. ſit correctus, & nu. 11. 32. & alijs ſeq.
9 *Cauſa exhæredationis ſolum ſunt illæ de quibus in §. aliud quoque capitulum, & nu. 10. 11. & ſeq. & nu. 28. & ſeq.*
12 *In odioſis & pœnalibus, ceſſat extenſio.*
14 *Statuta laicorum per quæ mulieres redduntur timidiores ad matrimonium non ualent, & nu. 47.*
15 *Et talis filia ſucceſſibilis uidetur ſaltem quo ad legitimam.*
16 *Filia ante. 25. ann. inuito patre contrahens matrimonium cum indigno poteſt exhæredari, & nu. ſeq. & 28. & alijs.*
Indignus in caſu noſtro quis dicatur, & numero. 17. 18. 19. 20. & ſequent.
18 *In alternatiuis ſufficit unam partem eſſe ueram.*
21 *Paritas inter contrahentes matrimonium, qualiter conſideretur.*
23 *Formoſa, iuuenis, bene diſpoſita, conſiderantur.*
24 *Mala conuerſatio, arguit malum.*
25 *Ita & malum nomen, & inhoneſtum.*
26 *Mores multum conſiderantur, & nu. 27. & 31.*
27 *Et fama bona, uel mala.*
28 *Iuſta cauſa exhæredandi filiam eſt iſta, quando nupſit indigno, ut ſupra, & alijs ſeq. & nu. 39. & 41.*
29 *Argumentum a contrario ſenſu.*
30 *Intellectus auth. ſed ſi uo. & in corpore unde ſumitur.*
31 *Matrimonium iure ciuili inter liberos contrahebatur.*
33 *Pater afficitur iniuria, quando filia nubit indigno, eo inuito, & nu. 34. & 35.*
Ex iniuria atroci, exhæredatur filia.
35 *Iniuria atrox quæ, & nu. 54. 55. & 56.*
36 *Iuſta cauſa exhæredandi non eſt ſublata iure canonico.*
37 *Pœnæ tranſeuntis ad ſecunda uota, an & quæ ſublata ſint de iure canonico, & nu. 42. 43. & 46. 79. & alijs ſeq.*
38 *Multa ſimul iuncta magis operantur.*
39 *Reſpondetur dictis Iaſo. & Deci. & nu. 50.*
40 *Dictus paragr. ſi emancipatus. quo caſu procedit, & nu. 32.*
43 *Priuare filiam ſucceſſione non eſt afferre damnum, ſed tollere lucrum, & num. 45.*
44 *Exhæredatus pro mortuo habetur.*
45 *Statuta priuantia filiam dote, non ſunt iure cano. correcta, & num. 46. & alijs.*
48 *Ius canonicum non permittit indiſtinctè cum omnibus matrimonium contrahi. & nu. 49.*
49 *Prohibitio non contrahendi matrimonium cum uno, ualet, licet generalis ſit nulla.*
51 *Sunt aliæ cauſæ exhæredandi, quàm expreſſæ in paragra. cauſas. & ſequent.*
52 *Fit in odioſis, & pœnalibus extenſio ne delicta paterentur.*
54 *Parentibus debetur honor & reuerentia.*
56 *Iniuria nedum uerbo, ſed re, & facto committitur.*
57 *Mulier quando & ex quibus dicatur non honeſtè uiuere, & ſeq.*
59 *Honor filiorum carus eſt parentibus.*
60 *Pater tenetur filiam dotare.*
61 *Etiam diuitem,*
62 *Etiam ſi ſit nupta & maritata.*
63 *Etiam ſi inuito patre nubat, ſecundum aliquos.*
64 *Filia nubens indigno ut ſupra, non eſt dotanda nec alimentanda, & ſeq. & nu. 72.*
65 *Et iſto caſu, non erit dos priuilegiata.*
66 *Et poteſt priuari legitima. & nu. 6. 28. & alijs ſeq.*
67 *Et quid ſi nupſit nulla promiſſa dote.*
68 *Dos quando ſuccedat loco legitimæ.*
69 *Et quando ſit proprium patrimonium filiæ.*
70 *Argumentum de alimentis ad dotem non ſemper eſt ualidum, & nu. 71. 59.*
73 *Statutum præferens in ſucceſſione maſculos fœminis, ualidum eſt.*
74 *Vſusfructus bonorum filij quæritur patri, & ad ſecunda uota tranſeunti. & nu. 93. & 94.*
75 *Filia & ſorori, qui ſuccedant.*
76 *Per tranſitum ad ſecunda uota fit iniuria filijs primi matrimonij.*
77 *Et idem in patre tranſeunte ad ſecunda uota. et nu. 78. 79. et 80.*
Iura loquentia de tranſeuntibus ad ſecunda uota, locum habent et in marito, et nu. 85. et al. et 90.
78 *Statutum excludens fœminas a ſucceſſione, ceſſat quando fit tranſitus ad ij. uota.*
81 *Ceſſant pœnæ ſtatutæ contra tranſeuntes ad ſecunda uota, quando talis tranſitus ſit uoluntate expreſſa ſeu tacita filiorū, et alijs ſeq.*
82 *Poteſt iniuria remitti expreſſè et tacitè.*
83 *Et idem ſi adeſt conſenſus uiri. ſeu mulieris præmorientis.*
84 *Tacitè conſentire quando dicantur filij.*
85 *Et procedunt iſta, nedum in matre, ſed etiam in patre tranſeuntibus ad ſecunda uota, et ſeq.*
87 *Maritus et uxor correlatiua ſunt, et diſpoſita in uno locum habent et in alio.*
78 *Maior iniuria infertur filijs, quando mater tranſit ad ſecunda uota, quàm quando pater.*
89 *Iuri pro ſe introducto poteſt renunciari.*
91 *Sola paterna reuerentia, non affert timorem.*
92 *Vna præſumptio tollit aliam.*
42 *Verba non debent iudicari, fuiſſe appoſita ludibrio.*
43 *Verba, quòd debent ſtare contenti illi diuiſioni, donationẽ inducunt.*
46 *Iuramentum poteſt ſupplere plures defectus.*
47 *Statutum conditum a laicis ſuper iuramento, nihil ualet.*
48 *Contractus factus non ſeruata forma ſtatuti ualidatur iuramento.*
49 *Confirmatio ſtatutorum, nihil prodeſt, ſi obſeruata non fuit. &c.*
50 *Et minus operatur ſi fuit facta in forma communi, & ſimpliciter.*
51 *Et quid ſi eſt facta ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica.*
52 *Et quid ſi eſt dictum, cauſa cognita.*
Et quæ requirantur, ut dicatur facta ſpecificè, et ex certa ſcientia.
53 *Et facta ex certa ſcientia generalis, referenda eſt ad ſtatuta iuſta, & licita, & non ad iniuſta, & facta contra ius, & illicita.*
54 *Capienda eſt illa interpretatio, per quam iuri cõi minus derogatur.*
55 *Confirmatio referenda eſt ad actus ualidos, non inualidos.*
56 *Et ſi in confirmatione excipiuntur aliqua, an reliqua uideantur confirmata, & quando, & quo caſu.*
57 *Verbum diſponere, an ſolum uerificetur in ultimis uoluntatibus, et an etiam capiat actum inter uiuos, & nu. 61.*
58 *Reſeruatio diſponendi limitata, limitatum producit effectum.*
59 *Exceptio firmat regulam, & generalitatem, in alijs.*
60 *Et ſi fuit conceſſa per actum inter uiuos, non ueniet ille, qui fit per ultimã uoluntatem.*
62 *Sequentia declarant præcedentia.*
63 *Et limitatio põt eſſe, non tum reſpectu cauſæ, ſed etiã reſpectu tẽpis.*
64 *Apponere ſeruitutem concernit dominium non utilitatem.*
65 *Apponere fideicommiſſum, onus, & grauamen eſt reſpectu rerum inſenſibilium.*
66 *Reſpectu uero perſonarũ, ſi eſt reciprocum, uidetur fauorabile, conſiderando familiam, & agnationem, ſed contra, nu. 73.*
67 *Non tamen continet utilitatem, & nu. 68. & 71. & ſeq.*
Euidens æquiparatur manifeſto, & notorio.
68 *Et continet ſpem, & pro uno, uel altero.*
69 *Fideicommiſſum reciprocum inter fratres parit diſcordiam.*
70 *Et continet conditionem penitus incertam.*
71 *Et poteſt remitti per minorem tale reciprocum.*
Et aduerſus talem remiſſionem, non datur reſtitutio.
72 *Quæ conceditur contra remiſſionem fideicommiſſi conditionalis in quo dicitur lædi.*
74 *In rebus donatis non poteſt apponi, poſtmodum grauamẽ ſeu onus.*
Et in re propria hæredis, non ualet reſtitutio.
75 *In fideicommiſſo uniuerſali non ueniunt res etiam hæredis grauati, nec illa quæ ſunt extra patrimonium teſtatoris.*
76 *Nec illa quas prius habuit hæres grauatus ab ipſo teſtatore inter uiuos.*
77 *Et quid q̃n donatio facta prius p patrẽ, non ualuiſſet inter uiuos.*
78 *Et quid ſi poſt donationẽ pr̃ inſtituit filios donatarios hæredes, et in rebus donatis appoſuit fideicõmiſſũ, an ualeat, nu. 79. contra gl.*
80 *Et hoc uerum, quãdo ſimpliciter adiuit, ſed quando cum inuentario ſecus. nu. 86. et ſeq.*
81 *Et adeundo, obſeruare debet ordinata per teſtatorem, ſed cõtra, nume. 95 96. 98. & 100.*

82 *Nam omnia dicitur approbaſſe in præiudicium ſuum, & hæredum ſuorum.*
83 *Et adeundo, & ſe immiſcendo d' quaſi contrahere cum legatarijs, & fideicommiſſarijs, & nu. 100.*
84 *Teſtator poteſt proprias res hæredis legare, & per fideicommiſſum relinquere, ſed uide, nu. 99. ſi cum inuentario.*
Et quid ſi non adiuit, ſed repudiauit.
85 *Semel adiens ſeu immiſcens non poteſt repudiare ulterius.*
Et quid ſi ignorans teſtamentum, ſeu fideicommiſſum, ſe miſcuit.
86 *Ignorantia præſumitur in filio.*
87 *Aditio, & immixtio facta ex cã teſtati, nulla eſt data cã teſtati.*
88 *Si in cã aditionis fuit erratũ, deficit ĩ ea cõſenſus, et ſine eo nõ ualet*
Et quid ſi fit ex cauſa falſa.
89 *Et quid ſi adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, & ibi multa de hoc beneficio, & nu. 90. & ſeq.*
90 *Nullum enim debet pati damnum, ex confecto, et nu. ſeq.*
91 *Dictio alias, uerificatur in minimo.*
92 *Et iura non ſunt confuſa, & nu. 93.*
95 *Hæres conficiens inuentarium, poteſt uenire contra factum defuncti. & nu. 99.*
96 *Et idẽ qđ geſtum à defuncto fuiſſet inualidũ, uel qđ quis permiſit.*
97 *Et idem ſi uendit in fraudem, & damnum hæredis.*
98 *Limitationes plures ad l. cũ a matre. C. de rei uendi. & alijs ſequ.*
99 *Qualiter procedat illud in quo dr̃ teſtatorem poſſe legare rem hæredis, & nu. 100.*

CONSILIVM XXXIII.

VT præſens Conſultatio clara reddatur, & ipſius ueritas pręmanibus haberi poſſit, ſingulis in difficultatibus adducentur primitus quę in oppoſitum facere uidentur demum illis reſpondendo, oſtendetur d. Chriſtophorum patrem in ſuo teſtõ inuito, & õdicente d. Sinibaldo eius filio, non potuiſſe in bonis eidem Sinib. ideo a d. Chriſtopho. antea donatis fideicom. uel aliud grauamen,
1 ſeu onus apponere, uti appoſuit. † Eſto. n. q ipſe Chriſtoph. inter uiuos maiorem partem ſuorum bonorum diuiſerit inter filios, & unicuique ipſorum partes conſignauerit, & tradiderit, non tamen propterea uidetur uoluiſſe de dictis bonis eidem ualidam donationem inter uiuos facere, & ſe priuare facultate diſponendi, ut probat tex. in l. ſi filia. §. ſi pater. ff. fam. erciſ. Vbi concluditur huiuſcemodi diuiſionem, & diſtributionem, nõ inducere donationẽ, ſed potius diuiſionem ſupremi iudicij, quę ſuprema, & ultima uoluntas ambulatoria eſt, & ad nutum reuocabilis. l. iiij. in fi. cum uulgat. ff. de adi. leg. & doct. omnes maxime Floria. in d. §. ſi pater, illud firmant, ſiue actus celebretur in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptura, ut dicitur in illo tex. & idem uolunt doct. per illum tex. in l. quæ pater, eo. ti. & in l. quoties, ubi Pau. de Ca. C. fam. erciſ. & eſt tex. in l. ſi ancillam. §. ſi pater. ff. pro ſuo, quem ad id adducit Bal. ubi iſtud firmat, in l. iij. col. ii.
2 uerſi. modo quærit hic. C. de uſucap. pro dona. † Dicens, q pater diuidens bona inter filios, non uidetur donare, eſto q dicat talem diuiſionẽ debere eſſe perpetuo ualituram, ſubdens idẽ Bald. ibi col. ſi. uerſ. ex prædictis, q ipſe pater poterit talem diuiſionem reuocare, & refert & ſequitur Maria. Soc. j. conſi. iiij. uiſis, col. ij. uer, q autem prædicta, uol. j. & Socinus, conſi. xxxiij. circa præſentem, col. ij. in prin. & conſi. cxxvij. quoniam in præſenti, col. x. uerſ. ex pio quartam, nume. xvij. uol. iij. ubi ad id adducit alias deciſiones concord. prout facit Deci. adducens etiam alias, conſi. lxxxvj. uiſo puncto, col. pen. in fi. uerſi. in contrariũ
3 uero, quando filij ſunt in poteſtate prout erant hic. † Et idem Deci. conſi. cclxiij. uiſo puncto, col. ij. & iij. dicens huiuſmodi diuiſionem ſuccedere loco portionis hæreditariæ, vt ſentit Alexã. conſ. ccxvij. nu. j. uol. vj. repetito in tertio uol. conſ. xx. & ſatis iſtud probatur per gl. & ea quæ ibi tradunt Bar. & alij in l. quid cr[illegible] o. la. ij de leg. j. & doct. in d. l. quoties & refert, & ſequitur Cor. conſi. cclxxiij. dubia, col. vij. uerſ. & inſuper, & uerſ. maximè, u[illegible] iiij. uolens illud proculdubio procedere quando talis diuiſio, & conſignatio fuit facta pro ſua parte, ut fuit facta in caſu pſenti, na[illegible] talis pars non poteſt intelligi, niſi de ea quæ erat obuentura [illegible] ab inteſtato ſeu ex teſto, & ideo ſucceſsit dicta diuiſio in loc[illegible] portionis hæreditarię in uim ultimæ uoluntatis
4 etiam [illegible] um uerbum, donauit, ut per eum. † Et idẽ Cor. co[illegible] ij q[illegible] ei Antonius, col. pen. fi. & col. ij. in priu. & [illegible] icens patrem ita diuid[illegible]ndo, uoluiſſe ſeruare inter filios equ[illegible] itatem, ut dicta bona haberent tanquam hęredes, & loco portionis hæreditariæ, ita q per partem potius talis diuiſio alterari, & reuocari, & in dictis bonis etiam apponi fideicommiſſum, ut etiam ſentit Alber. Bru. conſi. xliij. col.
5 ij. uerſ. ſed his præmiſsis. † Et eo magis procedunt iſta, conſideratis uerbis prolatis in dicta diuiſione, illis uidelicet, diuiſionem, & aſsignationem, & traditionem fecit, nam uerbum tale, diuiſit, partiuit, ſeu diſtribuit, donationem non inducit, ut habetur in d. §. ſi pater, cũ alijs ſupra deductis, & a fortiori minus important dominij trãſlationem, & illud uerb. diuiſit, trãſlationem dominij importare nõ vr̃ ut in l. ſi pro fundo, ubi Bar. & doc. no. C. de tranſ. & Iaſ. ibi col. fi. in vj. notab. allegant concor. & ẽt dicit Pau. de Caſt. conſi. lxxiiij. uiſis, col. pe. uerſi. unde
6 ſicut. † Minus, & uerb. aſsignauit, cum ſit equiuocum, & poteſt importare nudam traditionẽ. l. acceptam. C. de uſu. & per Alb. de Roſa. in ſuo dictionario, in uer. aſsignare. & in l. j. §. eligitur. ff. de uent. in poſſ. mitt. & Cor. d. cõſ. ccxxviij. col. j. in litera B. &
7 per Soc. cõſ. xciij. circa, col. ij. uol. j. † Pariter, & illud uer. tradidit ſm Pau. de Caſt. cõſ. mihi. cccc. in cã, col. iij. uer. & q talis, & iuxta ea quæ habentur in l. ex empto. ff. de act. emp. & per Bart. & alios in l. ſtipulationes non diuiduntur, n. xxxiij. & nu. ix. in ix.
8 oppo. & per doct. maximè Iaſ. in l. ſi rem tradit. ff. de uer. ob. † Et illa uer. q debeant ſtare contenti diuiſioni, & aſsignationi, & c. Et aliæ clauſulæ ſequentes, non importabunt dominij tranſlationem cum referẽda ſint ad ſuperius dicta quæ illã minimè inducũt, vt dictũ ſuit, & in terminis nr̃is tradit Cor. in d. cõſ. ccxxviij. col. j. uer. & ſimiliter. † Eo ẽt quia clæ appoſitæ ad execu-
9 tionem diſpoſitionis, non habent alterare diſpõnem præcedentem, cle. j. in fi. de præb. & per Abb. in c. cum nr̃is, col. ſi. de con-
10 ceſ. præb. † Ex quibus inferri ur̃. d. Chriſtophorum diuidendo dicta bona, uoluiſſe illa aſsignare potius in cuſtodiam, uel in peculium, ſeu adminiſtrationem, & uſum, q̃ in dominij translationem, uel donationem, ut tradit Bal. & reliqui oẽs poſt Bart. in l. ſi donatione. C. de colla. uolentes illud procedere ẽt ſi ſimpliciter pater ipſe donaſſet, & tradidiſſet, cum in dubio nõ pſumat feciſſe donationẽ per quã trãsferatur dominiũ, & cũ alia ex poſsit conijcturari, q̃ prædicta, ut hr̃ in l. cum de indebito, cũ uulg. & in l. cum pater. §. ſi pluribus, de leg. ij. & in l. fi. de pen. leg. & utrobiq; per Bar. & alios, & per Bal. in l. j. C. ad treb. cum alijs plenè accumulatis per docto. in d. l. ſi donatione, maximè Alex. nu. xvj. & xxij. & Iaſ. ibi, & Dec. nu. xxxvij. & xxxviij. & ſequen. & per Iaſ. in auct. ex teſtõ, nu. vj. & alijs ſeq. C. de colla. & Dec. ibi nu. v. & p Dec. in l. cuius p errorẽ, nu. ij. de reg. iu. & in d. cõſ. lxxxvj. col. pe. in fi. uer. nã reſpondere põt, & p Cor. in d. cõſ. ccxxviij. col. j. circa pri. & d. cõſ. cclxxij. col. vii. uer. & inſup. &
11 uer. ſeq. uol. iiii. † Eo inſuper cum de iure ualere nõ potuiſſet, ẽt ſi expreſſè d. Chriſtophorus inter uiuos donaſſet bona pdicta ſuis filijs exiſtentibus in poteſtate, iuris diſpõne reſiſtente. d. l. ſi donatione, & l. ij. C. de inof. do. & per Bar. in l. j. §. ſi pr̃. ff. pro dona. & hr̃ in l. ſi ancillam. §. ſi pr̃. ff. pro ſuo, & pleniſsimè in l.
12 frater a fratre. ff. de cond. ind. per Bar. & oẽs. † Et ſi ẽt ſi donatio prædicta fuiſſet iuramento firmata, ſecundum Pau. de Caſt. conſi. cv. circa bona, col. ij. & Fulg. conſ. cxcix. uiſis, & Cor. in auct. ſacramenta puberum, car. viii. uerſi. vj. inferri põt. C. ſi aduerſ.
13 uend. & cõſ. ccxxviii. quamquam. uol. j. & alibi pluries. † Accedat iſtis ſtatutum Bononienſe diſponens donationem debere fieri ſecundum formam ibidem traditam, & aliter factam non ualere, pẽr nullã ſecundum Bar. in l. cum quis decedens. §. Titia de leg. iij. & in l. Aurelius. §. fi. de lib. legat. Quod ſtatutum procedit etiam in donatione facta per patrẽ filio, ut tradit Cuma.
14 cõſ. xxiii. col. ii. & Dec. d. conſ. lxxxvi. col. fi. † Et tanto magis cũ tale ſtatutum ſit a ſummo Pontifice confirmatum, quæ confirmatio multum operatur ſaltem reſpectu iuramenti, cum appareat facta motu proprio, & ex certa ſcientia, ſecundum Cyn. & Bal. in l. fi. in fi. C. ſi contra ius, & Archid. in c. j. de conſt. & per Imol. & alios in c. innotuit. de elect. & Bal. in l. nominationes, in fi. C. de appe. & per gl. & doct. in c. j. de tranſ. cum aliis allegatis per Alex. conſi. cxx. uiſo, col. pe. & ſi. nu. vii. & quatuor ſequen. & conſ. ſeq. col. vi. & vii. nu. xxvii. uol. iii. & per Bart. in l. priuilegia. C. de ſac. ſan. eccl. & per Can. in c. i. & in c. porrecta,
15 & in c. pe. de confir. util. uel inuti. † Tanto magis cũ pdicta bona aſcendant ſummam quingentorũ aureorum, & nõ fuerit inſinuata pr̃dicta ipſorũ aſsignatio ſ formam dicti ſtatuti, & ſ diſponem iuris cõis, ut in l. ſancimus. C. de dona. cum concor.
16 † Et iuramentum non ur̃ tollere defectum dictæ inſinuationis, ut tradit Bal. in l. illud. col. iiii. uerſi. v. quæro. C. de ſac. ſan. eccl. cũ alijs adductis p Dec. cõſ. nouiter impreſſo. xxx. cũ ſit. col. ii. nu. ii.

nu.xj.& ſeq. Et q uoluntas Chriſto.patris fuerit uelle facere ta
lem diuiſionem,& ꝯſignationem,in uim ultimæ uoluntatis, &
loco portionis hæreditariç ſuadeẽ ex actu poſtmodũ facto per
eũ a quo declarat pcedens ut dr̃ infra,dico ca ſuo teſtõ, in quo
ipſos filios inſtituit hæredes in dictis bonis,¶ Iſtis tñ nõ obſtã
tibus,dico ipſum Chriſto.per dictam ꝯſignationem,& traditio
nem,plenum dñium,& poſſeſsionem oẽm per actum inter ui-
uos,& irreuocabiliter dictorum bonorum trãſtuliſſe in dictos
17 eius filios,hoc qdem ex pluribus.† Et primo ꝯſiderando uerba
narratiua,& pœmij dictæ traditionis,& ꝯſignationis, quæ mẽ
tem,& cauſam finalẽ facientis actum oñdunt,& indicant,ut io
l.fi.ff.de hær.inſti.& in l.j.ff.ad Macedonia.& in l.regula.§.& li
cet.ibi,nam initiũ ꝯſtitutionis,ff.de iur.& fac.igno. Narrat.n.
ipſe Chriſtophorus ſe acquiſiuiſſe amplum patrimoniũ,& eſſe ĩ
ætate ſenili,& uelle abſtinere a laboribus ſecularibus,& inten-
dere ſaluti animæ,ac puidere,q eius filij non habeant pucnire
ad rixam occaſione bonorum,& diuiſionis,& hac de cã,& oĩ a-
lio meliori mõ,&c. diuiſit ꝯſignauit,& tradidit dictis eius filijs
bona pdicta q verba oñdũt ipsũ uoluiſſe ſe priuare dñio, & poſ
ſeſſione dictorum bonorũ,& oĩa transferre in filios, quæ ſi ita
non interpretarenẽ,ſed remãſiſſent io eius ptãte,non ceſſaſſene
* rixç,cum cõmunio, a * cõiter accidentibus diſcordias parere
18 ſoleat.l.cum pr̃.§.dulciſsimis,de leg.ij.¶ † Secundo deduciẽ ex
illis uerbis,fecit ꝯſignatioοem,& traditionẽ in proprietate,&
poſſeſsione,quæ plenum dominium,& uerum important,ut p
illum tex.tradit Bal.in l.fœminæ.§.illud.C.de ſec.nup.& pbaẽ
in l.ſi quis vi.§.differetia ubi Bar.& alij no.ff.de acq.poſ. & per
Imol.in prin.eo.ti.& tradit Soc.ꝯſ.ix.proſequendo,col.x. uerſ.
19 a.ool.j.† Tertio illa uerba,iure proprio,& in propriũ,aperiẽ i-
dicant pleno iure,ut ẽt expreſſe iſtud dr̃ circa fi.dicti ꝯctus ta-
lem traditionẽ,& ꝯſignationem fuiſſe factam, & ſic ſine aliqua
d;minutione,tam reſpectu proprietatis,q̃ poſſeſsionis,ut pbaẽ
in d.§.illud,& in auct.hoc ins,& ibi Bal.C.de ſac.ſan.eccle.cum
alijs ad id accumulatis per Alea.ꝯſ.cxl.col.j.& ij.uiſo,& ꝯſ. cl-
20 axvj.uiſis,col.pe.& fi.uerſi.illa uerba ẽt,uol.vij.† Et de illo uer
bo in perpetuum,per illum tex.tradiẽ per ſcrib.in l.j.ff.ſol.ma.
& per Alex.ꝯſ.liij.nume.ix.uol.vj.& alibi pluries,vt ẽt faciunt
Mod.in l.ſi quis id quod,nu.xl.ff.de iuriſ.om.iud.& in l.ſtichũ.
§.ſtipulatio,nu.v.ff.de uerb.ob.quæ minimẽ verificari poſſent
in ſimplici diuiſiooe& ꝯſignatione reſpectu peculij,uel admi-
21 niſtrationis ſeu per actum ultimç uoluntatis.† Quarto oñditur
ex illis uerbis,ad habendum,tenendum,& poſſidendum,&c. q
ẽt plenum dñium denotant,& uerum,ut tradit Soc. allegando
deciſio.in d.ꝯſ.ia.col.x.uer.ix.uol.j.& comprobaẽ ea dictis per
Bar.& alios oẽs,in l.qui Romæ.§.duo fratres,in viij.q.ff.de uer
22 bo.† Quinto uerba illud dimiſit,& relaxauit, iure quo ſupra,
dominij translationẽ important,cum tale uer.dimiſit æquipol
leat verbo tradidit.l.qua rõne.§.interdum.ff.de acq. rer.do. &
inſt.de re.diui.§.interdum,iuncta,l.ſi mulier.ff.de cõd.ob cau.
& alijs allegatis per Iaſ.in l.debitori tuo,col.fin.uerſ. ſecundua
caſus.C.de pact.& in l.ſi is qui.§.ſi petitor.col.pe.nu. xis. ff. de
iu.iur.& diffuſius,in l.naturaliter.§ nihil cõe,n.laj.& ſeq.ff. de
acq.poſſ. Præcedit enim cã ad transferendum dñium , propter
quam uerbum iſtud, dimiſit dominij translationem baber de-
notare,ut in præallegatis deci. Quod utiq; non eſſet qñ,cã habi
lis non præcederet,ut eſt in ipſa tranſactione,p d.l.ſi p fundo.
& Bar.ibi.C.de tranſ.& Pa.de Ca.in d.ꝯſil. ſuperius in ꝯrium
allegato,quæ obiectio ceſſat præcedente cã,habili ad transfe-
rendum dñium,ut eſt hic,& diffuſẽ tradiẽ poſt alios per eũ cita
23 tos per Iaſ.ubi ſ̃.† Et uerbum illud, relaxauit , hoc idem indi-
cat,cum ueram,& totalẽ relaxationem importet. c.ij.xaaij. q.
viij.& in c.j.de renun.& probaẽ,j.q.vij.c.requiris. §.niſi rigor.
& ibi gl.mag.uolẽs diſpẽſationẽ eſſe relaxatiooem totalẽ iuris
cõis,vt eſt ẽt qñ filius relaxaẽ a ptãte patris,ut inſti.quib.mod.
ius patr.pote.ſolu.§.j.& §. ſed ex ꝯſtitutione, & §.admonendi.
¶ Sexto uerbum tradidit,& dedit apertiſsimẽ iſtud oñdunt, cũ
dare,ſit dominium transferre.uulg.§.ſic itaq;, inſti.de act. & ſi
24 ubi autem non apparet. §.fi.ff.de uer.ob.cum concor.† Et de
uer.tradere hr̃ in præalleg.iuribus.§.interdum.inſt.de rer.diui.
& in l.qua rõne.§.interdum,in l.nuda.ff.de acq.rer.do.& in l.
traditionibus.C.de pact.& tradit Soci.in d.ꝯſ.ix.col.x.uerſi.v.
& uer.aj.uol.j.Et licet quandoq; tale uerbum denotet ſimplicẽ
traditionẽ,& meram tenutam,& factu,ut tradiẽ in l.ſi rem tra-
di.ff.de uerb.ob.& in d.l.ea empto.cum alijs ſupra allegatis.
Iſtud eſt quando non eſt ꝯiunctum cum alio uerbo denotante

dominij translationem,ut eſt hic,uel qñ non ſubeſt cã habilis,
ad dominij translationem,& ille qui tradidit non erat domi-
25 nus,quæ penitus ceſſant in caſu præſenti.† Et * cõis ꝯcluſio,vt
* apertẽ probat ille tex.in d.l.ex empto.& tradũt ibi doct.ſc hẽr,
q qui tenẽ tradere,ſi eſt dominus,tradendo transfert dñium,
ut bene probaẽ in l.cũ manu ſata.§.fi.ff.de ꝯhen.emp. per Bar.
& alios.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur,uer.ſuperius alleg.
& per Soc.ubi ſ̃.per Iaſ.in d.l.ſi debitori,& in alijs locis ſupra
adductis,& per iſtud tollitur illa obiectio quæ ſuperius fiebat
de uer.tradidit,ex quo probat oppoſitum. Tum quia eſt conne
xum cum alijs denotantibus dominij translationem , cum qua
præcedit cã habilis ad illud transferendum. Tum quia Chriſto
26 phorus tradens erat uerus dñs.† Septimo iſtud idem probãt il
la uerba,aſsignauit,& aſsignationem fecit,quç licet uideantur
æquiuoca,tamen iuncta cũ alijs quibus ſupra,apertẽ inducunt
dominij translationẽ,vt in l.ſi uerberatum.§.præterea.ff. de rei
uend.& in l.Lucius.ff.de eui.& de aſsigna.libe. per totum , per
* quæ iura ita dicit Bar.quẽ * cõiter ſequuntur ibi doct.in l.ſi ꝯ-
ſtante,in prin.in ij q.quartæ par.principalis.ff.ſol.ma.& ad id
alia adducit Iaſ.in d.l.ſi rem tradi.de uerb.ob.& Alex.ꝯſ.xxx x.
ſuper primo,col.ij.nu.xviij.uol.iiij.& Cor.conſi.caavij. circa,
col.iij.in prin.uol.iij.& in terminis propric nr̃is. ꝯſi. ccxxviij.
col.iij.uer.nam ea tali,in fi.& uerſ.ſeq.vol.iiij.& per iſtud etiã
tolliẽ obiectio ſuperius facta,de iſto uer.aſsignare ſeu ꝯſignare
27 † Nam ſcd̃m ſubiectam materiam cum ſit æquiuocum, quãdoq;
non importat dominij translationem,attenta qualitate perſo-
narum,uel negocij,ut in iuribus,& deci.in ꝯrium allegatis. Re
gulariter tñ,& ubi materia patitur importat dominij, & iuris
trãslationem,ut ẽt dicit Bal.in c.j.de pa.tenen.& Cor.puncta-
liter allegans alias deci.in d.ꝯſ.ccaaviij.col.iij.uer.nã licet, &
col.pe.uer.non obſtant.& ſentit Alex.ubi ſ̃.& Bar.& Iaſ.locis
28 ſuperius allegatis.† Octauo hoc idem ſuadetur,ex illa clauſula
omni meliori mõ,quo ualidius,& melius.&c. Et melior modus
eſt aſsignãdo,& tradẽdo plenariẽ,& efficaciter,q̃ alias in pecu
lium,uel alio mõ poſt mortẽ maximẽ ad finẽ,ad quẽ tendebat
Chriſtophorus,uolẽdo tollere occaſionẽ rixarũ,& diſcordiarũ
ut io terminis nr̃is tradit Cor.d.ꝯſ.ccaxviij.uol.iiij.col.pen. in
prin.uer.coadiuuanẽ ẽt,& de uirtute iſtius clauſulç ẽt hr̃ pleniſ
ſimẽ per Bar.& oẽs ſcrib.maximẽ repet.in l.j.§.ſi quis ita. ff.de
uer.ob.& per Bal.in l.quotiẽs.C.de hær.inſt.& per Cor.conſi.
lxxvj.licet,in litera.H.& ꝯſ.ccacviij.ante oĩa,in litera.M.uol.j.
29 & per Dec.ꝯſ.xiiij.nu.ij.& ꝯſi.lxxvij.nu.iiij.† Sicut ẽt dicimus
de illa clã, quouis alio modo, quæ in iſto inſtr̃o eſt incluſa.per
quam includunẽ oẽs alij modi, & maiores expreſsis,ut tradit
glo.in ver.alio.in cle.j.de elect.& in clem.ij.in uer. quouis, de
reb.eccle.non alie.& Fran.de Cur.conſ.al.col.viij.uer.ij.dum.
30 † Nono accedat clã ꝯſtituti,p quã inducta fuit traditio,& do
minij ac poſſeſsionis ẽt io inſtr̃o donationis,ut tradunt.Barto.
& alij in l.ab emptione.in fi.ff.de pact.& in l.interdum & in l.
quod meo.ff.de acq.poſſ.cum alijs allegatis per Alex.ꝯſ.aaiiij.
nu.v.uol.vij.& alibi pluries,& per Deci. conſi. ccij.vt præſens,
nu.vij.& conſ.ccalvij.nu.ij.& iij.& per Soc.cõſ. caxxj. pſentis,
31 nu.xiij.uol.iiij.† Decimo probaẽ ex retẽtione, & reſeruatione
uſuſfructus,& habitationis,quas do.Chriſtoph.in dictis bonis
donatis uoluit habere dum uiueret,per quã reſeruationẽ, reli-
qua non reſeruata pleno iure tranſtulit,ut hr̃ in l.quiſquis , &
in l.ſi quis argentum.§.ſed ſi quidẽ,& ibi doct.oẽs not.C.de do
na.& tradunt gl.& doc.in l.iij.in prin.ff.de acq.poſ.& Ale. ꝯſ.
32 vij.viſo,nu.ij.in vj.uol.cum concor. † Vndecimo apertẽ iſtud
probaẽ ex illis uerbis,in quibus ipſe Chriſtop.fecit dictos eius
filios,dominos,poſſeſſores,adminiſtratores,uſufructuarios, ac,
proprietarios pleno iure ipſo uiuente,& mortuo,quæ plenamu
ac ueri dominij translationem important,ut ſuperius fuit dede
ctũ,& pbatum, uiuente ipſo Chriſto. Per quod uerbũ apert
oñdiẽ,talium rerum,& bonorũ donationẽ fuiſſe factã inter ui-
uos,& nõ cauſa mortis.ut plenẽ tangitur in l.ubi ita donaẽ. ff.
33 de do.cau.mor.& in l.quæ dotis.ff.ſo.ma.cum ſi.† Et per iſtud
tollitur illa obiectio,in qua dicebaẽ talẽ conſignationem fuiſſe
factam ĩ uim ſupremi iudicij,ſeu in uim dona.cau.mor.¶ Duo
decimo hoc idẽ ſuadeẽ ex illis uer.de lite ſeu ꝯtrouerſia non in-
ferenda,ad plenẽ no.in l.ſtipulatio iſta,in in prin.§.j.ff.de uer.
ob.& per Mod.in l.cum poſteaquam,nu.ij.C.de pac. cũ ꝯcor.
34 † Et ẽt ex illis uerbis,ad legitimã,& generalẽ defenſionẽ dicto
rũ bonorũ,& cuiuslibet eorum no.in l.iam tñ.§.nunc uideam,
& §.in hac,et in l.cũ quærebatur.& in l.hæc ſtipulatio , et in l.

ex clauſula.ff.iudic.ſol.& per Abb.conſi.aliij.quidam,uol. j. &
per Dec.ↄſi.cccxxiij. cum ſit.col.pe.uerſi.& ad hoc bene facit,
nu.iiij.Poſtremo accedat,& iuramentum per d.Chriſtoph.præ
ſtitum,quo interueniente,attenta diſpone iuris Canonici, orit
efficax obligatio,inter patrem,& filium,ut tradit Io. de ana.in
c.cum iuramento,de homi.& p Iaſ.in l.frater a fratre.ff.de ↄd.
indeb.in lect.nu.xl.cum ſuis ↄcor.allegatis per Alex. conſi.xa.
35 ponderatis.col.j.in fi.uol.iij. † Et licet donatio facta per patrē
filio exiſtenti in poteſtate non ſubſiſtat,tñ ſi in ea appoſitū fuit
iuramentum,prout fuit in caſu præſenti per tale iuramentum
reddita fuit ualida firma, & irreuocabilis,vt in terminis tradit
Bal.allegando iura,& rōnes,in l.uij.col.fi.uerſ. ſed quid ſi fuit.
C.de uſucap. pro dona.quam ſententiam dicit eſſe ueriorem
Alex.in d.l.ſi donatione.C.de colla.col.iij.uerſ.utrum aūt,poſt
Bal. ibi & reſpondet dictis Pau.& aliorum tenentium ↄtriū, diſ
fuſius iſtud idem firmat ibi Dec.allegando ↄſi.diuerſorum do-
cto.& alias deci.nu.xxxiij.& ſeq.col.vij.& viij.aſſerens non eſ-
ſe recedēdum ab iſta op.ex quo eſt cōis,& diffuſius idem Dec.
iſtud pſequitur comprobando hanc opi.tāquā cōem,& reſpō
dendo ↄtrijs,in ↄſi.nouiter impreſſo.axx.cum ſit.col.ij. & ēt.d.
ↄſi.lxxxvj.col.pen.ibi uel qñ iuramentum interueniſſet, & in
auct.ca teſtō,nu.v.& nu.vj uerſ.& retenta,& nu.vij.C.de coll.
& conſi.nouiter impreſſo.xij.nu.vij.& idē firmat ipſe Dec. ↄſi.
ccxxxix.primo non vr̄,in prin.& firmat Alex.conſ.ax.nu.vij. &
viij.uol.iij. & ↄſi.cl.alias.viij. uiſis, nu.a.& ſeq.dicēs,ꝙ ualida
erit donatio,nec p patrē poterit reuocari,nec illi pr̄ poterit ↄ-
uenire,& ēt,nu.xviij.& ſeq.uol.ij.& per Soc.ↄſi.acv.circa uerſ.
cōfirmatur,& ſecundo,uol.j.& ↄſ.cvij.nu.ij.uol.iij.& ↄſ.cxxxj.
nu.iij.uol.iiij.ubi aſſerit hanc eſſe cōem,& idem firmat Io.Bap.
de S.Seuer.in d.l.frater a fratre,i axv.q.& Iaſ.ibi in lect.col. an
tep.uer.x.pdicta,& uer.breuitet,ubi aſſerit ſe p hac op. ↄſuluiſ
ſe.licet prius arguat pro,& ↄtra,tñ hanc firmando dicit talem
donationem firmari iuramento,irreuocabilit.r,& idē vult ipſe
Iaſ.in repet.d.l.frater a fratre,col.fi.uerſ.vij.limita,& idem uo-
lunt nouiſsi.repet.ibi,vt eſt Ioan.Crot.dicentes, hanc opi.eſſe.
* * cōiter approbatam,& reſpondentes ↄtrijs,col.xvj.uer.j.fallit.
& col.ſeq.uer.ſed iſtis non obſtantib.& firmat Lud. Bolog.ↄſi.
* lxiiij.col.ij.in prin.ea quibus patet hanc opi.tanquā * cōem eſ-
ſe ſequendam reiecta opi.Pau.de Caſt.& Fulg.ac Cor.tenentiū
36 ↄtium.† Et ↄñt concluditur talem donationē iurō uallatam,
fuiſſe irreuocabilem,& pleno iure ualuiſſe,& per actum intervi
uos,& non in uim ſupremi iudicij, & ſic nō potuiſſe a pre donā
te reuocari,nec in bonis ita donatis potuit pr̄ onus apponere,vt
37 pbatur deciſionibus ſuperius adductis,& dicet inferius.† Nec
obſtabit,ꝙ in dicta traditione,& ↄſignatione,non ur̄ eſſe appo
ſitum uerbum,dono, & ꝙ in dubio non dēt præſumi donatio.
Nam iſtud tollitur,tū quia dictū Chriſtoph.expreſſe dedit, &
tradidit,ut diximus ſuperius,tū ēt qa ↄſideratis ſuperius dedu-
ctis,talis ↄſignatio,& traditio,non pūt cenſeri facta niſi animo
donandi,& iō illud pſumendum eſt.l.cāpanus.ff.de op.lib.& p
Bat.in l.ij.§.circa.ff.de eace.do.& bene faciunt quæ hñtur in l.
j.& ij.ff.de lib.& poſth.& Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres,in
vj.q.ff.de uer.ob. Tum quia uerba dictæ ↄſignationis de qbus
38 ſ.diſcuſſum fuit apertiſsimè iſtud oſtēdunt.† Et quia ↄctus po
tius ab effectu mente,& uoluntate iudicandus eſt q̄ a uerbis.l.
ſi uno,in prin.ff.loca.c.ↄſtitutus,de religio.dom. & ibi Abb.in
fi.& in l.tale pactū.§.fi.ff.de pact.& in l.fi.C.quæ res pig.& per
39 Dec.ↄſ.cccv.nu.ij.† Et ēt qa actus ſequens apertè iſtud demon
ſtrauit,nā ipſi filij,poſt donationē,bona pdicta plenisſimo iure
tenuerunt,& poſsiderunt ſciēte,& patiente Chriſtophoro pre,
tanq̄ illorum ueri domini,& patroni.per quos actus ſequentes
declarantur & pcedentes,ut dicit tex.in l.ſed Iulianus. §. ſed ſi
ab initio.ff.ad mace.& in l.ſi qui adulterij.C.de adul.& in §.pa
uonum.inſt.de re.diui.& in terminis nr̄is tradit Cor.allegando
40 alia iura in d.ↄſ.ccxxviij.col.pe.uer.& demonſtrata fuit.† Non
obſtant alia in ↄtrium allegata tex.uidelicet in l.ſi filia.§.ſi pr̄,&
alia iura,& deciſio.ↄcot.Volentes diuiſionem bonorum factā
p prem filijs,eſſe in uim ſupremi iudicij,& ↄñr poſſe reuocari,
cum uideatur eſſe facta traditio loco portionis hæreditariæ.Nā
procedunt illa,qñ prædicta fiūt in teſtō,ſeu codicillis, uel per
donationem cauſa mortis,ut expreſſè traditur in d.l.quoties.
C.fami.erci.& in d.l.quid ergo,de leg.j.& in quampluribus a-
lijs iuribus, & deciſio.ſupra allegatis in contrarium , ut apertè
eſt uidere ex ipſarum lectura. Alia uero iura procedunt quan-
do talis traditio & actus ſit inter uiuos,ſimpliciter, & non po-
teſt capi alia coniectura donationis perfectę,& ualidę, non tñ
eo animo transferendi in filios dominium. Tunc enim erit ua-
lida,& irreuocabilis,& ualebit inter uiuos,maximè qñ uallata
fuit iuram.ut propriè euenit in caſu præſenti,& ſuperius ex q̄
pluribus fuit probatum, & deductum, & ita punctaliter dicit
Cor.ↄſ.ccxxviij.col.pe.uerſi.non ob.uol.iiij. Vbi ēt reſpondet
illi obiectioni,quæ fiebat, hanc traditionem fuiſſe factam pro
parte tāgente filijs,ex quo licet pro dicta parte fuerit facta. Tñ
in dicta parte,translatum fuit dominium uerum in ipſos filios,
per actum ualidum,& irreuocabilem , ex quo in uita pr̄ uoluit
ſe priuare dominio,& poſſeſsione dictarum partium,uti colli-
41 gitur ex pluribus ſupra deductis. † Nec ob.quod ultimo loco
dicebatur,Chriſtophorum in dictis portionibus inſtituiſſe fi-
lios hæredes,per qd̄ uidebatur non ualuiſſe,vt ex tūc, ſed vt ex
nunc per actum ultimæ uoluntatis,& præcedentem actum fuiſ
ſe factum in uim ſupremi iudicij.Nam iſtud non pōt ↄſiderari,
qñ verba,& mens.d.Chriſtoph.pris conſignantis, & donantis
dicta bona expreſſe ↄtiantur,qñ apertiſsimè indicant feciſſe p
dicta animo donādi inter uiuos,& transferendi uerū, & plenū
dñium in filios,& deduxi ſuperius,ꝙ multipliciter,& p iſtōnē
hæredis ipſe Chriſtophorus uoluit mentem ſuam oñdere,vt di
cti eius filij haberent bona prædicta,ēt per actum ultimæ uolū
tatis & poſt mortē ipſius,ſicut illa habebant per actū ualidū in
ter uiuos,& eo uiuente, cui actui minimè potuit pїudicare per
ſequentē inſtōnem hæredis, quā ad abundantē cautelam po-
tius cenſetur feciſſe quā aliter,vt punctaliter tradit Cor.allegan
do iura,& deciſ.alio mō tollens etiam hanc obiectionem in d.
ↄſi.ccxxviij.col.pe.in fi.& col.fi.in prin.Et ſi pr̄ alio mō, talem
inſtōnem feciſſet,utiqꝫ per eam non potuit præiudicare dona
tioni ualidę,per prius factæ,nec illā reuocare,ut dictū fuit ſupe
rius,& ēt dicetur,nec ob.uerb.diuiſit,ſeu partiuit,nam in caſu
præſenti non fuit ſolū iſtud appoſitum,ſed q̄ plura alia denotā
42 tia uerā dñij translationē,vt fuit deductū.† Quæ uerba ſi iſtud
non importarent uti colligit ex ipſorum uera,& ppria ſignifica
tione,& ēt ex mente Chriſtophori donantis,uiderent fuiſſe ap
poſita ludibrio,& ſine effectu,& nihil operarent ↄ doctri. Bal.
in rub.C.de cont.emp.in ix.q.cum alijs adductis per Iaſ.in l.ij.
§.creditum,nu.xxiiij.ff.ſi cer.pe.& in l.at prætor,in prin. ff. de
iur.iu.& p Dec.ↄſ.xxv.& pro tenui,col.fi.in prin.& ↄſ.cccxxij.
dura,n.viij.& uerba.diuiſit,aſsignauit,& tradidit,nō ↄtrariant
huic opinioni,quinimmo eam ↄprobant, & reddunt ualidā , vt
43 ſigillatim de oībus iſtis fuit ſuperius diſcuſſum.† Et illa uer.ꝙ
debeant ſtare ↄtenti diuiſioni,&c.hanc eandē op.firmant,ut ex
preſsè tradit Corn.in d.ↄſ. ccxxviij.col.uj.uer. iō illa verba.Vo
lens ex verbis prædictis,bona fuiſſe aſsignata in dñium,ex quo
talia uerba referenda ſunt ad pcedētia. per q̄ principaliter ap-
paret facta donatio,& prædictorū bonorū oīmoda translatio
dñij,ut fuit oſtenſum,& ſic dictæ clauſulæ,& uerba nō ſunt po
ſita ad executionē diſpōnis,ſed principaliter, & de per ſe & ſic
44 ceſſant ea quæ hñtur in cle.j.in fi.de præb. cū ſi.† Minus ob.qd̄
dicebat talia bona fuiſſe tradita in peculium ſeu cuſtodiam, &
non aīo donandi,& transferendi dñium,quæ in dubio non eſt
præſumenda,nam iſtud eſt in caſu nr̄o penitus abſurdiſsimū,
cū expreſſè fuerit facta donatio per illa uerba dedit, &c. Item,
& traditio,& ↄſignatio pprietatis, & poſſeſsionis pleno iure,
ad habendum,tenendū,&c.Et ex q̄pluribus alijs ſ. deductis a-
pertiſſimè demōſtrat, prem voluiſſe donare inter uiuos& effi-
caciter,& in ipſos filios transferre dñium,& proprietatem , ex
qbus uerbis nō pōt colligi niſi uerus animus donandi,vt dictū
fuit,ea quo ſumus in caſu,nedū claro,ſed apertiſsimo,& extra
dubium,& ita punctaliter reſpondet etiam Cor. d.ↄſ.ccxxviij.
col.iij.uer.nam licet.Nec ob.quod dicebatur,donationem in-
ter prem.& filium exiſtentem in poteſtate non ualere, ēt iurō
* uallatam,nam * cōis opi.& ↄcluſio ſe hēt in ↄtrium,ut ſuperius
deductū,a qua iudicando,& ↄſulendo minimè eſt recedendum,
45 iuribus,& deci.vulgar.† Nec ob. quod dicebatur talem dona
tionē non ſubſiſtere ultra ſummam quingentorum aureorum,
ea quo non fuit inſinuata. Nam omiſsis alijs,pro nunc dr̄,talē
defectum inſinuationis fuiſſe ſublatum per iurm̄ præſtitum ab
ipſo Chriſtophoro,quod ſeruandū eſt,cū hoc fieri poſsit ſine i
teritu ſalutis ęternæ,iuribus vulgar.& tale iurm̄ ſupplet defe-
ctū inſinuationis,ut tradit Io.Andr.in tit. de inſt.edi.§.porro,
uerſi.ſed quid ſi renuncians,col.pen.cum alijs accumulatis per
Alex.ↄſi.iiij.circa,col.pe.uol.j.vbi aſſerit hanc opi.eſſe veram,
& idē Alex.conſ.xij.viſo,in fi.vol.ij. & ↄſ.ax.ponderatis,col.ij.
& con-

& ꝯſi.ſeq.uol.iij. & conſi.ccxxvij.nu.vj.vol.vj. & ꝯſi. cxxxiij.
nu.x.vol.vij.& in l.nemo poteſt,col.iiij.de leg.j.& alibi pluriēs
& idē firmat Are.ꝯſi.ij.col.ij.verſi.iij.ēt,& col.iij.ubi plenè ar-
ticulum attingit,& etiam in alijs ſuis conſilijs.& idē facit Cor.
aſſerendo hanc eſſe communem conſi.ccxxj.quia in hac, uol.j.
& alibi ꝗ̃pluries,& ad id plura adducit Dec.dicens etiam hanc
eſſe communem in conſi.nouiter impreſſo.xxx.cū ſit, col.iii.&
iiii.ubi rn̄der Ʒrijs,& firmat hanc communem,& hoc idem uult
Alber.Bru.ꝯſi.xxxviij.uiſis,col.iii.uerſi.nec obſtat, & cōſi.cxj.
46 Magnifice,colū.ii.uerſi.ſed in his.† Nec dicatur, ꝙ ita intelli-
gendo, tale iuramentum ſuppleret plures defectus, nam iſtud
admittitur cū omni raſu poſsit ſeruari ſine interitu ſalutis ęter-
nę,ut aperte colligitur in ꝯſi.Ale.& aliorum ſuperius deductis,
& firmat Pan.de Caſtr.conſi.ccxix.in cauſa,& Abb.conſi.viij.
Laurentia,in ſecundo dubio,uol.ii.& expreſſe iſtud tradit Dec.
47 in ꝯſi.nouiter impreſſo xij.uiſo eleganti,in fine.† Non obſtat il
lud in quo dicebatur ſtatutum Bononiē.annullare huiuſmodi
donationem etiam iuratam,tanꝗ̃ factam Ʒ formam dicti ſtatu-
ti.Nam eſto ꝙ tale ſtatutum expreſſe loquatur de iuramento
tn̄ cum conditum appareat a laic quo ad uirtutem iuramenti
nullum eſt,cum illud ſpectet ad eccleſiam,& laici ſuper hoc nō
poſsint ſe intromittere,nec aliquid diſponere,& diſponēdo ni-
hil agunt.ut ad plenum tradunt cōmuniter Cano.in c. eccleſia
ſanctæ Marię de conſtitu.& habetur in c.tuam, de ordi.cog.&
tradit Bar.in l.oēs populi,in iii.q.princ.ff.de iuſt.& iu.& ibi ad
plenum poſt alios repeten.car.v.col.j.uerſi.aū.concluſio. & eſt
deciſi.Inno.in c.ii.extra de regu.& tradit Alexan.conſi.lia.uiſo
inſtr̄o col.ij.uerſi.iiii.& v.uol.j.& ꝯſi.xxxvii.uiſo.uol.ij.& conſ.
xviii.col.ii.num.v.uolu.vj.& alibi pluries,in ſuis conſilijs, quæ
ad plenum refert,& ſequitur adducendo ꝗ̃plures alias deciſio.
Fran.de Cur.conſi.xliii.ſuper contingentia,col.v.& ſeq.& col.
fi.& conſi.lxv.ſuper præmiſſa,col.xix.& xx.aſſerendo hanc eſſe
communem etiā ſi ſupremus princeps laicus expreſſe iſtud ſta-
tueret & hoc idem firmat Soci.conſi.cxlvii.uiſa,col.v.uerſic.ii.
reſpondetur,uol.j.& Corn.ꝯſi.cclxxix.uiſa donatione,colum.j.
✱ uol.j.& d.Ant.Abb.Imo.& alij * cōiter iſtud affirmant in c.cū
ꝯtingat,de iureiurā.& Pau.de Ca.in auct.ſacramenta puberū.
C.ſi aduerſ.uend.& ibi Iaſ.col.pen.& fi.Vbi adducit alias con-
cord.deciſio.& idem facit in l.fin.num.vj.& ſeq.ff.qui ſatiſdare
cogan.& in l.non dubium, nu.xxvj.C.de legib.& etiam firmat
48 Lud.Bolog conſi.xliiii.in pręſenti,col.iiii.† Contractus enim,
& actus celebratus non ſeruata forma ſtatuti firmatur, & uali-
✱ dus redditur pręſtito iuſo, ut * cōiter concludunt omnes,in c.
cum contingat,& in dicta auct.ſacramenta puberum,& firmat
Soc.aſſerendo hanc eſſe communem conſi.cxxxj.præſentis,col.
49 ii.nu.iii.† Nec obſtabit iſtis allegata confirmatio dictorū ſtatu
torum Bonon̄.emanata a Sum.Ponti. Nam ut mihi relatum eſt
per plures dies illa iam expirauit,nam per omne tp̄s maximè in
præſentiarum fuit ſortita executionem,nec modo effectum ha-
50 bet,quo fit,ut de ea minime ſit diſceptandum. † Secundo tol-
litur,nam ſi fuit facta in forma communi, & ſimpliciter, ut in-
nuere uidentur uerba dictæ confirmationis minime operabiē
effectum ualidum,ut tale ſtatutum poſsit tollere uires iuramē-
ti,ex quo nullum fere efficax tribuit ius,ut dicit Specu. in titu.
de lega.§.nunc oſtendendum,uerſi.xj.& eſt glo.in c.fin.de con-
firma.utili.uel inutili.& tradunt Oldr.Bar.Bal.Pan.de Ca.Ale.
Abb.& alij relati a Dec.in c.j.eod.titu.col.iiii.num.vj.& vij.&
per eundem in l.more, & quia, nu.xxix.& ſeq.ff.de iuriſdi.om.
51 iudi.† Et ſi dicatur, ꝙ talis confirmatio proceſsit in forma ſpe-
cifica,ex quo apparet facta ex certa ſcientia Pont.& de pleni-
tudine poteſtatis, ꝯſr confirmabit etiam illud quod eſt nullū,
ut no.in c.j.& in c.ueniens,extra de tranſactio.cum alijs addu-
ctis ſupra in Ʒrium,& per Dec.in d.c.j.nu.viii. Adhuc aduerten
dum erit, ꝙ ut dicatur ita facta duo copulatiue debent ꝯcur-
rere.Primum ꝙ fiat ex certa ſcientia.Secundum ꝙ fiat cauſa co
gnita,ſm̄ glo.in c.j.& ii.de confir.utili uel inutili quam addu-
cit do.Anto.in c.ii.extra de pact.& iſtud ad plenum proſeq̄uit̄
Ale.conſi.cxxj.ſcripſit eccleſiaſticus,col.ii.& ſeq.uerſi.pręmit-
to, ꝙ volumi.iiii. Vnde licet Papa aſſerat ſe confirmare, ex certa
ſcientia,tn̄ quia non aſſerit iſtud facere cā cognita, aſſerta con-
firmatio non ualidabit præſens ſtatutum nullū, reſpectu iura-
52 menti.† Et quod eſt fortius Ale.ibi col.x.uerſic. quinimmo,&
uerſi.ſeq.allegando ꝗ̃plures deciſio.firmat illud procedere etiā
ſi in confirmatione fuiſſet dictum, ꝙ cā cognita fiebat. Et hoc
ideo quia in tam breui tempore non potuit uere interuenire di
ctæ cauſæ cognitio,cuius dicta bene cōprobantur ex his q̄ tra-
dunt Moder.in d.l.ii.C.de eden.& Fely.poſt alios in c.eccleſia
ſanctæ Mariæ,col.v.& ſeq.de conſtitu.& bene conferunt q̄po-
nit Aret.conſi.viii.abunde,& conſi.xv. Reuerendiſsime, colu.
53 iiii.& Abb.ꝯſi xciii.in quæſt.col.ii.& iii.uol.ii.† Prout etiā tol-
litur obiectio etiam ſi confirmatio eſſet facta ex certa ſcientia,
qm̄ cum fuerit,& ſit generalis,ſolum referenda eſt ad ſtatuta q̄
ſunt iuſta,& licita non autem ad illa quæ ſunt iniuſta,& illicita,
ut tradit Cyn.in l.cum oportet,in princip.in j.oppoſ.C.de bon.
quæ liber.& Bar.in l.4.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur. & Imo.
Io And.do. Anto.& alij in d.conſi.lix.col.pe.nu.xii.& ſeq.uol.
j.& conſi.xviii.uiſo ſtatuto,nu.vii.uerſic.pro hoc facit, & num.
ſeq.uolu.vj.quē non citatum,de uerbo ad uerbum refert, & ſe-
quitur Lud.Bolog.ꝯſi.xxxj.ut in præſenti,col.iii.uerſi.ſimiliter
non obſtat,& ibi propriè loquuntur de confirmatione ſtatuto-
rum Bononiē.& idem firmat ipſe Ale.ꝯſi.cxx.uiſo puncto, col.
fin.nu.xiii.& xiiii.uol.iiii. Vbi allegando Abb.& do.Ant.dicit,
confirmationem Papę factam ex certa ſcientia non confirmare
uctum,qui eſt Ʒrius,ſed ſolum illum qui eſt ſecundum ius,quā-
do confirmatio pōt ad utrunq; referri. Nam referenda eſt, ut
operetur in caſu habili,non in illo inhabili,& hoc poſt alios fir
mat Fely.in c.inter dilectos,nu.xvj.& clarius,nu. xxix.in fin.ex
de fide inſtru.& melius in c.qualiter,& qn̄,el primo,col.xii.uer
ſicu.iiii.limitat,extra de accuſa.ubi adducit alias deciſio.& etiā
ſentit Corn.qn̄ confirmatio eſt generalis conſi.ix.attentis, col.
ii.uerſi.nec vr̄ obſtare,uol.iii.ea ratione qm̄ non eſt ueroſimile
54 pontificem talia ſtatuta iniuſta uoluiſſe approbare. † Et etiam
quia capienda eſt illa interpretatio per quam minus derogat
iuri communi,iuxta plene tradita per ſcrib.poſt glo. in l.fin.§.
in cōputatione.C.de iure delibe.& optime faciunt quæ in ter-
minis iſtis ponit Aret.d.cōſi.viii.colu.ii.& fina.ubi diffuſe lo-
55 quitur de cōfirmatione generali.† Et ꝙ talis cōfirmatio referri
debeat ad actus ualidos,& non inualidos firmat Innoc.in d.c.
j.de tranſact.& Iaſ.adducens alias deciſio.in l.legatū inutiliter,
colu.ii.in ſecundo notabili,de lega.j.& bene faciunt quæ ponit
56 idem Ale.d.cōſi.cxx.uolu iiii.colum.fin.nume.xv.& ſeq.† Nec
obſtabit exceptio appoſita in dicta cōfirmatione,in qua exce-
ptuantur ſtatuta tendentia Ʒ libertatē eccleſiaſticam, ergo oīa
alia uidentur includi in ipſa confirmatione,ut dicit Iaſ.allegan
do Abba.in l.illud eleganter,in fine.ff.quod quiſq; iur.& in l.
nummis,nu.xiii.ff.de in lit.iurā. Quæ cōprobari poſſent ex di-
ctis per Ale.d.conſi.lix.colum.penul.& fin.nu.ix.& ſeq. Nam
obiectio iſta ex pluribus,& ꝯcludenter tollitur per eundē Ale.
in d.duobus conſilijs,uerſicu.& no.ſupra nota.quem refert,&
ſequitur Ludo.Bolog.in d.conſi.xxxj.col.iii.& iiii.uerſic.ſimi-
liter non obſtat,& ex dictis per Areti.d.ꝯſi.viii.colum.ij.& iij.
quorum dicta nō opus eſt referre,cum præ manibus habeant.
Et ex his infertur reſolutio primæ difficultatis cōcludendo pre
dictā aſsignationem.& traditionem bonorum fuiſſe ualidam &
efficacem per actum inter uiuos,& ſtante iuramento effectam
fuiſſe irreuocabilem.¶ Secunda principalis uertitur difficultas
in illa reſeruatione diſponendi de dictis bonis donatis,quā ſibi
retinuit dictus Chriſtophorus per quam eſto, ꝙ dictorum bo-
norum donatio,& conſignatio fuiſſet ualidiſsima,& irreuoca-
bilis,ut ꝯcluſum fuit,vr̄ data facultas, & poteſtas ipſi Chriſto-
phoro de dictis bonis diſponendi etiam per actum ultimę uolū
57 tatis.† Cum uerbum diſponere proprie concernat ultimas uo-
luntates,ut inſt.qui & ex quib.can.ma.non poſſ.§.cū autem, &
in auct.de teſtamen.imperf.§.nos oīa,& iu.§.diſponat in auctē.
de nuptijs,& per Alber.de Roſa.in ſuo dictionario, in uerſi.di-
ſpoſitio,& ita in terminis noſtris firmat Corne.d.conſi.cclxxiiii.
colum.vij.in fine,uerſi.inſuper uolum.iiii.Potuit igitur Chri-
ſtophorus uirtute dictæ reſeruationis,& facultatis in dictis bo
nis apponere fideicommiſſum,& aliud onus,& appoſitum de-
bet teneri,& obſeruari.¶ Tamen iſtis non obſtantibus ueritas
eſt, ꝙ d.Chriſtophorus non potuerit fideicommiſſum & onus
58 apponere.† Ex quo talis ſua reſeruatio fuit limitata,& reſpectu
temporis,& reſpectu cauſæ,& limitatum produxit effectum, &
non alium,l.imperator.ff.de poſtul.uulga.l.ne in agris cū con-
cord.ff.de acquir.rer.domi.Et quia fuit conceſſa ad certū tem-
pus,& certam cauſam,ideo omnia aliu uidentur excluſa, cum
unius incluſio &c.l.cum prætor,in prin.ff.de iudic.e.non ne.de
59 præſumptio.† Et quia tempus,& cauſa reſeruationis, & exce-
ptuationis,in reliquis omnibus firmat regulam, & ſic donatio-
nem factam.l.nam quod liquide.ff.de pe.lega.l.in his,ubi do.

ff.de

ff.de legibus.Voluit enim ipſe Chriſtophorus babere faculta-
tem alienandi,permutandi,& diſponendi de dictis bonis , dum
uiueret,ut probant illa uer.liceat ipſi Chriſtophoro uiuēti.&c.
60 † Per quæ ſolum conceſſa fuit facultas diſponendi per ɔ̃ctum
inter uiuos,& eo ſolum tempore quo uiuebat,non autē in ulti-
ma uoluntate,deciſio eſt in terminis Barto.iſtud probantis.l.&
ratione in ɔſi.lxxvj.pr̄ filio emancipato,col.fin.quem refert , &
ſequitur Alex.conſi.xiij.circa primum,col.vj.uerſi.pro hoc be-
ne facit,nu.vij.uolu.iij.refert etiam,& ſequitur Iaſ.in Rubri.ff.
61 ſol.matr.in ij.lectu.in fine.† Quibus in locis rñdetur ad uerſic.
diſponere,ex quo ſm ſubiectam materiam,& iunctum cū alijs,
importabit actum diſponendi inter uiuos,& non ſemper in ul
tima uoluntate uerificatur & tangit Soci.ɔſil.xcij.circa primā,
col.iiij.uerſi.circa ſecundum,uol.j.ſequitur Albert.Bru.in tract.
de ſtatu.excluden.fœm.in ſexto artic.principali,in quarto mē-
bro,quæſt.vij.in fi.car.xxiij.colum.iiij.Et ꝙ hoc ſit uerum pro-
batur multis iuribus allegatis per Alex.in Rubr.prædicta, & p
Iaſ.ibi in fine, nec mirum,cum uerba ſm ſubiectam materiam
62 improprientur.l. ſi uni.ff.loca.cum uulgaribus. † Et ſuadetur
iſtud ex capitē ſequēti,appoſito in dicta reſeruatione, ubi Chri
ſtophorus in reliquis ſuis bonis,nō donatis filijs reſeruauit ſibi
facultatem diſponendi in uita , & in morte per quæ ſequentia
declarantur præcedentia.l.utrum.ff.de peti.hæredi.l.qui filia-
63 bus.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de le.j.† Nec dicatur,ꝙ in reliquis
bonis,reſeruauit ſibi facultatem diſponendi libere , quod ſecus
eſt in reſeruatione rerum donatarum ,quia limitate reſpectu
cauſæ.Nam iſtud non negatur,ut ſtatim dicetur, ſed ultra cau-
ſam limitatam,etiam limitatum fuit tempus, tum conſideratis
illis uerb. Chriſtophoro uiuenti , & illis diſponere uelle ſuum,
iunctis illis,& de reliquis non expreſſis teſtari, & diſponere li-
bere uelle ſuum libere in uita & in morte,ſatis enim erat appo-
nere uerb.libere,ſi uolebat limitare cauſam,& nō erat opus ap-
ponere illa uerb.in uita,& in morte,quę neceſſario includūt in
alijs non donatis,omni tempore potuiſſe diſponere,cuius ɔ̃riū
infertur neceſſario in rebus donatis,maximè per illa uer.liceat
ipſi Chriſtophoro uiuenti.Cum itaq; alio tempore,quam reſer-
uato diſpoſuerit,& ſic non inter uiuos , uti licebat per reſerua-
tionem,merito ſua diſpoſitio ruit.Tollitur etiam obiectio, qm̄
dicta reſeruatio fuit facta limitare,reſpectu cauſæ,qū adeſſet ne
ceſſitas,uel euidens utilitas , neceſſitas non fuit, minus & eui-
dēs utilitas,ɔ̃ſr alijs de cauſis non exceptuatis diſponere non
64 licuit.† Apponere enim onus ſeruitutis non tendit in utilitatē
ſed in damnū cū res libera efficiatur ſerua.l.altius.C.de ſerui.
& aq.l.de pupillo.§.impoſititia.ff.de operis noui nunciat.cum
65 ſimi.† Apponere etiam onus,& grauamē fideicommiſſi, minus
concernit euidentem utilitatem , quod apertiſſimum eſt ſi re-
ſpectum,& conſiderationem babeamus ab bona inſenſibilia , ſi
etiam habeamus conſiderationem ad perſonas,& ad familiam,
adhuc idem erit,cum fideicommiſſum ſit onus,& grauamē, &
res prius liberas,dicto grauamine afficiat,& ɔ̃ſr per iſta tollat
libera facultas diſponendi illi,qui eas poſſidet.l.ab eo.C.de fi-
deicom.l.cum filio,de leg.j.l.fi.§.ſed quia.C.cōmunia,de lega.
Onus autē & grauamē ɔ̃rium eſt utilitati,& libertati unde &c.
66 † Eſto enim,ꝙ ipſe Chriſtophorus fecerit tale fideicō.recipro-
cum fauore agnationis,& familię,quod vr̄ eſſe fauorabile,ut in
l.j.§.ſi cui,uerſi.publice enim.ff.de uen.inſpici.§.cęterum, &.§.
media,inſt.de legit.agna.ſucce.& per Bal.in l.maximum uitiū.
C.de liberis præteritis,& per ſcrib.omnes in l.uenia.C.de in ius
67 uocan.cum concord.† Ex hoc tamen dicere non poſſumus , ꝙ
euidentem cōtineat utilitatem. Nam euidens æquiparatur no-
torio,& manifeſto,ut per illam gl.ſentit Iaſ.poſt alios in l.ſi ue-
ro.§.ſi qui pro rei.ff.qui ſatiſd.cogan.num.vij.& probatur in c.
ueſtra,& in c.tua nos , extra de cohabi.cler.& mul.& in c.cum
olim,extra de uerb.ſignifi.& per Bar.& alios in l.j.in princ.in j.
68 quæſt.ff.de oper.noui nunc.† In iſto autem fideicommiſſo,non
datur notoria,& euidens utilitas amborum eodem tempore,ſed
ſolummodo poſſet eſſe ſpes , tendens ad utilitatem unius, ut de
ſe patet,& probatur in l.j.& in l.cum proponas.C.de pact.&
diffuſe in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerbo.oblig.Et ideo
non conſiderabilis,nec conceſſa,cum ſit reſpectu unius tantū,
& deberet eſſe reſpectu amborum.Item quia inducit onus gra-
69 uamē,& ſubiectionem,quæ ɔ̃riantur utilitati,ut dixi. † Et ſua-
detur iſtud apertiſſimè qm̄ tale fideicom.inter fratres inducit,
& parit diſcordiam,& ideo licita eſt ipſius remiſſio.d.l.j. & l.cū
proponas,& d.§.duo fratres,& remitti poteſt ēt per minorem,
ut probatur punctaliter in l.de fideicommiſſo.C.de tranſactio.
70 & ibi ſcriben.nota.† Oſtenditur etiam qm̄ tale fideicom. conti
net conditionem penitus incertam,& ideo a l.appellatur condi
tionis incertum,ut in d.l.j.Quod autem pendet a ɔditione, mi
nime pōt dici utilitas notoria,& euidens,cum ſit penitus incer
tum,& a futuro dependens.l.j.ff.de condit.& demon. cum alijs
71 iuribus uulgar.† Et ꝙ non contineat euidentē utilitatem dedu-
citur apertiſſime,nam minor remittendo euidentem utilitatē
leditur, patitur enim ex hoc damnū,& ideo aduerſus talem re-
miſſionem reſtituitur, toto fere titulo.ff.de minor.&.C. de in
integr.reſtitu.mino.cum concord.Et tñ remittendo fideicom.
reciprocum fratri non dicitur pati damnū,nec ledi, nec poteſt
in integrum reſtitui.d.l.de fideicōmiſſo,ubi doct.nota.ut facit
etiam Dec.conſi.dxxxij.pro uera,num,xj.Quod utiq; non per-
mitteretur ſi in eo daremus euidentem utilitatem quā radicatā
amittere,eſt damnum pati,ut tradit gl.in uer. per in integrum,
in l.j.§.ſi quis autem per inundationem.ff.de iti.actuq; priua.
cum alijs adductis per Iaſo.in l.cum quis,nu.iij.C.de iur.& fac.
ignoran.ad quæ bene facit deciſi. Bar.in procem.C.col.ij.uerſi.
ego recipio te in fideicommiſſariū , dū ad quæſt.ibi per eū tra-
72 ctam adducit d.l.de fideicommiſſo.† Et ɔfirmantur per text.in
l.deniq;.§.ſi quid minori.ff.de minor.ubi minor remittendo fi-
deicom.conditionale ſibi factū,dicitur lædi, & aduerſus talem
remiſſionem reſtituitur,ut per illū tex.ibi tradūt Bar.& omnes,
ex quo illa ſpes fideicommiſſi eſt cōſiderabilis, ut dicit ille tex.
Et tñ frater minor licite poteſt remittere reciprocum fideicom.
* d.l.de fideicommiſſo,ubi omnes * cōiter iſtud tradūt cōſequen
ter neceſſario dicere cogimur,in eo oōuerſari,nec cōtineri no-
73 toriam,& euidentem utilitatem.† Nec iſto caſu erit conſidera-
bilis conſeruatio agnationis, & familiæ. Nam ſi hoc eſſet omni
caſu , ceſſaret remiſſio fideicommiſſi,cuius ɔ̃rium diſponitur
in d.l.j.cū concordan. Eſto enim , ꝙ iſta conſeruatio uideaī fa-
uorabilis,tñ fideicom.tale in ſe non continet euidentem utili-
tatem,reſpectu iſtorum fratrū qui in præſenti caſu ſoli ſunt cō-
ſiderandi,immo continet onus,& grauamē,& alia ɔ̃ria utilitati,
ut oſtenſum eſt.Concluditur igitur talem reſeruationem limi-
tatam non comprehendere caſum præſentem,& uirtute ipſius
Chriſtophorum non potuiſſe apponere onus,nec grauamē,& fi
deicom.¶ Tertia oritur difficultas,poſito ꝙ donatio,& aſſigna
tio dictorum bonorum fuiſſet ualida,& irreuocabilis , & in re-
bus donatis,non potuiſſet apponi onus,nec etiam fideicōmiſ-
ſum,ut dictum fuit in præcedentibus,quę etiam comprobātur,
qm̄ cum dictę res donatę fuiſſent pleno iure dicto titulo effectę
ipſorum filiorū,non potuere amplius ipſorum effici titulo in-
ſtitutionis,& hęreditario,ut vr̄ feciſſe ipſe Chriſtophorus,poſt
modum in ſuo teſtō.l.ſi mater.§.eandem cauſam.ff.de except.
rei iudica.§.ſi res,&.§.ſi rem legatam,inſtit.de lega.l.omnes.ff.
74 de actio & obl.l.ſequitur.§.lana.ff.de uſucapioni. † Non enim
ualet inſtitutio in re propria hæredis.l.proprias.C.de lega.l.ex
ea res.ff.de condi.& demon.Bal.in l.ſcimus,in principio in iiij.
quæſt.C.de inoffic.teſtam.& proprie in terminis noſtris tradit
Alexā.conſi.xx.ponderatis,colum.ij.uolum.iij.quod conſil.eſt
repetitum in vj.uolu.conſi.ccxvij.& Corne.conſi.lxxxvij.uidei,
75 colum.j.uolu.ij. † Ad quod etiam quoniam in fideicommiſſo
uniuerſali per patrem iniuncto filio inſtituto etiam hæredi , nō
ueniunt,nec comprehenduntur proprie res ipſius filij hæredis.
quæ erant extra patrimonium ipſius teſtatoris, ut habetur in l.
cohæredi.§.cum filiæ.ff.de uulgari,& pupill.& in l.in fideicom
miſſaria.§.quoties,& l.ex facto,poſt principium,uerſi.non tan-
tum.ff.ad trebellianum.& per Alexā.conſi.ccj.perſpectis, nu.
76 j.uolu.vj.& Cor.ɔſi.cxiiij.in hac,colum.fina.uolu.iij.† Et pro-
cedunt iſta etiam a fortiori, ut non ueniant bona dicti hęredis,
quæ ipſe hæres grauatus habuit a defuncto, non per uiam te-
ſtamenti,& ultimæ uoluntatis ſed alio modo inter uiuos,ut ha-
betur in l.iij.§.ſi rem,de legat.tertio,& in l.ſequens quæſtio.de
legatis ſecundo,& in l.Lucius.§.maritus.ff.ad trebellianū. Eſto
ꝙ poſtmodū in dictis bonis appareat inſtitutus hæres ab ipſo
teſtatore,ut traditur in dictis iuribus & in alijs concord.alleg.
ibidem per glo.& doct.& firmat Pau.de Caſt.conſi.clxiij.uiſa,
col.ij.uerſi.quantum ad ſecundum,& plene Alex.in d.conſ.xx.
colu.iij.& iiij.uol.iij.repetito in ſexto,ut ſupra,ubi punctaliter
loquitur in iſtis proprie terminis,& ita etiam facit Corn.dicto
conſilio ccxxviij.colum.j.in fine,& colum. ij. & colum.penul.
& fina.uolum.iiij.& idem Corne.in d.conſil.cxiiij.colum.fina.
77 in fine,uolu.iij.† Quibus non contrariantur dicta per eundem

Corn.

Cor.conſi.cclxxiij. col.vj.& ſequen.verſic.non obſtat,uol.iiij.
Nam ibi loquitur diuerſis in terminis,& diuerſo in caſu,qȓ ſci-
licet donatio facta per patrem nõ ualuiſſet inter uiuos,ut aper-
te colligitur ex dictis iuris,cuius ɔ̃trium eſt in caſu noſtro,ut fuit
78 ſupra concluſum. † Tamen eſto,ꝙ d. dicta ſuperius ſint uera,
limitantur adhuc,& declarantur,ut non procedant, quãdo ipſe
pater qui donauit inter uiuos,poſtea feciſſet teſtam̃.& in illo in-
ſtituiſſet dictos filios hæredes,& ulterius nominatim,& expreſ-
ſim impoſuiſſet fideicomiſſum ſuper dictis rebus per eum prius
donatis,dictis filijs poſtmodum hæredibus inſtitutis,& adeun-
tibus ipſius hæreditatem,ut propriè contingit in caſu præſenti,
Iſtis enim ɔ̃currentibus fideicommiſſum tenebit,& ualebit, &
ſuperius adducta non procedunt illo caſu, ut vr̃ eſſe tex.in d.l.
Lucius.§.ſi maritus,ibi niſi manifeſtũ eſſet,&c.& in d.l. ſoquẽs
quæſt.uerſi.ff.de leg.ij.& eſt de mente gl.ibi in uerſi.ſenſiſſe,in
79 d.l.Lucius.† Et licet gl.in uer.ſi uoluit,in l.ſi mulier,in princi.
* de leg.iij.uoluerit in hoc ɔ̃trium,tamen̄ communiter reprehen
ditur,quia ɔ̃ iura ſuperius adducta,ut dicunt Dyn.Bal.& Flor.
in d.d.l.ſi mulier in princ.& Bar.Cuma.& Pau.de Caſt.in d.Lu-
qu cius quæſtio. Volentes concurrentibus præd. fideico.poſ
ſe iniungi,& iniunctum tenere.Filius.n.cui fuit donatum,ſim-
pliciter adeundo hæreditatem vr̃ conſentire dicto fideicõmiſſo
80 & ſibi præiudicium facere,† Et ſimpliciter adeundo,vr̃ prius re
nunciaſſe titulo donationis , quem habebat in dictis bonis, &
dictum titulum tranſtuliſſe in inſtitutionem hæredis,& in ultj-
mam ultimę uoluntatis,quo caſu fideicõmiſſum tunc dubio po-
tuit apponi.Ita punctaliter in iſtis terminis uoluit Dec.conſil.
cclij.uiſo puncto,colum.ij.uerſi.ſimiliter,& col.pe.& fi.uerſi.
non ob.comprobando iſta iuribus. & deciſionibus,& idem vr̃
81 uelle Cor.in d.conſi.lxxxvij.col.ij.& ſeq.uolu.ij.† Et compro
bari poſſunt,qm̃ adeundo hæreditatem,obſeruare debet,& ad-
implere diſpoſita,& ordinata per teſtatorem,nec debet uenire
ɔ̃ factum ipſius,uulga.l.cum a matre.C.de rei uend.l. unius ex
familia.§.ſi rem,de legat.ij. et ſi ſe immiſcuiſſet cum beneficio
inuentarij,qm̃ hæreditas eſt ſoluendo,ut tradit Alex. conſi.xxx.
82 mis,col.ij.nu.ij.in fi.uol.vj.† Et ſimpliciter ſe immiſcendo di-
ctæ hæreditati approbauit, & teſtamentum , & diſpoſita in eo, in
præiudicium ſui,& ſuorum hæredum,ut dicit Bal.in c. imperia-
lem,in prin.col.v.uerſi.quæritur utrum,in tit.de prohi.feu.alie.
per Fede.& per Deci.& Corn.in d. eius conſilijs, & per Alexan.
83 conſi.xxix.perſpectis,col.v.uerſi.ſi tamen uolumi.v. † Et quia
adeundo,& ſe immiſcendo quaſi ɔ̃hunt cum legatarijs, & fidei
commiſſarijs,& ideo tenentur,& obligantur ex quaſi contractu,
adimplere ordinata per teſtatorem.l.ex maleficijs.§.hæres.ff.de
actio.& oblig.& inſtitu.de obliga.quæ ex quaſi contract.na.§.hæ
84 res,cum ſimi. † Facit etiã quia ipſe teſtator poteſt propriã̃ met
res ipſius hæredis legare,& per fideicommiſſum relinquere , ut
inſtitu.de legat.§.non ſolum,& inſtit.de ſingu.reb.per fideicõ.
relic.§.fin.& in l.hæredem,C.de fideicom.cum concord. Verum
ſi facti contingentiam,& ipſius ueritatem conſideramus, obie-
ctiones illæ nihil faciunt quoniam d.Simbaldus hæreditatem
ipſius patris minime adiuit,quinimmo ea expreſſe repudiauit,
85 ɔ̃ſr ſumus extra terminos obiectionis.† Et ſi dicatur,quod ipſe
adiuit dictã hæreditatem antequam repudiaret,& ſemel ſe imi-
ſcendo poſtmodum repudiare non potuit.l.ſi ex cllarijs.ff.de ac-
quiren.hæred.& ſemel adita,poſtmodum repudiari non poteſt
l.ſicut.C.de repud.hære.Quia ſemel hæres non poteſt deſinere
eſſe hæres.l.& ſi tunc.§.ſed quod papinianus,in fin.ff.de minor.
Reſpondetur talem aditionem,& immixtionem fuiſſe nullam,& ha
beri pro non facta,nec ſibi potuit præiudicare. Quando enim
ſe immiſcuit nullam habebat agnitionem teſtamenti conditi a pa
tre,nec de contentis in illo,& cum hoc ignoraret, credens pa-
trem ab inteſtato deceſſiſſe adiuit,& ſe immiſcuit, ea ex capite in-
teſtati.Et poſtmodum cognito,quod teſtatus fuerat illud ex-
preſſe repudiauit,per quem actum ſequentem declaratur uolutas
ipſius,quæ fuerit in actu præcedenti,ut fuit deductum ſuperius.
86 † Et iſta ignorantia in filio ſuo tollerabilis eſt, & a iure recipit.
* Lucius.ff.de proba.per Bar.& * communiter omnes in l.cohæ-
redes.§ duo fratres,in iij.quæſt.princ.ff.de uerbo.obliga.& per
ſcribentes omnes in l.cius qui.§.fina.ff.ſi cer.pet.& per Corne.
conſil.lxxxviij.de ſubſcriptione,in litera B.uolu.iiij.ubi allegat
Bar.in l.ſi is poteſt.ff.de acquir.hæred.& in l.ſi hæres.ff.de lib.
87 lega. † Et certiſſimum eſt, aditionem ſeu immixtionem factã ex
cauſa inteſtati,eſſe nullam data & ſubſiſtente uera ea teſtata,ex
quo deficit conſenſus & in ea aditione erratum fuit, ut eſt tex.
in l.ſi is ad quẽ,& in l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mandauit,uerſi.
aliter atq;,& in l.pẽ,in prin.ff.de acqui.hæred.& doc.oẽs plenè
tradunt in dictis iuribus,& in l.hæres inſtitutus , eodem titu.&
Fulg.Iaſ.& alij Moder.illud idem firmant in l.bonorum, num.
viij.& ix.C.qui admit.firmantes in aditione,& immixtione hæ-
ditatis,requiri ꝙ hæres intelligat,an ex teſtõ, uel ab inteſtato
88 hæreditas ſibi deferatur.† Et ſi adit ex una iſtarum cauſarũ non
uera,aditio erit nulla,& pro non facta,ex quo licet ſubſit cauſa
uera,ex qua immixtio poſſet ualere,tñ ea illa non ſuſtinetur,cum
facta ſit ex cauſa falſa,ut ẽt tradit Alexã ɔ̃ſi.cxxj.uiſo proceſſu,
col.v.uol.j.& proſequitur Iaſ.poſt alios in d.l.ſi is ad quem,col.
ij.nu.iij.& ſuper ſeq.reſpondendo ad tex.in c.ex parte il ſecun
do,de conuer.coniuga.ut per eum, qui ſolet in contrarium al-
89 legari.¶ Secundo tolluntur obiectiones,quia ſi bene corũ uer-
ba legantur,& conſiderentur,loquuntur quando talis hæres in
ſtitutus,ſimpliciter hæreditatem adiuit uel illi ſe immiſcuit,nul
lo confecto inuentario , ſecus autem eſſet qñ immiſcuiſſet ſe cum
beneficio leg.s & inuentarij,ut fuit in caſu præſenti factum per
do.Simbaldum.Illo enim caſu tale beneficium inuentarij reddi-
dit ipſum tutum,& ſecurum ab omnibus damnis, quæ pati po-
tuiſſet,& incurrere,ex aditione ſimpliciter facta,ut propriè lo-
quuntur deciſiones ɔ̃trię,quæ damna ceſſant inuentario confecto,
ut probatur per tex.ap. tum,in l.fin.§.& ſi præfatam.C.de iure
delibera.Vbi dicitur, ꝙ hæredes cum dicto beneficio adeun-
tes illud faciunt ſine periculo,ita ꝙ nihil penitus debent amit-
tere ex ſua ſubſtantia,& periculum paterentur,& non modicum
ac etiam damnum ipſe do.Simbaldus,ſi tale fideicõ.& grauamen
90 teneret,ut fuit in præcedentibus oſtenſum.† Et illa uerb. nihil
penitus de ſua ſubſtantia amittat,hoc idem important, cum ly.
nihil ſit uniuerſalis negatiua.l.tas quũ ducenta.§.utrum.in uer.
nihil.ff.de rebus dubijs,& illa dictio,penitus , idẽ importat qđ
dictio,omnino.l.j.C.de gladia.lib.xj.& iuncta cum negatiua
nihil,idẽ importat,quod nullo modo , ut dicit glo.in l.in naue,
in uerſi.omnimodo.ff.loca.& tradit Alber.de Roſa allegando
alias deciſio.in dictionario ſuo , in uer.penitus,ubi etiam dicit
eam importare idem quod ipſo iure,& Alex proſequitur in l.q.
uſumfructum,col.ij.in prin.nu.vij.ff.de uerb.obl.& ɔ̃ſi.xiij.ui-
ſis,col.ij.nu.xix.uolu.ij.& ſentit Dec. Allegando alia iura circa
dictionem nihil in conſi.ſuo nouiter impreſſo,incipiẽ nu.xxxij.
91 in cauſa in qua. † Et ꝙ hæres conficiens inuentarium nullum
etiam minimum damnum pati debeat,probatur in d.§.& ſi præ
fatam,in fi.& in.§.l cantia ibi damnum aliquod,quæ dictio ha-
bens præcedentem negatiuam induciti,ut non poſſit damnum
partiri & diuidi,& ideo debet eſſe illæſus etiam a quocunq; mi
ni in damno ut dicit Alber.de Roſ.allegando Archi.in dictio-
nario ſuo in uerſi.aliquod,& probat tex.iuncta glo.in uerſi.aut
carum parte, in clementina prima,de ſu.compe.ubi dictio ali-
92 quod comprehendit etiam minimum.† Et quia beneficium
inuentarij reddidit do.Simbaldum tutum & ſecurum ab omni
damno etiam minimo,ut in dictis iuribus cum alijs allegatis p
doc.ibi poſt glo.Neceſſario infertur,ꝙ omnia ſua iura,quæ prius
habebat in bonis ſibi donatis debent remanere ſalua , & penes
eum libera,& ɔ̃ſr libera,& ſine onere,cuius ɔ̃trium ſequeretur ſi
ipſe aſtrictus fuiſſet fideicommiſſo,non enim fuerunt confuſa
dicta iura per aditionem hæreditatis propter dictum beneficiũ
inuentarij,ut eſt tex.apertus in d.l.fi.§.in computatione,uerſi.ſi
uero,& tradunt ibi glo.& alij docto.oẽs allegantes concordan.
93 & ponit Iaſ.in l.quæ dotis,nu.xliij.ff.ſolu.matri. † Reſpectu
damni euitandi,& ut ſua iura remaneant illæſa,beneficiũ inuen
tarij repoſuit ipſum d.Simbaldum in eo ſtatu,in quo prius erat
ante aditionem,ut expreſſe probatur in dictis iuribus, qui illa-
tam neceſſario infert , ut talia bona debeant remanare libera &
94 abſq; onere fideicommiſſi, ſicut erant ante aditionem. Et et
ſuadetur iſtud per d.l.fi.uerſi.ſin uero,ubi creditores præferunt
legatarijs,& fideicommiſſarijs , quibus etiam debet præferri ipſe
d.Simbaldus,qui in dictis rebus donatis erat creditor , & ſuper
95 illis iura ſua remanſerunt ſalua,confecto inuentario.† Propter
cuius beneficium,eſto ꝙ ſe immiſcuiſſet,poteſt uenire contra fa-
ctum defuncti,ut tradit Alex.conſi.cxxij.ſuper primo,col.pen.
uol.iiij.& plene proſequitur Dec.conſil.cl.xxv.in cauſa illorũ,
col j.& ij.in prin.num.j.ita limitantes d.l.cum a matre,per do-
ctri.Bal.in l.qui ſe patris,col.x,uerſi.item quæritur.C.unde le-
96 git.† Prout etiam limitatur non procedere,quando geſtum &
factum a defuncto eſſet inualidum,nam tunc hæres poteſt ue-
nire contra tale factum,per regul.nun pupillar,de regulis iuris
& argu-

& argumento.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.& tradit Soc.
conſi.lxxix.ſi eſſemus,nu.xlvij.uol.iiij.& ibi,nu.ſeq.etiam alio
modo limitat allegando iura,& Bal.qđ hæres iure permittente
poteſt ꝯuenire,quæ bene applicantur ad caſum præſentem cum
talis diſpoſitio fideicommiſſaria fuerit inualida, & iure permit
tente ipſe d.Sinibaldus non tenetur illam obſeruare,cũ habeat
ſua iura ſalua in bonis donatis,& in illis nõ debeat pati damnũ
97 propter beneficium inuentarij,ut dictum eſt.† Prout etiam d.l.
cum a matre,non obſtabit,qm̃ factum defuncti tenderet in frau
dem & damnum hæredis,uti eſt,& contingit in iſto caſu,in bo-
nis donatis,ſm̃ Bal.in l.j.uerſi.quæro utrum,& Saly.ibi uerſic.
98 ia.C.de reuoc.dona.& ponit Franc.de Cur.ꝯſi.j.in fine. † Nec
obſt.glo.in uerſi.computatione , in l.fi.C.de iure deliber. & ea
quæ per eam dicit Alex.in d.conſ.xxx.uol.vj. Quoniam in caſu
noſtro reſiduum hæreditatis do. Chriſtophori minimè eſt ſol-
uendo,nec in minimo uenit in recompenſationem uetam gra-
uaminis dicti fideicommiſsi,& aliorũ onerum per ipſum Chri-
99 ſtophorum teſtatorem impoſitorum.† Et bene hæres ſimplici-
ter adeundo,potuit ſibi præiudicare qñ teſtator legauit res pro
prias ipſius heredis,ſicuti qđ illas obligauit ſm̃ magis cõem,ut
traditur per Alex.& alios Moder.in l.ſi hæredis ſeruus, de leg.j.
& Alex.ꝯſi.clxxij.uol.ij.& alibi pluries,ſecus autem eſt quando
adiuiſſet cum beneficio inuentarij,ut traditur in deciſ.conſil.
Neapo.cxj fuit dubitatum,col.fi. Nam iſto caſu poterit uenire
ꝯ factum ipſius etiam teſtatoris. Qui ſicuti ſcienter põt legare
res alienas, ita ẽt poterit legare res hæredis, utroq; tamen caſu
confecto inuentario non tenebitur hæres ultra q̃ hæreditas ſit
ſoluendo,nec proprias res præſtare,nec ſoluere æſtimationem
alienarum legatarũ, ex quo per tale beneficium iura ſua rema-
nent illæſa,nec aliquod damnum etiam minimũ debet pati in
ſua ſubſtantia,& quo ad prædicta reponendus eſt in eo caſu in
quo erat ante aditam iuribus,& deciſionibus,quibus ſupra. Et
iſtis modis tollũtur ẽt illa in quibus dicebatur,adeundo debere
adimplere ordinata per defunctũ quia vĩ quaſi ꝯtrahere,& per talẽ
actum præiudicare ſibi,& hæredibus ſuis.Procedunt ẽt quando
ſimpliciter adiuit,uel ſe immiſcuit,ſecus ſi iſta fecit confecto in-
uentario.Quibus omnibus ꝯſideratis, neceſſaria infertur ꝯclu-
ſio & uera,dicta bona donata debere remanere penes ipſum d.
Sinibaldum libera,& ſine aliquo grauamine , & onere. Ex quo
Chriſtophorus pater non potuit in illis apponere fideicom-
miſſum , nec grauamen , nec aliud onus, cum conſignatio di-
ctorum bonorum , quo ad prædicta fuerit libera , & irreuoca-
bilis. Pariſius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de dote lucranda,locum habet etiam in tacita conſtitu-*
tione dotis.
Mulier ſecundo nubens,uidetur marito illam dotẽ conſtituere, quã
prima conſtituit.
2 *Et ſi tertio nubit,uidetur tertio marito dotem illam conſtituere quã*
conſtituit ſecundo, & nu.1.
3 *Attenditur ultimus ſtatus.*
4 *Relatio facienda eſt ad proxima.*
5 *A uerbis ſtatuti exorbitantis,& iuris communis correctorij, non*
eſt recedendum.
6 *Ablatiui abſoluti conditionem important.*
7 *Dictio,ſaltem,eſt diminutiua,& ſubſidiaria.*
8 *Statutum requirens duo,illa debent interuenire,et non ſufficit unũ.*
9 *Publicè factum,quando dicatur.*
10 *Qualitas a ſtatuto requiſita neceſſario debet interuenire.*
11 *Et non ſufficit actum celebrari,ſi non adeſt iſta qualitas.*
12 *Statutum de dote lucranda non habet locũ in matrimonio putatiuo.*
13 *Et caſus comprehenſus in ſtatuto debet eſſe uerus.*
14 *Forenſis an gaudeat beneficio ſtatuti de dote lucranda.*
15 *Et quando in loco ſtatuti non ſubit onera,nec grauamina.*
16 *Et quando ſtatuentes de forenſibus minime cogitarunt.*
17 *Et quando idem diſpoſuiſſent,ſi de illo fuiſſent interrogati.*
18 *Et quid ſi in ſtatuto nulla expreſſa eſt ratio,an forenſes gaudeant.*
19 *Et in lucris dotalibus quæ ſtatuta debeant attendi,uiri an mulieris.*
20 *Domicilium quando conſtituatur per habitationem decennij.*
21 *Et quid ſi ibi non habet maiorem partem bonorum.*
22 *Et ſi non habuit animum perpetuo ibi ſtandi.*
23 *Reſpondetur ad conſi.Deci.283.*
24 *Et per quas coniecturas,dos dicatur tacitè conſtituta.*
25 *Quando dicatur dos repetita tertio marito, quæ fuit data primo,*
uel ſecundo marito.
26 *Statuta interpretationem paſſiuam recipiunt.*
27 *Valet argumentum a communiter contingentibus.*

CONSILIVM XXXIII.

STATVTVM De dote lucranda , & aliud , utrũ
mulier omnia bona ſua.&c.Dño Todeſchino con
cedere uidentur dimidiũ omnium bonorum quæ
habebat dña Angelica , eſto q̃ tertio nubens ipſi
Todeſchino,dotem expreſſe non conſtituerit. Tum etiam qm̃
primo marito,& ſecundo, dotem expreſſe conſtituit confectis
inſtrumentis dotalibus,quo fit,ut etiam attenta diſpoſitione iu
ris communis eidem Todeſchino aſſerto marito talem dotẽ ta-
citè conſtituiſſe uideatur. In qua tacita conſtitutione ſtatutum
1 de dote lucranda locum ſibi uendicare videt. † Vt apertè circa
utrunq; dictum tradit Bar.in quæſt.ſua ſeptima,mulier habens
amplum patrimoniũ,in princ.& col.iiij.uerſi.ad primum dico,
& uerſi.ſeq. Vbi adducendo iura concludit uiduã maiorem ſe-
cundo uiro cenſeri conſtituiſſe dotem,quam primo uiro conſti
tuit,eſto q̃ expreſſe non fuerit conſtituta, qm̃ illa prima, in ſe-
quens matrimonium uidetur repetita,prout idem ipſe uoluit p
illum tex.in l.pen.§.uxor.ff.ſoluto matrimo.& ſcrib.omnes ibi
* * cõiter ſequuntur , & idem firmat circa utrunq; dictum Paul.
de Ca.in l.ſi mulier diuerterit,in §.ff.ſol.mat.& in ꝯſ.cclxxxij.
uiſis,col.ij.uerſi.quantum ad ſecundum,& col.fi.& Bald.conſi.
mihi.cij.Mulierem maritus,uol.iiij.& Cuma.conſi.cix.dña.Ioã
na,col.ij.& Rom.ꝯſi.xliiij.ex ſupra narrato,col.ij.& fi.& conſi.
cccxiiij.in caſu propoſitæ conſultationis,& Bal.nouel.in tracta.
de dote,in vj.parte prin.in lxxj.priuilegio,& Ang.Aret.inſt. de
actio.§.fuerat,nu.xxj.& Modet.Bono.in tract.de dote,in j.par
te quæſt.xxxix.& ſeq.& poſt Cyn.in q.iij.tradit Saly.in auctẽti.
2 ſed q̃mis,col.ſi in.v.q.C.de rei uxor.actio.† Et illi tertio aſſerto
marito non cenſetur repetita , & conſtituta dos tradita primo
marito ſed illa quæ fuit tradita ſecundo,ut innuere vr̃ ſtatutum
prædictum,utrum mulier &c.uerſicu. item dicimus, & de iure
communi illud recipitur,ut ſentit Pau.de Caſtr.in l.in inſulã.§.
fi.ff.ſolu.mat.uerſic.ſed quid ſi inter primum,& idem Pau.in d.
l.pen §.uxor,& eſt text.ibi apertiſsimus , quem ad hoc punctua-
liter conſiderat Bal.nouel.aſſerens in facto aliud habuiſſe , qm̃
primo marito fuit conſtituta minor dos & ſecundo maior, &
tertio marito nulla fuit conſtitutio facta, nam eidem cenſetur
conſtituta,& repetita illa quæ fuit cõſtituta ſecundo, & nõ pri-
mo argumento.l. mella.§.j.ff.de alimen. & cibar.legat.& eorũ
quæ traduntur per illum tex.per Bal.in l.mater.C.ne de ſta.de-
3 fun.† Et poteſt illud ſatis comprobari,qm̃ attendere debemus
ultimum ſtatum.c.de conſultationibus,de iure patrona.cũ alijs
accumulatis per Dec.ꝯſi.cxxvj.in cauſa,in prin. Et etiã quia re-
latio ad proxima regulariter facienda eſt.l.ſi idem cum codẽ,
4 uerſi.fi.ff.de iuriſd.omni.iudic.cum ſimi. † Conſiderata tamen
uera facti contingentia,ꝯtrium uerius vr̃ , & immo ipſi Todeſ-
chino nullum poſsit competere lucrum. Certum eſt enim tale
ſtatutum in ſe non continens aliquam rationem ſcriptam , eſſe
ualde exorbitans , & ꝯtrari iuri communi, cum tollat in parte
uxori liberam facultatem de bonis ſuis diſponendi, quo fit, ut
5 ad unguem,& contextum ueniat ſeruandum.† Et a uerbis ipſius
minimè ſit recedendum,ex quo eſt præciſi fori,& ſtricti iuris.l.
quod conſtitutum.ff.de teſtamen.mil.l.conſtitutionibus.ff. ad
municipa.l.quicquid aſtringendæ.ff.de uerbor.oblig.cum alijs
concord.traditis per Franc.de Cur.ꝯſi.ix.Ticinenſi,col.ij.& iij.
& ꝯſi.xxxv.ſtatuto,col.vij.uerſi.& ſic in ſtatutis, & cõſi.xxxvij.
conſiderato themate,col.iij.in prin.& conſi.lxxviij.dom.Fran
ciſchina,col.iiij. Verba autem præfati ſtatuti de dote lucranda,
& ipſius diſpoſitio, tunc demum concedit lucrum qđ apparet
matrimonium fuiſſe ꝯtractum,ad minus per uerba de præſenti &
per anuli ſubarrationem publice factam,ut eſt uidere ibi, ma-
6 trimonio ꝯtracto,& in uerbis ſubſequen.† Et cum ſint ablatiui
abſoluti, conditionem induxerunt , ut habetur in l.a teſtatore.
ff.de conditione & demon.cum alijs ad plenum accumulatis p
Moder.Papien.in Rubrica.ff.ſolu.matri.Conſequenter tale lu
crum ſub hac conditione d[illegible]etur a ſtatuto,ſi matrimoniu fue-
rit ꝯtractum,puta per inſtrument[illegible] ſcripturas publicas,ſeu ad mi
nus per uerba de præſenti & per anuli ſubarrationem publice
7 factam.† Vt innuit apertè illa dictio,ſaltem ſubſidiaria,& dimi
nutiua,quæ neceſſario infert,ad minus debere probari,& cõ
ſtare matrimonium eſſe ꝯtũ modo,& forma ibi traditis , ut
probatur

probatur in c.ſtatutum.§.cum uero, in fine, de reſcrip.lib.vj.&
no.ibi glo.in uer.ſaltem,& Compoſtel.& Archi.& Gemi.in fi.
& tradit Bar.in l.j.col.ij.nu.v.ff.de iure codicil.& gl.in l.datio.
§.ꝙ ſi p ꝯ emptorem.ff.de actio.emp.At cũ in caſu præſenti,mi
nime conſtare poſsit per inſtrumenta pubblica, uel ſaltem per
uerba de præſenti,& per anuli ſubarrationem publice factam,
aſſertum matrimonium fuiſſe ꝯtractum,inter ipſum Todeſchinũ,
& d.Angelicam,ſumus extra caſum ſtatuti concedẽtis lucrum,
8 † & requirentis illa duo ad minus copulatiue debere probari,
ita ꝙ non ſufficiat de uno cõſtare propter illam copulam,& ut
traditur in l.ſi hæredi plures.ff.de cond.inſti.& in.§.pen.inſt.de
hære.inſti.& in l.ſi quis ita ſtipulatus.ff.de uerb.obli.cum alijs
de quibus per Bart.in l.ſcire debemus, cod.tita.& in l.ſi is qui
ducenta.§.utrum,de rebus dubijs.& per Dec.conſi.lxxix.uiſo
9 col.ij.num.ij.† Et ulterius requirat anuli ſubarrationem,publi-
ce eſſe factam ita ꝙ non clam,nec in oculto fieri ſufficiat,ut tra
ditur in clem.j.§.cum uero,de foro compet.in clem.& in c.ſta-
tuimus,ubi doct.de maled.Nec interuenerit aliquis modus de
quibus,per gl.in uer.publicè,& ibi no.Bar.& alij,in l.ſi finita.§.
j.in fi.ff.de dam.infec.& in clem.j.& ibi Card.de uita, & hone.
cler.nec alius de quo in l.j.§.ſcimus.C.de lati.liber.toll.& in c.
j.de uſur.lib.vj.& in c.qm ſatis,de fil.presby.cum ſimi.Nec ap-
paret aliquod inſtrum, propter quod poteſt dici publicè, iſtud
conſtare,neceſſe igitur erit,ꝙ de iſtis conſtet iuxta formã a ſta-
10 tuto traditam.† Nec poterit ipſe Todeſchinus ſe iuuare bene-
cio ſtatuti,cum non probet prædictam qualitatem a ſtatuto re-
quiſitam,quæ neceſſario ab ipſo probanda eſſet,ſi beneficio di-
cti ſtatuti prætendit gaudere,cum qualitas adiecta ſit delationi
prædicti lucri,argumento eorum quæ habentur in l.in delictis
§.ſi detracta.ff.de noxal.& per Barto. in l.Titius.ff.de t.ſtamẽ.
mil.& in l.ex facto,in ſecunda oppoſi.ff.de uulga.& pupi.& per
Soc.ꝯſi.xix.nu.iij.& ꝯſi.lxxxj.nu.xij.uol.iij.& per Dec.conſi.v.
11 num.iiij.† Nedum enim ſufficit actum interuenire,quinimmo
neceſſario interuenire debet,& probari qualitas ipſa requiſita,
ut traditur in c.ubi periculum.§.cæterum, de electio.lib.vj.&
per Alexã.conſi.j.uol.iij.& Fran.de Cur.conſi.lix.Dux Philip-
pus,col.vij.uerſi.tum quis,& conſi.lxvj.ſapienter,col.antepe.in
princ.& tradit Barto.in l.j.§.ait ꝓtor.ff.ne quid in lo.pup.& in l.
iiij.§.prętor ait,in fin.ff.de dam.infec.& in l.j.ff.de cond.ex le.&
Bal.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc.& cleri.Cum alijs
adductis per Soc.conſi.xxvij.uiſis,nu.xiiij.& conſi.lxv.conclu-
ſio,num.iiij.uolu.iiij.& alibi pluries,& Corn.ꝯſi.lxxxvij.uiſis
actis,col.ij.uol.iij.& Fran.de Cur.conſi.xvj.xvij.& xviij.& De-
cius conſi.ccxxij.uiſo puncto,nume.ij.& conſ.cclx.ſuperioribus
nu.ij.& conſi.ccclvj.in cauſa,num.iiij.cum alijs concordantijs.
12 † Deficiente itaq; probatione qualitatis prædictæ, merito ceſ-
ſare debet lucrum,& acquiſitio partis dotis,cum potius iudicã-
dum ſit fuiſſe matrimonium non uerum, ſed putatiuum, quod
minimè afferre poteſt lucrum dotis, uirtute ſtatuti, etiã ſi illud
detegatur poſt mortem mulieris,ut tradit Bal.in l.j.C.de cõdi.
ob cau.& Saly.ibi Pau.de Caſt.& Roma.& ibi Mod.in l.ſi a.to
nuptias.ff.ſolu.matri.& firmant.Cano.in c.j.extra de dona.int.
uiri.& uxo & plenè proſequitur Bal.nouel.in dicto tract.in un
decima par.principali,colum.mihi.lxj.uerſ.vj.differentia, alias
13 fol.lxxiij.col.j.† Maximum enim circa hoc lucrum conſiderat
ꝙ caſus ſtatuto comprehenſus debet eſſe uerus,ut tradit Bal.in
d.l.j.& Moder.Bononien.in dicto tract.in ult.par.quæſt.ix.Et
ideo ſm Bal.ibi ſtatutum deferens tale lucrum,non habebit lo
cum in matrimonio imperfecto,nec in matrimonio illicito,ſm
Fely.in c.iurauit,circa fi.extra de proba.& tradit gl.in l.ſallus.
§.an etiam.ff.quod cum fal.tuto.quanto ergo fortius,quoniam
non probatur matrimonium ꝯtractum,ſm formam, & qualitates
14 ab ipſo ſtatuto traditas.† Rurſus aduertendu eſt,nam ipſe To-
deſchinus nõ erat originarius Ciuitatis Bononię.nec etiam ibi
conſtituerat,nec habet domicilium ꝓpter forenſis fuit,& eſt,quo
fit,ut beneficio dicti ſtatuti minimè poſsit gaudere, ſm coem,
& ueram concluſio.traditam per Barto.in tract.repreſal.in v.q.
principali, & in l.cunctos populos.C.de ſum. Trin.& fidecat.
* quę * cõiter ſequuntur ſcrib.ibi,maximè Caſtalu.cat.xxj.uerſ.
illud etiam ſcias,& Pau.de Ca.in l.omnes populi,in fi.ff.de iuſt.
& iu.& ibi repeten.car.pen.& fin.& Ang.conſi.lxxiij.ꝙ dicta,
& Alberi.de Roſa.in j.parte ſtatutorũ.q.ix.& Pau.de Caſt.cõſi.
cccbij.ſtatutum,& Roma.cõſi.ccxxij.iſta captura,& bene per
Alex.ꝯſi.xliiij.colum.ij.iiij.& v.uerſi.cum ergo,uol.v.& conſi.
cxx.nu.ix.& conſi.xlj.uol.vij & per Soc.conſi.ccxxxj.colum.vj.
uerſi.præterea,uol.ij.& conſi.cxxviij.col.j.uolu.iiij.& per Dec
conſi.cxiiij.& pro tenui,colũ.ij.& conſi.cclxxxiij.& diligenter,
15 col.pe.& uerſi.non ob.† Cum enim in dicta Ciuitate nõ ſubeat
onera, nec grauamina, minimè gaudere debet beneficio dicti
ſtatuti,argumento.l.cum qui ff.de iu.iuran.& l.ſm naturam.ff.
16 de reg.iu.& c.qui ſentit,de reg.iur.lib.vj.† Et mens ſtatuentiũ,
nullo modo poteſt applicari ad iſtum ſenſum, ꝙ forenſis debe-
ret gaudere beneficio dicti ſtatuti,qui illud condiderunt in be
neficium ſubditorum,qui in alijs grauabantur, nec cogitarunt
de ipſis forenſibus ut tradit Bart.in l.ſeruo legato §.ſi teſtator,
17 de leg.j.& plenè per Soc.ꝯſi.v.pręſens,uol.j.† Et etiam quia ſta-
tuentes,ſi de hoc fuiſſent interrogati,utiq; idem diſpoſuiſſent,
forenſes.ſ.non debere gaudere beneficio dicti ſtatuti,& iõ ha-
beri debet pro expreſſo,iuxta gl.in l.tale pactum § ſi.ff.de pac.
& ibi Bal.& ſcriben.no.alleg.concor.Fran.de Cur.conſi.j.col.
iiij.in prin.uerſi.& ideo,& conſi.ix.col.v.in prin.uerſic.& ꝓ iſta
parte,& conſi.lxviij.col.pen.uerſi.immo ſi ſtatuentes,& Alex.
18 conſi.cxliiij.uiſo themate,in fi.uol.vj.† Et quia in ſtatuto,nulla
exprimitur ratio qua moti fuerint ad ita ſtatuendum & licet
plures poſſent conſiderari, quæ ita militarent in forenſibus, ſi-
cuti in ſubditis,tamen non propterea dicere debemus forenſes
poſſe gaudere beneficio ſtatuti,quia ſi hoc eſſet ſequeretur de-
ſtructio communis concluſionis,de qua.ſ̃. uolentis forenſes nõ
gaudere.Nam non procederet quando ratio ſtatuti locũ habe-
19 ret in illis,cuius ꝯtrium eſt ipſa ueritas.† Item ſequeretur deſtru
ctio alterius communis concluſio.diſponentis in iſtis lucris do
talibus debere attendi ſtatuta domicilij ipſius uiri, & non mu-
lieris,ut tradit Bar.in d.l.cunctos populos & ibi ſcrib.maximè
Fulg.& Bar.& alij, in l.exigere dotem.ff.de iudic.Cano.in c.j.
extra de ſponſal.Deci.conſi.xix.& pro tenui,in princ.Quæ non
eſſet conſideranda,ſi ratio ſtatuti eos caperet. Quoniam ipſius
beneficio poſſunt gaudere etiã ſi in domicilio uiri,uel loco ori-
ginis nihil diſponeretur,ſed ideo forenſes non gaudent, quia
ſtatuentes de eis non cogitarunt tanq̃ non ſubditis, nec parti-
cipantib. in oneribus cõmunibus,& publicis,ex quo nihil ad
nos de his quę foris ſunt non obſtante quacunq; ratione mili-
tante in ipſis forenſibus,qui nõ excluduntur cauſa rationis eos
non comprehendentis,ſed alijs de cauſis,& reſpectibus,ut dictũ
eſt,quæ ultra prędicta traduntur per Bar.& alios in d.l.cũctos
20 populos,& in alijs locis,& ꝯſi.ſ̃.deductis.† Nec poſſumus con-
ſiderare,ipſum Todeſchinum conſtituiſſe domicilium Bono-
niæ,propter quod tale lucrum poſſet conſequi,cum per decem
annos continuos,minimè hic habitauerit,ad tradita in l.ij.C.de
incol.lib.x.per glo.Bar.& alios,in l.lex Cornelia.§.ſi tamen.ff.
21 de iniur.& in l.non utiq;, & l.domicilium.ff.ad municip.† Et
quia Bononiæ,nedum non maiorem partem bonorum ſuorum
quinimmo nihil ferè habebat,ut traditur in locis præalle.& per
Fely.in c.poſtulaſti.nume.j.de foro compet.& in c.dilectus,il ij.
de reſcri.& Mar.a.Soci.in c.ſi.extra de foro compe & Ang.ꝯſi.
xxvij.pro deciſio.col.ij.uerſi.item non.& Cyn.in l ij.C.ubi ſe-
22 nato.† Et etiam quia non habuit animum perpetuo habitandi
Bononiæ cum hinc inde ſemper uagauerit,& huc, & illuc alio
ſe contulerit,ut dicit Maria.in d.c.ſi.in vj.q.princip.& Bart.in
d.§.ſi tamen,& Fely.in d.c.dilectus,col.viij.uerſi.ſecundo limi-
ta,& Areti.& Barbat.in c.quod clericis,de foro competen.Nec
onera aliqua Bononię ſubſtinuerit,uel ſuſtineat,ut dictum eſt,
nec aliqua probabilis coniectura poſsit haberi, per quam do-
micilium uideretur hic conſtituiſſe,uti traditur in locis,& deci.
ſupra adductis.Quo fit ut uere forenſis debeat iudicari,& in cõ-
ſequentiam neceſſariam gaudere minimè poterit beneficio di-
23 cti ſtatuti,nec conſequi tale lucrum,ut dictum eſt.† Nec iſtis
habent obſtare ea quę in ſimili caſu adducit Dec.in d.conſil.
cclxxxiij.col.v.& ſeq.nu.ix.& alijs.Vbi innuere vr̃ forenſem poſ
ſe gaudere beneficio dicti ſtatuti.Nam aduertendum eſt,qm in
illa ſua conſultatione,contingentia facti longe ſatis differebat
a præſenti.Nam ille maritus de quo ibi,non erat uere forenſis,
uti eſt ipſe Todeſchinus habebat enim priuilegium ciuilitatis,
ut aperte dicit ibi ipſe Dec.col.pe.uerſi.non obſtat. Item iam
fecerat,& conſtituerat domicilium in ciuitate uxoris, & dubiũ
erat an deberet attendi illud, an uero domicilium originis, ut
ipſe ſentit aperte,ibi col.pen.uerſi.non obſtat dum,quod maxi
me concurrit hic.Prout etiam ibi ille maritus habebat animu
perpetuo ibi habitandi.prout iam habitauit, & inde nunquam
diſceſsit,& ex pluribus coniecturis ibi per Deci. adductis illud
colligitur,ut poteſt uideri col.v.vj.& duobus ſequẽ.Cuius con

trar

trarium ferè in totum apparet fuiſſe factum, & in præſenti eſſe
in ipſo Todeſchino, Et ibi matrimonium fuit rite, & rectè con-
tractũ, & ſeruata forma & qualitate a ſtatuto tradita, cum a con
trarium uiget in caſu præſenti, ut dictum eſt, unde ex iſtis, ita
diuerſis minime inferre poſſumus ad caſum præſentem. l. natu-
raliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ. cum uulg. Et inſuper
iſtis accedat, quoniam nedum aliqua dos fuit conſtituta d. To-
deſchino, quinimmo nec de dote, ullo unq̃ tempore fuit uerbũ
aliquod factum. Et ꝙ fortius, ipſe Todeſchinus toto tempore
quo uixit dicta dña Angelica, nihil de bonis ipſius adminiſtra-
uit, nec unq̃ ſe imiſcuit adminiſtrationi ipſorum bonorũ etiam
in minimo, nec aliquos fructus de bonis ipſius do. Angelichæ
recepit, omnia enim gubernabat ipſa, & adminiſtrabat, & per-
24 cipiebat, & de perceptis ſuo arbitrio diſponebat. † Quibus cõ-
ſideratis, attenta diſpoſitione iuris communis minime poteſt
dici aliquam dotem tacitè conſtituiſſe, ex quo ceſſant coniectu
ræ quibus poſſet dici conſtituta, ut tradit Barto. in dicta ſua di-
ſputa. & Aret. in d. §. fuerat, nu. xxj. & Moder. Bonon. in tracta.
de dot. in prima parte principali, in xiiij. priuilegio, in tertio ca-
25 ſu, in fine. † Nec poteſt dici repetita, & conſtituta dos data pri-
mo ſeu ſecundo marito, iſtis conſideratis, ut punctaliter tradit
Bal. nouell. in d. tracta. in vj. parte, in lxxj. priuilegio, uerſi. unde
infertur. & Moder. Bonoñ. vř ſentire in eod. tracta. in j. parte. q.
26 xxxix. † Nec ſtatutum iſto caſu uendicare locum ſibi vř conſi-
derando uerſic. item dicimus, & conſideratis qualitatibus præ-
dictis, & quia iure communi, paſsiuam recipere debet interpre
tationem. l. j. §. lex Falcidia, & ibi Barto. & omnes tradunt. ff. ad
leg. Falcidiam, cum concordã. Infertur etiam, iſtis conſideratis,
nullum uerè, & formiter inter prædictos fuiſſe matrimonium
celebratum, & ꝯctum, ſumpto argumento a communiter, & fre
27 quenter contingentibus, & ſolitis fieri. † Quod ualidum eſt. l.
certi cõdictio §. ſi nummos. ff. ſi certum pet. l. cum dotem, & ibi
glo. pen. C. de iu. dot. l. neq; natales, & ibi gl. C. de probati. cum
ſimi. Communiter enim ueri mariti gubernant, & adminiſtrãt
bona dotalia, & fructus percipiunt, & de illis eorum arbitrio di
ſponunt, nec permittunt in oppoſitum iſta fieri, & geri per uxo
rem. Ex quibus neceſſario inferre poſſumus dictum Todeſchi-
num non poſſe conſequi lucrũ aliquod uirtute dicti ſtatuti, &
ꝙ ipſa do. Angelica licitè, & iure permittente, potuit prout fe-
cit, in omnibus dictis ſuis bonis hæredem inſtituere Magnificũ
Pamphilum artium, & medicinæ Doctorem, eius ex ſorore ne-
potem, qui hæres in minimo nõ erit priuandus dictis bonis, nec
parte ipſorum. Pariſius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Cippus domus, quot modis capiatur.*
2 *Cippus, & ſtipes ſinonima ſunt.*
3 *Appellatione ſtipitis, domus ſeu caſata, qui ueniant, & nu. 4.*
4 *Et an capiatur pro familia.*
5 *Et an ſub iſtis nominibus comprehendatur fœmina, et nu. 29. & alijs.*
Dicitur enim de familia, ſi deſcendit ex maſculo.
6 *Cippus domus, capitur pro ſtirpe, generatione, ſeu progenie.*
Fœmina uenit apellatione ſtirpis.
7 *Et appellatione generationis.*
8 *Et appellatione progeniei.*
9 *Cippus domus, capit deſcendẽtes per lineã maſculinã non fœmininã.*
10 *Et an ueniat fœmina deſcendens per dictam lineam.*
11 *Et quid ſi apparet de contraria mente teſtatoris.*
12 *Voluntas teſtatoris obſeruanda eſt maximè in fideicommiſſis.*
13 *Et colligitur ex coniecturis, quæ capiuntur ex uerbis teſtamenti.*
14 *Debet tamen tranſire in diſpoſitionem,*
Et quid ſi mentionem fecit de filijs maſculis.
15 *Per maſculos conſeruatur dignitas domus agnationis, & familiæ.*
16 *Et qualitas maſculinitatis, uno caſu conſiderata per teſtatorem, non capit alium caſum.*
17 *Et conſideratur in caſibus expreſsis tantum, & non in alijs.*
18 *Quod teſtator non expreſsit, non dicitur uelle.*
19 *Qualitas expreſſa in uno capitulo, an & quando cenſeatur in alio repetita.*
20 *Qualitas maſculinitatis limitata, limitatum producit effectum.*
21 *Quando coniectura poſsit capi, ex eo quia fœminæ fuere in modico inſtitutæ, maſculi uero in uniuerſo, & alijs ſeq.*
22 *Neptes ex filio, ſunt melioris conditionis, quàm filiæ propriæ teſtatoris.*
23 *Et quia filiæ nominatim ſunt excluſæ.*
24 *Et quia filiabus expreſsè prouidit, neptibus minimè.*
25 *Et priuatio facta filiabus, non eſt trahenda ad neptes.*
26 *Et quæ non proſunt ſingula, quando, & quo caſu procedat, & nu 27. & 28.*
29 *Fœmina deſcendens ex maſculo, agnata eſt.*

CONSILIVM XXXV.

SI In præſenti conſultatione attendere uolumus di-
cta Ange. Fulgo. Pau. de Ca. & ſequen. in l. fina. in
prin. ff. de uerb. ſigni. & Barba. in repeti. l. cum acu
tiſsimi, col. lxij. uerſi. nota ibi ſobole. C. de fideicõ.
1 † Cippus domus capi dẽt ꝑ ſtipite agnationis deſcendẽtis, aſcen
dentis, & tranſuerſalis gradatim ſm ordinem charitatis, propin
quitatis, & gradus coniunctionis, in quo gradu reperitur conſti
tuta ipſa domina Conſtantia, ut aperte deductum eſt in conſil.
2 † Et ſatis comprobatur, cum ſecundum Ange. ibi, & alios, Cip-
pus, & ſtipes, ſinonima iudicentur, & idem importantia, & ſtipi
tis appellatione ueniant illi, qui ſunt de ſtirpe, de domo, & ca-
ſata teſtatoris diſponentis, cum in omnibus iſtis eadem uigeat
ratio, ut punctaliter tradit Bal. in l. peto. §. fratre, col. ij. uerſic. ij.
3 noto. de leg. ij. & Imo. ibi in fi. poſt Ang. † Et appellatione ſtir-
pis, & domus ſeu caſatæ, ueniant deſcendentes ex maſculis, &
conſanguinei ex iſta parte, & excluduntur conſanguinei ex par
te matris, qui non dicuntur de ſtipite, uel ſtirpe, ſecundum Bal.
Ang. & Imo. ubi. ſ. & Pet. de Anch. in c. ubicunq;, in princip. de
pen. lib. vj. & bene facit text. in l. ſi quis ſuo, in princ. & ibi nota.
Bal. C. de inoffi. teſta. & quę tradit Philip. Fran in repeti. c. ſi pr,
de teſtamentis, lib. vj. colum. pen. uerſicu. xxxj. & ult. & Imo. &
Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, nu. liij. uerſi. & ſubdit. ff. ad
trebellianum, & idem Phil. Fran. ubi. ſ. colum. pen. uerſic. xxix.
4 quid ſi dixerit. † Et capiendo domum pro ſtirpe, & caſata, ut ꝑ
doct. in locis ſuperius adductis, ſeu pro familia, ſm Bar. in l. tu-
telas. ff. de capit. dimi. & per eundem in l. j. ff. ad Syllania. & in l.
pronunciatio. ff. de uerb. ſigni. cum alijs plenè accumulatis per
Imo. in d. §. ſi quis rogatus, col. mihi. ix. & x. uerſi. & ex prædictis
& uerſic. ſi autem. & in alijs ſequen. & per Alex. ibidem, nu. liij.
& per Phil. Fran. ubi ſupra, col. antepe. uerſi. ix. qui dicantur, &
per Pet. de Anch. in d. l. ubicunq;, in prin. & per Moder. Papien.
5 poſt alios in d. l. ſi C. de uerb. ſigni. † Adhuc intentum habemus
ut ipſa do. Conſtantia etiam ſub iſtis nominibus proprie, & ue-
re comprebendatur, ut eſt tex. in d. l. pronunciatio, in fine, ibi,
eiuſdem ultimi genitoris, ſanguine proficiſcitur, & apertiſsimè
probatur per textum, in l. uoluntas patris. C. de fideicõ. ubi de-
ſcendens ex maſculo, dicitur de familia, de domo, ac generatio
ne maſculina, ex qua deſcendit, ut ex illo tex. apertiſsime infert
ibi Io. Petruc. de monte ſper. & diffuſe proſequitur Soci. conſil.
ccxxvij. præſens conſultatio, colum. vij. & viij. uerſi. circa ſecun
dam, & uerſi. quibus tamen non obſtantibus, uol. ij. Vbi ex plu-
ribus ibidem per eum deductis, reſpondendo ꝯrijs, & obiectio-
nibus, concludit, & firmat appellatione familiæ uenire fœminã
deſcendentem ex maſculo, etiam in materia fideicommiſſaria,
eſto ꝙ dicta fœmina eſſet nupta, & alteri deſponſata, per tex. in
d. l. uoluntas patris, quem ibi ita intelligunt Pau. Peruſi. Iaſo. &
6 alij ſcriben. & Franciſ. de Cur. cõſi. lxiij. col. xvj. in fine. † Si uero
ſequi uolumus dicta Petr. de Peruſi. in repetitio. c. Raynutius,
col. lxxvj. uerſi. & quod dicit do. Petrus. Volentis Cippum do-
mus capi pro ſtirpe, generatione, uel progenie, etiam ipſa dom.
Conſtantia, ſub prædictis nominibus reperitur comprehenſa, ut
de ſtirpe iam dictum eſt, & in terminis tradit ipſe Ioan. Pet. de
7 monte ſper. in d. l. uoluntas. † Et generationis appellatione con-
tineatur, ut traditur in l. iuriſconſultus. §. poſteriore. ff. de gradi
bus, & in c. ſtatutum, el ij. & ibi per glo. & doc. de hæreti. lib. vj.
& per Bald. & Benedic. Capra in d. c. ſi pater, circa finẽ, & tradit
ibi allegando alias deciſio. Philip. Fran. car. mihi pe. col. j. uerſi.
quid ſi fiat mentio, & Pet. de Ancha. in d. c. ubicunq;, in princi.
Concludentes ſub dicta appellatione uenire deſcendentes per
8 lineam maſculinam, ut eſt ipſa domina Conſtantia. † Quæ a for
tiori etiam uenit appellatione progeniei, ut traditur in l. fin. C.
de emancip. libe. & per Bald. & Benedic. Cap. in d. c. ſi pr, circa
finem. & Phil. Fran. ibi car. pen. col j. uerſicu. iiij. qui ueniant, &
9 Petr. de Ancha. in d. c. ubicunq;, in princ. † Si poſtremo capere
uolumus appellatione Cippi domus, uenire ſolum illos qui de-
ſcendunt per lineam maſculinam, non autem fœmininam ſecun
dum Pet. de Peruſi. ubi ſupra. & Philippum Fran. in d. c. ſi pater,
10 car. pe. col. ij. uerſi. xj. qui dicãtur. † Adhuc comprehẽdetur ipſa
do. Conſtantia deſcendens per lineam maſculinam, ut diffuſe
deductum

deductum,& probatum eſt per do.conſultorem, & tradit Ale.
conſi.cxv.circa dubitationem,col.fi.uerſi.iii.poteſt reſponderi,
uol.ii.Et ꝑñr quamcunq; interpretationem datam a Doctorib.
dictis nominibus.Cippum domus attēdera, uel ſequi uolumus.
Verum erit ſub uno quoq; illorum comprehendi, & contineri
ipſam do.Conſtantiam quæ ad tale fideicommiſſum uocata ap
paret cōſiderata uera ſignificatione prædictorum nominum, &
dictorum uerborum ſignificationa attēta, ipſa tanq̄ proximior
in dicto fideicommiſſo alijs uenit pręferenda, ut deductum, &
11 concluſum eſt in conſilio.† Verum qm̄ dici poſſet iſta da plano
procedere,niſi appareret coniecturata mens teſtatoris,uolentis
dicta nomina ſolum comprehendere maſculos,& non fęminas,
etiam ex illis deſcendentes.Quam uoluntatem obſeruare,& at-
tendere debemus, uulgata.l.in conditionibus primum locū.ff.
de condition. & demonſtr.§.diſponat,in aucten.de nuptijs, cū
12 concord.† Et potiſſimum in pręſenti materia fideicommiſſo-
rum,quæ inducuntur ex mente teſtatoris cōiecturata, ut habet
in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad trebellia.& in l.eum uirum.C.
da fideicom.& in l.pen.de leg.j.& in l.cum proponebatur, & l.
13 qui ſolidum,ubi Bart.de lega.ii.cum ſimi.† Tamen circa iſtud
aduertendum eſt,quia obiectio locum haberet, & procederet,
quando coniecturę colliguntur ex teſtamēto,& ex uerbis in eo,
per teſtatorem prolatis,aliàs ſecus,ut tradit Bal.in l.ſi pater, in
iiii.q.C.de inſti.& ſubſti.ſub condi.fa.& in l.unica.C.ut act. ab
hære.& contra hære.cum alijs adductis per Soc.conſi.vj.in præ
ſenti,nu.ix.& conſi.cxvj.in cauſa filiorum,ubi proprie in termi
nis noſtris loquitur,col.j.nume.ii.& col.vj.uerſi.ad ultimū, uol.
iii.& per eundem in l.cum auus,in fin.& in d.l.hæredes mei.§.
cum ita,col.iiii.uerſi.aduerta tamen.ff.da condi.& demon. Si
enim coniecturæ non poſſunt hoc modo colligi,non ſufficit di-
cere mentem teſtatoris fuiſſe talem,nec quod teſtator ita diſpo
fuiſſet ueroſimiliter,ſi de hoc fuiſſet interrogatus, iuxta ea quæ
14 ponit gl.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pactis, cum ſimi.† Eſt enim
neceſſe,quod uoluntas teſtatoris tranſeat in diſpoſitionem,nā
aliàs in mente retenta,nihil operaretur, ut aſt text.apertus in l.
quidam cum filium.& in l.quoties.§.tantundem,& ibi no. Bal.
& Imo.ff.da hæred.inſti.& facit l.ſi maiores.C.de tranſac.& l.ſi
repetendi.C.de condi.cau.da.& bona deciſ.Bald.in l.unica.C.
de his qui ante aper.tabu. & quam plura alia adducta per Soci.
ubi ſupra,& plenè hoc proſequuntur Alexā.& Iaſ.in l.iii.col.ii,
C.de liberis præteritis,& Deci.conſi.clix.caſus, col.iii.nume.v.
& alibi pluries.Vnde in caſu pręſenti,ſolum uidendum erit, an
militent in ipſo teſtamento, & ex uerbis in eo prolatis, aliquæ
coniecturæ,propter quas poſsit colligi mentem ipſius teſtatoris
fuiſſe ad fideicommiſſum uocare omni tempore maſculos tan-
tum,& non fœminas,ex maſculis deſcendentes, per id tempus
quo uitam ducunt,ut in conſi.apparet deductum. Et quidem
conſideratis illis uerbis,ſubſtituit Cippum domus ipſius teſta-
toris,iſtud minimè firmare poſſumus quoniam uera ſignifica-
tio prædictorum nominum quocunq; modo cōſiderentur, ita
capit,& amplectitur ipſam dominam Conſtantiā deſcendentē
ex filio teſtatoris per lineam maſculinam, ſicuti & alios agna-
tos,ut deductum fuit ſuperius,& per dominum Conſultorē ap
paret concluſum,ſi autem ſingula uerba per teſtatorem prola-
ta iuxta iſtud ad unguem conſiderare uolumus, erit idem con-
15 eludendum.† Teſtator enim ipſe uniuerſalem hæredem filium
ſuum inſtituit,cui ſine filijs maſculis decedenti,Cippum domus
ſubſtituit,& exprimendo dicta uerba,filijs maſculis, uř primo
dicendum iſtud feciſſe ea de cauſa quia conſiderauit maſculini
tatem,ut bona ſua conſeruarentur in agnatione, & penes ma-
ſculos,per quos,& non per fœminas conſeruatur dignitas do-
mus,ut traditur in l.j.§.pen.ff.de uent.inſpi.& in.§.cæterū,&.§.
media.inſti.de legi.agna.ſuc.& per Io.And.in addi.ad Spec. in
rub.de teſta.& in rubrica de ſucce.ab inteſta.& per Pau.de Ca.
conſi.laxia.& per Soc.conſi.xii.præſens conſultatio,colū.j.& ii.
uolu.iii.& Deci.conſi.ccxxvij.in caſu,col.iii.Nam uerū eſt teſta
torem in filijs maſculis filijs ſui hæredis inſtitutis,& ſic in ius ne
potibus ex filio,iſtud conſideraſſe,& eo caſu quo extarent præ
tuliſſe neptibus,& fęminabus,& dictos nepotes maſculos, ſi in
rerum natura eſſent, prætuliſſe omnibus ſubſtitutis,ut in l.fi-
16 liusfa.§.cum quis,de leg.j.cum concordan.† Verum quia caſus
iſte non contingit,ex quo non extant nepotes maſculi ex filio,
talis qualitas, & coniectura maſculinitatis conſiderata per te-
ſtatorem dicto caſu,qui non contingit,& defecit trahenda nō
eſt ad alium caſum præſentem,ut ſubſtituti illi tantum dicant,
qui reperiuntur maſculi de Cippo domus teſtatoris.Cum caſus
iſta ſit ſatis diuerſus a primo præcedenti,in quo tractabatur de
deſcendentibus maſculis ipſius teſtatoris,ad quos per eundem
habebatur affectio,etiam ad excluſionem fęminarum deſcen-
dentium ex ipſo teſtatore,quæ non uigent in pręſenti capite ſe
cundo.In quo tractatur de admiſsione tranſuerſalium ad exclu
ſionem fęminarum deſcendentium ex teſtatore per lineā ma-
ſculinam,ut tradit Pau.de Caſt.conſi.lxxvij.Caſus iſte frequen
ter contingit,& plenè per Alex.conſi.xxviii.perſpectis,nume.
iii.& iiii.& col.iii.nu.vj.uol.vj. Vbi apertè concludit qualitatē
maſculinitatis expreſſam in uno capite, non trahi ad aliud ca-
put,nec ad aliud cenſeri repetitam, etiam ſi extaret ſtatutū ex-
17 cludens fœminas, & reſpondet obiectionibus contrarijs.† Et
quod talis maſculinitatis qualitas,in uno caſu expreſſa, nō tra-
hatur ad alium,firmat Soci. in terminis noſtris in d.conſil.cxvj.
col.iiii.& v.uerſi.quæ omnino,& etiam conſi.lxii.uiſo capitulo
col.fi.& conſi.lxxvij.uiſis,& conſi.ciiii.quoniam,colū.antepen.
uol.iii.& conſi.lj.uiſa,uolum.iiii.& tradit Fran.de Cur. conſil.
xlii.teſtator Auguſtinus,colu.viii.& ſeq.& diffuſiua conſi.lxiii.
antiquiſsima,col.xj.& ſeq.& Deci.conſi.lxxxix.uiſo pūcto, col.
ii.& conſi.cccix.uiſo puncto,col.iii.& fi.uerſi.non obſtat ſi di-
catur.& per eundem conſi.lxxxvii.& cccxiiii.& ſeq.& per Ale.
conſil.lxxxvij.uolumine.ii. Vbi accumulatè tractatur,& con-
cluditur, quod qualitas maſculinitatis, ſolum uenit conſi-
deranda in caſibus prouiſis,& expreſsis,non autē in alijs omiſ-
ſis,& ſic ad cām præſentē,dicta qualitas maſculinitatis,conſide
rata,& expreſſa,erga deſcendentes teſtatoris nullo pacto cenſet
18 repetita in iſto caſu præſenti,in quo fuit omiſſa.† Nam ſi teſta-
tor iſtud uoluiſſet,expreſsè uocaſſet Cippum domus exiſtentē
penes maſculos,prout iam dixit in capite præce.reſpectu deſcē
dentium,& cum hoc non expreſſerit,omiſit,& uoluit diſpoſitio
nem ſuam terminari ſecundum iura communia diſponentia ap
pellatione Cippi domus,etiam comprehendi fęminam deſcen-
dentem a maſculo,& per lineam maſculinam,ut deductum fuit
ſuperius,argumento.c.ad audientiā.de decim & l.j.§.ſin autem
19 deficientis.C.de cadu.tollen.† Per quæ iura Ioā.de Ana.conſil.
xxii.ad approbandam,in fine,concludit qualitatem aliquam in
uno cap.expreſſam,non cenſeri in alio repetitam,ut etiam uult
Pet.de Ancha.conſi.cxix.pro clariori,in fi.& Soci.cōſi.ccxxvij.
præſens conſultatio.col.fi.uol.ii.& dicto conſi.cxvj.col.vj.uer-
ſiculo,præterea in pluribus,& alibi pluries,& ad plenum proſe
quitur Fran.de Cur.aſſerens hanc eſſe communem in d. conſil.
lxiii.col.xj.& xii.& firmat ita Deci.ſeipſum declarando in his,
quæ alias conſulendo dixerat in cōſi.ſuo nouiter impreſſo.xiiii.
20 in teſtamento,col.pen.nu.xix.alias conſ.ccccxvj.† Et etiā quia
talis qualitas maſculinitatis,limitata ad deſcēdētes teſtatoris ma
ſculos,limitatū produxit effectum,& ad aliud non uenit exten
denda,argumento.l.in agris.ff.da acquirē.re.domi.& l.milites
agrum.ff.de re mili.cum aliis accumulatis per Fely.in c.cum or
dinem,col.v.& ſequē.de reſcri.& in c.poſt ceſsionem, col.ii.de
proba.Ex quibus patet dictam qualitatem,& coniecturam ma
21 ſculis in caſu præſenti nihil opitulari.† Et ſi quis capere uellet
coniecturatam mentē dicti teſtatoris,ex illis uerbis. In quibus
filias proprias inſtituit particulariter in dotibus,& ipſas a reli-
quis omnibus bonis penitus excluſit,a fortiori uoluit excludere
neptes ex filio,argumento eorum quæ traduntur in l.qui filia-
bus in prin.de leg.j.& in l.ſi uiua matre.C.de bo.mater.& tra-
dit Fulg.& Pau.de Caſt.in l.j.C.de condi.inſer.cum aliis addu-
ctis per Fran.de Cur.in dicto conſi.lxiii.col.ix.& x.uerſi.ii.prin
cipaliter obſtare uidetur.& per Soci.in dicta l.cum auus.colū.
22 xliii.& ſeq.uerſi.iii.quæritur.† Poteſt adhuc ultra adducta per
d.conſultorem obiectio iſta ex pluribus tolli, & primo ex his
quæ adducit Alex.in dicto conſi.xxxviii.uolum.vj.colū.iiii.nu.
vii.ubi firmat,neptes ex filio eſſe melioris conditionis, quā pro
prias filias ipſius teſtatoris,ex quo eas expreſſe excluſit, neptes
autem minimè,qm̄ maiorem affectionem potuit habere ad di-
23 ctas neptes,q̄ ad proprias filias.† Et ſatis iſtud poteſt colligi
in caſu præſenti,ubi nominatim filias proprias excluſit, ꝙ mini
mè erga neptes fecit,propter quod uř illas prędilexiſſe ſicut præ
dilexit maſculos parentes ipſarum,ut tradit etiam Soci. in d.l.
cum auus.col.pręal,uerſi.iiii.dicebatur.& uerſicu.v.in conſi.&
24 col.xlii.in prin.& in d.conſi.cxvj.col.vii.& viii.uol.iii.† Prout
etiam obiectio tollitur ex dictis per Soc.conſi.ccxxvii. uolu.ii.
col.xj.uerſi.non obſtat quarta ratio.& col.pe.& fi.uerſic.præte-
rea dici poteſt,uolentium argum.& con ſequentiam ceſſare, ex
quo

25 quo filiabus expreſſe prouiderat,neptibus ſecus. † Prout etiam
coniectura ceſſat alijs ad plenũ deductis per Fran.de Cur.d.ↄſ.
lxiii.col.xii.& ſeq.uer.non obſtat ſecunda obiectio.potiſsimũ,
uerſic.v.reſpondendo.& alijs ſeq.ubi uult quod priuatio & ex-
cluſio facta de filiabus non debet trahi ad neptes ex filijs,deciſ.
& iuribus,per eum ibidem adductis,& colligitur ex alijs per me
deductis in alio conſi.edito tridenti,ex quibus oſtenditur aſſer-
tam coniecturã,ex dictis uerbis a teſtatore prolatis,non eſſe in
26 caſu præſenti cõſiderabilem.† Nec dicatur prædictas coniectu-
ras,ſaltem ſimul iunctas inducere probationem uoluntatis de-
functi teſtatoris ad fideicõ.potius cupientis,& uolentis, uenire
agnatos maſculos,quàm fœminam agnatam,pro tempore,licet
unaqueq; coniectura de per ſe, & ſeparatim conſiderata talem
mentẽ nõ probaret,iuxta illud,ut quæ non proſunt ſingula,&c.
ut per gl.ubi ſcrib.no.in l.inſtr.C.de prob.& per gl.in c.cauſam
extra eo.tit.& per Can.plenè.in c.ueniens.il j.ex̃ de teſti.& per
27 Bar.& alios in l.admonendi.ff.de iu.iur.† Obiectio.n.iſta pro-
cederet qñ unaqueq; coniectura de per ſe perfecta eſſet in ſua
ſpecie,ita quod induceret probationem mẽtis,& ſi nõ, plenã,tñ
ſemiplenam,ſecus aũt erit qñ unaqueq; de per ſe eſt imperfecta
tunc.n.non debent ſimul iungi, & ſi ſimul iungerentur,adhuc
28 minus probarent coniecturatam mentem.† Et ita declaratur
& interpretatur illa regula,ut quæ non proſunt ſingula &c. ſm
Bal.quem ibi ſequuntur ſcriben.in l.ſi quis ex argentarijs.§.j.ff.
de edend. & in l.ſpadonem.§.iiij.ff.de excu.tut.& ita firmat d.
Ant.& alij,in c.licet.extra de teſti.& Fely.poſt alios in d.c.ue-
niens & Alex.conſi.cl.in fi.& conſi.ſeq.uol.v.& alibi pluries,&
tradit Iaſ.allegando alias deciſ.in d.l.admonendi.car.xxiiij.col.
29 mihi prima,uerſi.iſtam concluſi.nota.limi.† Quibus omnibus
conſideratis inhærendo dictis præfati d.conſulto. dico ipſam
d.Conſtantiam,tanq̃ uocatam uenire ad dictum fideicom. pro
eo tempore quo uitam ducit ut concluditur in d.conſi.ad quod
ea quę adducit Alex.conſi.v.conſideratis,col.fi.uerſi.præterea,
& conſi.lxxxix.Circa primum.col.fi.uerſ.non obſtat ſtatutum.
uol.vj.& faciunt no.per Lap.alleg.cix.in.q.propoſita. colũ.ij.&
iij.Et ad conſi.Soci.lj.uol.j.& Cor.uidelicet.lv.Pro decio. colũ.
ij.& ſequenti.uol.j.& conſil. xxvj. Videtur,& xlj.Videtur uolu.
iiij.& conſi.cclxxiij.dubia.colũ.iiij.& ſequenti. & conſi.cccvj.
Videtur,col.j.uol.iiij.ſatis congrue reſpondetur per d. Conſul-
torem,dum uoluit appellatione Cippi domus uenire agnatos
quibus etiam reſponſio clara colligitur ex deductis ſuperius.

Pariſius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas,an & quando poßit condere ſtatuta.*
2 *Statutum excludens matrem a ſucceßione filij,obſeruandum eſt.*
3 *Legitima poteſt per ſtatutum minui,& nu.16.*
4 *Reſeruatũ a ſtatuto,an ſuccedat loco legitimæ,et n.9.10.17.et 19.*
5 *Et an indicetur conditionale,& quãdo & quo caſu,& nu.9.et 10*
6 *Et an in illo reſeruato ſtatuto poßit apponi onus.*
7 *Et grauamen & onus appoſitum reſpectu temporis, an reijciatur, & num.13.*
8 *Et an ſtatutum poßit prohibere ſupplementum legitimæ peti.*
11 *Et an tale reſeruatum tranſmittatur ad hæredes,& nu.12.*
ſolum excludere genus maternum,& non alias fęminas agnatas,
cum limitata cauſa limitatum producat effectum, ſecundum
iura uulgat.& plenè per Fely.in c.cum ordinem.col v. de reſcr.
& in proprijs terminis eſt deciſio Barbat.d.conſi.xvj.colu. ij &
* iij. uol.j. quam tanquam magis * communem ſequitur Albert.
Bru.in d.tract.in vj.artic.princ.in ij.memb.q.ij.in fi.& in iij.mẽ
bro,q.iij.& in viij.artic.princ.q.ix.& eam ſequitur Deci.d.cõſ.
lxxj.col.ij.uer.& per hoc,ubi alias deciſ.adducit, ut etiam facit
85 d.cõſi.cccxxxiij.col.ij.† Et illa dictio,ex linea materna, cauſam
immediatam denotat, ita ꝙ ex illa linea tantum, fiat excluſio,
& non ex alia.l.j.in fi.ff.de incend.rui.& naufra. cum alijs alle-
86 gatis per Mod.in l.in bonæfidei.C.de pac. † Eo ẽt quoniam di-
cta reformatio continet duo capita,incluſiuum, & excluſiuum,
ita ꝙ caput incluſiuum,reſpectiue uenit ad caput excluſiuũ, &
incluſio dicitur correſpectiua ad ipſam excluſionem,expreſſe fa-
ctam,taliter ꝙ incluſio tacite nihil aliud dicitur excludere niſi
perſonas expreſſe excluſas,ex quo ſatis operatur effectum in ca-
pite expreſſe excluſiuo,ut tradunt Bal.Pau.de Ca.& alij doc.in
d.l.illam.& Soc.conſi.xxij.prӕalleg.& ſequitur Dec.in d.conſi.
lxxj.col.ij.& Cor.in d.conſi.cclxxj.col.iiij.uolu.iiij. ubi aſſerit,
quamplures doc.italiæ ibi citatos,ſecutos fuiſſe hanc ſententiã
quę ex ſuperius deductis optimè comprobari poteſt, & cum di-
cta reformatio in capite excluſiuo expreſſo,generis materni,ſa-
tis operari poſsit,& in perſonis ibi expreſſe excluſis caput inclu
ſiuum poſsit habere effectum,& ſit correſpectiuum ad dictas p
ſonas, talis excluſio tacite non poteſt excludere alias perſonas
& ſic fęminas agnatas,& conſequenter ipſam dominã euridicẽ.
87 † Et ſuadentur ulterius iſta,nam uera & * cõis eſt ꝯcluſio,ꝙ qñ
* perſona principaliter & nominatim excluſa a ſtatuto excludit
de iure cõi perſonam non nominatam.& talis perſona principa
liter a ſtatuto nominata nõ eſt in rerũ natura , quia mortua, eo
caſu per tale ſtatutũ pſona nõ nominata,nõ pt dici excluſa, ſm
Bal.Pau.de Ca.Aug.Ale.& alios, in d.l. illam rõnib. ibidem p
eos adductis,& ſequit idem Pau.de Ca.in l.ſi defunctus.C.de le
git.hær.& Ale.ꝯſ.xcviij.Deceſsit olim uol.ij.& Soc. conſi.xxx.
Quamuis.col.vij.uol.j.cum alijs plene accumulatis per Albert.
Bru.in d.trac.in vj.arti.prin.in ij.membro,q.iij.fol.xvij.& ſeq.
ubi inferunt,ꝙ ſtatutũ excludens matrem,& auiã ſtãtibus ma-
ſculis,non excludet amitã,minus nec ſororẽ,qñ mr & auia prin
88 cipaliter in ſtatuto nominatæ nõ ſuperſunt.† Et quia in caſu pſę
ſenti,pſonæ principaliter nominatæ & excluſæ,per dictã refor-
mationẽ non ſuperſunt,merito ipſa dña Euridices a reformatio
ne nominatim minime excluſa,tanq̃ agnata proximior admitti
debet,& cæteris remotiorib.pferri,cũ excluſa dici nõ poſsit. Pa
tet ex iſtis,ꝯſiderato capite excluſiuo pdictæ reformationis,nul
lo mõ poſſe allegari a ſucceſsione fraterna Pamphili.d. Euridi-
cem ſororem excluſam eſſe,ꝯtra ad illam admittenda eſt,ratio-
nibus iuribus, & deciſio.& quampluribus ſuperius adductis.
¶ Nec iſtis habet obſtare,quod ſuperius dicebatur, dictum ca-
put excluſiuũ generis materni,& illud incluſiuũ conſanguineo-
rum ex linea maſculina,extendi ad agnatas fęminas, ex rõne in
ipſa reformatione expreſſa,quæ eſt conſeruatio Cippi domos,ui
gens ad excluſionem agnatarum,ſicuti generis materni,ut ſupe
rius fuit deductum,& in correctiuis,iſto caſu recipi debet extẽ
ſio,ex quo uiget in omnibus iſtis perſonis dicta ratio, in refor-
matione expreſſa,& iſtæ perſonæ, ex ui dictæ rationis expreſſe
dicuntur contineri,& ineſſe in dicta reformatione, ita ut ex ui
intenſiua magis quàm extenſiua comprehenſę intelliguntur, ſe
cundum deducta ſuperius in contrarium,ex quibus uidẽtur ceſ
89 ſare dicta ſuperius in fauorem.d.Euridicis. † Circa quæ primo
aduertendum eſt,quoniam illud quod dicitur ĩ correctorijs ex
ratione expreſſa ſeu ſcripta in ſtatuto,extenſionem fieri, ſeu ca-
ſus ſimiles ineſſe,procedit, & locum ſibi uendicat, qñ extenſio
fieret ad caſum,qui ſublata ſignificatione uocabuli, poterat cõ
prehendi ſub uerbis rationis expreſſę,alias autem ceſſabit exten
ſio,& comprehenſio, licet ratio ſit expreſſa, quoniam ſumus in
correctorijs declaratur quod ſuperius dictum eſt,de ratione ex
preſſa in correctorijs,ſecundum gl.in uer.romana,in clem.audi
tor.de reſcri.iuncto tex.in cle.j.in uer.prælatum.de elect.& no.
doc.ibidem,& eſt de mente Bar.in uer.nec ex catum in extra-
uaganti ad reprimendum.& Imo.in l.ij.§.fi.& in l.in ædibus.§.
j.ff.de dona.& d.§.de uiro.& ita punctaliter dicit Alex.aſſerens
hanc eſſe ueritatem,& reſpondet contrarijs.in l.peregre.§.qui-
bus,nu.iiij.ff.de acq.poſ.& in conſi.xxxix.ſtãtibus,nu.xij.& ꝯſ.
lxxxix.Circa,nu.v.& ſeq & conſi.cxiij.Perſpectis.nu.vij. & cõſ.
ccj Perſpectis.nu.xvj.uol.vj.& hoc idem ſentit Cor.in d. conſi.
cclxxj.col.iiij.uol.iiij.ubi citat quamplures alios doct.iſtud fir-
maſſe,& eſt aperta deciſio Soci.conſi.cxxij.Circa primum, col.
iij.uer.non obſtat ij.ratio.uol.iij.& ſequitur Io.Bapt.de ſancto
Seue.in d.l.omnes populi.fol.xxxv.col.ij.uer.xvj.& ſentit Alex.
in l.Marcellus.in prin.nu.viii.circa fi.ff.ad treb.& licet Iaſ.in d.
auth.quas actiones.nu.xx.dicat gl.in d.cle.auditor. non obſta-
re,tamen ad hoc nihil adducit, niſi locum Imo. qui declaratur
& intelligitur modo quo ſupra, & ſecundum huiuſmodi decla-
rationem ex mente Alex.ueram,nihil obſtabit obiectio ,ex quo
agnata ſoror,ex lata ſignificatione non poteſt comprehẽdi ſub
genere materno,& quia ipſa eſt conſanguinea,& agnata, ex ma
90 ſculina linea deſcendens.† Proue & ſecundo, obiectio minimè
obſtabit,conſideratis illis uerbis dictæ reformationis,taxatiuis
& limitatiuis,poſitis in ſecundo capite excluſiuo, ſed ex mater-
na linea deſcendentibus, quæ in materia correctoria omnino
prohibent extenſionem fieri,eſto ꝙ ratio ſit expreſſa, ſecũdum
Gulielmum de Cun.Cyn.& Bal.in d.auth.quas actiones.col.ij.
quos ſequitur Iaſ.ibi.nu.xx.uer.ij.limita.& ſequuntur nouiſſ.re
peten.in d.l.omnes populi.in vj.quæſt.principali.Bar.in octaua
91 concluſione.† Et licet Bar.in d.l.ſi conſtante.in ix.q.primæ par
tis principalis,nu.xxxvj. & ſeq.plura adducat,ad orationem ta-
xatiuam tendentia an & quando uirtute ipſius poſsit fieri, ſeu
prohibeatur extenſio.ut tradunt etiam alij ſcriben. & repeten.
ibidem,& Aret.in l.ſi mora.in prin.ff.ſol.mat.cum ſimili. & co
rum dicta applicari poſsint,quando uerſamur in alijs diſpoſitio-
92 nibus.† Tamen quando ſumus in materia correctiua, uera erit
concluſio,extenſionem ceſſare propter orationem taxatiuã, &
limitatiuam,eſto ꝙ rõ ſit in ſtatuto expreſſa, ſm Gulielmum,
Cy.Bal.Iaſ.& repeten.ubi ſup.per textum in aut.hæc conſti. In
no:& hoc idem firmat Alex.conſi.clxvij.Viſis. nu.xij.col.iiij.&
conſi.clxxj.Viſis,num.ij.uol.vij.& in terminis noſtris eſt aperta
deciſio Barba.in d.conſi.xvj.col.j.uol.j.quam ſequitur Deci. d.
conſi.lxj.col.pe.in fi.& Alber.Bru.in d.tract.in vj.arti. principa
93 li,in ij.membro,q.ij.in fi. † Prout, & tertio conſiderandum eſt
quoniam in iſta materia extenſiua,latiſsima,& uaria, periculo-
ſum eſt aliquid pro certo affirmare,& ideo tutius eſt in illa in-
hærere deciſionibus,quæ indiuiduo reperiuntur ,& non apſitus
regulis uarijs,ut firmat Io.Bapt.de ſancto Seue.in repetitione.
d.l.omnes populi.fol.mihi xxxiiij.col.ij.uer.iſtis præmiſsis.quẽ
ſequitur Alber.Bru.in d.tract.in vj.arti.prin.in iij.membro, &.
in iij.q.in primo caſu in.fi.Quæ comprobantur re ipſa,& ex di-
ctis per ſcriben.in d.l.ſi conſtante.in prin.& in d.§.de uiro.& in
d.auth.quas actiones.& per do.Ant.in c.fi.de conſuetudine, &
ex his quę ponunt doct. in trac.extenſionum, & conſiderando
deciſio.quas in indiuiduo in pſenti materia habemus, ſuperius
firmatas,& deductas,dicere cogimur extenſionem ceſſare, licet
eadem uigeat ratio,ut eſt illa concluſio,quando nominatim ex
cluſa non extat,& mortua reperitur,& ut eſt alia qñ caput ĩclu
ſiuum eſt reſpectiuum,& habet correſpondẽtiã ad excluſiuũ ex
preſſum,& in illo põt ſuum effectum operari,& ut ſunt aliæ ſigil
latim

latim ſuperius deductæ. In quib.& ſi rō nō ſit expreſſa in ſtatuto
exeludente fœminas,& uocantn agnatos tñ ꝓ expreſſa dēt ha-
beri,cum illa potiſsima,& unica ꝯſideret,ꝯſeruatio uidelicet a-
gnationis familiæ,& Cippi domus,ſm docto.in l.uenia.C.de in
ius uoc. & Bald.& alios in l.maximum uitium.C.de liber.ꝑter.
cum alijs plene accumulatis per Alber.Bru.in d.trac.in iij. art.
94 principali.†Et qñ in ſtatuto,unica tñ rō pōt ꝯſiderari pro ex-
preſſa hr̄,licet non ſit in eo nominatim deſcripta,ſm gl. & doc.
l.quamuis.C.de fideic.cum alijs deductis per Iaſ.in d.aut. quas
actiones.nu.xxij.& diffuſius per Alber.Bru.in d.tract.in iij.art.
principali, & tamen iſtis non conſideratis,in deciſionibus præ-
dictis,prohibita eſt extēſio,ex quo ſumus in correctorijs,& eſto
quod in illis eadem uigeat ratio, cum in indiuiduo ſuper uno
quoque ipſorum habeatur deciſio,& communiter illa teneatur.
95 ¶†Quarto,aduertendum eſt,quoniam dicta reformatio ē cor
rectoria,& ulterius in capite excluſiuo fœminarum,eſt odioſa,
ut dicunt doc.in d.l.uenia.& d.l.maximum uitium,cum alijs al
leg.per Deci.conſi.xiij.nu.vij.uer.iiij.cōſideramus,& tale odiū
deducitur ex pluribus tum quia nutrit odium,inter iſtos qui de
iure communi poterant ſuccedere,argu.l.illud.C.de colla.cum
96 ſi.† Tum quia per tale ſtatutum inducitur quædam exhęreda-
tio,ut dicunt doc.in d.l.illam.C.de colla.& Cor.d.conſi.cclxxj
col.iiij.uol.iiij.iunctis no.in l.cum quidam.ff.de libe. & poſth.
97† Tū ēt quia repugnat uinculo,& ęquitati naturali,nullā faciē
ti differentiā inter maſculos,& fœminas,ſm iura communia &
uulg.& ꝯſideratis iſtis pluribus capitib. odioſa huiuſmodi re-
formatio extendi non debet ēt ex rōne expreſſa,ut dicit Mar.de
Fano.in tracta.ſuarum extēſio.charta ſexta, uerſic.iiij.autem.
98† Quod ꝯfirmatur ex eo quia diſpoſitio odioſa pluribus ex ca-
pitibus maius producit impedimentū quàm odioſa ſimpliciter,
ſm doc.in l.ſi quis in graui.§ fi.ff.ad Syllan. & facit regu. odia.
99 de reg.iu.libro ſexto.†Et illa,quia ubi eſt maius periculum, ibi
&c.ut per illum textum tradunt doc.in l.ſancimus. C.de pœn.
100 † Et illud uulg.ꝙ actus geminatus magis operatur, quàm ſim
plex,ad nota.in l.ualiſta.ff.ad treb.& per Bart.in l.ſcimus. C.de
101 agri.& cenſ.lib.x.cum uulgar.†Et illud,quod duo uincula,ma
gis ſtringunt & anth.Itaque.C.com.de ſucceſ.& in l.j.C.de pac.
102 †Præterea & quinto obiectio prædicta poſſet procedere,qñ ra
tio expreſſa in ſtatuto correctorio eſſet finalis, alias ſecus, ſm
Matheſill.in tract.extenſio.col.ij.qui allegat Io.An.in c.j. de tē
por.ord.in vj.& ſequit̄ Iaſ.in d.aut.quas actiōes.nu.xxij.uer.iij.
limita.& tepeten.nouiſsimi in d.l.oēs populi in vj.q. principali
103 Bar.in octaua limita.†Rō aūt de qua in reformatione ꝯſerua
tionis Cippi domus,pōt ꝯſiderari ut finalis,habita relatione ad
excludendum genus maternum, & ſic limitatiuè ad illud, non
aūt ꝯſiderabitur finalis,ad excludendum fęminas agnatas,nam
ſi reformātes iſtud uoluiſſent utique expreſsiſſent,ſicuti expreſ
ſerunt genus maternum,& non exprimendo, uoluntatis ipſorū
fuit talem rōnē non eſſe finalē indiſtincte,& omni caſu,ſed limi
tatiue,& reſtrictiue ad genus maternum, argumēta eorū q̄ hn̄e
in c.ad audiētiā de decim.& in l.j.§.ſed & deficiētis. C.de cad.
tol.& per Io.de Ana.ꝯſ.xxij.& ponunt Moder.in l.qui filiab.de
104 lega.j.† Eo magis cum in dicta reformatione,& in eius ꝓhę-
mio ponant̄ aliæ rōnes magis generales & per iſtas agnatas fęmi
nas quouſq; uiuunt cōſeruet̄ Cippus domus,ut deduxi ſuperius
& tradit Soc.allegando Bar.Bal.& Lap.in d.conſ.xxviij.col.vij.
105 nu.xxvj.& ſeq.uol.iij.†Et ad iſta bñ poſſunt coadaptari dicta
Bar.i extrauagāti ad reprimēdū,in uer.nec ex eorū,& in l.ij.§.fi.
ubi late Imo.ff. de dona.& p Iaſ.in d.aut.quas actiōes,nu.xxij.
& per Cano.in c.ceſſante.de appel.Ad quod ēt nam mēs dictæ
reformationis fuit tollere ꝯtentiones & lites, & inducere pacē,
ut patet in prohęmio ipſius,quæ rōnes locum ſibi uendicabant
reſpectu generis materni,& reſpectu agnatorū,& illa rō ꝯſeruā
di Cippi domus,ex iſtis neceſſariam relationē habet ad exclu-
dendum genus maternum,pp quod erant ꝯtentiones,& ceſſa-
106 bat unio pacis.†Sexto ꝯſiderandum eſt,quod tunc demum ex
rōne expreſſa in ſtatuto corrigente,fit extēſio,qñ caſus & perſo
næ ad quas uolumus extenſionem facere ſunt ſimiles expreſsis,
uel dependentiam habent ab ipſis,ſuntque & tales,in quibus ra
tionis identitas uiget ſi autem non ſunt ſimiles expreſsis & in
ipſis nō uiget identitas rationis proculdubio ceſſabit extenſio.
iſta maxima probatur per Cyn.in l.j.quæ ſit longa conſuetudo,
& per doct.omnes in dicta auctent.quas actiones & in dicto.§.
da uito.& in d.l.ſi conſtante.& per Bal.in l.quod uero.ff.de le-
gi.& in d.l.omnes populi.& paſſim ubique docto.iſtud firmant

ſed ratio quæ uiget in genere materno.non poteſt applicari ad
agnatas fęminas quæ non ſimilitudinem,ſed diſsimilitudinem
habent cum perſonis generis materni a quibus nullam habent
dependentiam conſequenter inferri non poteſt ex dicto capite
excluſio generis materni ad ipſas agnatas fęminas,nec illa ratio
expreſſa conſeruationis Cippi domus,iſto caſu poterit æquali-
ter in omnibus iſtis perſonis procedere,propter diſsimilitudi-
nē & rōnē diuerſam inter ipſas exiſtentem,& ex diuerſis infer-
107 ri non poteſt iuribus uulgat.†Probātur iſta conſiderata diuer
ſitate nominis,argumēto.l.ſi idē.C.de codici.& inſt.de dona.§.
108 eſt & aliud. † Tum etiam quia genus maternum ſi ſuccederet
defuncto ex tali ſucceſsione bona nō reuerterent̄ ad ipſam agna
tionem,a qua exiuerunt, quod ita indifferenter nō eſt in fęmi-
nis agnatis,quia ſi ipſę ſine filijs decederent, cōſiderato ſtatuto
& reformatiōe,bona remauerēt in ipſa agnatione.Prout ēt quia
aliter ſm diuerſitatē tꝑum,& attēta mēte prudētum,qui medio
tꝑe fuere,de iure,& maximè ꝯſiderata diſpoſitiōe leg.xij.tab.di
uerſa rō ſuccedendi erat in genere materno,& agnatorū, ut tra-
ditur in l.lege.& per doc.in l.ſi defunctus.C.de legit.hęr.& iſt.
de legit. agna. ſucc.§. cæterum. & §.media.& inſt.ad tertull.in
prin.Quam rationem credendum eſt ſtatuentes,& reformantes
ſecutos fuiſſe,dum genus patersuum, prætulerunt generi mater
109 no,ut plenè tradit Soc.in d.conſi.xxviij.uol.iiij.†Prout etiam
diſsimilitudo dat,qm̄ ſoror agnata non habens unde ſe dotare
ꝫ poſsit,dotāda ē a fratre agnato,ut * cōiter poſt Bar tradūt doc.
in l.j.ff.ſo.ma.& ſi a ſtatuto tali ſorori iſto caſu nihil tribueret̄
ꝯqueri poſſet,qđ quidē ceſſat in alijs cognatis generis materni
eo ēt quia uirtute dictæ reformationis ſi agnata fęmina ſine fi-
lijs decederet,illi ſuccederent agnati maſculi,qđ qdē ceſſat in
genere materno.Ad qđ ēt qm̄ in genere materno nullo tꝑe ꝯſi-
derari pōt,nec adaptari ꝯſeruatio Cippi domus,ꝑut optimè ada
ptat̄ ad agnatas ipſas fęminas.ut ꝯcludēter ſuperius oſtendimus.
110 † Ex quib.poſtremo infert̄,ꝙ in caſu iſto ex rōne expſſa i dicta
reformatiōe nō pt̄ fieri extēſio ad excludēdas fęminas agnatas,
ex quo ut extēſio ꝑmittat̄ neceſſe ē,ꝙ i caſu,& pſona ad quā uo
lumus extēſionē facere,nedū uigeat rō expſſa in ſtatuto corrigē
te,ſed ulterius neceſſe eſt, ꝙ nulla alia rō ꝯtrium ſuadeat ,ut fir-
mat gl.per illum textum in c.cōſtitutio.de elec.li.vj.& ſequunt̄
Gemin.& alij ibi,& eſt gl.in uer.pręlatum.in clem.j.de elect.&
ibi no.Card.Zab.q.x.& probatur in l.fi.C.de interdicto matri-
monio.ut declarat Cy.ibi,& Alex.in l.Cēturio.col.iij.ff.de uul.
& pup.& ita firmat Alex.in d.l.ſi conſtante.col.iij.nu.v.& in d.
l.marcellus,in prin.nu.viij circa fi.& Io.Bap.de ſancto Seue. in
repeti.dictæ.l.omnes populi.fol.xxxv.col.ij.uer.xvj.in fin.unde
cum in caſu præſenti ad excluſionem agnatæ fęminæ non mili-
tet tanta & omnimoda ratio,quæ militat ad excludendum ge-
nus maternum,& in iſtis agnatis,ut non excludantur alia rō ꝯ-
trium non ſuadeat,ut deductum eſt,merito ad ipſarum excluſio
nem ceſſare debet extenſio.Non obſtant alia ſuperius in ꝯtrium
allegata,& primo illud de ualiditate ipſius reformationis.Nam
ex plurib.oſtenſum fuit , talem reformationē nō eſſe efficacem
nec ualidā,tum ex defectu ptātis ipſorum reformātium,tum ēt
ex defectu formæ requiſitæ,& nō obſeruatę.tū ēt ex alijs q̄ non
opus ē replicare.Nec obſtat ꝙ dicta reformatio fuerit poſterior
ſtatuto.Nā reſolutio apertiſsima & multiplex data eſt,qua ſatis
apparet ſtatutum in caſu præſenti uocās dñam Euridicem nō eē
correctū per dictā reformationē,ſed uigere & perdurare,& ſm
illud debere iudicari.Ad illud aūt quod dicebat̄ rōnem illā cō-
ſeruationis Cippi domus,de qua in iſta reformatiōe,nō poſſe ad
aptari i perſonā dñæ Euridicis,ſatis plenè rñſum fuit & oſtēſum
poſſe adaptari in perſonā ipſius quouſq; uiuit,quamcūq; ſigni-
ficationē dictorum uerborum ꝯſideremus,& quia hic ſolum agi
tur de ipſius excluſione,& concluſum fuit,ex uerbis dictæ rōnis
& ſignificatione ipſius.modo aliquo nō poſſe dici excluſā, qua
excluſione ceſſante ad ſucceſsionē uocat̄,& de iure cōi & ex di-
ſpoſitione alterius ſtatuti,& ad illud de capite incluſiuo dictæ
reformationis uocante cognatos,& conſequenter excludēte fę
111 minas agnatas.†Et ꝙ genus maternū per agnatas ex linea ma
ſculina excluſum,nō debet iudicari excluſum per agnatas fęmi
nas,ex mente Bar.in l.ij.§ uidēdum.ff.ad tertull.& Io.de Ana.
ꝯſ.iiij.rñſum fuit ſecundum Bal.cōſ.clxiij.uol.j.alias.ccxcv.uol.
iij.& ſecundum Soci.conſi.ccvij.uol.ſecundo,& Alber. Bru.in
dicto trac.in ſexto artic.in ij.membro,in ij.q.& in alijs locis ſu-
perius allegatis.in quibus reprobatur dictum conſilium Ioā. de
Ana.& quia excluſo genere materno,nō cēſent̄ excluſæ agnatæ

fœminæ,& quia adeſt tertia perſona quæ aperit uiam dominæ
Euridici,& ex alijs quampluribus ſuperius ſigillatim deductis.
113 † Nec obſtat illud,ꝙ in materia differenti maſculinum nõ de
bet concipere fœmininum. Nam ſuperius multipliciter oſten-
ſum fuit in caſu noſtro maſculinum concipere fœmininum ex
conſi.Cor.& Alex.& ex alia ratione ſuperius adducta.& etiam
quia hic agitur de excluſione agnatarum,qui caſus omiſſus eſt i
dicta reformatione,& fœminæ agnatæ uocantur & de iure com
muni,ex alio ſtatuto,& quia cõcurrit alia perſona,aperiens uiã
per quam ſumus in materia indifferenti,in qua maſculinum cõ
cipit fœmininum,ut traditur in l.j.ff.de uer.ſig.& per doctores
oẽs,in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om.iud.cũ ſimil.& quia ap-
pellatione conſanguineorum quos uocat dicta reformatio,con
tinentur agnatæ fœminæ iuribus ſuperius deductis.Non obſtat
quod dicebatur de capite excluſiuo generis materni, de quo in
ipſa reformatione,ut ſi ipſa mater,quæ habet potentius ſeu par
ius,dicitur excluſa,a fortiori dicatur excluſa ſoror habẽs ius de
bilius ſeu par,& quia agnati uincunt matrem uincentem agna-
tas, pariter ipſi agnati habent eas uincere, argumento illius
regu.ſi uinco uincentem te &c.Nam ceſſat obiectio ex eo quo-
niam caput incluſiuum eſt correſpectiuum ad incluſiuum tantũ
taxatiuè & limitatiuè,& excluſo genere materno non cenſei ex
* cluſa agnata,ſecundum * communes deciſio.ſuperius deductas
& quia ipſę agnatę non habent dependentiam ex genere mater
no,nec ſubintrant aut ſurrogant in locum generis materni ex-
113 cluſi.ſed ueniunt de per ſe,& alio iure,ut oſtendimus.† Quo ca
ſu ceſſat illa regu.ſi uinco uincentem te &c.ut diffuſe tradũt do
cto.in l.illam.C.de colla.& Soci.d.conſi.xxviij.uol.iiij.& cumu
late per Alber.Bru.in d.tract.in vj.artic. principali tertio mem
bro,q.j.fol.xvij.& ſic ceſſabit illud in quo dicebatur iſtos agna
tos per reformationem uocatos,poſitos cenſeri loco matris, &
114 generis materni,excluſi.† Nam poſiti ſunt reſpectiue & limita
tiue ad excludendum ſolum genus maternum, & ideo non de-
bent agnatas excludere,ſecundum Barbat.d.conſi.xvj.uol.j.&
Soci.d.conſi.cxxij.col.ij.& iij.uol.iij. & d.conſi. xxviij.uol.iiij.
& Deci.d.cõſi.lxxj.col.ij.in fi.& Alber.Bru.in d.tract.in vj.art.
principali in ij.membro q.ij.in fi.cum alijs,de quib. ſupra,& qa
ipſa ſoror in ſucceſſione fratris, non excluditur a matre, nec a
genere materno iuribus deductis in principio huius conſulta.
Non obſtat quod dicebatur rationẽ in reformatiõe expreſſam,
qua genus maternũ excluditur,ita militare ad excluſionẽ agna
tarum ſicuti militat in excluſione generis materni,ex qua ratio
ne expreſſa facienda eſt extenſio, etiam in correctorijs, & ꝯñr
excludi debent a ſucceſſione Pamphili ſorores agnatæ ex ui di-
ctæ rõnis expreſſę, ex quo conſideratur ut genus continens ſub
ſe oẽs fœminas,& ſumus in materia intenſiua, & comprehenſi-
ua,magis quàm in exſcoſiua, Nam obiectio iſta concludenter
euacuata oſtẽdiť ex quampluribus rõnibus & deciſio.ſupra ad
ductis,ex quibus patet ex ui dictæ rõnis expreſſe ipſam dominã
Euridicem non poſſe dici excluſam,eo quoniam in caſu pſenti,
ceſſat talis extenſio,& non ſumus in mãia intenſiua ſeu ꝯprehe
ſiua,ſed in perſona diſſimili,& in qua diuerſa uiget ratio, & de
una ad aliam non eſt inferendum,ut ſigillatim de omnibus dixi
mus.Non obſtat ultimum de uerbis illis taxatiuis quæ etiam ex
tenſionem recipiunt. Nam iſtud minime conceditur in corre-
ctorijs,ut deduximus. eo etiam quia & ſi dicta uerba taxatiua
non fuiſſent appoſita,tamen adhuc idem dicendum eſſet,conſi-
deratis alijs rationibus & deciſio. ſuperius deductis, ex quibus
ſolidiſſima reſultat concluſio, ipſam dominam Euridicem ad
ſucceſſionem Pamphili fratris admittendam eſſe.Pariſi.Bono.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes uocati poſt parentes eorum, non poſſunt dici directi hæredes.*
Ex quo cenſentur uocati gradatim,& non inſimul.
Et iure obliquo tantum ueniunt ut fideicommiſſarij.
2 *Et fideicommiſſarij uniuerſales non ueniunt ante reſtitutionem eis factam.*
Et agere prius non poſſunt.
4 *Nam adeundo contractum patris approbarunt.*
Et quia ſunt hæredes alienantis repelluntur illa exceptione,quem de euictione tenet actio &c.
5 *Et quia non adiuerunt cum beneficio inuentarij.*
6 *Debet probari ſcripturam inuentarij eſſe perditam.*
7 *Et adeuntes cum inuentario,uidentur approbare geſta per defunctum,nec poſſunt contrauenire.*
8 *Si hæres grauatus adiuit ſine inuentario,habet ſalua ſua credita,ſecus quando fideicommiſſarius adiuit ſimpliciter hæreditatem grauati alienantis.*
9 *Petitio hæreditatis,ipſius aditionem præſupponit.*
10 *Et ſi grauatus adiuit,non ex hoc infertur,quod ſubſtituti adiuerint.*
Conceditur ſeparatio bonorum,& hæreditatum.
11 *Aditioni hæreditatis præſcribitur annis triginta.*
12 *Et petitio hæreditatis intentanda eſt a ueris & directis hæredibus.*
13 *Petitione hæreditatis ſpacio annorum.30.præſcribitur.*
14 *Et non datur regulariter contra titulo poſſidentem.*
15 *Et obſtabit præſcriptio annorum decem, ſi poſſidentes iuſto titulo tenuerunt.*
16 *Hæres grauatus, non poteſt alienare bona ſubiecta fideicommiſſo conditionali.*
17 *Et fideicommiſſarij eueniente conditione reuocant alienatã,niſi conſenſerint alienationi.*
18 *Et excluduntur per præſcriptionem annorum triginta,& numero.20.& 21.*
Et incipit currere a die purificati fideicommiſſi.
19 *Res ſubiecta fideicommiſſo,& prohibita alienari tacitè ſeu expreſſe poteſt præſcribi.*
20 *Fideicommiſſarijs obſtabit,præſcriptio anno.30.*
Bona fides in dubio præſumitur.
21 *Et contra fideicommiſſarium negligentem currit ann.30. etiam data male fide poſſidentium.*
22 *Et ſi cauſam habent a primis emptoribus, in bona fide præſumuntur.*
23 *Et ſi non emerunt à prohibito ſed ab alijs,iuuãt præſcriptionem annorum decem.*
24 *Contra pupillos,& minores,quo caſu,& quando, currat præſcriptio,& nu.25.& 26.*
Et quid ſi originem habuit ex actu geſto per defunctum, & nume.25.& 26.
26 *Et ceſſabit reſtitutio, ſi trahit originem ut ſupra,& fuit completa in ætate maiori.*

CONSILIVM XLVIII.

ACTORES Iſti Alex & Robertus prætendunt uẽ
dicare & conſequi poſſeſſionem de qua agitur,tanq̃
hæredes olim,d.Vrſolinæ de Flubis, ut uerba libelli
per eos porrecti clarè indicant, & uere hæredes. d.
Vrſolinæ non poſſunt dici nam ipſa in ſuo teſtõ inſtituit ſuos
hæredes uniuerſales.Bologninum patrem iſtorum agẽtium, &
Peracinum æquis portionibus, & ſucceſſiuè filios nepotes pro
nepotes & deinceps poſteros & deſcendentes dictorum Peraci
ni & Bolognini hæredes inſtituit in ſtirpes, & non in capita, &
poſt mortem dictorum Bolognini,& Peracini,uel alterius ipſo
1 rum.† Quibus conſideratis non poſſunt dici hæredes directi,ut
ꝑtendunt do.Vrſolinę,eodẽ nanq; tpe non poterant in dicta
hæreditate concurrere,cum dictis Peracino, & Bolognino, ſed
gradatim,& ordine ſucceſſiuo dicuntur uocati, poſt mortẽ pri
morum hæredum,& non poſſunt ad dictam hæreditatem ueni
re iure directo ut ꝑtendunt,ſed ſolum iure obliquo,& ſic per fi
deicommiſſum,ut plenè attingunt doc.oẽs.in l.Gallus.§. quidã
recte.ff.de libe.& poſth.ubi q̃ plures alias adducunt deciſio. &
proſequitur Dec.conſi.ccv.In cã iſtorum.& ꝯſ.ccxxxvj.Nõ par
ua.& ſi tanquã fideicommiſſarij, & iure obliquo prætenderent
ꝯſequi dictam poſſeſſionem,ex uerbis dicti libelli ibi ex legiti-
mis titulis,& cauſis,& conſiderata dicta ſubſtitutione fideicom
miſſaria,nec non & alio capite.d.teſtamẽti ꝑdictæ Vrſolinæ in
quo prohibuit alienationem bonorum immobilium, ea cã &
rõne quia uoluntatis ſuæ erat dicta bona in infinitũ tranſire ad
2 deſcendentes & poſteros.d.Bolognini.† Adhuc neceſſe ad imple
re habebat neceſſario requiſita in iure ueniũt nãq; tanq̃ fideicõ
miſſarij uniuerſales,& aliquid minime docuerũt de reſtitutiõe
fideicommiſſi eiſdẽ facta,q̃ præcedere debebat,cũ fideicõmiſſa
rius uniuerſalis,ut ſe prætendunt eſſe iſti,nõ poſſit aliquod iudi
ciũ intentare,non facta prius ei reſtitutione fideicõmiſſi,ad ple
ne tradita in l.reſtituta.ff.ad treb.per Bar.& omnes in l.j.de le-
3 ga.j.cum ſimi.† Prout etiam ipſi tanquam fideicommiſſarij ue-
niunt excludendi,& repellendi,nam hęredes fuerunt & ſunt do
mini bolognini grauati,non alienare,& qui.d.poſſeſſionem uẽ
didit,quo caſu cum dictæ hæreditati.Bolognini alienantis & uẽ
dentis,ſe ipſos immiſcuerunt,& reuocare ulterius nõ poſſunt,
dictam alienationẽ ex quo adeundo & ſe ipſos immiſcẽdo hęre
ditati

diʃati paternæ dicuntur approbare ɔ̄ctum patris celebratum,ſu
per iſta re,in qua habebant ius fideicommiſsi,nec ulterius poſ-
ſunt contradicere.l.ab eo.C.de liber.cau.l.cum a matre. cu ibi
no.C.de rei uend.& ita in terminis determinat Cio.in repeti.l.
ſi filiosfam.§.diui.de lega.j.in pen.q.Bart.conſi.mihi.x. col.uij.
4 uerſi.ij.ex dictis Bar.& uerſi.primus caſus eſt.† Et ulterius quia
hæredes fuerunt & ſunt Bolognini uendentis,& alienãtis.ipſos
a limite iudicij repellit illa exceptio. quem de euictione tenet
actio,eundem agentem repellit exceptio.l.uendicanté.ff.de eui
ctio.& l.exceptione.C.eodem cum alijs plené accumulatis per
5 excellentiſsimos dominos cõſulentes.† Nec ipſi actores poſſunt
hanc exceptionem fugere,aſſerentes hęreditatem Bologuini pa
tris adiuiſſe cum beneficio inuentarij, quoniam illud penitus
negatur, & de inuentario nihil conſtat, ɔ̄ñr uiget dicta exce-
6 ptio &c.† Nam aſſerta ſcriptura quæ producitur inuentarium
probat cauſis & rationibus adductis per dominum Conſulenté,
& quia ex aduerſo minimè probata apparet aliqua amiſsio, &
perditio ſcripturæ continentis tale inuentarium,quod probari
neceſſarium erat.l.ſi.C.de fide inſtrumentorum, & traditur in
7 deciſi.conſi.Neapo.cccxxx.† Eo etiam qm̃ ſe immiſcendo cum
inuentario adhuc approbarunt alienationem factam per patré,
& ulterius non poſſunt contrauenire dictę l.cum a matre. cum
8 alijs ſupra allegatis.† Nam obſtabit deciſi.Bal.Pau.de Ca.Ale.
& Mod.in l.debitori.C.de pact.col.j.& Alex.in l.ita tamen.§.
ex trebelliano.col.ij.poſt Pau.de Ca.ff.ad trebellianum cũ alijs
alleg.per Dec.in d.l.debitori.Nã diuerſo caſu iſti doc. loquunt,
eo.ſ.quando hæres grauatus fideicommiſſo uniuerſali adiuit
hęreditatem ſui debitoris,ſine beneficio inuentarij. Nam hoc
non obſtante ius,& creditum ſuum remanet ſaluum,& integrũ
rationibus,& cauſis ibidem adductis per eos,caſus autem præ-
ſens eſt longè diuerſus,quando fideicommiſſarij adiuerunt hæ
reditatem illius qui grauatus erat fideicommiſſo,& qui aliena-
uit rem ſubiectam fideicommiſſo,quo caſu,omne ius amiſit, ut
dednai potiſsimum ſi inuentarium non confecit, & quia caſus
ſunt diuerſi,doc.& deciſ.illorum doc.ad caſum pręſentem, non
poteſt applicari.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiré.
9 poſſ.cum uulg.† Præterea ſi iſti agunt tanq̃ hæredes Vrſolinæ,
& ſic petitione hæred.certe excludendi ueniunt. Nam minimè
probauerunt aditionem hæreditatis,quod neceſſariũ erat toto
titu.ff.&.C.de pet.hære.l.pro hærede.l.gerit.ff.de acq.hær.ubi
Bar.& alij no.Nec aditio.hæreditatis d.Vrſolinæ facta per Bo-
logni.eis prodeſt,nam non ueniunt ex perſona Bolognini & ti.
hæreditatis ipſius,quam bene adiuerunt,ſed ueniunt ex perſo-
na Vrſolinæ,& titu.hæreditatis ipſius, quam non conſtat ipſos
10 adiuiſſe.† Et licet hæreditas Vrſolinæ uideretur confuſa, cum
hæreditate Bolognini,illam adeuntis.l.ſed ſi plures.§.filio.ff.de
uulga.& pup.& per doc.in l.j.§.ueteres.ff.de acq.poſ.tñ ab. iſtis
actoribus peti debuit ſeparatio bonorum,propter intereſſe,qđ
prętendebãt habere ſuper bonis Vrſolinę,toto tit.ff. de ſepara.
cum concor.& ſeparatio dictarum hæreditatem facienda erat,
& ſucceſsiuè tenebantur adire illam d.Vrſolinæ, & in præſenti
non poſſunt dictam hęreditatem d.Vrſolinę adire,cum a mor-
11 te d.Bologni. decurſi ſunt anni.xl † Et aditioni hæreditatis prę
ſcribitur annis xxx.ut probat tex.iuncta glo.in l.licet.C.de iu.
* delib.ubi Bal.& alij.* communiter illud firmant,& ponit Cor.
conſi.xvij.Circa præſentem.col.vj.& conſi.lxx.Duo.col.ij.uol.
iij.& multa ad id adducunt Mod.in trac.de pręſcrip.in iiij.par.
12 quartæ partis prin.q.ix.fol.xxxvj.col.j.nu.lxxiij.† Eo etiã quia
ſi dicerent intereſſe petitionem hæreditatis,adhuc excludendi
ueniunt cum uere nunquam fuerint directi hæredes d.Vrſolinę
13 ut diximus.ſ.Item quia petitioni hæreditatis præſcribitur ſpa-
cio annorum xxx.l.hæreditatis.C.de pet.hęred.& ibi Bar.poſt
14 glo.† Eo etiam quia talis petitio regulariter non datur contra
poſsidentem tit.l.regulariter.ff.de pet.hęre.& poſt glo.ponunt
doc.in l.ſi.in fi.C.de edi.diui.& circa iſta duo, plura adducunt
15 Mod.in d.trac.de pręſcri.fol.xxxv.col.iij.q.xvj.nu.lxx.† Item
quia dictis actoribus intentantibus petitionem hæreditatis, ob
ſtare habet præſcriptio decem annorum inter p̃ſentes. Nã iſti
rei conuenti tali iudicio,poſſeſsionem de qua agitur, præſcripſe
runt iuſto titulo,& longo tempore,per quam annorum decem
præſcriptionem,ſublata eſt illa actio petitionis hæreditatis, ita
Bal.poſt gl.in l.ſi.C.ſi.regum.referunt,& ſequuntur Mod.in d.
trac.in d.par.fol.xxxvj.col.iij.nu.lxxviij.uerſi.prædicta commu
nem,ubi allegando alias deciſi.concludunt a fortiori iſtud pro-
cedere quando cucurriſſet præſcrip.annorum xxx. uti ɔ̄tingit
16 hic.† Si uero iſti actores ueniũt,tanq̃ fideicõmiſſarij, ut dixi
mus ſuperius, & dicerẽt alienatione dictæ poſſeſsionis facta p
Bologni.grauatum, & prohibitum alienare,non præiudicaſſe
eis.l.ſi §.ſin autem.C.communia de leg.& ibi doc.omnes not.
allegantes cõcor.& tradunt ſcrib.in d.§.diui.& in l.qui Romę.
17 §.cohæredes.ff.de uerb.obl.cum ſi.† Adhuc excludendi ſunt ea
ratione quia conſenſerunt dictæ alienationi, adeuntes hærēdi-
tatem Bolog.ut diximus.ſ.& tradunt Ang.& alij doc.maximè
Iaſ.in l.quotiens.C.de fideicom.& repet.in d.§.diui.loco ſupe-
18 rius citato,& Dec.conſ.cccxxiij.Cum ſit.col.j.† Item repellen
di ueniunt propter præſcri.ann.xxx.uel xl.quæ obſtat fideicom
miſſarijs non petentibus fideicommiſſum,& quæ præſcriptio ɔ̄
ipſos incepit currere a die quo fideicommiſſum fuit purificatũ.
& poterat per eos peti,ut firmant omnes in d.l.ſi.§. ſin auté. &
diffuſe proſequitur Deci.allegando quamplures deciſi. conſi.
cclxvij.Non excidit.col.iiij.& v.uerſi.uenio igitur. num.liij. &
19 ſeq.† Iſta enim res ſubiecta fideicommiſſo,& ſic prohibita alie
nari ex legis diſpoſitione,item expreſſe prohibita alienari per
teſtatricem,potuit præſcribi,ut dicit Bar.in d.§.diui.col.fin. in
* pen.q.& ſequuntur ibi Ale.Moder. & repeten.* communiter
adducen.leges,& rationes,& latè proſequuntur Mode. in dicto
trac.in v.parte,quintæ partis principalis fol.lviij.colũ.j. & ij.q.
iiij.nu.xxiij.& ſeq.firmantes hanc eſſe communem, & addu-
20 centes diuerſa conſi.docto.& alias deciſi.† Et quia factus fuit
locus fideicommiſſo.poſt mortem Bolognini,& ſunt decurſi an
ni xl.merito ipſis actoribus obſtabit dicta præſcriptio,eo etiam
quia ipſi rei conuenti,fuerunt & ſunt in bona fide,prout in dubio
bio præſumitur,& habuerunt iuſtum titulum & poſſederũt per
ann.xxx.& ultra,ut dicit Alc.conſ.cc.Viſo.col.iij.uol.ij.& alibi
pluries,& Bar.in l.ſi.i ſi.C.unde ui,& ad id plura deducit Deci.
21 d.conſi.cclxvij.col.pen. † Eo etiam quia ɔ̄ fideicommiſſarium
negligentem petere fideicom.per annos xxx.currit præſcriptio,
etiam ſi poſsidens eſſet in mala fide cum tractetur de iure quæ-
rendo,ut firmat Pet.de Anch.in c.ſine poſſeſsi.col.ix.de regu-
lis iuris lib.vj.& Soc.conſi.lxiii.In cauſa.col.iii.uerſi. præterea.
uol.j.& ſequuntur Moder.in dicto trac.in ſecunda parte,tertię
partis principalis,quæſt.xiij.fol.xxj.col.j.uerſi.iij.limitatur.nu.
22 lxx.† Eo magis quia iſti poſſeſſores cauſam habent a primis
emptoribus,qui fuerant in bona fide,ſecundum Bar.in l.Pom-
* ponius.§.cum quis.ff.de acquir.poſſ.& ſequuntur *cõiter doct.
23 ibidem.† Item quia iſti poſſeſſores non emerunt a Bolognino
prohibito,ſed ab alijs tertijs,& iſti poſsiderunt per longum tẽ-
pus,& cum titulo quo caſu,contra fideicommiſſarium obſtabit
præſcriptio decem annorum inter præſentes, ita Pau de Ca.in
d.l.ſi.§.ſin autem.col.ſi.& ſequitur Iaſ.ibi allegans concord. &
Corn.conſi.cxvij Licet.col.ij.& iij.uolu.j.& ſequuntur Mod,&
in d.tracta.in v.par.v.par.principalis,quæſtio.v. fol. lviii.colũ.
iiii.nu.xxxvii.& Crot.in d.§.diui.car.x.col.iii.uerſic.v. ſit con-
24 cluſi.† Nec iſtis habet obſtare ſi diceretur ipſos actores fuiſſe
pupillos,& minores,& contra eos præſcriptionem non cucur-
riſſe.l.ſicut.C.de pręſcript.xxx.ann.l.fina.ubi poſt gloſſ omnes
anota.C.in quibus cauſis reſt.in integ non eſt neceſſ.cum con-
25 cordan.† Nam ex pluribus tollitur obiecto, primo, quoniam
poſtquam fuerunt effecti adulti,& maiores,decurſi apparent de
cem anni,& ultra,quo fit,ut illud ſolum ipſos excludat, ſecun-
dum communem ſententiam Pau.de Ca. in d.§.ſin autem cum
alijs ſupra adductis.Secundo non obſtat ex alio,nam huiuſmo-
di præſcriptio originem habuit ex contractu,& uenditione fa-
cta per Bologninum,& iſta præſcriptio tendit ad corroboran-
dum contractum ipſius,& alienationem per eum factam, quo
caſu bene currit contra minores,ut tradunt Pau.de Ca. Ange.
& Areti.in l.ſi intra.C.de non nume.pecu.& Pau.de Caſt, in d.
26 l.finali,col.j.† Et licet aliqui teneant contrarium,tamen in ca-
ſu pręſenti illud optime procedit,ut dicti actores penitus exclu
dantur,& ulterius eis ueniat deneganda reſtitutio in integrum
ex eo quoniam dicta præſcriptio trahens originem ex contra-
ctu Bolognini completa fuit in maiorum ętate in qua extabant
dicti actores,quo caſu de tali pręſcriptione non ſubducuntur
tempora media,cum enim leſio compleatur in maiori ętate,cu-
currit pręſcriptio,& tempora media non deducuntur,nec com-
perit reſtitutio,ita tex.iuncta glo.in uer.iudici.C.ſi aduerſ.rem
iudica.& Pau.de Caſt.in d.l.fina.circa finem,uerſic.pone exem
plum.C.in quib cau.maio.& tenent docto.in l.quod tempore.
C.de reſt.mil.ſequuntur Mod in d.tracta.in prima parte. ſextę
partis principalis,in xxiij.ca u,fol.lxiij colum.iij.nu. xxxviij.

Ex quibus

Ex quibus apertiſsimè concluditur omni ex capite, dictos actores eſſe condemnandos, & repellendos a iudicio intentato, tanquam temere litigantes, cum expenſarum refectione, prout bis contra eos fuit iudicatum & bene. Pariſius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Filio & fratri, ſuccedunt mater & ſoror ab inteſtato.*
2 *Vltimum ſtatutum contrarium primo debet attendi.*
3 *Et eo magis ſi primum non derogat poſterioribus.*
4 *Et quis ultimum continet clauſulam derogatoriam.*
5 *Derogatio expreſſa plus operatur quàm tacita.*
6 *Et quando per ultimum fit reductio ad ius commune,*
7 *Quod eſt fauorabile.*
8 *Et poteſt iſto caſu ſtatutum fieri, etiam ſine ſuperioris auctoritate.*
9 *Verbū præciſum, poſitū in ſtatuto, habet uim clauſulæ derogatoriæ.*
10 *Soror de iure communi ſuccedit una cum fratre.*
11 *Statutum loquens de auo paterno, an habeat locum in auia.*
Maſculinum in ſtatutis, an concipiat fœmininum, & num. 30. 31. 32. 33. 34. 36. & 37.
12 *Et quid in materia indifferenti. & nu. 30. 31. 32. 33. 34. 36. et 37.*
13 *Statutum excludens fœminas, fauore maſculorum dicitur factum.*
14 *Et quid ſi alio ſtatuto caueatur, quòd maſculinū concipiat fœmininum, & qualiter procedat, nu. 37.*
15 *Statutum excludens dotatam intelligitur in hæreditate dotantis.*
16 *Et quid ſi ſtatutum non loquitur ſimpliciter, ſed procedit ultra, enumerando perſonas.*
17 *Et quid ſi non nominat eas copulatiuè, ſed alternatiuè.*
18 *Et an excludatur a ſucceſsione perſonarum non nominatarum in ſtatuto.*
19 *Qualitates a ſtatuto requiſitæ uerificandæ ſunt, alias ceſſat ſtatutum, & nume. 20.*
21 *Ablatiui abſoluti, conditionem important.*
22 *Dictio, prædictorum, repetitiua eſt præcedentium.*
23 *Statutum excludens fœminas a ſucceſsione unius, non uidetur excludere a ſucceſsione alterius.*
24 *Quod ſtatuentes non expreſſerunt, noluiſſe dicuntur, & numero 25. & 35.*
Vnius incluſio, eſt alterius excluſio.
26 *Statuta ſunt ſtricti iuris, & non extendenda.*
27 *Et ſunt fort præciſi, & obſeruanda ad unguem.*
28 *Potiſsimum cum loquuntur circa ſucceſsiones.*
29 *Et ſunt interpretanda, ut minus lædant ius cōe, quàm ſit poſsibile.*
30 *Et tanquam odioſa non ſunt extendenda ex identitate rationis in correctorijs, & nu. 31. & 32.*
Appellatione fratris, an & quando ueniat ſoror.
31 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
38 *An fructus hæreditatis poſſint peti, & quando, & qui.*
39 *In renunciatione & ſine, ueniunt tantum ea, quæ expreſſa ſunt.*
Et facta de una hæreditate, non ſe extendit ad aliam, & nu. 40.
40 *Et ſi non apparet facta non præſumitur.*
41 *Et facta limitatè, limitatum producit effectum.*
42 *Conſenſus datus reſpectu unius hæreditatis, nō extenditur ad aliā.*
43 *Et inſpicienda eſt cauſa finalis, propter quam facta fuit renunciatio & ſecundum illam regulatur.*
44 *Verba, illa, & quæcunq; alia de cauſa, reſtringuntur ad expreſſam.*
Generalitas reſtringitur ad ſpecificata, quando ſalua ratione recti ſermonis poteſt id fieri.
45 *Verba generalia reſtringuntur, ne quis indebitè damnum patiatur*
46 *Clauſulæ appoſitæ in renunciatione, eam non ampliant, cum ſint acceſſoria.*
47 *Iuramentum non ſupplet conſenſum.*
48 *Et refertur ad caſum de quo loquitur principalis diſpoſitio.*
49 *Et quando, & quo caſu, dicatur habere uim expreſſi, & ſpecialis diſpoſitionis.*
50 *Statutum loquens in matre, uendicat ſibi locum in auia materna, & alijs ſequen.*
51 *Excluſa ab hæreditate matris per ſtatutum, an uideatur excluſa ab hæreditate auiæ maternæ, & diffuſe in omnibus alijs ſeq.*
53 *Excluſa per ſtatutum a ſucceſsione auiæ, uidetur excluſa a ſucceſſione alterius, ex identitate ſeu maioritate rationis, & diff. ſius in alijs ſeq. & maximè nu. 57. 64. & 66.*
54 *Appellatione matris, an ueniat auia materna in ſtatutis, & nu. 51. & alijs ſeq. & 65.*
55 *Quod fœmina excludatur a ſucceſsione maſculorum aſcendentium fuit ratio conſeruandæ agnationis.*
56 *Quod autem excludatur a ſucceſſione aſcendentium fœminarū, fuit alia ratio, maſculinitatis, uidelicet. & nu. 72.*
59 *Mater & auia, an ſint in omnibus æquiparatæ de iure antiquo. & nu. 83. & 84.*
58 *Excluſa a ſucceſsione, uidentur excluſi omnes deſcendentes ex ea, & num. 75.*
59 *Quando duo parificātur a lege antiqua lex noua loquens de uno habebit locum in alio, & nu. 85. 86. & 87.*
60 *Statutum diſponens, quòd ſtatuta extendantur ad caſum ſimilem quem caſum comprehendat, & nu. 80. & duobus ſeq.*
61 *Subrogatum in locum alterius, quando ſapiat naturam illius in cuius locum ſurrogatur, & nu. 78. diffuſius.*
Auia an dicatur ſurrogata in locum matris, & numero 76. plenius, & 77.
63 *Si uerba ſtatuti non conueniunt, minimè conuenit ipſius diſpoſitio.*
64 *Statutum excludens a ſucceſsione matris, non uidetur excludere a ſucceſsione auiæ maternæ. & ſeq.*
65 *Et quando tale ſtatutum, eſt derogatorium iuris alterius, appellatione matris, non uenit auia, & nu. 66.*
67 *Et idem, quòd non ueniat, quando in ſtatuto fit mentio de deſcendentibus ex linea paterna ſeu maſculina.*
68 *Prout idem quando extaret aliud ſtatutum, quo caueretur, uerba ſtatutorum debere intelligi, ut iacent, & ut ſonant.*
69 *Vel quòd non reciperent interpretationem, & diffuſius, numer. 89. & 90.*
70 *Statutum correctorium iuris communis loquens limitatè, & reſtrictiuè, non debet extedi, nec in conſequentiam trahi, & nu. 71.*
73 *Expreſsio facta in ſtatuto, de auo paterno, excludit auiā maternā.*
74 *Statutum excludens dotatam, in qua muliere dotata uerificetur.*
77 *Deſcendentes ueniunt ad ſucceſsionem auiæ maternæ, iure proprio, & non ex eo, quòd auia ſit ſubrogata loco matris.*
79 *Qualitas ſtatuti poteſt adaptari matri, & non auiæ maternæ.*
81 *Quando fiat extenſio, de caſu ſimili ad ſimilem, & nu. 82.*
82 *Et quid quando derogaretur iuri tertij.*
83 *Si præſuppoſitum non eſt uerum, ceſſat conſequentia.*
84 *Mater, & auia, non ſemper procedunt a pari.*
85 *Argumentum ab æquiparatis procedit, quando illa ſunt æquiparata per unam regulam, & nu. 86. & quando uniuerſaliter.*
86 *Vel in caſu æquiparato in indiuiduo, non in alijs.*
87 *Nec procedit quando corrigeretur ius commune, ſi æquiparatio fuit particularis.*
88 *Reſpondetur plenaſsimè conſi. Iaſo. 95. uol. 4.*
90 *Statuta non extenduntur ex identitate, ſeu maioritate rationis & ſi unica ratio præſumpta poſſet tantum aſsignari, quando alio ſtatuto diſponeretur, uerba ſtatutorum eſſe intelligenda, prout ſonant, & prout iacent, et quòd nō deberent recipere interpretationē.*
91 *Laudum prolatum, prout in cedula nullum redditur, ſi cedula non apparebat, nec de ea conſtabat in actis.*
Sententia lata ſecundum, quod continetur in conſilio, nulla redditur, ſi de illo conſilio non conſtabat in actis.

CONSILIVM XLIX.

GALASSINO Quondam Matthæi Galaſsi ab inteſtato defuncto merito ſucceſſere Leonora mater
1 & Iulia ſoror utrinq; coniuncta. † Cum enim nullis relictis liberis, nec alijs aſcendentibus, ab inteſtato ipſe Galaſsinus mortuus fuerit dictæ mater, & ſoror, pro uirili portione eidem ſucceſſere, iure communi conſiderato, ut habetur in auct. de hæredita. ab inteſta. uenien. §. qūs, uerſic. u. ſi uero. & in auct. deſuncto. C. ad tertul. & in auct. de nup. §. & qm̄ mater, uerſi. ſi uero, & in l. ſi. § ita tñ, & in auctē. & cum ſolis. C. ad tertul. & no. in. §. ſoror autem, &. §. ſed cum antea, uerſi. ita tamen, inſti. eo. ubi glo. & docto. idem firmant, & in l. ſiue. §. conſanguinea. ff. eo. cum concord. Nec ſucceſsionem iſtam prohibere, & impedire poteſt ſtatutum communis Foroliuij, ſub Rubrica qualiter, & inquantum matres ſuccedant filijs ab inteſta. uol. ij. Volens q̄ mater filio non ſuccedat niſi in legitima, quando ſupereſt ſoror filij defuncti. Nam tali ſtatuto derogatum eſt, & ſublatum adhuc oſtenditur per aliud ſtatutum dictæ ciuitatis, ſituatum in lib. v. ſub Rubrica de ſucceſsio. ab inteſta. uerſic. prędictis autem fratribus, uel filijs. In quo expreſſe diſponitur, filio ab inteſtato defuncto, ſine liberis aſcendentibus, ſeu fratribus, ſuperexiſtente ſorore, & matre, has ambas in uiriles portiones ad dictam ſucceſsionem admitti, ut proprie contingit in

caſu

2 caſu preſenti.† Quod ſtatutum tanꝗ ultimũ, & poſterius, ʒdi-
cens præcedenti, obſeruandum, & attendendum eſt, ut no. in. §.
ea uero, inſti. de iu. na. gen. & ciui. & per Bar. in l. ſi certatum. §.
fi. ff. de teſtamento milit. & latè per eundem, in l. omnes populi,
col. ix. uerſi. circa ſm, nu. xxxj. & col. xij. uerſi. circa quartu num.
xxxv. & ſcriben. omnes ibi ſequuntur adducentes concor. deciſ.
ff. de iuſti. & iu. prout etiam tradunt ſcribentes in l. j. ff. ad legẽ
Acquil. & per Bal. in auct. bona damnatorum. C. de bon. dãna.
3 & tradit Cy. in l. ij. C. de teſtamento milita. cum ſimilibus.† Eo
magis cum dictum ſtatutum præcedens, & alterius, minimè de-
rogatorium appareat aliorum ſtatutorum, poſtmodum ſequen.
argumen. l. diuus. §. licet. ff. de iu. codic. & per Bar. in d. l. omnes
4 populi, col. x. d. nu. xxxj.† Eo ẽt cum dictum ſtatutum poſterius
in ſe contineat clauſulam derogatoriam, ita ut per illud deroga
tum ſit omnibus alijs ſtatutis, ʒrium diſponentibus ſm doct. in
5 d. l. j. ad leg. Acquiliam.† Et quæ expreſſa derogatio plus debet
operari, quàm ſi eſſet tacita, ſicuti præcedens derogatio plus de
bet operari, quàm ſi eſſet tacita, ſicuti præcedens derogatoria
operatur ad ſequentia, ſm Bar. in d. l. omnes populi, nu. xxxj. Ita
expreſſa derogatoria in ſequenti diſpoſitione reſpectu præcedẽ
tis, plus debet operari, quàm ſi eſſet tacita, ut proprie eſt p̃lens
ultima, expreſſe derogans precedentibus, ſm eundem Bart. ubi
ſupra, ad id allegantem quamplura iura, & tradunt Bart. & alij,
in l. fi. C. ſi ʒ ius, & Cano. maximè Fely. in c. nonnulli, colũ. ij. de
reſcriptis, & Io. Baptiſta de ſancto Seuerino in d. l. omnes popu-
6 li, car. xv. & Dec. ꝯſ. x. uiſo puncto, col. iij. nu. vj. & vij.† Ad quod
inſuper, nam per iſtud ultimum ſtatutum fit reductio ad ius cõ-
mune, quod eo magis admittendum eſt, ut habetur in l. ſi unus.
§. pactus ne peteret. ff. de pactis. c. ab exordio. xxxv. diſtinctio.
7 † Cum ſit fauorabile, ſm gloſſ. in uer. numerandum, in c. ſtatu-
8 tum. de p̃ben. lib. vj.† Et Bar. in d. l. omnes populi, nu. xxxiij. per
aliqua iura ibidem citata, dicebat ultimum ſtatutum per quod
fit reductio ad ius commune, & reuocatorium aliorum poſſe a
ſtatuentibus condi, & fieri, etiam ſine ſuperioris auctoritate, li-
cet in alijs eſſet neceſſaria, & ſequitur Fely. in c. cũ acceſſiſſent,
col. iij. uerſicu. hanc declarationem, de conſtitu. & licet Moder.
ibi, nu. viij. De hoc dicto dubitent, tñ ad caſum præſentẽ omnia
ceſſat dubitatio, cum talia ſtatuta iuridice, & ſm formam iuris
præſuppouantur condita, ab habentibus poteſtatem condendi,
9 & cum alijs a iure requiſitis.† Prout etiam iſta comprobantur
ex illo uer. ultimi ſtatuti, in quo dicitur illud debere eſſe præci-
ſum, quod uerbum, uim habet clauſulæ derogatoriæ, ad omne
aliud ſtatutum ʒrium ſm Iaco. de Are. in d. l. omnes populi, qđ
refert, & ſequitur Abb. in c. ij. col. ij. uerſ. ultimo pondera. extra
de reſcri. & Fely. ibi col. ix. uerſi. uerbum præciſe, ad id multa ad
ducit, conceſſa huic dictioni, ſeu uerbo præciſe, ut etiam faciunt
reliqui Moder. ibidem maximè Dec. colum. iij. nu. xj. adducens
Bal. in l. ij. C. de execu. rei iud. & quãpiures alios uolentes hoc
uerbum in ſtatuto poſitum importare, ut ab eo nullo modo re-
cedi poſsit, & ponit Iaſ. in d. l. omnes populi, num. lij. & alijs ſeq.
& Alber. Bru. in ſuo repertorio, in uer. præciſe. Ex quibus aper-
tiſsimè patet d. Galaſsino, Leonoram eius matrem ſucceſsiſſe
pro dimidia, & uirili portione, cum Iulia eius ſorore. Tum con
ſiderata diſpoſitione iuris communis. Tum etiam ꝯſideratis ſta
tutis dictæ ciuitatis, ut. s. declaratis, & hanc præſentem ſucceſ-
ſionem iſto caſu, ad ius commune reducentibus. Verum quoniã
d. Iulia filia prædictę Leonorę, ante ipſam eius matrem mortua
fuit, relictis poſt ſe Tyberio, Lucretia, & Catherina, ſuis filijs, &
nepote, & neptibus prædictæ Leonoræ, eorum auiæ maternæ.
Quæ auia ſucceſsiuè defuncta fuit, ſuperſtitibus ſibi. Tiberio
nepote, Lucretia, & Catherina neptibus, ex Iulia filia præmor-
tua, & dubium exoritur, an dictæ neptes, una cum Tyberio fra-
tre & nepote ſuccedere poſsint d. Leonorę eorum auiæ, tam de
10 iure communi, ꝗ conſideratis ſtatutis dictę ciuitatis.† Et aper-
tiſsima dubitationis habetur reſolutio, dictas neptes, una cum
Tyberio poſſe ſuccedere, uiriliter, & æqualiter, cum in æquali,
& pari gradu conſiſtant, & nulla hodie remanſerit ſexus diffe-
rentia, per text. in auctentica de hæredita. ab inteſta. ueni. §. j. &
iu. §. nullam uero differentiam, & inſt. ad orphicia. §. j. ibi, nepo
tes nepteſq; uocentur, ubi poſt gl. docto. no. & habetur in l. quo
ties. C. de ſuis, & legitimis, & in l. quicquid. C. de bonis mater-
nis, & alibi pluries, & facit uulga. l. maximum uitium. C. de libe
ris præteritis, cum concordantijs. Huic autem concluſ. obſtare
vr̃ ſtatutum ſub Rubrica de ſucceſsione ab inteſta. Volẽs aſcen-
dentibus ſuccedere nepotes maſculos, & fratres pręferẽdos eſſe
ſororibus, & ipſas ſorores dotatas a fratre, eſſe excludendas, ut
etiam diſponere vr̃ aliud ſtatutum, ſub Rubrica, ꝙ mulier do-
tata, &c. Volens dotatam a fratre carnali excludi a ſucceſsione
paterna, materna, aui paterni, & ipſius fratris. Et qm̃ domi. Lu-
cretia, & Catharina dotatę fuerunt a Tyberio earum fratre, me
11 rito excluſę uidenẽ per ipſum a ſucceſsione Leonoræ auiæ.† Et
licet in dicto ſtatuto non fiat mentio de auia materna, tñ quis
ibi aperta habetur expreſsio aui paterni tale maſculinum conci
piet fœmininum etiam in materia ſtatutaria, ut no. Bar. in l. iu-
ra, in fi. ff. de legib. & in l. j. in fi ff. de pecul. lega. & Alexan. in l. ſi
conſtante. §. fi. col. ſi. ff. ſolu. matri. cum alijs allegatis per Iaſ. in
l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. om. iudi. & per Moder. in l. ij. num.
cxij. ff. de regulis iuris, & per Alber. Brunum in ſuo repertorio,
in uer. maſculinum, uerſi. j. & in tractatu de ſtatu. fœmi. exclud.
in v. articulo principali. queſt. xiij. col. ij uerſic. in ʒrium autem
12 facit.† Maximè quia ſumus in materia indifferenti, ſm Bart. in
l. j. ff. de uerbo. ſigni. & Ang. conſi. cclxxxix. uiſo teſtamento, &
per Iaſ. in d. l. ſi quis id quod, nu. xj. & ſeq. & Fran. de Cur. conſil.
ix. Ticinenſe ſtatuto, & Alber. Bru. in dicto tract. artic. v. q. xiiii
col. iii. in prin. ad id alia multa adducit, & col. iiij. & ſeq. ſequen
do dicta Fran. de Cur. in d. conſi. ix. ſentit hoc idem eſſe, quãdo
eadem uiget ratio in ſexu fęminino, quæ in maſculino, quibus
conſentire uidentur Moder. in d. l. ij. de regulis iuris, colum. pe.
13 uerſi. in ʒrium autem.† Et ratio dictorum ſtatutorum illa ui-
detur fuiſſe, ut penes maſculos. bona conſeruarentur, ut tradũ
per Bal. & alios, in l. uenia. C. de in ius uocan. & in d. l. maximũ
14 uitium, cum ſimi.† Eo inſuper, quoniam alio ſtatuto dictæ ciui-
uol.ij.& Soc.in l.cum auus,car.pe.& fi.uerſi.eſſet etiam hic di-
ſcutiendus.ff.de condi.& demon.& Fran.de Cur.cõſi.xlij.quia
inquit,col.ij.& iij.& duobus alijs conſi.ſeq.cum ſim.Eo magia
quoniam dictus teſtator,uno hæredum moriente ſine filijs, uo
cauit ſuperſtitem,& ſic alium cohęredem inſtitutum, caſu quo
ſopereſſet,ꝯñr non eius filios.§.hoc etiã,in uer.ſuperſtites,inſt.
4 de leg.agna.ſucc.† Et incluſio illius ſuperſtitis excludit alios,
arg.l.cũ prętor,in prin.ff.de iudic.& c.non oe,extra de ꝑſump.
5 †Ad quod ẽt quia ſi teſtator uoluiſſet tale fideicommiſſum tran
ſmitti ad filios d.Gabrielis,utiq; iſtud expreſsiſſet,ſicuti expreſ
ſit de ipſo dn.Gabriele,& non exprimendo,datur intelligi uo-
luntatis ſuæ fuiſſe,iſto caſu fideicommiſſum ceſſare, argu.c.ad
audientiam,de decim.& l.primę.§.ſin autem.C.de cadu. tollen.
6 † In iſtis.o.ſubſtitutionib.& fideicõmiſsis locũ ſibi uẽdicat illa
regula.& doctri.uolens ſemper dici poſſe hoc caſu nõ loquitur
ſubſtitutio,& qui dicit alium caſum ſub ea includi oſtẽdere id
habet,ſm Oldr.cõſi.xxj.thema tale eſt,& Io.And.io addi.Spe.
in ti.de teſtam.§.j.uerſi.occurrit,in fi.& Abb.cõſi.cxl.facti con
7 tingentia,uol.j.& Soc.cõſi.lxxij.uiſo,col.iij.nu.vij. uol.iij.† Et
quia caſus ꝑſens fuit a teſtõre omiſſus,uere dicitur remãſiſſe in
diſpoſitione iuris cõis.l.commodiſsime.ff.de liber.& poſth.l.ſi
extraneus.ff.de cond.cau.da.l.ſi cũ dotẽ,in prin.ff.ſolu.mat.ius
autem cõe diſponit,& fideicõmiſſum conditionale non trãſmit
8 ti,& poſitos ſub conditione non cẽſeri uocatos,ut.ſ̃.†Ad quod
ẽt illa uerba teſtatoris,tunc & illo caſu,quæ non uidentur poſſe
trahi extra illum caſum,ſm Pet.de Anch.conſi.cccxlvij.ex ſerie
teſtamẽti,col.iij.uerſi.iij.hoc probatur,& Rom.cõſi.cxxxj.pri-
ma dubitatio,& Dec.ꝯſi.lxiij.& pro tenui,col.iij.ou.iij.& conſ.
9 cccxiiij.pro reſolutione,col.ij.num.iiij.† Poſtremo põt adduci
deciſ.Are.in l.Gallus.§.& quid ſi tñ, col.iij.uerſi.ij.adde.ff.de
lib.& poſthu.quem refert & ſequitur Dec.cõſi.ccxviij.in caſu,
colũ.iij.nu.ix.& d.conſi.cccxiiij.ou.v.& conſi.ſeq.Volentes, ꝙ
licet diſpoſitio teſtatoris facta ad unum caſum,quandoq; extẽ-
datur ad aliũ,ex uériſimili & tacita mente diſponentis,tñ nõ de
bet fieri extenſio de una perſona ad aliá perſonam,per glo.in l.
Titius,in prin.ff.de lib.& poſth.& per tex.in l.ſi quis ita.§.pen.
ff.de teſtam.tute.& per no.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.ff.
de uer.obli.¶ Iſtis tñ non obſtantibus ꝯria opi.uerior vr̃,ꝙ ip ſe
d.Opizo iunior poſsit uenire uirtute dicti fideicõmiſsi, ad bona
relicta per dictum teſtatorẽ.cũ d.Raphael mortuus fuerit ſine
10 filijs.† Moueor primo per illud ſatis uulga.quo cauet mẽtem
& uoluntatẽ teſtõris debere attendi,& obſeruari,ex quo ſm eã
debet iudicari,tanq̃ obtinẽs primũ locum in ultimis uolũtatib.
l.non aliter,de leg.iij.l.pe.de leg.j.l.in conditionibus,ff.de ꝯdi.
& dem.§.diſponat,in auct.de nupt.cũ cõcor. Et iſtud non ſolũ
procedit in expreſſa uoluntate,ſed ẽt in tacita,& q̃ colligitur ex
11 cõiecturis.l.licet imperator.ubi Bar.& alij oo.de leg.j.† Et hoc
maxime io fideicõmiſsis,ut eſt caſus præſens,& probat in l. hæ
redes mei.§.cũ ita.ff.ad treb.& io d.l.pen.& io l.fideicõmiſſa.§.
itẽ ſi quis,de leg.iij.& in l.cũ uirũ.C.de fideic.& in l.qui ſolidũ
& l.cũ proponebat,de leg.ij.cũ alijs allegatis per Soci. ꝯſi.xiiij.
uiſo teſtõ,uolu.j.& cõſi.xij.uol.iij.& Dec. conſi.xv.& xxxviij.
12 †Hinc eſt,ꝙ fidcicõmiſſum inducitur uerbis negatiuis in quib.
cõſtat de mente teſtõris,ut tradit Soc.allegando iura conſi.cc-
xxvij.& cclj.uol.ij.& Fran.de Cur.ꝯſi.xl. col.fina. & conſi.lj.in.
13 prin.col.viij.† Hinc ẽt dicimus,in fideicõmiſsis potius inſpici.
uoluntatem,q̃ uerba d.l.cũ uirum,& l.iii.§.condi.ff.de adimen.
14 lega.& l.Publius.ff.de ꝯdi.& dem.† Et iõ Bal.quẽ ſequitur ibi
doc.maxi.Pau.de Ca.in l.ſi.C.de impub.dicebat in materia fi-
deicommiſſaria,ex coniecturata mente teſtatoris recedi a ui,&
15 natura uerborũ,ut ẽt loquitur Cor.conſi.cxxxix.vr̃,uol.ij.† Et
magis ad terminos nr̃os concludunt doct.teſtatorem poſſe in-
ducere,ut illud,quod non eſt tranſmiſsibile ſui natura,tranſmit
tatur,ut probatur in d.l.in conditionibus.§.hæc ſcriptura,& ibi
Imo.& So.no.adducentes Bald.in l.ſi pr̃,in iiii.q.C.de inſtit.&
16 ſubſti.† Et magis ſtricte ad caſum nr̃m,concludunt doc.firman
tes teſtatorem poſſe inducere, ut fideicõmiſſum conditionale
trãſmittatur,licet regulariter,non ſit tranſmiſsibile,q̃ cõcluſio,
nedũ procedit,qñ apparet de expreſſa uoluntate teſtãris,quod

eſt indubitabile ſm Bal.in d.l.ſi pater,Imo.& Soc.ĩ d.l.hæredes
17 mei.§.cum ita,col.v.† Sed etiam procedit,ſi id apparere poteſt
ex coniecturata ...ntum mente teſtatoris,quoniam ſi per con-
iecturas de mente cõſtare poterit,ꝙ uoluerit fideicommiſſum
conditionale tranſmitti,utiq; tranſmittetur,licet non fuerit pu
rificatum uiuente fideicommiſſario,ut eſt deciſio Bal.in d.l.uni
ca.C.de his qui ante aper.tabu.quem ſequitur ibi Corn.col.iij.
uerſi Tu dic,ita limita.gl.fi. ibi,ut non procedat quãdo per con
iecturas conſtaret de coniecturata mente teſtatoris, & idẽ fir-
mat Bal.io l.j.C.ut act.ab hære.& ꝯ hær.col.j.in fi.& col.ij.ubi
iſto caſu ſaluat gl.in d.l.is cui,& idem ſequitur Cuma.cõſi.xiij.
Titius inſtituit,& Fulg.conſi.xv.proponitur,& Franc. de Cur.
conſi.lxxv.domi.Ludouicus,col.xj.poſt Bald.in d.l.ſi pater, &
aperte idem tenet Soc.in d.§.hæc ſcriptura,& latius in d.l.hęre
des mei.§.cũ ita,col.iiij.& alijs ſeq.& conſi.vj. in pręſenti con-
ſultatione,colu.iiij.uerſic.reſtat nunc,uol.iii.& Dec.adducens
alia conſi.cccxcvii.uiſo puncto,col.ii.& iii.nu.v.& vj.& conſil.
xv.nu.ii.& iii.impreſſo inter illa al.& ſequuntur Mod.repe.in
l.j.colũ. xvj. & in .l.cum filioſam.in ult.par.de lega.j.cum ſimi.
18 † Quibus in locis,concluditur * cõiter fideicommiſſum con-
* ditionale poſſe tranſmitti,ſi apparet de coniecturata mente te-
ſtatoris,& iſto caſu procadat glo.in d.l.is cui,& ita limitabitur
communis concluſio tradita per glo.in d.l.unica.C.de his qui
an.aper.tab.cum ſuis concor.ſupra in ꝯtrium allegatis. Et ſtãn-
tibus iſtis communibus cõclu.& doctrinis,in pręſenti diſcepta
tione,ſolum inſtandum erit,an poſsit colligi aliqua coniectu-
ra mentis dicti teſtatoris,per quam uoluerit tale fideicõmiſſum
ꝯditionale tranſmitti ad filios dicti d.Gabrielis,& ſic ad ipſum
d.Opizon.Et per quam coniecturam dicere poſsimus,ipſum te
ſtatorem ad tale fideicommiſſum tacite uocaſſe filius d.Gabrie
19 lis poſitos io conditione tñ † Circa quam difficultatem conſi
dero,& dico d.teſtatorem,hoc uoluiſſe ſumpta coniectura eius
mentis,ex illis uerbis per eũ expreſsis,uidelicet. Et adueniente
caſu,ꝙ aliquis ipſorum deceſſerit ſine filijs legitimis maſculis
tñ,ꝙ tunc,& illo caſu ſuperſtes habeat hæreditatem prædefun-
cti ſine filijs maſculis,per quæ uerba ipſe teſtator conſiderauit
maſculinitatem,quæ qualitas per ipſum teſtatorẽ non vr̃ ꝑpter
aliud appoſita niſi ad conſeruationem domus,& familię, & ad
conſeruationem bonorũ in ipſa ſua agnatione,ut traditur in.§.
cæterum.& in.§.media.inſt.de legit.agna.ſucce. & in l.j.§.pe.ff.
de uent.inſpi.& per Bal.& alios in l.maximũ uitium.C.de lib.
pręte.& in l.uenia.C.de in ius uoc.& per Io.An.in tit.de ſucceſ.
ab inteſt.in addi.ad Spe.& Soc.conſi.xij.præſens cõſultatio, &
conſi.lxiii.uiſis,col.ix.uol.iij.& conſi.xxxvii.num.xj.uol.iiij. &
Dec.cõſi.xv.& pro tenui,col.iii.& cõſi.cclxx.col.pen.& conſil.
cccxviij.nu.ii.& Fran.de Cur.conſi.xl.col.j.in fi.& conſi.xlvi.
20 col.ii.& cõſi.lj.col.iii.& ꝯſi.lxiii.col.iii. † Et iſta ꝯſideratio,&
qualitas maſculinitatis,non põt uerificari,nec locũ habere niſi
fideicõmiſſum inducat,ẽt in filijs,& deſcendentibus maſculis,
ipſorũ filiorũ inſtitutorũ in quib.cõſeruatur familia, agnatio,
21 & dignitas domus.† Eo maxime quia teſtõr ipſe pluries men-
tione fecit de ipſa maſculinitate,nec geminatio aparte demon
ſtrat magis exxã,& ꝑciſam teſtõris uolũtatẽ ad no.io l.habita.
ff.ad treb.& ꝑ doc.in c.ſi.de offi.deleg.& i l.j.in prin.ff.de offi.
22 cius,& ꝑ Soc.d.ꝯſi.xii.nu.ii.& Dec.d.conſi.xxxviii.col.ii. † Et
quia talis rõ conſeruãdę agnationis,& dicta qualitas maſculini
tatis conſiderata ꝑ teſtatorẽ,ita immo,& fortius uiget io ipſo
d.Opizo.nepote maſculo ipſius teſtõris,ſicut uigebat in ipſo d.
23 Gabriele eius filio.l.liberorũ,cum ſi.ff.de uerb.ſig.† Neceſſa-
rio ſequit̃ io utriſq; eadẽ iuris diſpoſitionẽ debere obſeruari, &
cuſtodiri uulga.l.a Titio.ff.de fur.l.illud.ff.ad l.Aquil.c.in cun
ctis,de elec.auct.multo magis.C.de ſac.ſan.eccle.cum concor.
24 † A rõne.n.& cã per teſtatorẽ conſiderata ipſa fideicommiſſa
ampliantur,& reſtringunt.l.cũ pr̃.§ dulciſsimis,de leg.ii. & ibi
Bar.& ꝑ eundẽ.l.regula.§.itẽ ſi quis.ff.de iur.& fac.ignoran.&
per Bar.in l.pr̃ fundum,de leg.iii.& Soc.d.conſi.lxiii.& Dec.d.
25 ꝯſi.xv.† Quod ẽt ſuadetur.Nam licet per ipſum teſtatorẽ, talis
rõ conſeruandæ agnationis nominatim,& ſigillatim nõ uideat̃
expreſſa,tñ debet pro expreſſa haberi,ꝑ ꝑ illã qualitatẽ maſcu-
linitatis,ab ipſo teſtatore expreſſam , q aliud non importat niſi
26 ꝯſeruationẽ bonorũ, familia,& agnatione,ut diximus.† Et q
alia rõ ꝯſiderari nõ põt,niſi illa,idcirco haberi dẽt ꝑ nominatã
expreſſa.ſm gl.Bal.& alios in l quis.C.de fideic.& per Bart.in
l.liberorum.ff.de uerb.ſig.& Mod.io l.ſi conſtante,in princ.ff.
ſol.mat.& in aucten.quas actiones.C.de ſac.ſan eccle.& faciut

no.in l.nominatim.ff.de condi.& demon.& in l.certū.ff.ſi cer.
17 pet.† Et quia ſi teſtōr expreſſe dixiſſet uoluiſſe ſua bona ꝯſer-
uari in ſamilia nulli dubium eſſet,ꝙ ad dictum fideicōmiſſum
ueniret dictus d.Opizo.ut hr̄ in l.unum ex familia,de lega.ij.&
in l.Titia Seio.§.Seia,eo.tit.& in l.filiusfa.§.diui,de lega.j.& in
l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de uerb.obli. Idem igitur dicendū
erit in caſu noſtro,in quo teſtator expreſſit qualitatē maſculi-
nitatis,quæ aliud non importat niſi cōſeruationem bonorū in
familia,& agnatione ipſius,ut probauimus,& iuxta ea q̄ haben
tur per gl.in l.tale pactum.in fi.ff.de pac.& in l.Titius.§.Lucius
ff.de lib.& poſthu.de ueritate tñ iſtius argumenti me refero ad
28 ea quæ dixi in alijs meis ꝯſilijs.† Et confirmat̄,nam per fideicō
miſſum ſuccedit̄ur teſtatori.l.cohæredi.§.cū filiæ.ff.de uulg.&
pup.in qua ſucceſsione fideicommiſſaria,procedere debemus,
ſicut ꝓcedimus in ſucceſsionibus ab inteſta.nam fideicōmiſſa
* ita regulantur,ſm gl.* cōiter approbatam in l.cū ita.§.in fidei
cōmiſſo,de leg.ij.& per Mod.poſt Ang in l.fi.C.de uerb.ſig.&
Soc.ꝯſi.cexlia.materia,col.x.uol.ii.& cōſi.l.uiſo,nu.iiij.uol.iij.
& Cor.cōſi.cxxxj.premittendum,uo.ij.Clarum aūt eſt dicto te
ſtatori poſſe ab inteſta.ſuccedere nepotes ex filio,ſm iura uulg.
29 unde &c.† Et ſuadentur ēt iſta.Nā dictus teſtōr proprijs filiab.
ſuis,iure inſtitutionis,particulariter reliquit dotes,maſculos
uero uniuerſales inſtituit hęredes & eos ſubſtituit,ut.ſ̄.ex quib.
colligitur,ꝙ ꝯſiderauit maſculinitatem,cauſis quibus.ſ̄.locum
ſibi uendicantibus,ēt in nepotibus,iuxta ea quę in ſimi.traduut
per Pan.de Ca.& alios in l.j.C.de condi.inſer.& Bal.in l.quod
uero.ff.de legi.& Pau.de Ca.ꝯſi.lxxxvij.caſus iſte,& Soc.conſi.
30 xiiij.uol.j.& Dec.cōſi.xv.col.iij.† Præterea opinio iſta coad u
uatur,nam ipſe teſtōr a principio inſtituit eius filios,& eos in ſi-
mul,& ſemel,& adinuicem ſubſtituit,& poſtmodum aliā fecit
ſubſtitutionem,ſi unus moreretur ſine maſculis.&c.quo caſu cū
ipſis ſubſtitutis ab initio unitum erat ius accreſcendi. Et quia
ipſe do.Gabriel adiuit portionem ſuam hæreditatis,merito po
tuit tranſmittere ius accreſcēdi,prout tranſmiſit in ipſum dom.
Opizo.ut in l.ſi ex pluribus,cum concor.ff.de ſuis,& legitimis.
Pariter ēt potuit tranſmittere fideicōmiſſum conditionale ſibi
unitum,rōne unionis ſubſtitutionis prędictę,quę una cum iure
accreſcendi tranſmittitur,licet alias nō eſſet tranſmiſsibilis,ita
Bal.relatus a Soc.allegāte alia iura in d.l.hæredes mei.§.cū ita
col.vj.uerſi.& quia ſubſtitutio,& idem Soc.ꝯſi.vj.col.v.nu.x.&
ſeq.uol.iij.& Are.in.§.ex ꝯditionali,inſt.de uerb.obl.& Dec.d.
cōſi.cccxcvij.nu.præal.& Fran.de Cur.iun.cōſi.vj.col.iiij.in fi.
31 poſito poſt trac.ſuum de feud.† Nec mirū,nam rōne unionis,
& cōionis,plura permittunt̄,quę alias de per ſe non ꝯcederent,
ſm Bar.in l.iiij.§.Cato,in iij.oppoſi.ff.de uerb.obli.& br̄ in l.ſi.
cōem.ff.quemad.ſeru.amit.cū alijs alleg.per Fely.in c.j.de præ-
32 ſcriptio.& per Iaſ.in l.ſi emācipati.C.de colla. ¶ †Rurſus mens
dicti teſtatoris colligitur,nam in eius teſtō mentionem fecit de
filijs proprijs ab eo inſtitutis,& reciproce ſubſtitutis,& ēt men
tionem fecit de filijs filiorum,uolens ꝙ filij pręmorientis exclu
derent ſubſtitutum,dū filios filiorū nominauit conditionaliter
& ipſos poſuit in conditione,ex quibus infertur,ꝙ filij domini
Gabrielis,nominati a teſtatore,& poſiti in conditione,euiden
tiſsima coniectura uocati uidentur ab ipſo teſtōre,ita ut in eos
ius fideicōmiſsi conditionalis tranſmittatur,ſm Bal.in d.l.ſi pr̄,
in iiij.q.& in d.l.Lucius,in fi.de hæred.inſt.& ita uoluit Cuma.
in d.conſi.xiij.& Fulg in d.cōſi.xv.in fi.& expreſſe iſtud ſequit̄
Soc.in d.l.hæredes mei.§.cum ita,col.v.vj.& d.cōſi.vj.uolu.iij.
33 & Dec.d.conſi.cccxcvij.col.pe.† Certum.n.eſt,ꝙ talis expreſ-
ſio per teſtatorem facta de filijs filiorum emanauit ut ad ipſos
bona tranſirent,& in ipſis conſeruarentur,ut tradūt Cum.Fulg.
34 Soc.& Dec.ubi.ſ̄.& Fran.de Cur.iun.d.conſi.xvj.† Et licet ta-
lis expreſsio facta appareat conditionaliter,& dicti filij poſiti
in conditione non habeant tantā uoluntatem diſpoſitiuā teſta-
toris,tñ omnino habent uoluntatem qualē qualē,nam teſtator
cogitauit bona ad eos peruenire,& per hanc uoluntatē dicunt̄
prælati ipſis ſubſtitutis,ut in d.l.Lucius,& in l.filiusfam.§.cum
quis,de leg.j.& per Soc.d.conſi.xiiij.uol.j.& d.cōſi.xij.uolu.iij.
35 quod utiq; non eſſet,ſi nominati nō fuiſſent.† Qua de cā Cum.
in d.conſi.xiij.& Fulg.in d.cōſi.xv.dicunt,& concludunt,ꝙ ſi
teſtōr inſtituit filios,& ulterius diſpoſuit,ꝙ ſi morerentur ſine
filijs,qđ bona ſua deuenirent ad ſuperſtites,ſeu ſuperſtitem,ſeu
ad ſuperuiuentem,uel ſuperuiuentes,ex dictis uerbis colligitur
cōiectura mens teſtōris,uolentis tale fideicōmiſſum ꝯditio-
nale trāſmitti ad filios filiorū præmortuorū ante grauatum,&
ante euentū conditionis,& ſic ad ſuos nepotes ſuperuiuētes,&
ſuperexiſtentes,mouētur iuribus,& rōnibus,ut per eos. Quod
punctaliter uerificari pōt in caſu præſenti,in quo ipſe teſtōr,in-
ſtitutis filijs ordinauit,ꝙ uno decedente ſine maſculis,ſuperſtes
36 habeat hæreditatē prædefuncti.† Et ꝯfirmari pōt,nam illa re-
gula,& cōcluſio uolens filios poſitos in conditione,nō cenſeri
poſitos in diſpoſitione,nec uocatos diſpoſitiue,ſm gl.in d.l.Lu
cius,cum alijs.ſ̄.adductis,non habet locum,nec procedit,qñ in
ꝯtrium concurreret aliqua coniectura mentis teſtōris Nam per
illam concurrentem filij poſiti in conditione cenſent̄ inuitati,
& diſpoſitiue uocati,ut tradit Cor.in l.ab eo.C.de fideic.& ꝯſi.
xx.col.vij.& viij.& conſi.cclxiij.uol.iiij.& conſi.cxlvj.in hac,
col.ij.& ſeq.uol.ij.& Soc.in d.conſi.xiiij.uol.j.& conſi.xij.laij.
& cxvj.uol.iij.& Fran.de Cur.conſi.lxxv.col.iij.uerſi.præmiſsis
37 tñ,cum concor.† Et in caſu præſenti,ita dicere debemus,ex eo
inſuper,nam multi uoluerunt,ꝙ dicantur tacite uocati,qui ci-
tantur per Soc.in d.l.cum auus,car.pe.& fi.& Ant.Corſe.in ſua
diſpu.quam inſeruit in fi.ſui repertorij,& diffuſius per Franc.de
Cur.cōſi.lj.ſuper teſt.mētis.col.viij.& ix.uerſi.iuſtificant præ-
miſſa,ubi aſſerit hanc opi.eſſe æquam benignā,& magis cōem.
38 † Et quia ipſe teſtator mentionē fecit de filijs maſculis,ꝓp quā
expreſsionem maſculinitatis uirtute dictæ qualitatis,filij poſiti
in conditione uident̄ eſſe uocati,& diſpoſitiue ueniunt ex teſtō
argu.no.per Bar.in l.liberorum.ff.de uer.ſig.col pe.uerſi.pone
exemplū,& in l.ij.§.uidendu.ff.ad Tertull.& in terminis iſtud
firmat Guid.Pap.deciſi.clxxxiiij.in illa.q.& ſequitur Dec.conſ.
cclxx.Dominus Raynaldus,& cōſil.cccxviij.in ca.col.ij.& in l.
j.C.de pac.in ult.no.ubi alia nonnulla ad id adducit,& conclu
dit,poſitos in ꝯditione,ſub illa qualitate uenire ex teſtō,ita li-
39 mitantes glo.in d.l.Lucius.† Et quia uerſamur in diſpoſitione
iuris cōis,nec adeſt aliquod ſtatutum,in caſu præſenti diſpo-
nens ꝯtrium,propter quod ceſſant aliqua,q̄ in oppoſitū ꝯ id poſ
40 ſent adduci,tāto magis prædicta procedunt.† Et cōprobantur
ulterius iſta,nam nulli dubiū eſſet,quod ſi teſtōr fuiſſet de hoc
interrogatus,uel ſi hoc cogitaſſet,utiq; iſtud expreſsiſſet,& ita
fuiſſet,ꝯſideratis,& attentis rōnibus,& cauſis,quibus.ſ̄.& ideo
haberi dēt pro expreſſo,iuxta gl.in d.l.tale pactū,in fi.& ꝑ tex.
in l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.& poſth.& per Alc.& alios in d.l.
Gallus.§.& quid ſi tm̄,& ꝯſ.lj.circa hanc,uol.j.& Fran.de Cur.
ꝯſ.lj.col.ij.& pe.cum ſi. Et ſi a teſtōre id fuiſſet expreſſum,non
opus eſſet aliqua diſceptatione,nam tranſmitteret,& poſiti ſub
conditione dicerentur uocati diſpoſitiue,& poſſent fideicōmiſ
41 ſum ꝯſequi,ut ſuperius deduximus.† Et tāto magis ꝓcederet
iſta,ſi in patria in qua ꝯditum eſſet teſtm̄,cataret cōſuetudo ꝙ
fideicōmiſſum tranſmitteretur,& poſiti in ꝯditione dicerētur,
diſpoſitiue uocati,cū teſtōr pręſumat̄ fideicōmiſſum feciſſe ſm
ꝯſuetudinem loci,& patriæ,eſto ꝙ de ea nihil dixiſſet,iuxta tra
dita ꝑ Bar.& alios in d.l.hæredes mei.§.cū ita,col.ij.cū alijs al-
legatis ꝑ Alc.& Moder.in d.l.Gallus.§.ēt ſi parente,& eſt bona
deci.Oldr.ꝯſi.clix.ex præſenti,col.ij.in ij.dubio.& Abba.in c.
certificari,de ſepultu.& Alc.in l.hmōi,in prin.de leg.j.cū alijs
alleg.per Fel.in c.cū M.Ferrar.col.iij.& iiij.de ꝯſtitu.& Dec.in
l.ſemper in ſtipulationib.col.ij.& iij.uer.regulariter ſemper.ff.
42 de reg.iur.† Ex quibus infertur cōcluſio firmiſsima ipſum do.
Opizonem iuniorem,& nepotem dicti teſtōris pro ſua portio-
ne poſſe uenire ad bona dicti teſtōris uirtute dicti fideicōmiſsi.
Non obſtan.teſtō condito per do.Raphaelem grauatū,qui mi-
nime potuit teſtari,& diſponere de dictis bonis fideicommiſſo
ſubiectis.l.fi.§.ſed & quia,& auct.res quæ cum infinitis ꝯcord.
C.cōmu.de lega.& licet ipſe do.Raphael non potuiſſet grauari
in legitima ſibi debita iure naturę,& ꝑñr de ea ſuo arbitrio po-
tuiſſet diſponere.Prout etiā poterat de quarta trebellianica,ſibi
debita ſuper rebus fideicommiſſo ſubiectis ſm concluſiones
43 uulga.& communes.† Tamen ſuper rebus quæ fuerunt dicti
teſtatoris,& in pręſenti extant,uirtute dictarum quartarum le-
gitimæ.ſ.& trebellianicæ nihil potuit ordinare,nec diſponere,
qñ de dictis bonis teſtatoris ad eum peruenit,uiuens alienauit
tm̄ partem quæ capiebat,& legitimam,& trebellianicā,& quæ
bona per ipſum alienata,& conſumpta de iure imputanda ue-
niunt in dictas quartas,quæ illi competebant,ut per illum tex.
tradunt omnes doct.allegantes concord.in l.Marcellus.§.res q̄
ff.ad trebellianum,& idem faciunt in dicta auc.res quæ.& in l.
44 in quartam,poſt Bar.ff.ad l.Fal.cum ſi.† Non obſtant adducta
ſuperius in ꝯtrium,& primo illud in quo dicebatur fideicom-
miſſum conditionale non tranſmitti etiam ad filios. Nam ut
oſten-

oſtendimus procedit quando in oppoſitum non appareret de
ɔtria mente teſtatoris,ſi autem de ea apparet per coniecturas,&
indicia,tunc bene tranſmittitur,& locũ habebit gl.in d.l.is cui,
& ita erit in caſu præſenti,ut.ſ.deduximus ea pluribus. Prout
ẽt ceſſat obiectio qñ cum ſubſtitutione unitum eſt ius accreſcẽ
di,ut ſunt deciſi.apertiſsimę adductæ ſuperius.Item ceſſat quan
do filij nominati eſſent conditionaliter,& per teſtatorem diſpo
ſitum,ꝙ bona deberent peruenire ad ſuperſtitem ſeu ſuperui-
uentem,ut concludunt Cuma.& Fulg.in eorum ɔſi.alleg.ſ.ceſ-
ſat ẽt ex alijs quę iam deduximus,& illa repeti minimè opus eſt.
45 † Non ob.ſm.In quo dicebatur dñm Opizonem ad fideicom-
miſſum non poſſe uenire ex perſona propria,ex quo per teſta-
torem,ſolum fuit nominatus conditionaliter,& nõ diſpoſitiuè,
ſm gl.in d l.Lucius,cum ɔcor.qñ ut deduxi,multi oppoſitum
tenuere in filijs,& deſcendentibus,quorũ opinio uerior,ęquior
& humanior habetur,& illa ſine ɔdictione aliqua procedit, qñ
cõcurreret coniecturata mens teſtatoris.Tunc.n.diſpoſitiuè di
cuntur uocati,& ueniunt ex teſtõ iure proprio,& ea ipſorũ per-
ſona,& ita eſt in caſu nõ,ut utrunq; apertiſsimè deduximus,ad
ducendo rationes,iura,& deciſio. Prout etiam ceſſat obiectio
quando de filijs facta eſſet mentio conditionaliter ſub illa qua
litate maſculinitatis,ſm Guid.Pap.Deci.& alios ſuperius addu
ctos.Item ceſſat quando per teſtatorem ordinatum eſſet,ꝙ bo-
46 na peruenirent ad ſuperſtitem,ſm Cuma.& Fulg.† Nec obſta-
bit quod tertio loco dicebatur ſolum fuiſſe ſubſtitutum ſuper-
ſtitem,& non eius filios,quia in proprijs & pro nobis eſt deciſ.
Cuma.& Fulgo.in d.eorum conſi.xiij.& xv.Vbi lege,& ratio-
ne comprobant,non obſtan.tali expreſsione, fideicommiſſum
peruenire ad filios inſtituti,ſub tali expreſsione & qualitate a te-
47 ſtatore uocati.† Et incluſio unius non eſt excluſio alterius, qñ
in utroq; uiget eadem ratio,ut eſt in caſu noſtro,& iam apertiſ-
* ſimè oſtendimus,& id firmat gl.quam omnes * ſequuntur in d.
l.cum prætor,in prin.ff.de iud.& doc.in d.c.non ne,de præſum-
ptio.& in ſimi.in terminis noſtris tradit Soc.in d.l.heredes mei.
§.cum ita,colũ.iiij.in ſua prima illatione.Minus obſtant illa in
quibus dicebatur,ꝙ teſtator iſtud noluit eo quoniam minimè
id expreſsit,& ſatis erit in præſenti tracta.allegare, ſubſtitutio
hoc non dicit,nec de iſto caſu loquitur deciſi.& iuribus ibi ad-
ductis.Ceſſant.n.ex pluribus,& primo qñ teſtator iam hoc ex-
preſsit conſideratis uerbis per eum prolatis,ex quibus apertiſsi
48 ma habetur coniectura eius mentis,& uoluntatis.† Quæ con-
iecturæ apertiſsimam inducunt probationem,ut traditur in l.li-
cet imperator,de leg.j.ubi oẽs id firmant,& ɔcordant.q̄plures
adducunt,& traditur in l.ſi quis locuplex.ff.de manumi.teſta.
49 † Et quod uenit ex mente,& ſnia expreſſum dr.l.nominis.§.uer
bum.ff.de uerb.ſig.& habetur in l.prætor.§.j.iuncta glo.in uer.
expreſſum.ff.de ope.noui nunc.& diffuſe poſt alios proſequitur
50 Fely.in c.tranſlato,de conſtitu.† Et quia attendere debemus ra
tionem,& mentem potius q̄ uerba,& illa eſt quæ prædominat,
ut deduximus,& probatur in l.cum pr.§.dulciſsimis,de lega.ij.
cum ɔcor.Et iſtis attentis ſumus in caſu de quo loquitur ſubſti
51 tutio,& ſic ceſſant omnia obiecta.† Nec erimus in caſu omiſſo
ut in oppoſitum dicebatur,nam ſumus in expreſſo,qui uenit de
cidendus ſm uoluntatem teſtatoris ad quam adaptatur diſpoſi
tio legis,uulga.§.diſponat,& d.l.in conditionibus primñ locũ,
cum uulgaribus,& ita in terminis iſtis ɔcludit Dec.cõſi.cclxx.
Dominus Raynaldus,col.pe.nu.vj.ubi adducit d.l.licet impe-
rator,& alia q̄plura,& idẽ facit ɔſi.cccxviij.nu.ij.& tradit Ale.
conſi.cxxxij.uol.ij.& Cor.conſi.cclxxxiij.uidetur,colũ.iij.in fi.
uol.j.& bene faciunt not.in l.certum.ff.ſi cer.peta.& in l.nomi-
natim.ff.de condi.& demon.& quæ traduntur in deciſio.conſi.
52 Neap.cxlj.† Nec obſtabunt illa uerba a teſtatore prolata,tunc,
& illo caſu.quæ non uidentur poſſe trahi extra illum expreſſum
ſm Pet.de Anch.Roma.& Dec.ſ.in ɔtrium allegatos. Nã uerũ
eſt illam dictionem,tunc denotare extremitatem,per l.quartã.
ff.de condi.& demon.non tñ propterea inducit effectum quin
ſubſtitutio ſub illis uerbis facta in illo caſu non porrigatur ad
alios ſimiles,nam ad illos porrigit,& diſsimiles tñ excludit, ut
probatur in l.ij.C.de inſti.& ſubſti.& in l.iam hoc iure.ff. de
uulga.& pup.& in l.mulier,in prin.ff.ad trebe.& firmat Bar.in
53 d.l.Gallus.§.& quid ſi tñ,& oẽs ibi ſequuntur.† Volentes ſub
ſtitutionem ɔceptam in unum caſum porrigi ad alium ſimilem
allegãtes alia iura,& rõnes,ẽt ſi facta eſſet per illam dictionem,
tunc,uel erat ibi,& ita punctaliter Gallian.in d.§.& quid ſi tñ,
col.iij.in quarto notab.nu.xiiij.reprehendit Pet.de Ancha.&
Dec.ubi.ſ.Cuius opi.comprobatur,attenta mente,& rõne te-
ſtatoris quam attendere debemus,& in qua includitur alius ca-
ſus,qui nõ põt dici omiſſus,ſed expreſſus,ut ſuperius oñdimus,
quo conſiderato,non tractabimus de extenſione,cũ caſum ex-
preſſum,nam comprehenſus,& expreſſus dr,& ſic erimus extra
54 omnem dubitationem.† Poſtremo non ob.quod ultimo locõ
dicebatur,diſpoſitionẽ teſtatoris,non poſſe extendi de una per
ſona ad aliam ſm Are.& Deci.ubi.ſ.Nam ex pluribus ſubuer-
titur,& primo ex dictis eiuſdem Are.in d.§.& quid ſi tantum,
col.iiij.uerſi.ij.adde,iuncto,uer.ij.fallit,dum uult obiectionem
ceſſare qñ perſona ad quam fit extenſio,poſſet aliquo mõ com
prehendi ſub uerbis,& mente diſpoſitionis,propter aliquã qua
litatem ſibi inhęrentem,adducendo tex.in l.tale pactum.§.fi.ff
de pactis.Quod equidem ſatis adaptatur ad caſum nrm, nam
ut ea pluribus.ſ.oſtendimus,ea uerbis prolatis ab ipſo teſtõre,
ſatis aperta mens eius deducitur propter qualitates per eum ex-
preſſas,perſonas iſtorum ſuorum nepotum in iſto fideicõmiſſo
55 includi,& ad eas illud extendi.† Secundo obiectio ceſſat, nam
ɔ dictum Are.eſt aperta deciſio Ang.in d.§.& quid ſi tantum.
Volens ꝙ diſpoſitio facta in una perſona extendatur ad aliam
perſonam ſicut extenditur de uno caſu ad aliũ,qñ ex coniectu-
ris põt colligi, ꝙ diſponens ita diſpoſuiſſet,ſi fuiſſet interro-
gatus,& hanc deciſi.Ang.refert,& ſequit Iaſ.ɔ Are.in l.Titius.
§.Lucius,nu.iij.vj.& vij.ff.de liber.& poſthu. Vbi firmat opin.
Ang.& idem uult præciſe ipſe Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum,colũ.
v.nu.xxiij.dum ſe refert ad dicta per eum in d.§.Lucius,& hanc
ſniam ɔ Are.ſequuntur Hiſpa.repeten.in d.§.& quid ſi tãtum,
num.lxxxvj.ubi eam ex alijs comprobant,& reſpondent dictis
Are.adducẽtes tex.in l.iij.C.de inof.teſtam.ut ẽt facit ibi Crot.
56 nu.xxvij.† Quę quidem opinio ſatis comprobatur ɔſideratis ſu-
perius adductis.In quibus ɔcluſum extitit,mentẽ,cauſam,& ra
tionem quibus teſtator fuit motus,potiſsimum ɔſiderari, quib.
ſtantibus,uerſamur in caſu incluſiuo.nõ aũt extẽſiuo,iuxta gl.
in uer.Italiæ,ĩ c.j.de tẽp.ordi.lib.vj.& Bal.in l.de quib.cirſi.ff.
de legi.& Imo.ĩ l.ſi uero.§.de uiro,& ſeri.oẽs ĩ l.ſi ɔſtãte ĩ prin.
ff.ſol.mat.& per Mod.in auct.quas actiones.C.de ſac.ſan.eccl.
57 † Eo ẽt quia gl.in l.Titius,in prin.de liber.& poſth.ſuper qua
* fundat ſe Areti.* cõiter a pluribus reprobatur,ut per Imolam,
& Pau.de Ca.ibi,& eundemmet Areti.ſibi ɔtrium, ut refert ibi
Iaſ.& eam reprobat Pau.de Ca.in l.ſicut certi.C de teſta.milit.
58 & repetẽ.Hiſpa.in d.§.& quid ſi tantum, nu.lxxxvi.† Nec tex.
ſuper quo ſe fundat Are.in l.ſi quis ita,in fi.de teſta.tut.obſta-
bit,nam loquitur in caſu odioſo,& oneroſo tutori,ut dicũt oẽs
in d.l.Titius,dum reprobant illam gl.& etiam refert Iaſo.in d.
§.Lucius,nu.vij.& repeten.Hiſpa.in d.§.& quid ſi tantum, nu.
lxxxvi.uerſi.nec ob.tex.& Crot.ibi, nu.xxvj.& xxvij.& melius
59 etiam alio modo reſpondent ad d.l.ſi quis ita.§.pe.† Et tex.in
d.§.Griſogonus,& ibi no.nihil faciunt,ex quo non uerſamur in
perſona extranea,& ibi dicta pluribus modis limitãtur, ut poſt
Bar.ibi,col.fi.nu.vj.& poſt alios refert Iaſ.nu xlj.& ſeq.Et quæ
dicta non poſſunt adaptari ad ultimas uoluntates, & ad caſum
nrm in quibus de perſona ad perſonam fit extenſio ex mẽte ra-
tione,& uerbis ac coniecturis,quib.teſtator motus fuit ad di-
ſponendum,uti ex pluribus apertiſsime ſuperius id comproba-
60 uimus.† Et ꝙ opi.Ang.& ſequac.ſit nedum humanior, ęquior
* & magis * cõis,quinimmo uerior ɔ opin.Are.ſibi ɔtrij,& Deci.
adhuc deducitur & a fortiori,nã ſi teſtator prohibet filios alie-
nare bona,talis prohibitio nõ deberet extẽdi ad nepotes, & ſic
ad alias perſonas,ex quo ſumus in grauamine,& onere, ut dicit
Bar.in d.§.diui,col.fi.& tñ in ɔtrium eſt deciſio eiuſdem Bart.in
l.pr filium.§.fundum,de lega.iij.Volentis ꝙ fiat extenſio data
paritate,& identitate rõnis,de tempore ad tempus,quod ſequit
Pau.de Ca.ɔſi.cclxiij.circa primum, in ſecundo dubio,colũ.
61 pe.uerſi.ſed ad primum,& dec.ɔſi.ccclxxxvj.licet colũ.ij. † Et
hoc Ale.in d.§.diui,& Crot.ibi car.ix.& x.uerſic.quærit demũ
Bar.& uerſi.aliquando,& tertio,expreſſe uolunt, ꝙ prohibitio
de non alienando facta filio,extendat ad nepotes,& ſic de per-
ſona ad perſonam,quando in omnibus uiget eadem rõ conſer-
uandæ agnationis,& ut bona conſeruentur in famil a, allegat
deciſi.q̄plures,& iura,que uideri poterunt. Pro quibus ẽt facit
quod ponit Cor.conſi.xxxviij.placet mihi,col.ij.& iij.uerſi.tñ,
& hoc,& uerſi.ſeq.uol.j.Vbi ad id plura deducuntur,ſi igitur in
grauamine,& onere extenſio fit de perſona ad perſonã,ex iden
titate rationis,quanto fortius facienda eſt,quãdo uerſamur in
caſu fauorabili,& tendente ad commodum,ut eſt præſens no-

ſter. Ex quibus omnibus non obſtantibus 3rijs.ſ.adductis, & alijs quibuſcunq; forſan adducendis, quibus aperta patet reſolutio ex his quæ iam deduximus, firma, & ſolida infertur ↄcluſio, ipſum do Opizonem uirtute dicti fideicommiſſi, pro portione ſua, poſſe de iure petere bona dicti teſtatoris non obſtan. diſpoſitione ſuper illis facta per ipſum do. Raph. Parilius Bon.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum coram parrochiano, & duobus teſtibus conditum, ualet de iure canonico, & in locis ſubiectis eccleſiæ, & numero 5. & 15.*
2 *Etiam ſi de eo nulla facta ſit ſcriptura.*
3 *Si teſtes iſti, & rector de eius tenore deponunt.*
4 *Notarius quando computetur in numero teſtium, & nu. 6. & 7.*
5 *Requiritur tantum præſentia rectoris.*
8 *Hæres inſtitutus, poteſt grauari.*
9 *Quot teſtes requirantur in codicillo, & ultima uoluntate.*
10 *Et ſufficiunt non rogati.*
11 *Et fœminæ admittuntur, & nu. 16.*
12 *Et etiam fratres minores.*
13 *Teſtis dicens non recordari, reducendus eſt ad cõcordiam cũ alijs.*
14 *Et ſatis eſt, quòd concordent in dicto, licet in cauſa dicti diſcordent in aliquo.*
17 *Quando relatio nõ põt fieri niſi ad unũ, illud pro expreſſo habetur.*
18 *Statutum conditum à laicis in terris eccleſiæ, non ualet quando eſt contra ius canonicum, & nu. 19.*
20 *Et quando non fuit a ſuperiore confirmatum.*
21 *Confirmatio generalis, non capit iniuſta ſtatuta.*
22 *Statutum tollitur per contrariam obſeruantiam.*
23 *Statutum contra ius ſtrictiſſimè eſt interpretandum.*
24 *Statutum loquens in teſtamento redigendo in ſcripturam nõ procedit quando eſt nuncupatiuum.*
25 *Statutum loquens in teſtamento, an habeat locum in codicillis, & alia ultima uoluntate, & alijs ſeq.*
26 *Et quid quando non uiget in utroq; eadem ratio.*
27 *Appellatione teſtamenti, quando ueniat codicillus.*
28 *Teſtamentũ, & codicillus, quo caſu æquiparãtur in iure, & quorũ reſpectu, & quando non.*

CONSILIVM LI

TESTAMENTVM. Conditum per Auguſt. q. Fran. Bernar. ualidum eſt, & executioni demãdandum, iuxta uoluntatẽ ipſius teſtatoris. † Cũ. n. con-
1 ditum fuerit præſentib. duobus teſtibus, & præſente Maximiano rectore ipſius teſtatoris de iure cano. ualidiſſimum redditur, ut eſt tex. in puncto, in c. cum eſſes, eñ de teſta. licet. n. de iure ciuili, aliter fuiſſet diſpoſitum, ut inſt. de teſt. ord. & l. hæredes palam. ff. eo. & in l. hac conſultiſſima. C. eo. cum ſi. Tñ de iure cano. & in terris eccleſiæ, & in foro eccleſiaſtico, in quibus omnib. uerſamur in præſenti caſu. Teſtm̃ factum coram duobus teſtibus, & præſente rectore teſtatoris eſt ualidum per d. c. cum eſſes, ubi ſcribentes oẽs hoc affirmant nullo excepto dicentes hanc ↄclu. eſſe cõem, & ſequendã, in iudicando, & cõſulendo, hoc idem tenẽt Mod. in l. hac ↄſultiſſima. col. ij. ſ alleg.
2 uer. circa ẽm ubi dicunt iſtud non hñe dubiũ. † Et ↄſiderandum eſt, ꝙ duo teſtes adhibiti præſente rectore ipſius teſtatoris, reddunt de iure cano. teſtm̃ ualidum, dato ꝙ de eo non eſſet cõfecta ſcriptura, poſſunt. n. uiua uoce de teſtõ, & diſpoſitis per teſtatorem teſtificari, & teſtimonium reddere, ex quorum dictis, uoluntas teſtatoris redditur clara, & ualida, cũ teſtm̃ fuerit nuncupatiuẽ, & non in ſcriptis celebratum, ut dicit text. in d. l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem, & inſti. de teſtam. §. fin. &
3 no. in d. c. cum eſſes. † Et iſto cõſiderato, quia duo teſtes qui interuenere in d. teſtõ, & dictus Maximianus rector poterunt uiua uoce teſtimonium reddere de contentis in illo, ac diſpoſitis per ipſum teſtatorem, quo ſic uto. res nullam haberet difficultatem, dato. n. ꝙ ipſe rector conſideraretur, ut teſtis, iſtud non haberet obſtare, ſi uiua uoce, una cum alijs duobus deponeret uoluntatem teſtatoris, ut dicit iure conſul. in l. domitius labeo. ff. de teſtam. & ibi Bar. Ang. Bald. Imo. Pau. & Alex. affirmantes,
* hanc eſſe * communem opinionem, & gl. quam omnes ſcribẽtes ibi communiter ſequuntur, in l. hac conſultiſſima. uer. fi. C. qui
4 teſtamen. face. poſ. cum concor. † Sed quia audio difficultatem eſſe, an dictus Maximianus rector dicti teſtatoris, qui confecit inſtrumentum de dicto teſtamento, præſentibus duobus alijs teſtibus, de quibus ibi potuerit hoc facere, cum non poſſit fungi officio teſtis, & officio notarij, unde uidetur dicẽdum inſtrumentum ſuper hoc per ipſum confectum, non probare, per ea ꝙ notantur in d. l. domitius labeo, & in d. l. hac conſultiſſi. uerſ. fin. Nam ſcriptura publica, & ſcripta per ipſum rectorem, iſto caſu nõ facit fidem, nec probat uoluntatem dicti teſtatoris niſi uiua uoce, per ipſos teſtes, & ipſum rectorem ſit comprobata,
5 ut probatur in iuribus ſupra deductis. † Circa iſtud obiectum conſiderandum eſt, ꝙ de iure canonico, ut ſupra, ſufficiunt duo tantum teſtes ad ualiditatem teſtamenti, & duo tantum ſunt neceſſarij, dummodo ꝙ hat præſente rectore teſtatoris, ut diſponit tex. in d. c. cum eſſes, & ibi ſcriben. & not. in d. l. hac conſultiſſima. Ex hoc infertur ſatis eſſe habere duos teſtes, & præſentiam rectoris, docto enim teſtamentum fuiſſe conditum cũ duobus teſtibus, & præſente rectore habemus ualiditatem teſtamenti, non enim requiruntur tres teſtes, ſed ſufficiunt duo, cũ præſentia rectoris, ſatis enim eſt rectorem fuiſſe præſentem, & fuiſſe adhibitos duos teſtes, probata ergo præſentia rectoris, & intelligentia, probato etiam ꝙ interuenerunt duo teſtes, illico
6 damus ualiditatem teſtamenti de iure prædicto. † In caſu nr̃o, ita eſt nam interuenerunt duo teſtes, interuenit præſentia rectoris dicti teſtatoris, ergo habemus requiſita de dicto iure, & ſicuti quilibet notarius extraneus potuit a dicto teſtatore rogari, ꝙ ſcriberet ſuum teſtamentum, quod faciebat cum duob. teſtibus, & præſente eius rectore, ita & ipſe rector, qui notarius erat, potuit a dicto teſtatore bene rogari, ꝙ de eius uoluntate quam faciebat cum duob. teſtibus, & ipſo rectore notario præſente, & audiente faceret publicum inſtrumẽtum, uti fecit. Iſta, enim duo non ſunt incompatibilia, ſcilicet, præſtare præſentia, & intelligentiam alijs duobus teſtibus adhibitis, & de dicta præſentia præſtita, & intelligentia habita conficere inſtrumentum, tanq notarius, per ea quæ notantur in l. ſi conſul. ff. de adopt. & magis late, & in fortioribus terminis, uoluit Deci. conſ. xlu. &
7 pro facultate mea. in ij. dub. † Et obiectio facta, & alia in contrarium adducta procedunt quando adhibetur notarius tanq̃ teſtis neceſſarius, ſed in caſu noſtro teſtes neceſſarij ſufficiunt, duo, & ſatis eſt rectori exhibere præſentiam ſui in illo actu, & audire omnia, quæ præſtatio præſentię, & intelligentia geſtorũ potuit per ipſum rectorem explicari, & de omnibus iſtis, ipſe rector tanq̃ notarius, potuit rogari, ut conficeret inſtrumentum, quo caſu eius ſcriptura tanq̃ publica bene probat, perinde ac ſi eſſet facta a quocunq; alio extraneo notario. cum in ipſo rectore, & notario prædicta non ſunt repugnantia, ſed compatibilia, ut ſupra, & uidenda circa iſtam materiam ſũt aliqua per Barb.
8 conſ. lvij. in j. par. † Quod dictus teſtator, potuerit inſtituere Ioan. Angelum in uita ipſius hæredis, & grauare poſtmodum & ſubſtituere, uti grauauit, & ſubſtituit non habet difficultatẽ, per tex. in l. qui filio, in prin. ff. de hære. inſti. & in l. extrapeum, in j. C. eodem, & ibi plene ſcriben. & no. inſti. eodem. § hæres, & pure, cum alijs uulgar. & per Pau. conſ. ccij. ſuper hoc puncto.
9 † Quelibet ultima uoluntas ſeu codicillus contentus eſt numero quinq; teſtium tantum, qui numerus ad probandum codicillum, & ualidandam omnem ultimam uoluntatem de iure ciuili, ſufficiens eſt, per tex. in l. fi. C. de codic. & ibi gl. quæ allegat iu-
10 ra concord. & docto. omnes * communiter ſequuntur. † Et licet non rogati, ſed fortuito interuenerint, ſatis eſt, ut dicit text. in d. l. fina. ad quæ nota. jo ſimilib. in d. l. hac conſultiſſima. §. ex
11 imperfecto. cum ſimi. † Rurſus, & mulieres in codicillis, & ultima uoluntate teſtes eſſe poſſunt, & habiles, & idoneę ſunt argu. l. primæ. ff. de teſtib. & in puncto eſt glo. in d. l. fina. ubi Barto.
* & docto. ſequuntur, dicentes omnes tenere hoc, & ꝙ eſt * communis opin. & alia glo. in l. qui teſtamento. § mulier, & ibi Bal. ff. de teſt. & Barto. ibi in uerſic. cum qui, & Alex. in uerſic. nec furioſus, colum. iij. ad quæ not. in ſimi. in d. l. hac conſultiſſima, & in auc. hoc niſi. eodem titu. In caſu præſenti, quinq; teſtes prædicti deponunt de ultima uoluntate, & codicillo dicti teſtamẽti, conſequenter neceſſario concludendum dictam uolũtatem,
12 & codicillum ualidum. † Nec prędictis obſtat, ꝙ duo dictorũ teſtium fuerunt fratres minores, nam inhabiles non ſunt, ut teſtes eſſe non poſſint, maximè in ultimis uoluntatibus, ut tenet Specu. in titulo de teſte. §. primo, uerſicu Item ꝙ monachus, & Bal. in auten. ingreſſi, colum. j. C. de ſacro. & cler. & Moder. poſt Abbat. in c. cum Iudæus, ubi plura accumulant de teſtib. Nec prædictis habet obſtare, ſi una ipſarum teſtium, in ſua depoſitione, uidetur aſſerere, ſe non recordari, an per dictã teſta-

teſtem fuerit facta nominatio de codicillis,uel de ultima uolun
tate,nam hoc modo deponendo,neceſſario includit alterú præ
dictorum,quod ſufficit,ut ex prædictis patet. Ad quod uerba
eiuſdẽ teſtis,quæ expreſſe deponit,teſtatricem dixiſſe,ꝙ nó pu-
blicarent illam ſuam uoluntaté niſi ea mortua, ergo neceſſario
teſtificatur de ultima uoluntate,ꝓut ſumus in caſu deciſionum
23 ſuperius allegatarum.† Ad quod ẽt facit,quia dicta teſtis dicit
ſe non recordari,quo caſu,reducenda eſt ad concordiam cum
alijs teſtibus,qui clare,& expreſſe hoc deponunt, & per exten-
ſum,ut in ſimi.per Bar.in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſth.
cum alijs alleg.per Mod.poſt Abb.in c.cum tu.de teſtib.col.ij.
uerſi.ii.concluſio,& hoc maxi.quia ſunt oẽs teſtes unius partis,
24 ut late per eoſdem in d.c.cum tu.col.v.uerſ.ceterum.† Et quia
ſatis eſt,ꝙ concordent in dicto,ꝙ ſufficit,licet in cã dicti,ſit ali-
qua ꝯrietas,tamen non curratur,nec cõſideratur,ut per Spec.in
tit.de teſte.§.iam de interrogatorijs,uerſi.hic eſt, & per Bal.in
l.j.col.vj.C.de teſt.& plene per Mod.in d.c.cum tu.col.vj.uerſ.
vj.no.& late per Mod in l.ij.C.de bon.poſ.ſm tab.Ex quo.n.in
ſubſtantia oẽs ſunt conteſtes licet in alijs eſſent uarij, ſatis eſt.
25 † Attento aũt iure cano.& eius diſpoſitione firmiſsima extat
concluſio,& indubitabilis,dictam ultimam uoluntaté ſeu codi-
cillum ualere,nedum in pia cauſa , ſed ẽt in penitus prophana,
ut habetur in d.c.cum eſſes,& ibi late ſcribẽ.Et hoc maxi. quia
ſumus in terris,& inter ſubditos eccleſiæ,ut eſt caſus noſter qđ
procederet,etiam ſi tñ quatuor teſtes interueniſſent etiam ſine
✱ parrochiano,ut per Abba.& alios in d.c.cum eſſes, & eſt * cõis.
opi.& per Mod.ibi,& in d.l.hac conſultiſsima,col.ij.uerſ.ſed du
26 bium eſt,ubi multę deciſiones allegantur.† Quo iure mulier
quoq; pót eſſe teſtis,& habilis eſt,ut per Abb.& alios in d.c.cú
✱ eſſes,& eſt * cõis opin.ut concludunt Mod.in d.l.hac conſultiſ-
ſima,in prin.col.pe.uerſi.quid autem,cum alijs concor. Vtroq;
ergo iure conſiderato dicta Victoria admittenda eſt ad legatú
Olineti,cum dicta teſtatrix ab ea adimerit legatum relictum in
teſtamento duca.xxx. & eius loco legauerit dictum olinetú,
dicta.n.uerba teſtatricis,& tollo lib.xxx.duc.laſſati,nó poſſunt
habere aliam relationẽ,niſi ad teſtm̃,per eam primitus celebra
tum,ex quo unicum tm̃ fuit,quo caſu habetur perinde ac ſi ex-
preſſe dixiſſet,adimo legatum relictum, per me ſorori in teſtõ
27 duc.xxx.† & loco illius lego ſibi olinetú,per ea quæ no.i l.q̃uis
C.de fideicõmiſsis,& in l.j.ff.de lib.& poſth.& per Bar.in l.ube
28 rorũ.ff.de uerb.ſig.cú alijs uulgaribus.† Et prædictis nó habet
obſtare ſtatutũ,quia dictum ſtatutum conditum a laicis, & pri
uatis,nullú eſt c.per uenerabilem.qui fil.ſint legiti.not.in l.oẽs
populi.ff.de iuſt.& iu.& in l.cunctos populos,de ſumma Trin.
19 & fid.cath.& in c.cum oẽs,de conſti.† Secundo quia eſt ꝯ Ca-
nones,de quibus.ſ.quo caſu non ualet,ut eſt text.in c.qđ ſuper
20 his,de maior.& obe.† Tertio quia non apparet dictum ſtatutũ
confirmatũ a Pont.& dato,ꝙ doceret de aliqua confirmatione
tñ dicta cõfirmatio,non habet obſtare,ex eo quia nó intelligit
confirmare ſtatutũ nullum,ut eſt præſens,ut plenè hr̃ in c. quia
diuerſitatem,de conceſſ.præben.& in c.pen. de confirmatione
utili uel inutili,& per Bar.& alios in d.l.oẽs populi,& alias ple
21 ne conſului.† Prout ẽt quia talis aſſerta confirmatio, nó poteſt
eſſe niſi generalis quo ad oia ſtatuta,quo caſu non vr̃ confirma-
re ea quæ ſunt iniuſta,ut eſt præſens ſtatutum,ut per Bal.in c.j.
in ti.per quos fi.inueſti.& per Abb.& alios,in c.inter dilectos,
22 de fi.inſtr.& per Alc.conſi.ſuo cxiii.uol.iiii.cum ſimi.† Et quia
aſſertum ſtatutum in præſenti caſu cẽſetur eſſe ſublatũ per ꝯriã
obſeruantiam,quæ in unico actu ſufficit,ut per Hoſtien. & Io.
And.in c.ad audientiam, de cler.non reſid.& per Abba. in c.cú
acceſsiſſent,de conſtit.& ibi Mod.col.antepe.allegantes alias.
23 †Rurſus conſiderandum,ꝙ tale ſtatutũ ꝯdicit iuri ciuili,& iuri
canonico,de quibus ſupra,quo caſu ſtrictiſsime interpretandũ
eſt,ut illa minus lędat,q̃ fieri pót,ut plene habetur in l.fin.§.in
cõputatione.C.de iure delibe.l.iiii.§.ait prętor.ff.de dam. inte.
24 cum ſi.† Conſequenter dicendum,ꝙ locum habeat , & proce-
dat,quando teſtm̃ ſeu ultima uoluntas redigitur in ſcripturam,
ſecus aũt quando de ipſis nulla fit ſcriptura,ſed tñ coram teſti-
bus nuncupatiue celebrantur,quo caſu,ſeruandum eſt ius cõe,
& non dictum ſtatutum,& ita audio dictum ſtatutum fuiſſe in
terpretatum,& obſeruatum,quod ſolum ſufficit,cum caſus præ
ſens ſit conſiderandus abſq; probatione ſcripturæ, per ea q̃ no-
tantur in l.minime.ff.de legi.Ad quod faciunt uerba dicti ſta-
tuti,requirentis tabellionem,& iudicem,& quandoq; duos ta-
belliones,certe non ad alium effectum , niſi ut qñ de prædictis
fit ſcriptura debeat fieri per notarios,quo caſu ſequitur, ꝙ ceſ-
ſante ſcriptura ſtatutũ ceſſat,pro quibus faciunt plene not. per
25 Barb.in rub.eꝰ de teſtibus.col.viii.& ix.& Mod.ibi. † Itẽ con-
ſiderandum eſt,nam dictum ſtatutum loquitur tm̃ de teſtõ,ni-
hil autem dicit de codicillo,uel de ultima uolũtate,ut eſt caſus
præſens,ergo non eſt extendendũ ad codicillum & ultimã uo-
luntaté,cum prędicta ſint penitus diuerſa,uulgs.l.ſi idem.C.de
codicil.cum alijs uulgaribus,& licet Bar.in l.ij.per illum text.
de lega.j.& oẽs doc.ibi,& Bald.in l.fi.C.de teſt.& in l.hac con-
ſultiſſ.uerſ.pe.C.qui teſta.face.poſ.tractent materiã,an ſtatutũ
loquens in teſtõ extendatur ad codicillũ,& ultimam uoluntatẽ
26 omiſsis pluribus quæ in dictis locis notantur. † Tamen * cõis
✱ concluſio eſt,ꝙ ubi non uigeat ea rõ,non fiat extenſio. In caſu
nr̃o,ita eſt ergo ſtatutũ loquens in teſtõ,non ſe extendit ad co-
dicillum,& ultimam uoluntaté,& ſic ad caſum nr̃m,ꝙ ſit diuer
ſa rõ,patet quia ſtatutum conſiderauit caſum in quo eſſet ma-
27 gnum prędiudicium,ut patet ex uerbis ſtatuti. † In caſu nr̃o eſt
relicta tm̃ unica res,ꝓñ non ſumus in magno præiudicio, & iõ
appellatione teſtamẽti non cõprehenditur codicillus, pulchra
eſt deciſ.Barb.in rub.de teſtam.col.xj.& xii. uerſi.fatendũ eſt.
Vbi expreſſe tenet,ꝙ licet alias appellatione teſtamenti ueniat
codicillus,tamen iſtud fallit,qñ in codicillo eſſet relicta unica
res,ut eſt caſus nr̃,allegat Imo.& Gemi.in c.q̃q̃.de uſur.lib.vj.
28 † Rurſus ẽt eſt aduertendum,ꝙ alias licet teſtm̃,& codicillus
æquiparentur,iſtud eſt uerum reſpectu habilitatis,uel inhabili-
tatis perſonarum,nõ autem reſpectu ſolemnitatis,nam quo ad
ſolemnitates ſeruandas,appel.teſtamenti non uenit codicillus,
✱ nec ultima uoluntas,ita Barto.* cõiter approbatus in d.l.xj.de
leg.i.& idem Bar.in l.qui teſtõ.§.cum qui.ff.de teſta.quẽ ſcrib.
ibi ſequuntur,dicentes ꝙ circa ſolemnitates,appel. teſtamenti
non uenit codicillus,& Are.in d.l.qui teſtõ.§.nec furioſus.col.
ij.in fi.& col.iii.in prin.expreſſe dicit,ꝙ dicta l.ii.de lega.j.quæ
æquiparat teſtm̃, & codicillum , ut non procedat reſpectu ſo-
lemnitatis.In caſu prędenti tractatur ſolũ de ſolemnitate,conſe
quenter dictum ſtatutum loquens de teſtõ non ſe extendit ad
codicillos,nec ultimam uoluntatem,etiam ſi dictum ſtatutum
eſſet ualidum,cum in ueritate ſit nullum,& nullius roboris , &
momenti,per ſuperius dictæ. Pariſius Bono.

SVMMARIVM.

1 *Verba teſtãtoris quòd hæres cõſeruet bona ſuis filijs,et prohibitio de nõ alienãdo inducunt fideicõmiſſum etiã non ſecuta alienatione.*
2 *Quando teſtator priuat nominatos hæreditate,uidetur ipſos honoraſſe,& uocaſſe.*
3 *Et quid quando inter eos facta eſt reciproca ſubſtitutio.*
4 *Honorati a teſtatore poſſunt grauari fideicommiſſo,& nu.9.*
5 *Non procedit l.ab eo.C.de fideicom.quando adeſt cõiectura ã mẽs teſtatoris.*
6 *Et quid quando ultimo morienti facta eſt ſubſtitutio.*
7 *Et quid ſi idem ordinaſſet,quando de hoc fuiſſet interrogatus.*
8 *L.Lucius de hæred.inſt.quo caſu procedat,& nu.4.& ſeq.*
Poſiti in conditione,non dicuntur diſpoſitiuè uocati.
Et quid ſi dictum eſt de filijs maſculis.
10 *Detrahuntur per filiũ grauatũ,regulariter duæ quartæ,fallit ĩ ſeq.*
11 *Trebellianica poteſt expreſsè & tacitè prohiberi.*
12 *Et prohibita cenſetur,qñ teſtator prohibuit alienationem bonorũ.*
13 *Et ſi facta eſt prohibitio de non alienando uni , non extenditur ad alios,regulariter fallit nu.14.& ſeq.& 34.& ſeq.*
14 *Ceſſat trebellianica ſi nullum confectum fuit inuentarium.*
15 *Appellatione filij,an & quãdo ueniat nepos in grauamine,& aliis ſequenti.*
Et primo,quòd non.
16 *Fideicommiſſum,grauamen eſt.*
17 *Fideicommiſſum conditionale,non tranſmittitur.*
18 *Niſi conſtet de contraria mente teſtatoris.*
19 *Et ueniat iſto caſu nepos appellatione filij.*
20 *Et idem ſi in nepote,uiget eadẽ ratio,quæ in filio,& nu.23.& 24.*
21 *Et idem ſi aſcendens,ſimpliciter tale uerbum protulit.*
22 *Et idem ſi non ſunt nominati ſpecificè,& non erant tunc nati, & in euentum futurorum filij tãtum fuerunt appellati.*
24 *Ratio eſt quia ampliat dictum,& diſpoſitum.*
25 *Et idem ſi nomen filij eſt appoſitum per modum cauſæ,& conditionis in fauorem eorum.*
26 *Quod bona conſeruentur in familia,fauorem filiorum reſpicit , & nu.17.& 19.*

27 *Statutum excludens fœminas continet fauorem maſculorum, & numero 28.*
31 *Excludens neptes, uidetur excludere ſorores, & al.as, etiam nu. 30. etiam pronepotes.*
30 *Vocans fœminas poſt maſculos, illis ſtantib. eas excludit, et nu. 31.*
32 *Dictio, huiuſmodi, repetit dicta in præcedentibus, cum ſuis qualitatibus.*
33 *Et idem in relatione.*
35 *Prohibitio facta filijs, extenditur ad alios, ex mente coniecturata.*
36 *Et quando fideicommiſſum eſt reciprocum ueniunt nepotes.*
37 *Et tale fideicommiſſum non cenſetur oneroſum.*
38 *Conſtitutio quæ poteſt ſe habere ad commodum, & incommodum ligat clericos.*
39 *Confeſſio qualificata, an in totum ſit acceptanda.*
40 *Fideicommiſſa inducuntur ex coniecturis.*
41 *Conſi. Pau. de Caſt. uolentis appellatione filij non uenire nepotes, quo caſu, & quando procedat, & nu. 42.*
43 *Ex diuerſis, non bene infertur.*
44 *Rei uendicatio competit fideicommiſſario particulari.*
45 *Prohibitio alienationis, inducit fideicommiſſum in fauorem illorũ pro quibus eſt facta.*
46 *Fideicommiſſario uniuerſali, quando competat rei uendicatio nulla facta reſtitutione, & alijs ſeq. quando ſecuta fuit alienatio.*
47 *Et quando grauatus moritur, nullo hærede relicto.*
48 *Et de æquitate canonica, quid iuris.*
49 *Et quando expreſſe eſt prohibita falcidia, & trebellianica.*
50 *Fama probat in antiquis.*
51 *Verba enunciatiua inſtrumenti probant in antiquis.*
52 *Fama, qualiter probanda, & quid in curia Romana.*

CONSILIVM LII.

CERTVM Eſt in præſenti caſu, teſtatorem inſtituiſſe Io. filium hæredem uniuerſalem, cum hoc, ꝙ conſeruet, & conſeruare debeat bona filijs ſuis, &
1 ea nullo modo poſsit alienare. † Cũ itaq; dicta uer. conſeruet, & cõſeruare debeat, filijs ſuis, & dicta prohibitio de non alienando ſint apta ad fideicommiſſum. l. etiam hoc modo l. & eo mõ, de lega. j. l. fideicommiſſa. §. hec uerba. l. ꝑr filium. §. mater, & ibi Bar. in ulti. oppoſitione, de leg. iij. l. unum ea familia. §. fi. de leg. ij. l. codicillis. §. matre, eo. tit. l. Pamphilo, in prin. de leg. iij. cum ſi. Inducitur abſq; dubio fideicommiſſum, ẽt non ſecuta alienatione, ut ſunt tex. clari ubi. ã. & declarant Mod. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de uerb. obli. & poſt Barto. reliqui ſcrib. in l. filiusfam. §. diui, ubi pleniſsimè, de le. j. & firmat Dec. in pluribus ſuis conſ. Iſto. n. caſu teſtator incipit a fideicõmiſſo, per quod cenſetur prohibita alienatio, ẽt ſi expreſſe teſtator nõ prohibeat. l. fi. auct. res quæ. C. cõia de legatis. Et ꝓhibitio alienationis per teſtatorem ſubſequens, non reſtringit fideicõmiſſum ad caſum alienationis tantum. Nam ualidum eſt etiam nõ
2 ſecuta alienatione, ut patet in iuribus præallegatis. † Prout idẽ dicendũm eſt ex uerbis teſtamenti, ibi. Item uoluit, & mãdauit, ubi teſtator uult filios Ioannis debere ſtare, & morã trahere cũ do. Veronica alias ſi non ſtarent, ꝙ caderent ab hæreditate, certè priuando eos hæreditate, expreſſe prius honorauit, & eos uocauit, alias priuatio inſurgere non poſſet, cũ illa neceſſario præſupponat habitum. l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iure. l. decem. ff. de ſol. & in puncto ita uoluit Cor. cõſi. cclxxiij. dubia, uo. iiij.
3 ¶ † Rurſus aduertendum, ꝙ a dicto teſtatore inter filios Ioãnis fuit facta reciproca ſubſtitutio ibi, ꝙ ſi dicti filij, & filiæ Ioan. uel aliquis ipſorum moriat ſine legitimis, & naturalibus filijs, ꝙ primo maſculi ad inuicem moriãtur, ultimus uero moriat filiabus, ſi tunc uixerint &c. quo fit, ut portiones præmorientiũ ſine filijs, cenſeant delatę ad ſuperſtites. l. q̃uis. C. de impub. l. Lucius. l. iam hoc iure. ff. de uul. & pup. cũ ſi.
37 j.uer.iij.per Dec.in d.conſi.xv.† Ad quod etiam facit ex quo ſu
mus in materia differenti,in qua maſculinum non concipit fœ
mininum,per Bar. in l. j. ff.de pœn.ex quo bona debebant con-
ſeruari in familia & Cippo , quod non conuenit fœminis . I-
tem quia & de fœminis & de maſculis teſtator fecit mentionem,
quo caſu maſculinum non concipit fœmininum,ut per Abb.cõ
ſi.xxxvj.col.j.& fin.& per ea quæ no.per Alexan. conſi. xcv.&
conſi.xc.uol.iiij.& latè per Soci.d.conſi.lxiij & xij.& per Dec.
38 d.conſi.xv.col.pen.† Prout etiam quia ſtante facti contingen-
tia ſi teſtator ipſe fuiſſet interrogatus,an uellet fœminas uenire,
proculdubio dixiſſet nolle,quo caſu pro expreſſo debet haberi,
glo.nota.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact.& in puncto ſunt præal
39 legata conſiſ.hoc diſponentia,ubi alia etiam allegantur.† Patet
ex prædictis , appellatione filiorum , non uenire filias fœminas
quando uerba,cauſæ,rationes,materia ſubiecta,& uoluntas te-
ſtatoris non poteſt ad illas adaptari , & ita limitantur in contra
rium adducta per deciſio.ſuperius allegatas,& in puncto uult ēt
Soci.conſi.xxxvj.rectè ac maturè.in fi.uol.j.& Fran.de Cur. cõ
ſi.ix.col.iiij.& conſi.xl.in princ.& conſi.xliiij. col.vj.& Deci.in
40 d.conſi.xv.† Rurſus aduertendum eſt , quod licet filij poſiti in
conditione non uideantur inuitati per glo.& doc.communiter
in d.l. Lucius.& in d.l.j.C.de pact.& conſequenter non poſsint
grauari.d.l.ab eo.tamen dicta concluſio non procedit, quando
concurreret aliqua coniectura,per illam enim cenſentur inui-
tati & poſſent grauari,ita Cor.in d.l.ab eo.& in conſi.cxlvj.col.
ij.& ſeq.uol.ij.& conſi.cclxxiij.uol.iiij.et pulchre per Soc. d. cõ
41 ſi.xiiij.† Vbi uult quod in caſu noſtro licet filij filiorum appoſi
ti in conditione,non habeant uoluntatem diſpoſitiuam teſtato
ris,tamen habent qualem qualem,quia teſtator cogitauit bona
ad eos peruenire,et per hanc uoluntatem dicuntur prælati ipſis
ſub-

ſubſtitutis . d.l. Lucius . ubi ergo ſunt tales filij & deſcendentes
ab eis,qui talem uolunratem teſtatoris non habent , non exclu-
dunt ſubſtitutos,& cēſentur grauati & uocati,unde cum teſta-
tor in caſu noſtro excluſerit ſexum mulicbrem , per quem non
conſeruatur Cippus,& eadem ratio,& cauſa militet in deſcen-
dentibus a filijs,ſicut in filijs,conſequenter nepotes & deſcen-
dentes cenſentur grauati,& faciunt quæ dicit idem Socin. in d.
42 conſi.xij.& lxiiij.Prout etiam idem dicendum,quia ultimo mo
rienti poſt mortem plurium,fuit ſubſtitutus.d. Venantius, quo
caſu omnes uidentur inuicem ſubſtituti & grauati onere fidicō.
ut tenet Pet.de Anch.conſi.lxxiiij.Contra Philippum. & Alex.
conſi.lxiiij.difficultas conſultationis col.ult.uol.v. & per Barb.
conſi.xxvij.uol.j.col.xv.& conſi.lv.uol.ij.& Fran.de Cur.conſi.
lxxv.& conſi.xlij.col.v.& ix.& conſi.lj.col.ij.& Soc.conſi.cxiij.
ſuprafcripti.uol.j.& Franc.de Curt.iun. conſi.xvj.& melius per
Corne.d.conſi.cclxxiij.uol.iiij.declarando prout alias conſului
43 † Ad quod etiam quia ſi.d.teſtator de hoc fuiſſet interrogatus
nulli dubium,quod hoc dixiſſet,& diſpoſuiſſet, quo caſu diſpo
ſitio facta in unum caſum porrigitur ad alium,de quo uerisimi-
liter diſpoſuiſſet ſi de eo fuiſſet interrogatus.l. Titius.§ Scius.ff.
de lib.& poſth.latè per Barba.conſi.lj.citca hanc dubitationem
quod eſt inter conſi. Alex.uol.j.& per Soci.conſi.xl.Cum in prę
ſentiarum.quod eſt Inter conſi. Fran.de Cur.& ita limitatur di-
ſpoſitio.d.l.Lucius.ī caſu noſtro,ſi teſtator fuiſſet interrogatus
an uoluiſſet grauare deſcendentes ex filijs , certe dixiſſet ꝙ ſic ,
44 ut clare patet ex eius mente ergo &c. † Eo inſuper quia no. in
d.l.Lucius.non uidetur habere locum,quando eſt facta expreſ
ſa mentio de filijs maſculis , quia tunc nō ueniūt fœminæ, ꝓut
fuit dictum.ſup & habetur in d.c.Raynaldus.ex quo , terminus
maſculus conuenit uiris,& non fęminis,ut no.Abb.conſi.lxxiij.
Videtur.uol.j.& Ant.de But.conſi.xlvij.Ad probandam. ſi er-
go filiæ excluduntur,quando dicitur de maſculis , prout fuit in
caſu noſtro,& ſæpius reiteratum,neceſſarium eſt quod iſti ma-
ſculi ſint uocati ex teſtamento , ex quo fœminæ ab inteſta. non
excluduntur.d.l.maximum uitium.cum alijs uulgar. unde cum
d.Io.Ant.tanquam filius maſculus & eius deſcendentes maſcu-
li,excludant fœminas,uidentur uocati uirtute.d teſtamenti, &
tanquam honorati potuerunt grauari,& non habet locum , gl.
In d.l.Lucius.& ita tenet Gui.pa. q.clxxxiiij. In illa quæſtione
qua quæritur.& ibi adducit auctoritates & rationes,& ſequitur
Dec.in l.j.C.de pac.& conſulendo alias dixi ex mente Soc.con-
45 ſi.cxvij.uol.iij. † Accedat & alia coniectura quod teſtator no-
luit,quod ſi omnes maſculi ipſius teſtatoris deceſſerint quod ue
niret.d. Venantius,defectis omnibus maſculis , ad effectum , ut
Cippus,& domus conſeruaretur,quo caſu illa uniuerſalis , om-
nes & omnibus & primos , & ſequentes in gradu comprehen-
46 dit.l.a procuratore.C.mand.c.ſolitæ de maior.& obed. † Ad
quod etiá facit.Nam poſt mortem omnium filiorum maſculo-
rum,nedum deſcendentium ex eis,ſed ex.d. Venantio , & filijs
eius,nullo ſuper exiſtente de Cippo doms uocauit fœminas,un
de exiſtente aliquo ex maſculis eas excludit,uulga.ca. nonne de
præſumpt.l.maritus.C.de procu.l.cum prætor . in priu.de iud.
Prout & alia coniectura . Nam teſtator uocauit fęminas poſt
mortem.d.Venantij,& poſt mortem filiorum maſculorum ip-
ſius,quando nullus eſſet de Cippo a fortiori uoluit uenire Ioā.
Fran.ſubſtitutum,quando filij maſculi Ioan.Anto.mortui fuiſ-
ſent ſine filijs maſculis,ut illa qualitas maſculinitatis , uideatur
repetita etiam in præcedentibus,per iura ſuperius allegata. Ad
eſt & alia coniectura. Nam teſtator uoluit quod ſi aliquis filio
rum ſuorum inſtitutorum deceſſerit ſine filijs uel cum filijs , ꝙ
ſemper bona ſtabilia uadant ad maſculos ſuperſtites,& de ma-
ſculo,ad maſculum,unde illa uerba,ſine filijs,neceſſatio debent
intelligi ſine filijs quibuſcunque maſculis,& fęminis , & illa al-
ternatiua , uel cum filijs debet intelligi ſcilicet fęminis , ut ſit
ſenſus,ut ſi unus filiorum moriatur ſine filijs quibuſcunque ꝙ
tunc bona uadant ad alterum,idem ſi moriatur cum filijs,ſci-
47 licet fęminis,quo caſu habemus intentum. † Et ſi aliter dicta
uerba intelligerentur daremus contradictionem in ipſo teſta-
tore,quod non dicendum.l.j.C.de furt.& l.non ad ea. de leg.j.
& de adimen.leg.Maximè in ipſo teſtatore perito,& in utraq;
cenſura docto.argu.nota. In l.diem functo.ff.de off. aſſeſ.& in
rub.de mag.in cap.clerici.de iud.& quæ no.in l.Centurio.ff.de
uulg.& pup.& In l.cum precib.C.de impu.cum concor. Pro ea
dem opio.etiam facit quod no.& Fulg.& Pau.de Caſt. in d. l.j.
C.de cond.infer.& And.Barba.in d.conſi.lij.& Cuma. conſil.
clvij.A in teſtamento inſtituit,& Pau.de Caſt.conſi.lxxvij. Ca-
ſus frequenter contingit.ubi dicit iſtam opin. procedere indu-
bitanter,quando ſubſtitutus erat da deſcendentibus teſtatoris,
ut eſt in caſu noſtro,& ſequitur Fran.de Cur.& Dec.quos aliàs
48 conſulendo adduxi.† Non obſtant allegata in contrarium.Nam
ſublata ſunt ex deductis,& procederent,quando aliud non ap-
pareret ex uoluntate teſtatoris,ſed in caſu noſtro clare patet te-
ſtatorem de filijs maſculis intellexiſſe,ergo &c.& ita reſpondet
Pau.de Caſtr.in dicto.conſi.lxxvij.& in dicta.l.j.& conſi. reclv.
49 † Non ob.l.cum auus.& l.cum acutiſsimi,quia ex præcedenti-
bus.patet reſponſio.& inſpecta diſpoſitione teſtatoris, non pro
cedunt,ut not.in d.l.cum auus . & per Paul.de Caſtr.in d.conſi.
50 lxxvij.col.iij.& ſuperius dictum eſt. † Non ob.arg.a contrario
ſenſu,ſtante mente contraria teſtatoris,cuius correctio.& inua-
liditas induceretur ſi ſumeretur,quod non dicendum,ut not. in
d.l.j.§.huius rei.Non ob.quod poſthumi ſunt filij. Nam etiam
filij.& omnes deſcendentes grauari cenſentur ex uoluntate te-
ſtatoris,ut dictum eſt . Non obſt.quod appellatione filij ueniūt
fœminæ,nam non procedit,quando materia ſubiecta , ratio , &
mens teſtatoris,non poteſt ad illas adaptari. Non ob.quod ſi te
ſtator uoluiſſet hoc expreſsiſſet &c.& quod caſus omiſſus,rema
net in diſpoſitione iuris &c.d.l.commodiſsime. Nam in caſu no
ſtro,caſus fuit expreſſus,ex quo ſequitur,ex eo quod expreſſum
fuit,ut in d.l.iam hoc iure.de uul.& pup.& per Bal.in l.j. col. fi.
C.de his qui.an.aper.tab.Non ob.quod poſiti in conditione,&
non honorati non potuerūt grauari &c.d.l.ab eo.& d.l. Lucius
nam & grauati fuerunt,& grauari potuere,ex multiplicibus cō
iecturis ſupra adductis,& allegatis,ex quibus , nec. l.ab eo.nec
51 no.in d.l.Lucius habent ob. † Reſultat ex prædictis ſecundum
dubium,an hæredes dicti poſthumi grauati poſsint de dicto fi-
deicommiſſo detrahere trebel.in qua difficultate licet prima fa
cie uideatur dicendum quod ſic,ut.ff.& C.ad treb.ferè per to-
tum.& inſt.de fideicom.hære.& de ſing.reb. per fideicom. rel.
52 cum ſi.tamen contrarium eſt ipſa ueritas ex mul tis.† Primo qa
de dictis rebus per fideicommiſſum relictis fuit per teſtatorem
expreſſe prohibita treb.quæ prohiberi poteſt etiam in filijs pri-
mi gradus,ſecundum Cyn.in l.iubemus.C.ad treb. & Cuma. in
l.qui hæredi.§.cum filiæ.ff.de uul.& pup.& in l.in fideicommiſ
ſaria.in prin.ff.ad treb.& late per Alex.& Soc.in l.Marcellus.in
prin.eo.ti.& per Ale.conſi.xxix.uol.v.& conſi.lxvij.uol.j.& ple
niſsime per Ang.& Pau.de Ca.in auth.ſed cum teſtator.C. ad l.
Fal.& per Alexan.conſi.v.uol.iij.ubi dicit hanc opi. eſſe * com-
munem,& per Fran.da Cur.conſi.xvj,& per Cor.conſi.xvij.Cir
ca.uol.iiij.& conſi.clxxx.eo uo.& conſi.clxxxvij.uol. j. & con-
ſi.ccvij.col.v.uol.iij.cum infinitis alijs quæ allegantur per Corſ.
in tract. de poteſta.reg. car.xxiij. & ſequen. ubi dicit hanc eſſe
communem,* & reſpondet ad omnia quæ in contrarium addu
cuntur,quinimmo,& fortios in locis præalle.habetur quod ne-
dum uerbis expreſsis,ſed tacitè,& ex coniecturis poteſt prohi-
beri,in caſu noſtro,nedum coniecturæ,ſed uerba expreſſe illam
prohibent ergo &c.& de ueritate iſtius alias etiam plene conſu
53 lui.†Prout idem dicendum ex alio,ex quo prohibita fuit aliena
tio de illis bonis relictis ſub fideicommiſſo, & per prohibitio-
nem alienationis , cenſetur prohibita detractio trebellianicæ
authent.ſed in ea.C.ad l.Fal. quæ licet loquatur in ſalcidia , ta-
men locum habet in trebellianica ſecundum Bal.ibi,& commu
niter doct.& tenet Are.xxxvij.col.ult.& per Cor. conſi.xxij In
hac conſultatione.colu.ix.uol.iiij.& alias conſului de ueritate.
54 † Prout etiam ex alio non poteſt detrahi,ex quo dictus . q.Ioā.
Antn nullum fecit Inuentarium,quo caſu,ſicut non detrahitur
falcidia.§.ſi uero non fecerit In auth.de hære.& Fal. autheo. ſed
cum teſtatore . C. eo.pari modo etiam non detrahitur treb. &
licet in hoc ſint opi.docto.tamen iſta eſt magis * communis, ut
uoluit Cor.d.conſi.xxij.& conſi.ccciij. uol.j.& repetco.in l. fi-
lium quem habentem.col.fi.C.fami.hær.& Corſe.ubi.ſup. qō.
55 xxxvij.car.xxv.& Dec.pluries,& ipſe etiam. † Ad quod etiam
facit.Nam treb.detrahitur contra uoluntatem teſtatoris . l.Ti-
tius.ff.ad l.Fal.& detrahendo,induceret peccatum,quod de iu-
re cano.non eſt permittendum,ut in puncto dicit Phil.Fran.in
c ſi pater.col.xvij.circa fi.de teſta.& Mod.peruſi.&pap.in l.pre
56 cibus.C.de impub.†Ex prædictis reſultat alia difficultas.Si non
poteſt detrahi treb.quam ergo partem dictus Ioan. Ant. et po-
ſthumus eius filius,et Angelina eius filia,debent habere de di-
ctis bonis,et hæreditate,dicti.q.teſtatoris,et certum eſt, ꝙ con
ſequi debent legitimam debitam iure naturæ.d.Ioan. Ant.fil. u

testa·

teſtatoris,in qua non potuit grauari, ex quo erat pub.&.l.quo-
niam in prioribus,& auctenu.nouiſsima.C.de inoffi.teſtamen.
cum ſimilibus,quæ legitima tranſmitti potuit ad ſuos, & etiam
extraneos,ut no.in l.omnimodo.l.ſancimus.& d.auth nouiſsi-
ma.& in l.ſi infanti.C.de iu.delibe.& in l.quámquam. C.ad le.
Fal.& l.tritium.eodem titu.& in hoc non reſultat aliqua diſcuſ
57 ſio.† Tamen aduertendum eſt quòd i dicta legitima,debita iure
naturæ computantur omnia exacta, & conſumpta per d. Ioan.
Antonium de bonis & hæreditate paterna,ut eſt communis con
cluſi.docto.per.d.l.Marcellus.§.res quę.ff.ad treb. & per Bal. &
ſcriben.in d.l.filium quem habentem. & d. auth. nouiſsima. &
58 in l.in quartam.ff.ad leg.Falc.† Nec dictus Io. Ant. & eius filij
pro deductione dictæ legitimę poſſunt habere electioné in bo-
nis teſtatoris ex quo in bonis ſpecialiter relictis, filius non ha-
bet electionem pro retentione legitimę,ut uoluit Bal.in rub.ff.
de rer.diuiſ.& ibi not.& faciunt nota.in auctent.ſed in ea. C.ad
leg.Falc.& per repeten.in l.in quartam.ff.ad leg.Falcid.& quia
clare patet dictum Ioan.Anto.de bonis & hæreditate. d.teſta-
toris iam percepiſſe ultra legitimam ſibi debitam, nihil tranſ-
mittere potuit ad eius filios, poſthumum & Angelinam, & qđ
perceperit de dictis bonis ultra legitimam,ſatis euidenter oſten
ditur per inſtrumentum pub.in quo ipſe Ioan. Ant. confiteť ſe
percipiſſe & exegiſſe de bonis & hæreditate.d.teſtatoris, ultra
florenos.2000.& promittit dicta ſummam computare in por-
tione ſibi debita de hæreditate paterna, quæ ſumma per ipſum
percepta,nedum aſcendit ad ſummam legitimę,ſed longe plus;
quo ſtante de bonis prædictis ſub fideicommiſſo relictis, nihil
59 poterat percipere,minus & eius hæredes & filij.† Et quod dictū
inſtrumentum plene probet adducitur, ex quo confectum appa
ret a notario fide digno, ſolenniter adhibitis,& rogatis teſti-
bus in numero neceſſario,inſuper publicatum,& recognitum, ut
in authen.de inſtru.cau.& fi.& quæ not.in c.j.& in c.cum.P.ta-
60 heilio.de fide inſtru.† Et licet.d.Ioan.Antonius tempore. d.in
ſtrumenti celebrati ſuper dicta declaratione fuiſſet minor, ta-
men iſtud non habet nocere,cum iureiurando firmauerit dictá
eius confeſsionem, & declarationem per ea quæ habentur in au
then.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.uend.& in c.quamuis.de
pact.lib. vj. & in cap.cum contingat.de iu.iurand.cum ſimilib.
61 † Et ſi tanquam minor uoluiſſet petere reſtitutionem in integ.
minime poſſet,nec eſſet audiendus,cum non poſsit apparere de
aliqua læſione.l.minoribus.l.fi.C.de in integ.reſt.c.auditis.ex-
tra eod. tit.& hanc per ſcriben. per illum text.in l.ait prætor.§.ſi
minor.ff.de iu.iuran.Verum poſſet ea aduerſo dici, prædicta ꝓ
cedere de iure communi,non autem attenta diſpoſitione conſti
tutionis Marchiæ poſitę in libro.v.conſtitu.ca. xij.quæ dat cer-
tam formam in contractibus celebrandis per minores, quę in
62 caſu præſenti non apparet ſeruata,unde &c.† Ad iſtud aduertē
dum eſt,Nam dicta conſtitutio non comprehendit,nec compre-
hendere poteſt caſum noſtrum, ex multis,& primo, quia dicta
conſtitutio,non poteſt annullare iuramenta appoſita in contra-
ctu,ut fuit in caſu preſenti,ſecundum doctri. Inno.in c.ij. de re-
gul.& ponit Alexan.conſi.lx.ſuper præmiſſo themate. uolu.ij.
& Frã.de Cur.conſi.xliij.ſuper contingentia facti.col. vij. circa
principium,ubi dicit hanc ſententiam eſſe ueram,& idem in cō
ſi.lxv.ſuper præmiſſa narratione,col.xia.dicit communem con
cluſi.eſſe,ſtatuta & conſtitutiones,non poſſe infringere conuen
tionem iuratam.adducunt conſi.Anch.Alex.& aliorum, & ha-
betur per Bart,Imo.& Abb.in d.cap.cum contingat.& Pau.de
Caſt.in d.authen.ſacramenta puberum.& licet Bar. in d. auth.
ſacramenta puberum.& in l.cunctos populos. C. de ſum. Tri.&
fi.catho.& in l.omnes populi.diſtinguat & limitet ſuperius di-
* cta,tamē * communis ſententia eſt contra.Bar.ut plentſsimè di
cunt Mod.pap.in d.authen.ſacramenta col.xiij.& ſeq.& eo ma-
xime in caſu noſtro,in quo ſtatutum non poteſt remouere cau
ſam peccati,quinimmo illud induceret quia eſſe deuenire con-
tra ueritatem,& ideo ſtatutum,& conſtitutio concernens con
uentionem iuratam,non eſt attendenda,ut uoluit Corne.conſi.
63 cxxxv.Viſis articulis.col.ij.uol.j.† Prout idem dicendum ex a-
lio,ex quo aſſerta conſtitutio loquitur in alienationibus, dono
tationibus,uenditionibus,remiſsionibus,& contractibus factis
per minores,non autem loquitur quando minor.aa.maior.xiiij:
habuit & recepit pecunias alicuius,& declarat ſe recepiſſe illas
& obligat ſe facere bonas,ſeu reſtituere,& ſic ad illud ad quod
de iure tenebatur.per ea quę no.Pau.de Ca tr. & Alex.in d.§.ſi
minor.& quæ no.per gl.& alios in l.j.& ij.C.ſi aduer.credit.per
locum a ſpeciali, unde cum in caſu præſenti, dicta conſtitutio
non loquatur de eo,qui declarat,& ſe obligat ad illud ad quod
de iure tenetur, caſus ille non comprehenſus remanere debet
decidendus ſecundum ius commune, in quo dicendum, ut ſu
pra & cum dicta conſtitutio loquatur in caſibus.ſup.enumera-
tis non eſt extendenda ad alios,& ſic ad noſtrum,cum ſit ſtricta
intelligenda,& corrigat ius commune,arg.no.in l.iij.§.hæc uer
ba.de neg.geſt.& l.quicquid aſtringendæ.ff.de uer. ſunctis no.
in l.ſi ſerui ueſtri.C.de noxal.& in puncto, quod dicta conſtitu
tio Marchiæ,non extendať ad alios caſus,niſi in illa expreſſos te
nuit Corne.conſi.cxxj.Videtur.uolu.iij.ubi multa adducendo
64 concludit ut.ſup.† Prout idem dicendum ex alio. Nam in caſu
præſenti,uterque erat minor,& Ioan.Ant.qui declarauit & con
feſſus fuit,& Ioan.Fran in cuius fauorem prædicta emanarunt,
unde priuilegiatus non poteſt uti priuilegio contra priuilegia-
tum,maxime quando unus tractat de damno,& alius tractat de
lucro,ut * communiter uolunt doctu.poſt Bar. in au hen.quas
actiones.C.de ſac.ſan.eccle.& omnes cano.in c.in præſentia.de
65 proba.& quod uterque tractat de priuilegio,probatur. † Nam
priuilegium Ioan.Anto.eſt,ut non ualeat dicta confeſsio pro-
pter defectum ſolennitatis requiſitę a conſtitutione, priuilegiū
Ioan.Fran.eſt,quod confeſsio iurata ualeat in ipſius utilitatem,
licet ſolennitas ſit omiſſa,argu.not.inſt.de atil. tuto.in princ.&
quę not.in l.contra.ff.de pact.& in c.j.de his quę fi.a prela. & p
66 Mod,papi.in l.cum hi.ff.de tranſac.† Eo etiam dicta conſtitu-
tio non comprehendit caſum noſtrum ex quo loquitur in a-
lienante,& ſimilibus,quo caſu licet non ſeruetur forma, tamen
minor ita prohibitus,bene poteſt ſe obligare,ut dicit Bar. in l.
67 fi.C.de bon.quæ libe.† Et quia dicta conſtitutio non habet cō-
prehendere caſum noſtrum ex quo dictus Io.Ant.exigendo de-
bitores hæreditatis paternæ, geſsit negotia ſua, & alterius fra-
tris,& ſic quodammodo ſuſcipiendo mandatum uidetur illa geſ
ſiſſe, quo caſu obligatur & tenetur.licet non ſit ſeruata forma
conſtitutionis,quæ ad iſtum caſum ſe non extendit,ita Ang.qui
in facto dicit ita obtinuiſſe in l.quamuis in prin.ff.de acqu. poſ.
& ibi Imo.& alij ſcriben.& faciunt no.per Bal.in l.j.de cont.in.
68 tute.† Prout etiam aſſerta conſtitutio non ob.ex quo confeſsio
prædicta fuit facta cum.d.Ioan.Fran.minore,tractante de dā-
no,in quo nulla cadebat ſuſpicio,quo caſu conſtitutio dans cer
tam formam in faciendo actum non habet locum, quando fit
actus,cum perſona in qua ceſſat ſuſpicio,ita Bal.in l.pactum.C.
de colla.& per Alex.qui multa adducit conſil. axix. uolum.iij.
69 † Et quia dubitatur,quanta debeat eſſe iſta legitima ad cogno-
ſcendum,an integre ſit percepta per ipſum Ioan. Ant. Aduertē
dum eſt,quod dicta legitima poſſet eſſe triens,uel ſemis, totius
hæreditatis teſtatoris,iuxta.d.auth.nouiſsima & hoc modo cō
ſiderando do.Io.Ant.non percepiſſet integram legitimam. At
tamen conſiderando diſpoſitionem iuris communis. aliter eſt
dicendum,ex quo legitima eſt portio eius,quæ ab inteſtato de-
fertur,quæ licet antiquitus eſſet ſub certa forma conſtituta ut
in l.Papinianus.§.quoniam.ff.de inof.teſt.& in l.cum quæritur.
& l.parentibus.C.eo.tamen hodie, ſecundum numerum filio-
rum eſt triens ſeu ſemis totius ſubſtantiæ defuncti,ut in d.auth.
nouiſſ.& in corpore unde ſumitur,& habetur inſt.de inof teſta.
70 circa fi.† Rurſus conſiderandum eſt ꝙ legitima debita. An de-
beat eſſe triens ſeu ſemis,totum pendet ex numero filiorum. Nā
ſi infra quatuor erit triens,ſi ultra quatuor erit ſemis ut d.auth.
nouiſſ.& in corpore unde ſumitur.& ad cognoſcendum an di-
cta legitima ſit triens,uel ſemis,numerus filiorum,ita uerifica-
* tur in filijs maſculis,ſicut in filiabus fęminis, ut * communiter te-
nent docto.in d.auth.nouiſsima,& in locis.ſup.alleg. Et conſi-
derandum eſt quod dictus teſtator habebat duos filios maſcu-
los,& quinque fęminas, quæ non apparent excluſę modo ali-
quo a ſucceſsione patris de iure communi.d.l.maximum uitiū
cum alijs vulga.minus in teſtamento patris, ex quo eas dilexit
& inſtituit,quo caſu faciunt numerum,& computari debent ad
faciendum legitimam fore ſemiſſem,ſeu trientem,iuxta termi-
nos.d.authen.nouiſsima,ex quo enim vocātur ad partem faciūt
partem,& numerantur in computatione legitimę,vt vult Bart.
Pau.de Ca.& alij ſcriben.per illum text.in d.§.quoniam.& in l.
pater filium.circa fi.eo.ti.cum alijs uulg. & ponunt Mod. pap.
in d.auth.nouiſ.col.xv.verſ.& ad illud.& col. xvj. verſi. qd aūt.
71 vbi allegaut multas decis.† Rurſus aduertatur.Nam in hoc cō
ſiſtit deciſio ueritatis,quod in caſu noſtro ſolum tractatur de le
gitima debita Ioan.Anto.& ſic uni, & quia filij teſtatoris ſunt
ſeptem

ſeptem numero legitima competens dicto Ioan. Aoto. erit ſolũ
ſemis,ſeu medietas eius partis , quam ipſe ſolus poterat conſe-
qui ab inteſtato, non autem ſemis totius hæreditatis, ut quãdo
tractatur de legitima,debita omnibus filijs,& ita procedit tex.
in d.auth.nouiſsima . & in corpore unde ſumitur , ſed quando
tractatur de legitima debita uni tunc ſecundum numerum filio
rum,legitima illius erit triens,uel ſemis non totius hæreditatis
ſed partis tantum , quam ille de cuius l egitima agitur poterat
conſequi ab inteſta.ita nota.per glo.& doct.in d.§.quoniã.& in
puncto per Pau.de Ca.in d.l.cum quæritur.& melius in d.l. pa-
rentibus.& per gl.& Saly.q.viij.in d.auth.nouiſsima.& ibi Mo-
der.pap.col.xv.in fi.& facit quod uult Ant.de But. conſi. mihi.
xl.In quæſtione iſta.in prin.& per Corne.conſi.cl.banc.col.pen.
uol.j.& conſi.ccij.uol.ij. in litera, p, in caſu noſtro filij maſculi
& fœminæ.d.teſtatoria ſunt ſeptem numero, conſequenter legi
tima quæ tangebat dictum Ioan. Anton. debet eſſe ſemis eius
quod ab inteſtato ipſe poterat conſequi,ea quo tractatur de le-
gitima ſibi uni,& ſoli debita & ab inteſtato.ipſe Ioan.Aot.non
poterat ſuccedere de iure communi , niſi in ſeptima parte to-
tius hæreditatis teſtatoris,conſequenter ſua legitima debita ſi-
bi,uel eius filijs erit ſemis,ſeu dimidia dictæ ſeptimæ partis , &
circa hanc computationem , conſideratis ſuperius adductis , &
72 conſiderato facto,non reperio docto.contra dicentem. † Ve-
rum quia audio ea aduerſo pro parte.d.Angelinæ eſſe ſtatuta ci
uitatis Maceratẽ.quæ excludunt filias fœminas a ſucceſsione,
uirtute quorum ſtatutorum dictæ filiæ tanquam excluſę, nó de
berent facere partem,nec numerum, nec computari quo ad le-
gitimá &ipſis excluſis,duo tantum filij maſculi teſtatoris eſſent
conſiderãdi,& cum duo eſſent,legitima tangens dictum Ioan.
Anto.deberet eſſe triens medietatis totius hæreditatis, ſtatuta
enim excludentia fœminas operatur quod non ſint in conſide
ratione,per ea quæ not.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de
condi.& demon.& per Alex.& alios Mod.in l.Gallus,§.& quid
ſi tantum.ff.de lib.& poſth.& per Bar.in l.fi. ff. ad tertul. & per
Bal.in d.l.maximum uitium in ult.q.& latiſsimè per Alexan.&
Mod.in l.filiæ.C.de colla.& pap.in d.auth.nouiſsima.col.ult.&
per Deci.conſil.cv.in quibus locis habetur , ꝙ ſtatutum poteſt
priuare filiam legitima.Item & operatur quod non poſsit ſuc-
73 cedere ab inteſtato.† Ad quod etiam facit , quia filia excluſa a
ſtatuto ab inteſt. non. poteſt petere ſupplementum legitimę,
quando fuit inſtituta in re certa,ut uoluit Ange. conſi. cv.alias.
cxxx.ſtatuto cauetur.& Pet.de Ancha.conſi. ccccxxviij. In caſu
nuper propoſito,& pleniſsime per Alex.in d.l.Gallus.§. & quid
ſi tantum.col.viij.uer.reperi ultra prædicta,& ibi repeten. colu.
lxx.& lxxj.& per Aretin.in l.planè.§.ſi duobus.colum.v.de leg.
74 j.† Pręmiſsis tamen non obſtan.dico ut ſup. concluſum eſt , ex
quo aſſerta ſtatuta non comprehendunt caſum noſtrũ, ex mul-
tis,& primo,quia in illa quæſt.An filia dotata,excluſa a ſtatuto
faciat partem, & numeretur inter filios , quo ad computationẽ
legitimę eſt multum nodoſa,& de apicibus iuris . In qua ſolen-
niſſ.docto.uaria reſponſa decedere,ut dicit Io.Bap.de S.Seueri-
no , & Soci.in conſi.incip.ſuper præmiſsis quæſtionibus.poſito.
poſt lect.Soci.in ti.de excep.rei iud.&principaliter reperiuntur
tres opin. ut ibi dicitur,& ponunt repet.in d.authẽ.nouiſsima.
& Fran.de Cur.conſi.v.Aſtulphus pater.& Corne.conſi.xlviij.
de pluribus.uol.ij.& Soci.conſi.xlviij.uiſa.uol.j.& per Alb.Bru.
75 in tract.de ſtatu.exclud.fœmi.&c.cum alijs concor. † Quarum
una eſt,ꝙ filiæ dotatæ,&c. computentur in numero in utilitatẽ
maſculorum,ad faciendum ꝙ eorum legitima augeatur, ſecun
da fuit opin.ꝙ fœminæ nullatenus partem faciant , & filiæ ha-
beantur pro incapacibus ſeu mortuis,quo ad conſiderationem
legitimę,& hanc opin.ſequi uidetur Ioan.Bapt.& Soc.in d.con
ſi.& idem Soci.in d.conſi.lxxiiij.& Albert Bru.in d.trac.tertia
fuit opin. ꝙ dictæ filiæ computentur in numero & faciant par-
tem quoad legitimam nec propterea augeatur uel minuatur, &c,
ita tenet Fran.de Cur.d.conſi.v.ubi dicit hanc eſſe ueritatem,
Statuta enim prædicta,non ſimpliciter excludunt fęminas a ſuc
ceſsione,ſed cum illa qualitate dotationis,quo filiæ computan
tur in numero,faciunt partem,& admittuntur ad partem, & uir
tute ſtatuti legitima aliorum nec augetur nec minuitur ,
ut pulchrè per Bald. in l.huiuſmodi. §. ſi Titio.de lega.primo.
& idem Bald. in auth.nouiſsima. in ultima.q.& in l.unica.q.vj.
C.quando non peten.par.& in l.unica.§.j.C.de Cad.toll.& Bar
to.in d.§.quoniam.& ibi Pau.de Ca.& idem Bar.in repeti.l. pa
ter filium.col pe.uer.quarto quæro.ff.de inoff.teſt.& ibi Mod.

* Peruſi.dicentes hanc eſſe * communem concluſ.in materia ſta-
tutaria,prout refert & ſequitur Corne.conſi. cxcvij. Circa pri-
76 mum.col.iij.& per totum & cõſi.ccciij.plura.col.ij.uol.j.† Qñ.
enim ſtatutum excludit fęminas cum illa qualitate dotationis,
tunc ea quo admittuntur ad partem,faciunt partem & connu-
merantur in numero in computatione legitimæ, ita nouiſsimè
conſuluit Soc.conſi.lxxvj. Viſo teſtamento.col.iij.& ſeq.uol.iij.
ubi tenendo hanc opin.adducit uarias rationes & auctoritates,
& ad opiniones ſuperius recitatas, faciens de illis mentionem ,
& etiam de conſilio ſuo,& Io.Bapt.poſt tit.de excep. rei Iud.re
ducendo opin.ad concordiam,dicit contraria procedere quan
do ſtatutum ſimpliciter excluderet fœminas a ſucceſsione , uel
quando excludit eas ſimpliciter,tamen uult quòd debeant do-
tari,quibus duobus caſibus,dos non ſuccedit loco legitimę , &
ideo filiæ non faciunt partem,nec computantur in numero,ſed
quando dos debet eſſe data uel promiſſa , ad effectum , ut filiæ
excludantur a ſucceſsione,ex quo iſto caſu dos ſuccedit loco le
gitimæ,filiæ faciunt partem,& computantur in numero , & di-
cit quod iſta concordia eſt ueriſsima,& adducit pro ea conſiliũ
Anto.lup.allegatum in ordine.xl.In caſu noſtro ſtatuta prædi-
cta,non excludunt ſimpliciter a ſucceſsione fęminas,ſed cum il
la qualitate dotationis, quo caſu dos ſuccedit loco legitimę , &
ideo filiæ faciunt partem,& computantur in numero , conſilia
uero & auctoritates in contrarium adductæ procedunt in diuer
ſis terminis,qñ dos non ſuccederet loco legitimę, quod non eſt
77 in caſu noſtro ut.ſ.† Et ideo Fran.de Cur.in d.conſil.v. dicit ꝙ
tota difficultas eſt.An dos ſuccedat loco legitimę in qua diffi-
* cultate dicit * communem opin. eſſe, quod ſic , ut etiam habe-
tur in d.authen.nouiſsima.& in d.§.Titio genero.& in l.non ſi-
ne.C.de bon.quæ libe.& in l.ſancimus.C.de nupt.& per Bal.in
authen.res quæ.col.pe.C.commu.de lega.& per Moder.in trac.
de dote,in vj.par.car.xviij.& Areti.in d.§.ſi duobus. col. v.uer.
adde principaliter dicit hanc opin.eſſe æquam,& de interpreta-
tione iuris,idem concludit quando dos loco legitimè ſuccedit,
& idem expreſſe uoluit Areti.in d.l.unica.C.quando non petẽ.
par.col.fi.ubi tenet,ꝙ dos ſuccedit loco legitimę ,& in caſu no
78 ſtro filiæ faciunt partem & numerum reſpectu legitimę.† Et iõ
cum in caſu dictorum ſtatutorum dos ſuccedat loco legitimè,
ſi minus legitima fuit relictum uel datum, poteſt agi ad ſupple
mentum,ut per Alex.conſi.lxxj.ſuper primo dubio,uol.j.& con
ſi.lxxxvij. Viſo ſtatuto.uol.iiij.& conſi.vj.Viſis.uol.ij.& per Pa
pien.in d.auth.res quæ,col.ix.uerſi.vij.nota, & per Ang. conſi.
cccxj.dominus Gregorius.& per Cor.in d.conſi.xlviij.& ſupe-
rius adducta in contrarium,quòd filiæ non poſſint petere ſup-
plementum legitimę,procedunt quando ſtatuta, taliter loque-
rentur,ꝙ dos non ſuccederet loco legitimę , in caſu noſtro ſe-
79 cus eſt,ut.ſup.fuit probatum,ergo &c.† Secundo aſſerta ſtatu-
ta non obſtant ex quo loquuntur tãtum in caſu ſucceſsionis ab
inteſt.quando uero eſſet cauſa teſtati,& tunc ſecus,ſtatutum.n.
excludens filias a ſucceſsione,non habet locum quando eſt fa-
ctum teſtamentum,& in eo ſunt inſtituti,ita Petr.de Anch.in l.
tres fratres.ff.de pactis. Ang.Imo.Alex.Areti.& alij ſcriben. in
d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum,& per Alex.conſi. cxxix. Tranſ-
miſſum eſt.uol.j.& per Soc. conſi. clxxxij.licet filia. uol.ij. & in
d. conſi.lxxvj.col.ij.& ſeq.uol.iij.ubi allegando infinitas ratio-
nes auctoritates & conſilia dicit ſtatutum habere locum,quan-
do filia eſt inſtituta in re certa,& particulari, ex quo tanquam
cognita facit partem admittitur ad partem , & computatur in
numero,uerba enim ſtatuti loquentia ab inteſtato non capiunt
* cauſam teſtati,ex quo diſpoſitio ſtatuti,non poteſt uerificari. l.
hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſa.l.ſi ſeruum.§.nõ dixit præ
80 tor.ff.de acqui.hære.† Et ideo filiæ inſtitutę & conſequenter co
gnitę,& non excluſę,faciunt partem maſculis in computatione
legitimę,arg.uo.in l.planè.§.ſi coniunctim. & in l. huiuſmodi.
§.j.ubi Bar.de lega.j.& per eundem in l.j.in fin.ff.de bono.poſ.
81 præterab.cum alijs concor.† Vnde merito Alex.in d.conſi. cxxix.
concludit quod ſtantibus ſtatutis excludentibus fęminas &c.
quando filię ſunt inſtitutę in re certa , ex quo cognitę ſuccedũt
ut ſuę,& tranſmittunt.ut tenent Moder. Peruſi.in l.ſi fratris.C.
de iu.delib.& Soc.in l.ſi filius q patri ff.de vul.& pup.& melius
in d.con.lxxvj.col.iij.dicen.hanc concluſ.eſſe communem hi-
82 cet Bal.& Saly.in l.quoties.renuerint contrarium.† Et aduer-
tendum eſt,quod aſſerta ſtatuta non ſimpliciter excludunt fi-
liam dotatam a ſucceſsione inteſtati.ſed expreſſe dictant, ꝙ ſta
tuta non habeant locum in cauſa teſtati,& expreſſe exceptuant

dictam

dictis cauſam,ita primum ſtatutum, ibi, ſine expreſſa uoluntate
& diſpoſitione &c.& clarius ſecundum ſtatutum,ibi,ab inteſta
to,& ibi,ſalua ſemper ultima uoluntate,& diſpoſitione, & ſimi
liter tertium ſtatutum,ibi,ſalua ſemper,in hoc teſtamentaria di
ſpoſitione.Cum ergo dicta ſtatuta uelint cauſam teſtati non in
cludi,cōſequenter remanet in diſpoſitione iuris.d.l.cummodiſ-
ſimè.& d.l.ſi extraneus.quo iure dicendum eſt ut.ſ. & aduerta
tur ꝙ non eſt opus interpretari mentem ſtatuentium , ꝙ idem
fuiſſet in cauſa teſtati,ex quo expreſſe illam exceptuarunt, & in
83 expreſsis,non eſt locus cōiecturis,uulg.l.continuus.†Et ex hoc
tolluntur quæ poſſent ex aduerſo conſiderari de mente, per ea
quæ no.Pe.de Anch.conſi.ccccxxviij.ſuper caſu, & quæ no. A-
lex.in d.§.& quid ſi tñ.col.viij.& ia.& eo maximè quia dicti ſta
tuentes noluerunt excipiendo cauſam teſtati adaptare ſe ad di-
ſpoſitionem iuris communis,& illud minus colligere,arg.no.in
d.l.ſi ſerui ueſtri.& in l.fi.§ in computatione.C.de iu.delib.ubi
Alex.& ſcriben.& plenius in l.iiij.§.ait prætor.ff.de dam. inſec.
84 † Tertio aſſerta ſtatuta non obſtant ex quo condita per ciues
Maceratẽ ꝯñr non potuerunt ligare.d.teſtatorem forenſem,&
Camerinen.per ea quæ no.plene.in d.l.cunctos populos . & in
d.l.omnes populi.cum concor.& per me conſulendo adductis.
85 † Nec dicatur ꝙ immo potuerunt ligare,ſaltim reſpectu bono-
rum,quę dictus teſtator tenebat interritorio Maceraten.per ea
quæ no.in l.ciues.C.de incol.li.xij.& in l.extra territorium. C.
86 de iur.om.iud.& in c.Rodulphus.de reſc.†Nam aduertendum
eſt,ꝙ aſſerta ſtatuta loquunẽ tm̃ perſonaliter, & non realiter,
quo caſu non comprehendunt forenſes,reſpectu bonorum exi-
ſtentium in territorio ſtatuentium , ita Bart. in terminis in
materia ſucceſsionis,in d.l.cunctos pop.colum.xvj.uerſicu.ſed
pōt dubitari de tali.q.iunctis no.per eundem,ibi in iij. q. & bo-
na deciſio Cy.in l.j.ult.q.C.quæ ſit lon.conſue.& Bal.quem re-
ferunt,& ſequuntur repeten.car.pe.uer.Itẽ dicit,col.j.in d.l. cũ
ctos populos,& pleniſsime per Alb.Bru.in d.ſuo trac.io vj.art.
ubi per tres col.allegando rōnes,& deciſio.ꝯcludit , ſtatutũ non
ꝯprehendere forenſes,ẽt in bonis exiſtentib.in territorio ſtatuẽ
tium qñ loquitur perſonaliter,& non realiter,& per Soc. conſi.
cclxxviij.circa primum uol.ij.in caſu nr̃o ſtatuta perſonaliter
loquunẽ ergo &c.& ex hoc tolliẽ,ꝙ ex aduerſo pt̃ dici,ꝙ aſſerta
ſtatuta loquunẽ in materia indifferenti,nam ut ex prædictis pa-
87 tet non eſſe uerũ q2 ꝓprie perſonaliter.†Ad quod facit,an rea
liter uel perſonaliter loquaẽ diſpō,quod no.ĩ l.fi. ff.de ꝯh. emp.
& in l.j.§.hæres percepto fundo.ff.ad Treb. & quæ per Bar.ĩ l.
q aliter.§.j.ff.qđ ui aut clam. & in l.hæc uerba.ff.de adul. & q̃
pleniſsimè per Mod.poſt Bar.& alios.ĩ l.ſiquis id quod.ff.de iu.
om.iu.& p Cano.in c.ſi quid dignũ.ff.de homic.& q̃ in ſi.ponit
Bar.in l.ſi quis poſſeſsionẽ.& ibi ſcrib.ff.de acq. poſ.& idẽ Bar.
88 ubi ẽt Alex.in l.j.§.quod ãt.ff.de ſuperfic.† Non ob. ẽt ſi dicere
tur,ꝙ immo dicta ſtatuta ꝯprehendunt teſtatorem,&eius filios
ex quo habent bona,& domos in ciuitate,& territorio Macera
ten.habitãtes,& domicilium tenen.ubi ultra decẽniũ, ex quib.
inducta fuit uera ciuilitas,ut hr̃ in d.l.ciues,& per Cy. in l.fi. C.
ubi ſena.uel clari. & per Ang.ꝯſi.xxvj.Quidã uictor. ꝯñr & di-
ctus teſtator,& eius filij tanq̃ ciues ligari debent dictis ſtatutis
89 &c.†Nam aduertendum eſt,ꝙ in p̃ſentiarũ diſcutiẽ,de teſtō fi-
deicommiſſo,& bonis dicti,q.teſtatoris , cui ex fideicōmiſſo ſuc
ced.ẽ.l.cohæredi.§.filiæ.l.Centurio.ubĩ no.ff.de uulg.& pup.&
plene hr̃ in d.l.p̃cibus.& per Soc.conſ.ccxviij.Conſideratis.uol.
ij.& Cor.ꝯſi.lxj.Poſt redditum,in litera b, uol.iij. Qui teſtator
erat originarius Camerini,& moram trahebat in dicta ciuitate
Maceraten.tanq̃ curialis aduocatus,& de collegio generalis cu
rię Marchiæ,qui curiales licet habitent Marceratæ,tñ nihil ha-
bent cōe cum ciuibus Maceraten.non participant de honorib.
nec oneribus dictorum ciuium,omnia ſeparatim agunt,in præ-
ſtando obedientiam legatis in eccleſia,& choro,ꝯſiliũ de per ſe
90 faciunt,adeo ꝙ in nullo,inter ſe cōicant.Quo caſu † nō potuit
dici ciuis ex dicta habitatione, cum de honoribus , & oneribus
non participauerit,ut pulchre uoluit Aret. allegando rōnes,&
deciſ.conſi.lxvij.& ratio ſcribendi eſt,& per Fel.in c.quoniam
col.ij.ff.de off.ord.Ad quæ faciunt no.per Bar.in l.maritus.§.le
ge.ff.de adulte.& Bal.in l.ſi non ſpeciali.in fi.C. de teſta. & per
Alex.ꝯſ.clxxix.In occurrenti caſu,col.ij.uol.ij.ubi ciuis non p̃t
dici niſi ille,qui quo ad omnia eſt ciuis,& in rub.ff.ſo.ma.dũ lo
quiẽ de repreſalijs,vñ quo ad.d.teſtatorem in nullo potuit conſi
91 derari ciuilitas.†Habitatio.n.& domicilitũ ultra decẽ. p reſtorẽ
Mace.facta fuit tanq̃ a curiali,& aduoc.& de collegio, & tāq̃ a
ſequente curiam generalem Marchiæ , non autem ad effectum
ꝯñdæ ciuilitatis,unde ſi ibi habitaſſet p. xxx.an. non fuiſſet effe
ctus ciuis.in l.eius.la ij.& ibi gl.ff.ad muni.& per Barto.in l. lex
Cornelia.§.ſi tñ.ff.de iniur.& idem Bar.Ang.&alij ſcrib.in l.ij.
C.de incol.& pleniſsimè per Fely.l c.cum dilectus il ij.col. viij.
92 & ia.uer.ij.limita.ubi plura accumulat.de reſcrip. † Et non ui-
deaẽ mirũ ꝙ ĩ dicta ciuitate Materatẽ.habitẽt ciues,&curiales,
& ꝙ differãt morib.& diuerſis uiuãt ꝯſtitutionib.itaꝙ vna gẽs,
non ligetur moribus,& conſtitutionib. alterius,nã de hoc ſunt
tex.clari,uolentes,& permittentes hoc fieri,ut ad literã eſt tex.
in d.c.qm̃ de off.ord.& in c.in aliquibus.de decim.cum alijs i-
93 bidẽ allegatis.†Vlterius aſſerta non hñt obſtare,ex quo,ut dixi
non pōt comprehendere.d.teſtatorem curialem, ex alio,uideli
cet ex conſtitutione Marchiæ,poſita in ij.lib.conſtit.c.xxij.quæ
formaliter dicit,ꝙ nulla ſtatuta fiant per communitates ꝯ col-
legiatos , q̃ uerba rubricę habent orationem perfectam,& ne-
gatiue ac prohibitiuè ſunt prolata,ꝯñr decidunt caſum,ut hr̃ in
rub.C.ne fideiuſ.dot.den.& in rubri. C.ne lice.rer.prouo.cum
alijs ſi.quæ accumulanẽ per Alex.& Mod.in l.j.ff.ſi cer.per. ubi
nolunt rubricã bñ poſſe allegari ad deci.cãrum,qñ orōnem hẽc
94 perfectam,ut eſt nr̃a.†Ad quod,nam uerba rubricę ibi,nulla ſta
tuta &c.habent uniuerſalem negatiuam ꝯñr in oĩb.eſt uerificã
ds.l.ſi is qui ducenta. §.utrum.ff.de reb. dub. & cum generali-
ter loquantur,debent generaliter intelligi.d.l.a procuratore.&
c.ſolitæ.alias fruſtra fuiſſent appoſita,quod non dicendum , per
ea quæ no.in l.ſi quando de lega.j.& in c.ſi papa.de priuileg.li.
vj.& per Alex.in d.l.iiij.§.ait prætor. & Mod.in ca.ex literis. de
conſti.Nec obſtare habent uerba appoſita in nigro dictæ con-
ſtitutionis,quæ uidentur loqui in caſu particulari de offenden-
tib.curiales & econtra.Nam uerba ſequentia,illum caſum parti
cularẽ ibi,cuiuſcũq; alterius tenoris,tollunt obiectionem tanq̃
95 generalia,per ſuperius adducta.†Præterea rubrica generaliter
loquens nō reſtringiẽ per nigrũ ẽt ĩ mr̃ia ſtatutaria,ut latiſſimè
per Ale.& ſcrib.in d.l.j.ff.ſi cer.pet.& per Imo.in rub.ff.de uer.
& per Alex.& alios in rub.ff.de off.eius.& ultra dictam conſti
tutionem eſt alia magis clara,poſita in ij.libr.conſtitu. c. xxij.
circa medium,quæ uult ꝙ nulla ſtatuta & ordinationes terrarũ
Marchiæ habeant ligare curiales,& ꝙ ipſo iure ſit nulla,&caſſa
quantum ad perſonas & bona curialium , ex hoc cui non cadit
rñſio,clare patet,aſſerta ſtatuta non ligare curiales,nec cōpre-
96 hendere caſum noſtrum.†Prout idem dicendum ex alio , quia
intelligendo aſſerta ſtatuta,ꝙ non comprehendant curiales ſit
reductio ad ius cōe,quod de facili fieri & admitti debet. l.ſi u-
nus.§.pactus ne peteret.uer.qđ ſi nō ut totũ.ff.de pac.& per gl.ĩ
uer.numerandũ.in c.ſtatutũ.de p̃b.in vj.& quæ no.in d.l. ſi ſer-
ui ueſtri.& in d.l.fi.§.in computatione.& in d l.iiij.§.ait pretor.
& per Moder.in c.cauſamque.de reſcrip.& per Alex.conſi. lx-
97 xvj.col.iij.uol.iiij.† Eo etiam,nam aſſerta ſtatuta,ſemper cer-
tam habuerunt interpretationem,ut curiales& eius bona non
comprehenderent,unde,&c.l.minime.ff.de legi,& quę per Bar
to.& alios in d.l.cunctos populos.& in d.l.omnes populi,cum
98 concord.†Vltimo idem dicendum,ex quo aſſerta ſtatuta , nun
q̃ fuerunt in obſeruãtia ꝯ curiales,ergo &c.per ea quę no.Hoſ.
& Io.An.in c.ad audientiam.de cleri.non reſid.& per Abba. in
c.cum acceſsiſſent.de conſtitu.& ibi plene Fely.col.antepe.ubi
99 plura adducit.†Nec obſtat prędictis ſi diceretur,ꝙ forenſis li-
cet non ligetur,tamen ipſe in ſui fauorem poteſt uti diſpoſitio
ne ſtatutorum,unde &c.nam forenſis non poteſt gaudere com
modo ſtatutorum,quibus non ligatur,ita Bar. in tract. repre-
ſal.in j.q.v.q.& Pau.de Ca.ind.l.omnes populi.car.fi.& Ale. cō
ſi.cj.Redemptoris.uol.iij.& Alber.in ij.parte ſtatutorum.q.ix.
& xx.& Soci.conſi.cclxxj.col.vij. & conſi.ccxli. Circa primum
100 col.vj.in fi.& conſi.ccliij.in fi.uolo.ij.cum ſi.†Fortius dicitur
aſſertas duas conſtitutiones poſitas in ij.lib.conſtitu.c.xxiiij.&
xxaij.etiam comprehendere filios & familias curialium , nedũ
ipſos curiales,nam licet uideantur perſonaliter loqui,conſequẽ
ter,ꝙ a perſonis non eſſet recedendum.c.priuilegium . de reg.
iu.l.inter debitorem.l.iuriſgentium.§.pactorum ff. de pact.ta-
men ſtante interpretatione pluries facta de dictis conſtitutioni
bus,per quas iudicatum fuit,& pluries ipſas comprehendere fi-
lios & nepotes curialium,etiam poſt mortem ipſorum, & cum
dicta ſententia tranſiuerit in rem iudicatam,conſequenter fece
rit ius uul.l.ingenuũ. & l.res iudicata.de reg.iur.c.cũ inter. de
re iudi.& quę plene in ca. qm̃ contra de proba.ulterius non eſt
101 exitandum argumentum.d.l.minimè.†Ad quod etiam , nã in
d.li-

d.libro conſtit.ij.c.xxij.multum priuilegiantur collegiati eius
familia,& ipſorum bona,ut etiam in c.xxviij.& xxix.& appella
tione familiæ,filij & nepotes ueniunt.l.qui iuriſdictioni præeſt.
ff.de iur.om.iu.l.pronuntiatio.§.familiæ.ff.de uerb ſign.cum ſi.
102 †Prout ēt ꝙ tranſeat ad filios nepotes,facit tex.in l.ſi pater.&
in alijs.ll.poſitis in d.ti.de decur.& eo.fil.C.lib.x.& quæ per gl.
in l.iubemus.C.de adu.diuerſ.iud.& quæ no.per Fely.in c. cau
ſamque.col.ix.& ſeq.de reſc.& quia priuilegia ſunt late inter-
pretanda,maxime quando per ea ſit reductio ad diſpoſitionem
iuris communis conſequēter ſumus in materia fauorabili,& nō
odioſa.l.fi.ff.de conſti.c.olim.de uer.ſig.c.quamuis.de præben.
lib.vj.cum alijs uulg. & quæ in ſimi.not.in auth.habita.C.ne fi-
lius pro pat.& ibi Bal.col.fi.& plura accumulat Fely.in c.quam
103 ſit in prin.de iud.†Reliquum eſt quod ipſa d. Angelina inſtat
immitti in poſſeſsionem bonorum creditorum ſubiectorum fi
deicommiſſo,quæ iam reperiuntur in poſſe & manib.do.Io. Frā
ciſci fideicommiſſarij an ſit audienda.In qua difficultate prima
facie vr̄ dicendum ꝙ ſic,eſto enim ꝙ dicta ſubſtitutio fuiſſet fi
deicommiſſaria,ut eſt, tñ regulariter fideicommiſſum requirit
reſtitutionem faciendam a grauato.l.reſtituta.l.facta. ff.ad tre
be.l.pe.C.eo.§.reſtituta.inſti.de fideicom.hære.& ideo cum do
ctum non ſit ipſam tanquam grauatam onere fideicommiſsi re
ſtituiſſe dicta bona fideicommiſſaria; dicendum eſt fideicom-
miſſarium male poſsidere,ex quo propria auctoritate,ſine iudi-
cis & teſtatoris licentia,ſe in illis immiſcuit.l.Titia. cum teſtō.
§ j.& ibi Bar.de lega.ij.& in l.legitimos.ff.de legit.tute. col. j.&
104 Ang.in l.hæc ſi res.ff.de rei uen.†Et facit, nā licet uacaret di-
cta poſſeſsio rerum relictarum per fideicommiſſum, tñ dr̄ uitio
ſa,ex quo non apparet capta de uoluntate grauati.l.j.ff.quor.le
ga.& per Dec.conſi.lxxxiiij.& merito non dicitur legitimus cō
tradictor,ut no.Ang.quem ſequitur Alex.in l.filiam.ff.ad treb.
per Dec.in d.conſi.lxxxiiij.& in l.fi.col.xvij.C. de edic. diui ad.
105 toll.†Ad quod etiam,nam fideicommiſſarius debet capere de
manu grauati,& ſi aliter facit incurrit pœnam.l.non dubium.C.
de lega.& alias de quibus per Soc.conſi.xxxiij.Proſequendo.uo
106 lu.j.& per Corn.conſ.ccj.In litera.d.uol.j.¶†Tamen his non
obſtan.in caſu præſenti contrarium eſt ipſa ueritas, & ideo ad-
uertendum eſt,ꝙ in præſenti cā,& pro parte Angelinę actricis,
ac etiam pro parte Io.Fran.rei conuenti,inſtructum eſt,& poſſeſ
ſorium, & petitorium,& de utroque clare & manifeſtè liquet.
Maxime quia in cauſa facta eſt concluſio,& ideo omnia acta no
torium inducunt,ut in c.ſignificauerūt.de teſti.& quæ plene ha
107 bent in c.quoniam ʒ de proba.†Quibus ſtantibus etiam ſi ip
ſa Angelica egiſſet poſſeſſorio tantum,tñ quia paſſa eſt proba-
tiones fieri ſup petitorio.& de utroq; liquet pronunciandū eſt
ſuper utroque,& petitorium præualet,ut eſt tex.& ibi Bal. Ab.
& alij ſcribē.in c.j.de reſt.ſpol.& per Imo.in c.cōſtitutus.de fil.
præsby.& per Ant.de But.in c.fi.de ord.cogn.& per Ang.in l.ſi
quis fundum.C.ad leg.Iul.de ui.& per Alex.conſi.lxxix. uol.ij.
Alex.& alios in l.naturaliter.§.nihil cōe.de acq.poſ.ad quę pul
chre no.per Mod.papi.in l.patre furioſo.ff. de his q ſunt ſui vel
alie.iu.& quæ per Abb.in c.cum contingat.col.iij.ff.de off. de-
lega.& per Fely.in c.paſtoralis.& in c.exceptionem.de except.
ex quo multa impediunt fieri; q̄ tñ facta tenent,& ualent maxi
108 mè in iudicialib.ut eſt caſus præſens.†Ex quia ex deductis cla
re patet & notorie de nō iure agentis,quo caſu ceſſat reſtitutio
ut per Rofre.in nou.in ti.de reſt.ſpol.decis.iij.& in ti.de iudic.
109 decis.iiij.cum alijs notat.in d.§.nihil cōe.†Ad quod etiam q̄a
petitorium nunquam fuit ſuſpenſum,per ea quæ not.per Ab.&
alios,in c.paſtoralis.de cau.poſ.& propterea.& per repetē.in c.
110 ad ſedem.de reſt.ſpol.& in d.§.nihil cōe.†Prout idem dicendū
ex alio,ꝙ reſtitutio non ſit fienda,ex quo dictus Io. Fran. fidei-
commiſſarius eſt pluſq̄ legitimus contradictor,non.n.eſt para-
tus docere incontinenti de iure ſuo,quod ſufficeret,ſed iā perfe
cte docuit,vñ cum ſimus in probatis,& ad plenum & notorie ꝯ
ſtet de bono iure ſuo,fideicommiſſarius dicitur legitimus ꝯtra
dictor,& impedit hæredem grauatum immitti in poſſeſsionem,
ita Bart.& Alex.in d.l.filiam.& plenius per illum tex.Bar. quem
* * cōmuniter omnes ſequuntur in d.l.fi.C.de edic.diui Adr.tol.
col.fi.uer.quæro utrum.& ibi Mod. Peruſi. per Pau.de Caſtr.&
Alex.& adducta in contrarium procederent,quando in ipſo fi
deicommiſſario,poſſet imputari aliquod uitium,ſed in ipſo Io.
Fran.nullum uitium pōt imputari ergo,&c.quod deducit,nam
ipſe Io.Fran.una cum q.Io.Antonio eius fratre,inſimul in cōi,
& pro indiuiſo poſsidebant bona hæreditaria conſequenter in
quolibet ceſpite terrę ēt minimo ipſe Io.Fran.habebat medieta
tem & iuſtam poſſeſsionem,vñ eueniēte caſu fideicommiſsi, de
nouo non cepit,nec uitioſe,ſed ꝯtinuauit, quo caſu omne uitiū
ceſſat,ad tradita per Bar.& alios in l. ſtipulationes nō diuidunt
111 de uer.ob.cum ſi.†Eo etiam,nam reſtitutio fideicommiſsi, ne
dum uerbo,ſed ēt re ipſa fieri pōt,ſolum patiendo, & patientiā
præſtando ꝙ fideicōmiſſarius poſſideat totas res uel partem ip-
ſarum,& talis ſufficit ut dicit iureconſ.in d.l.reſtituta.in princ.
& ibi Bar.quem oēs ſequunt,ex quo patientia habetur loco tra-
ditionis,ut oēs ibi ꝯcludunt,allegantes tex.inſt.de rer.diuiſ. §.
interdum.vñ longinquitas tpis,quo ipſe Io.Fran. fideicommiſ-
ſarius poſſedit,& patientia ipſius Angelinæ,inducit,ꝙ omnia p̄
ſumant ſolenniter acta.l.filius.C.de petit.hære. & quæ hn̄t in l.
ſciendum.maxime per Alex.ff.de uerb.& per Soci.in ſimi.conſ.
112 j.uol.j.†Et in dubio quando grauatus patit fideicommiſſariū
poſsidere,præſumitur præſtitiſſe illam patientiam ad effectū re-
ſtitutionis faciēdæ,ita expreſſe Bar. in d.l.reſtituta.in prin. in fi
nalibus uerbis,& ibi Ale.col.ij.& alij ſcriben. in caſu noſtro de
113 contrario non apparet,unde,&c.†Præterea tunc reſtitutio eſt
facienda hæredi per fideicommiſſarium poſsidentem bona ſub
iecta fideicommiſſo qū ex illis poſſet detrahere trebellianicam,
alias reſtitutio non debet fieri,ſm ꝙ notat Saly.in d.l.pe. C. ad
treb.col.fi.circa fi.& faciunt no.per Pau.& Alex. in d.l.fina. C.
de edic.diui.ſed de fideicommiſſo de quo agimus trebellianica
114 detrahi non pōt,ut ſuperius fuit concluſum ergo,&c.†Ad qđ
no.per eundem Saly.in d.l.pe.col.pe.per illum tex.& per alia iu
ra,quæ ibi allegantur per alios ſcriben.concludentes,ꝙ ſi bona
ſubiecta reſtitutioni reperiuntur penes fideicommiſſarium, ceſ
ſat reſtitutio,ſi penes grauatum hæredem petentem reſtitutio-
nem nihil eſt remanſurum,ut etiam ſentit Pau.& Alex.in d.l.fi.
C.de edic.diui.ſed penes ipſam Angelinam petentem reſtitutio
nem nihil eſt remanſurum,conſequenter fruſtra petitur & ob-
ſtat regula dolo facit,&c.& quod nihil ſit remanſurum fuit o-
ſtenſum.ſ.tum reſpectu trebellianicæ,tum ēt reſpectu legitimę
debitæ iure naturæ,quę iam percepta fuit a dicto Io. Ant. eius
115 patre,nedum in quantitate ſibi debita,ſed longe plus. † Vlt.
idem neceſſario dicendum eſt,nam licet fideicommiſſarius te-
neretur reſtituere grauato,& demum recipere a manibus ſuis,&
hoc procedat attenta diſpoſitione iuris communis & ciuilis,at-
tenta tamen æquitate iuris canonici non procedit, nam ſm di-
ctam æquitatem,non eſt neceſſe fideicommiſſarium penes quē
bona reperiuntur reſtituere illa grauato,& demū eandē capere
a manib.grauati,nam ſatis eſt ꝙ penes fideicōmiſſariū reperian
tur.ita tex.in c.ī p̄ſentia.de prob.ſm q intelligit ibi Bal.col.xii.
quē refert & ſequit Dec.ibi col.ij.in ij.notab.uer. nec ob. & i-
ſtud ut euitet circuitus,q fruſtratorius & uanus eſſet iuxta no.
in l.ſingularia.ff.ſi cer.pe.& eo maxime,quia ſumus in terria & i
ter ſubditos eccleſiæ arg.c.cū eſſes de teſt.& q̄ in d.c,quod cleri
cis.Ad quę etiam ex quo cauſa eſt commiſſa ſummarie,quo caſu
remittit omnia ſolennitas cle.ſępe de uer.ſig.& omnis circuitus
tollitur etiam excuſsionis,ſm Soci.conſi.xxiij.col. fin. uolu.ij.
Eſto ꝙ legendo.d.c.in pręſentia. non tenuerim iſtum ſenſum.
¶ Sit ergo ꝯcluſio,ꝙ d.fideicommiſſum fuit & eſt ualidū, & cō
prehendit nedum d.Io.Anto.ſed eius poſthumum,& deſcendē
tes,qui oēs fuere grauati onere fideicōmiſsi,& natiuitas d.Poſt-
humi & Angelinæ non fecit deficere illud,& d.Io.Franciſ.ſub-
ſtitutus fideicommiſſarius præfertur dictæ Angelinę,& eius
matr. uxori.d.Io.Antonij, rurſus ꝙ a dicto fideicommiſſo non
eſt detrahenda aliqua Trebellianica,ſed de bonis teſtatoris di-
cto Io.Antonio,& eius deſcendentibus erat tantum debita le-
gitima iure naturæ,quam dictus Io.Anto.habuit & recepit, ul-
terius ꝙ dicta legitima eſt tantum ſemis ſeptimæ partis bono-
rum & hæreditatis.d.teſtatoris,non obſt. ſtatutis ciuitatis Ma-
ce.rurſus.ꝙ.d.Ioā.Franciſcus fideicommiſſarius, qui reperitur
in poſſeſsione bonorum fideicommiſsi, eſt in illa pręſeruādus,
& manu tenendus. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Hæres uniuerſaliter inſtitutus poteſt petere ſe immitti in poſſeſsionē bonorum quæ teſtator tempore mortis poßidebat.*

2 *Hæres uniuerſalis propria auctoritate poteſt capere poſſeſſionem et tenutam bonorum hæreditariorum,quæ fuerunt teſtatoris.*

3 *Fideicommiſſarius uniuerſalis de manu hæredis grauati capere debet bona per fideicommiſſum ſibi relicta,& nu.5.& 11.*

4 *Nec poteſt propria auctoritate illa capere,& ſi capit punitur.*

6 Nec

6 *Nec eſt legitimus contradictor in poſſeſſorio, aduerſus hæredem uniuerſalem.*
7 *Inſtitutus in hæreditate alterius exiſtente penes teſtatorem dicitur particulariter inſtitutus, & eſt loco legatarij.*
8 *Hæres particulariter inſtitutus, dato alio cohærede uniuerſali, & adeunte hæreditatem cōtra ipſum non debet audiri in poſſeſſorio.*
9 *Et idem quando fuit inſtitutus in rebus non certis nec liquidis.*
10 *Filius legitimus debet conſequi legitimam in bonis patris legitimantis.*
11 *Hæres adeundo hæreditatem cum beneficio inuentarij, ſaluū habet omne ſuum creditum.*
12 *Verbum reſtituere obliquum eſt, et inducit bona debere capi ab hærede grauato.*
13 *Hæres grauatus inſtituens fideicommiſſarium facere id dicitur ex neceſſitate, non autem uoluntariè.*
Et inſtitutus ab hærede grauato, uenire debet ex primo teſtamēto, non ex ſecundo.
14 *Referens continetur ſub relato cum omnibus ſuis qualitatibus.*
ſeu adimpletū illud, quod petitur, qđ profecto iuramentum in
caſu præſenti nullus præſtabit, cum ueritas ſe in oppoſitum ha-
beat, & dicta qualitas iuramenti præſtandi modo quo ſup. a ſta-
tuto requiſita, neceſſario interuenire debet, & adimpleri, ut ſta-
tutum effectum poſsit ſortiri, cum talis qualitas, ab illo tradita
uideatur pro forma, ſecundum Anch. conſi. cc alij. ex tenore pri
113 uilegij, in fin. † Et talis forma præſumitur ſubſtantialis, ſecun-
dum Bal. in l. comparationes, in iij. q. in fine. C. de fide inſtrum.
114 † Et quæ qualitas requiſita, omnino uerificanda eſt, ſecundum
Bar. in l. j. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. pub. & Io. And. in c. j. de
homici. lib. vj. cum alijs citatis per Deci. conſi. xiij. & pro tenui,
col. iiij. uerſi. ij. non ſufficit, & col. iiij. uer. & patet dum expreſſe
& conſi. cclvj. in cauſa inquiſitionis, col. fi. & conſi. cccc xxiiij.
placet, col. j. & alia quamplura colligunt Moder. in l. ſi quis, nu.

cxxx. & alijs ſeq. ff. de quæſt. & faciunt tradita per Felyn. in c. ex
parte, nu. xxx. de reſcri. & in c. licet cauſam, col. fi. nu. c. de proba.
Si uero allegaretur præſcriptionem fuiſſe completam in perſo-
nam filiorum. d. Federici, & Stephani, conſiderata diſpoſitione
dicti ſtatuti, certe iſtud ceſſabit. Tum cōſiderata mala fide poſ-
ſidentium. d. bona. Tum quoque quoniam qualitas a dicto ſta-
tuto requiſita præſtandi dictum iuramentum, nunquam poterit
uerificari, ut deduximus. Tum poſtremo quoniam & præſcri-
ptio dicto ſtatuto inducta, & illa de iure communi ordinata, pe
ſus ceſſarunt. Nam filij prædicti Stephani, minores, & pupilli e-
rant Chriſtophorus, uidelicet, annorum. xj. Stephanus uero po-
ſthumus, & Nicolaus filius Federici annorum ſex, & contra ta-
les minores nulla prorſus cucurrit pſcriptio, toto tpe minoris ę-
tatis, ēt ſi minores, curatorē aut tutorē haberēt, & ēt ſi talis pſcri
ptio inepta fuiſſet in perſonam maioris, ſeu defuncti, ut apertiſ-
115 ſimè diſponit ſtatutum prędictum. † Et iſtud idem diſponitur
de iure communi circa præſcriptionem ann. xxx. ut non currat
ipſo iure contra pupillum, etiam inchoata cum defuncto, con-
tra autem adultum, & ſic currat, tamen illi competit reſtitutio,
ut probatur in l. ſicut. C. de præſct. xxx. anno. & in l. fi. ubi gl. &
doct. tradunt. C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſ. & in
l. etiam ei. ff. de mino. & per glo. in l. auxilium, in prin. ff. de min.
& Can. in c. placuit, de præſer. cum alijs adductis per Moder. in
d. trac. pręſcr. in j. parte vj. par. principalis, in xxiij. caſu, ſo. lxiiij.
& alijs ſeq. nu. xxix. xxxij. & xxxiiij. ubi citant Bal. in d. l. cū no-
tiſsimi. Volētem idem eſſe dicendum in præſcriptione inducta
per ſtatutum, & diffuſius iſtud proſequuntur fol. lxv. num. xliij.
Prout etiam in perſonas prædictorum ceſſabit præſcriptio, pro
pter malam fidem, poſsidentium dicta bona. Eo etiam quoniam
contra iſtos minores, non potuit currere præſcriptio, niſi a tem-
pore ſcientiæ, & quo ipſi notitiā habuerunt de dicto fideicom-
116 miſſo, ut apertè diſpouit ſtatutum prædictum. † Et ſtante ipſo
rum ignorātia, ſi qua contra ipſos præſcriptio cucurrit aduerſus
eam uti poterunt remedio reſtitutionis in integrum, ſiue conſi
deretur illa annorum. xxx. aduerſus quam conceditur talis reſti
* tutio, ut * cōmuniter concludunt omnes in d. l. ſicut, & Bart. in
l. j. §. ſi quis autem. ff. de iniuc. actuque pri. cum alijs allegatis per
Fely. & alios poſt Abb. in d. c. uigilāti, & Deci. conſi. xxix. & pro
tenui Soci. in l. cum filius. §. In hac. ff. de uer. obl. & diffuſius per
Moder. in d. tract. in iij. parte. iiij. par. principalis. q. xxix. fo. xxx
117 vij. colu. iij. nu. xciij. in alijs locis ſtatim citandis. † Siuē conſi
deremus præſcriptionem anno. xl. Nam aduerſus eam ex capite
ignorantiæ, datur & conceditur reſtitutio, ſecundum magis cō
munem. Nam licet aliqui doc. ſuperius in contrarium allegati,
uoluerint oppoſitum, & eos ſecuti fuerint alij citati per Fely. in
d. c. uigilanti, & Dec. d. conſi. xxix. & conſi. xxxvj. num. ia. & cō-
ſi. cclxvij. in fi. & conſi. ccclxxv. in fi. & Cur. conſi. lxxxij. col. ij. &
iij. conſi. lxxj. col. iij. & alij etiam relati per Moder. in d. tract. q.
ſuperius citata ſol. xxxviij. col. j. nu. xciiij. & xcv. Tamen magis
* communis * opi. eſt in oppoſitum. Volens aduerſus præſcriptio-
nem. xl. annorum reſtitutionem competere ex capite ignoran-
tiæ, ut ad plenum deducit Fely. in d. c. uigilanti, & in c. j. col. vij.
de præſcri. & Alex. ſibi contrarius, conſi. lxxj. uidetur, col. ij. uo
lu. ij. & etiam in alijs conſi. & Soc. ſ. citatus, ac conſi. lxxxvj. in
cauſa, uol. j. & alij quamplures citati per dictos Mod. in d. tract.
loco ſuperius citato, fol. xxxviij. col. ij. & iij. nu. xcv. uer. contra-
riam opin. & nu. xcvj. aſſerentes hanc eſſe magis communem, ut
quamplures alij etiam aſſerunt, relati in locis. ſup. citatis, & quā
* tanquam * communem ſecuti ſunt, & ſecundum eam bis iudica
runt domini præſidentes in ſac. conſi. Neapo. ut eſt uidere in de
ciſi. ipſorum. xxvij. quædam altruda, & deciſi. cccxxix. dictat re
118 gia pragmatica. † Et iſto beneficio uti poterunt omnes filij di
ctorum Stephani, & Federici ignorantes tale ius eis competijſ-
ſe, & ſi qui ipſorum maiores fuiſſent etiam habebunt beneficiū
reſtitutionis, propter perſonam aliorum minorum. l. ſi commu-
nem. ff. quemad. ſer. amitt. cū alijs ad plenum collectis per Fe-
ly. in c. j. col. iij. iiij. & v. de præſcr. & poſt Bar. per Iaſ. in l. ſi emā
cipati, col. iij & iiij. nu. v. & alijs ſeq. C. de col. Dum uoluit quē
poſſe conſequi alterius beneficio, & perſona illud, ꝙ ex propria
habere non poſſet. Conſtat igitur ex iſtis aſſertam præſcriptio-
nem nō potuiſſe obſtare dictis Federico, et Stephano, quæ mi-
nus obſtabit eorum filijs. ¶ Et ad adducta ſuperius in cōtrariū
reſpondetur, & dicitur. Primum parum facere, dum dicebatur
præſcriptionem longiſsimi temporis, ſubſtuliſſe omnem obliga
119 tionem & actionem. † Nam uerum eſt quando præſcriptio cō
tinet

tinet qualitates neceſſarias ad eam inducêndam, & bonam fi-
dem, & tempus a iure ſtatutum, & quando fuit continuata, nec
aliquo tempore fuit ſopita, ut eſt tempus minoris ætatis, ut oſtē
dimus ſuperius. Solus enim curſus temporis, non cauſat præſcri
ptionem, ſi non habet ſuos debitos comites ſecundum glo. in c.
duo ſimul de offi. ordi. & l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act.
& obli. & per glo. in ſum. xvj. q. iij. Barto. in l. unica. C. de uſuca.
transfo. & in d. l. Celſus. q. j. ubi repe. diffuſe tangunt, & per An-
ch. in c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. vj. Azo. & Hoſti. in ſum. in titu-
lo, de præſcri. cum concord. Non obſtat quod dicebatur, in hac
præſcriptione complenda, fuiſſe ſufficientes annos. x. propter ti
tulum qui aderat penes ipſos poſsidentes, & quia uidebatur iu-
ſtus propter electionem factam per do. Claram, & quatenus nō
fuiſſet uerus, ſed putatiuus, adhuc ſufficiens eſſet ad præſcriben
dum. Quia ſi conſideramus perſonam do. Claræ, & eius ſecundi
mariti, iſta penitus ceſſant, cum nullo iuſto errore potuiſſent duci
ad poſsidendum, & ſucceſsiue alienandum dicta bona ſpectan-
tia ad dictos fideicommiſſarios, nec aliquem titulum habuerint
illa poſsidendi, & præſcribendi, cum hæredes grauati fideicom-
miſſo non poſsint, nec ualeant poſsidere, & præſcribere bona
ſubiecta fideicommiſſo, cum ſcirent eſſe aliena, & reſtituenda,
120 toto tit. ad trebellianum, & diximus ſuperius. † Et nullam cau-
ſam iuſti erroris potuerunt adducere, & allegare prædictæ. d.
Clara, & eius ſecundus maritus. Nam uerſabantur in facto pro-
prio, in quo ceſſat ignorantia, & error l. 6. ff. pro ſuo. l. quamquā
ff. ad uelleia. Pariter filij, & hæredes. d. Claræ, allegare minime
poterunt titulum aliquem iuſtum, quoniam electio de eis facta
non potuit præiudicare fideicommiſſarijs. Et ſi allegabunt puta
tiuum cauſatum errore facti, dicitur nullum fuiſſe errorem iu-
121 ſtum, quinimmo penitus iniuſtum. † Quo fit, ut putatiuus titu
lus, iniuſto errore facti cauſatus, ad præſcriptionem ſufficere
non poſsit, debet enim eſſe iuſtus, & procedere iuſta de cauſa,
ut poſt Bar. & glo. per illum tex. tradunt omnes in d. l. Celſus, &
Cano. in c. de quarta, de præſcrip. ad quod plura adducunt poſt
Ang. & Pau. de Ca. & Imo. in c. ſi. de præſcri. col. viij. & ix. repe.
122 in d. l. Celſus, in primo notabili, & ſecundo, nu. xvj. † Et de ta-
li putatiuo titulo cauſato iniuſtiſsimo errore, ſatis conſtare dici
tur, attenta communi opin. & fama, ut deduximus ſuperius, quę
nedum ſufficiens eſt, uerum ſolus rumor ſufficeret, qui minor
eſt, quàm fama. l. ſi. ubi Bar. & Imo. no. ff. de hære. inſti. & per Ale
123 xan. conſi. cxv. uiſo, circa ſi. uol. iiij. † Et talis titulus putatiuus
iniuſto errore cauſatus, potens non eſt etiam ad complendam
præſcriptio. ſtatutariam, ſecundum Fely. in c. ſi diligenti, col. vij.
de præſcri. cum iſta ſurrogetur loco præſcriptionis inductæ iu-
re communi, & Soc. conſi. clxvj. in cauſa, col. iij. in ſi. uol. ij. & re
pe in d. l. Celſus, in primo nota. uerſic. ij. limita, & uerſicu. ſeq.
124 † Et ſi allegaretur error iuris propter quem diceretur eſſe cau
ſata bonę fides, dicitur talem errorem, impedire præſcriptionē.
l. nunquam. l. ſi fur. §. j ff. de uſuca. & per Abb. Imo. & Fely. in d.
c. iij. col. iiij. & ſeq. & tradunt Cano. in d. c. ſi diligenti, per Bar.
125 & alios ī d. l. Celſus. † Et talis error, potius inducit malam fidē,
quàm bonam per d. l. nunquam, & per Pau. de Ca. ibi, & in d. c.
de quarta, maxime Fely. & Moder. repe. in d. l. Celſus. in quarto
not. uerſi. j. concluſio, & Corn. conſi. cxxxvj. licet col. iij. uerſi. &
propterea, uol. ij. dicentem, quod allegans iuris ignorantiam ad
cauſandam bonam fidem, debet hoc probare, quia alias præſu-
126 mitur in mala. † Et quamuis aliqui uoluerint illud non proce-
dere in præſcriptione longiſsimi temporis, ſecundum Roma. cō
ſi. cxxiij. circa, & Pau. de Caſt. in d. l. Celſus, col. j. Tamen magis
✻ communis * opinio habet, iſtud procedere etiam in præſcriptio
ne longiſsimi temporis, ſecūdum Imo. in d. c. de quarta, & Pau.
de Ca. conſ. lxxij. quia fruſtra, circa finem, & ſequitur Fely. in d.
c. de quarta, & hanc ſententiam optimis, & concludentibus me
dijs ego confirmo in d. c. de quarta, nu. 1a. q etiam attingens re
pe. in d. l. Celſus, nu. aa. Ex quo non uerſamur in caſu dubio iu-
ris, ſed in claro, & aperto, uolente bona ſubiecta fideicommiſſo,
non poſſe alienari, per quod ceſſant alia quæ circa id poſſent ad
duci. Nec obſtant quæ dicebantur ex præſcriptione longi & lō
giſsimi temporis, præſumi bonam fidem, maximè quando ad
eſt error, & titulus ſaltem putatiuus, tollens malam fidem, & do
lum. Nam procederent, quando error cauſatus eſſet ex iuſta cau
ſa, ut diximus, & quando io contrarium aliud non fuiſſet proba
127 tum, & uerſaremur in caſu dubio. † Poteſt enim contra poſſeſ-
ſorem probari malafides, quæ penitus ſubuertit omnem præſcri
ptionem, & omnē titulum, ſm Bar. & omnes in d. l. Celſus, & in
d. c. ſi. & d. c. ſi diligenti, & iſtud probabitur ex coniecturis de
quibus ſuperius ſpecifice diximus, & quæ enumerantur per re-
pe. referentes alios, in d. l. Celſus, nu. lxxxvij. & ſeptem ſequ. Et
quoniam mala fides dictæ. d. Claræ eiuſque ſecundi mariti, nec
non & filiorum poſsidentium dicta bona, ſatis aperta & clara
oſtēditur, ex deductis ſuperius, & uerſamur in caſu claro. Poſſeſ
ſio temporis longi, & longiſsimi. etiam titulata, illis non habet
prodeſſe, ſecundum communes, & ueras concl. ſ. relatas. Nec ob
ſtabit quod dicebatur præſcriptione longiſsimi temporis, non
requiri titulum. Nam, & ſi ille non ſit neceſſarius tamen neceſ-
128 ſaria erit bona fides, ut probauimus. † Et aduertendum cir-
ca hoc erit. Nam licet curſu temporis longi, ſeu longiſsimi præ
ſumatur bona fides, tamen iſtud ceſſat quotieſcunque apparet
titulus iniuſtus. Qñ. n. conſtat de iniuſtitia tituli, qui ab initio,
ita interuenit, nunquam præſumitur bona fides, ſed mala, & iſto
caſu ceſſabit præſcriptio, ita notanter dicit. d. Ant. in c. peruenit
car. a. uer. circa tempus, de cenſi. quē refert, & ſequit̃ Io. de mil.
io ſuo repert. in uer. præſcri. col. viij. & ix. uer. præſcribi an poſſit
& uer. pſcriptio iuriū incorporaliū, ubi inſerēdo ad practicā fir
mat & ꝯcludit, qđ ille qui ſe fundat ſuper pſcriptiōe nedū lōgiſ
ſima quinimmo, & centenaria ſimpliciter debet dicere, ſe pſcri-
pſiſſe tanto tempore & ex iuſta cā, debet tamen eſſe cautus ne al
leget titulum. Si enim illū allegaret, & appereret, ꝙ ab initio fue-
rit iniuſtus, talis præſcriptio non prodeſſet, quoniam ex titulo
iniuſto reſultat mala fides. Et quoniam ipſa do. Clara, & eius ſe
cūdus maritus, necnon, & eorum filij, non poterunt allegare, ni
ſi titulum iniuſtum, ut. ſup. oſtēdimus, talis ipſorum præſcriptio,
ipſis in aliquo non poterit prodeſſe. Non obſtat quod dicebat
præſcriptionem currere etiam ꝯ ignorātem, nam uerum eſt. † Tñ
ſi ignorans eſt minor, ceſſabit præſcriptio, & adulto, & maiori
conceditur reſtitutio, & aduerſus illam anno. xxx. & etiam ad-
uerſus illam annorum. xl. ex capite iuſtæ ignorantiæ, ſecundum
magis communem, ut deduximus, & aduerſus Federicum & Ste
pha. filios Chriſtophori, maiores, & ſcientes dicti fideicommiſ-
ſi notitiam habentes. præſcriptio non potuit currere, nec illa de
iure communi, nec illa ſtatutaria, propter malam fidem poſſidē
tium, & defectum temporis, & propter defectum probationis
qualitatis a ſtatuto requiſitæ, ut probauimus. ſup. & ad illud de
præſcriptione coarctata per ſtatutum Lucæ, apertiſsima, & mul-
tiplex data fuit reſolutio. Pariter, & ad illud in quo dicebatur, fi
deicommiſſo uniuerſali poſſe præſcribi, etiam cum mala fide
129 † Nam iſtud procederet quando non fuiſſet agnitum loquunt
deciſiones in oppoſitum adductæ. At quando agnitum eſt, nun
quam poterit præſcribi cum mala fide, ut expreſſe uolunt Pe. de
Aoch. in d. c. ſine poſſeſsione, col. ix. de reg. iu. lib. vj. & Soc. d. cō
ſi. liij. col. iij. & Mod. in trac. præſcr. in ij. par. iij. par. princ. q. xiij.
fol. xaj. col. j. nu. lax. & lxxj. Ea ratione quia poſt agnitionem eſt
ius quęſitum, & ageretur de iure quæſito tollendo, quo caſu in
nulla procedit præſcriptio cum mala fide. Ad ultimum de reſti.
in integ. aduerſus præſcriptionem, ſatis fuit reſponſum in præce
dentibus, & oſtenſum eam uendicare ſibi locum in caſu præſen
ti, & aduerſus illam. xax. annorum, necnon, & aduerſus illam an
norum. xl. Et etiam, quia minores ex capite iuſtę ignorantię, ſe
✻ cundum magis * communes opinio. Paritius Bononię.

SVMMARIVM.

1 *Practica. & modus querelæ inſtituendæ, aduerſus aliquem prohi-
bentem, ne quis poſſit teſtari, ſeu mutare teſtamentum primo lo-
co factum.*
2 *Querelantes debent oſtendere intereſſe, alias querela non procedit.*
3 *Et propter impedimentum datum teſtatori, querelantes conſequun-
tur duplum extimationis, & nu. 4.*
5 *Prohibitus teſtari dicitur ille, ad quem fuit prohibitus acceſſus no-
tarij, ſeu teſtium.*
6 *Item, & ille qui alio modo impeditus fuit, doloſè tamen, & ſequen.
& num. 72.*
7 *Exempla non reſtringunt, declarant tamen, & nu. 73.*
8 *Dolus enim impedientis conſideratur, & ſeq.*
9 *Lex generaliter loquens, debet generaliter intelligi.*
10 *Induci poteſt quis ad teſtandum blandis uerbis, dummodo abſit do-
lus malus, & fraus.*
11 *Suggeſtio facta infirmo, & conſtituto in mortis articulo, tanquam
doloſa, reddit teſtamentum nullum, & nume. 47 49. 72. & 124.*
12 *Perſuaſiones, & ſuggeſtiones doloſæ, uim continēt, & coactionem.*
13 *Non permittere, idem eſt quod prohibere.*

14 *Dolus*

14 Dolus in quacunque diſpoſitione, ſemper intelligitur excluſus.
15 Dolus per coniecturas probatur.
16 Et in his quæ ſunt de genere prohibitorum, præſumitur abſque probatione, intelligendo tamen, ut in nu. 74.
17 Titulus ſi quis aliquem teſtari prohi. duo continet capita, coactionis, ſcilicet, & impedimenti.
18 Ad probandum impedimentum prædictum, ſufficiunt duo teſtes.
19 In materia difficilis probationis recipienda eſt illa probatio, quæ haberi poteſt, & nu. 97.
20 Impedientes aliquem dolo teſtari, tenentur prætendentibus intereſſe, actione de dolo, uel alia ſubſidiaria in factum.
21 Malitia prorumpens in damnum tertij, dolus dicitur.
22 Actus geminatus in malum, magis aggrauat.
23 Poteſt adiri iudex, ut prouideat impedito teſtari.
24 Præſtans impedimentum incurrit pœnam, licet poſtmodum impeditus potuerit condere teſtamentum.
25 Voluntas non præſumitur mutari, etiam ex interuallo.
26 Fama probat, etiam ſi de ea teſtes informiter deponant, dummodo ſint ultra decem & nu. 105. & ſeq. & 108.
27 Contra occultantes ſcripturas inſurgit præſumptio, quod ſint illis nociuæ.
28 Occultantes ſcripturas, non carent ſuſpitione.
29 Qui ſemel habuit ſcripturam, tenetur illam exhibere.
30 Qui dicit, & proponit aliquem dediſſe impedimentum alicui ad teſtandum, neceſſe habet probare tria copulatiuè, alias obtinere nõ poterit.
31 Primum neceſſarium probandum eſt, quod fuerit ille impeditus, & prohibitus per actus inducentes prohibitionem.
32 Conuictus quis dicatur.
33 Secundum requiſitum probandum eſt, quòd ille impeditus eo tempore uolebat teſtari.
34 Et quod feciſſet tunc ualidum teſtamentum, ſi impeditus, & prohibitus non fuiſſet.
35 Concluſio teſtamenti conſiſtit in puncto indiuiſibili.
36 Tertium requiſitum probandum eſt, quod ille impeditus uolebat inſtituere hæredes iſtos quærelantes.
37 Non dicitur filia præſtare impedimentum patri teſtandi, ſi eo inſtanti procurabat patri medicinas.
38 Non poteſt dici prohibitus notarius, ſi ab infirmo teſtatore non fuit uocatus.
39 Metus iuſtus dicitur quando filiabus iminet periculum.
40 Metus debet eſſe talis, qui cadat in conſtantem uirum.
41 Metus, & coactio ut quis teſtetur, uel non, debet eſſe talis, qui cadat in conſtantem uirum.
42 Minæ tunc ſunt in conſideratione, quando minans ſolitus eſſet aliàs ad effectum deducere.
43 Clamores, & iurgia conſanguineorum, & attinentium, an & quando dicantur præſtare impedimentum, ne quis teſtetur, & numero, 47. & 48.
44 Quod quis noluerit teſtari, colligitur ex uerbis ſuis, quibus interrogatus reſpondit, nolle teſtari.
45 Prœmium inducit cauſam finalem.
46 Paria ſunt impedire notarium, ſeu teſtes, ne ipſos ad teſtatorem conferant, uel reuocare notarium, ſe teſtes coram teſtatore exiſtentes, & ordinare, ne ad eum reaccedant.
50 Poteſt enim quis inſtare ne quis teſtetur, aduerſus eos inſtantes, ut teſtetur impune.
51 Sicuti licet inſtare ſine dolo, & fraude, ut quis teſtetur, ita licet alijs operari oppoſitum, aduerſus eos, non autem aduerſus teſtatori uolentem.
52 Licet inſtitutis in primo teſtamento inſtare ne illud mutetur aduerſus alios ſatagentes, ut mutetur.
53 Non enim reperitur illud iure prohibitum.
54 Qui differt teſtamenti factionem, non dicitur tunc habere uoluntatem teſtandi.
55 Impedimentum præſtitum dilationi præſtandi, propter malam infirmi diſpoſitionem, punibile non eſt.
56 Qui dolo, & fraude inſtat, ut mutetur primum teſtamentum, qui in illo inſtituti erant, contra iſtos agere poſſunt actione de dolo, ſeu ſubſidiaria in factum.
57 Aliqua honeſte poſſunt capi, quæ tamen inhoneſte petuntur.
58 Dolo bono excludi poteſt dolus malus.
59 Licet unicuiq; dicere facta ſua, apud teſtatorem, & inſtare aduerſus alios ſatagentes damnum ipſius.
60 Punibile non eſt quando fit aliquid permiſſum, licet ex illo ſequi poſſit ſpecies alicuius delicti.
61 Non præſumitur in dubio uiolentia.
62 Qui non contradicit actus coram eo geſto, uidetur illi acquieſcere.
63 Bonum animæ, præſumendum eſt.
Senectus, morbus eſt, & nu. 12.
64 Impedimentum uerum, quod propriè, & ſtricte dicatur.
65 Impedimentum alterius, non nocet alteri, quando non præſtitit cauſam immediatam, ne teſtamentum fieret.
66 Teſtis deponens de iudicio ſuo non probat.
67 Probationes debent eſſe concludentes, quando agitur de impedito ſeu prohibito teſtari.
68 Non eſt præſumendum, patrem uelle priuare eius filias bonis, et hæreditate ſua.
69 Nec eſt præſumendum patrē uoluiſſe ſcribere nociua ſuis filiabus.
70 Prohibitus dicitur pater teſtari, ſi tranſmiſit filium ad uocandū notarium, & ille eum non uocauit.
71 Lachrymæ, & preces doloſæ mariti, erga uxorem, conſtitutam in articulo mortis, reddunt inualidum legatum relictum marito.
75 Poteſt quis uoluntatem mutare quouſq; uiuit.
76 Actus ſucceſſiui declarant quæ fuerit uoluntas in pteritū, & nu. 78
77 Teſtes ſingulares non probant, etiam ſi mille eſſent.
78 Verba prolata ad complacentiam, non diſponunt reſpectu inſtitutionis, ſeu legatorum.
79 Teſtis ſperans aliquid commodum, non dicitur integer.
80 Meretrix non eſt idonea teſtis.
81 Ancilla producentis, non eſt teſtis idonea.
82 Teſtis de auditu, non eſt integer.
83 Teſtis deponens, per uer. credere, regulariter non eſt integer, fallit & numero 91.
84 Teſtis uarians, & falſarius repellitur.
85 Famulus producentis, & ſalariatus non eſt teſtis idoneus.
Prout, nec conſanguineus erit idoneus.
86 Falſus in uno, in reliquis redditur falſus.
87 Teſtes ſingulares, non coniunguntur.
88 Singularitas teſtium, non ſemper adiuuatur alijs adminiculis.
89 Probationes imperfectæ, non coniunguntur, ad faciendam unam perfectam.
90 Impedimentum debet probari concludenter, per conteſtes non uariantes.
92 Qui habuit ſcripturam tenetur illam edere, niſi probet eam reſtituiſſe, ſeu amiſiſſe.
93 Et ſtatur eius iuramento, ſi eſſet homo bonæ conditionis, & famæ.
94 Non poteſt quis petere exhibitionem ſcripturæ, ſi ſua non intereſt, & nume. ſequ.
96 Ad exhibendum ſcripturam, non tenetur iure actionis, ſed officio iudicis, qui non tenebatur illam cuſtodire.
98 Ex uerbis difformibus, non poteſt dici mutata uoluntas.
99 Filius impediens patrem teſtari. poteſt ex hoc exhæreditari, & numero, 100.
101 Et ut iniuria poſſit per patrem remitti, & fiſco quæratur aliquid & nu. 102. & ſeq.
104 Qualitas adiecta tempori, intelligitur ſecundum illud tempus.
105 Fama publica, qualiter probanda ſit, & alijs ſeq.
107 Vna fama, tollit aliam.
109 Veritas probata, præfertur famæ uanæ.
110 Numerus teſtium, quando uenit conſiderandus.
111 Dignitas, & nobilitas teſtium, quando attendutur.
Notarius, & ſacerdos, ſunt alijs digniores.
112 Teſtes deponentes ueriſimiliora præferuntur alijs.
113 Quando dicuntur teſtes deponere ueriſimiliora.
114 In dubio capienda eſt illa coniectura, per quam filij minus priuantur hæreditate parentum, uel parentes hæreditate filiorum.
115 Ne filius excludatur ab hæreditate patris, quandoq; recedimus a regulis iuris.
116 Fauorabilis eſt reductio ad primæuum ius.
117 Teſtes deponentes ſuper affirmatiua, præferuntur alijs deponentibus ſuper negatiua.
118 Inſtrumentum plene probat in eo contenta.
119 Excuſpatio, & declaratio offenſi, multum prodeſt exculpato.
120 Exculpatio, non prodeſt delicto cõſumato, & probato.
121 Non entis, non poſſunt eſſe qualitates aliquæ.
122 Exculpatio prodeſt, etiam delicto commiſſo, quando exculpatur amicas ſeu conſanguineas, & nu. 123.
125 Mendax, non gaudet aliquo beneficio.
126 Exculpatio ſuſpecta, & affectata, ac procura, non debet prodeſſe. & nume

& nu.centeſimonigeſimonono.
117 *Abundans cautela,non nocet.*
118 *Licitum eſt obtinere declarationem, & excuſpationem ab illo qui dicitur impeditus.*
119 *Excuſpatio obtenta ad tollendum probationem,non debet attendi prodeſt ſatis habere declarationem,& excuſpationem aliquo mediante inſtrumento publico, ad effectum,ut per illud haberi poſſit in promptu praba ueritatis.& nu.127.*
130 *Præſumendum eſt teſtatorem ſe uelle reddere conformem,diſpoſitioni iuris.*

CONSILIVM LXVII.

QVAERELA Et iudicium deductum per iſtos
dominos de Vbertis,aduerſus.d.Diemantem,Ceci
liam,& Caſſandram de Vber.ac.d.Franciſ. Pipera-
1 rium.†Formiter,& ſecundum communem, & lega
lem practicam,uidetur eſſe inſtitutum,cum prædicti omnes ꝓ
hibuiſſe uideantur,& doloſe.d.Alex.de Vlber.ne primum ſuum
teſtamentum mutaret,& aliud ſecundum conderet. In quo di-
ctos. d. de Vber. eius nepotes, ſuos uniuerſales hæredes in-
ſtituere decreuerat, ut plene per illũ tex.proſequit Bart.poſt gl.
in l.j.§.j.& l.fi.nu.iij.ff.ſi qs aliq.teſt.prohi.Bal.Sal. Pau.de Ca.
& alij poſt gl.in l.j.C.eod.ti.poſt aliq.& glo.in rub. ff. & C.eo.
ti.& per gl.in uer.leges,& ſcriben.ibi in auth. ut cum de appel.
cogno.uer.ſi conuictus fuerit aliquis,& Bar.in l.in cognitione,
& l.Gaius.ff.ad Sylla.tradunt doc.in l.j.C.de his quib.ut indig.
& Cor.conſi.cclxxix.quia primo,col.ij.uerſi.& licet hoc,uol.ij.
habetur etiam in l.Lucius. §. Sempronia,de lega.ij.& in l.cum
qui.§.fi.uer.ſi ſcriptis hæredibus.ff.de his quibus.ut indig. & in
2 l.Marcellus.§.fi.ff.ad treb.cum ſi.†Intererat enim iſtorum quæ-
relantium,ut.d.Alex.ſecundum conderet teſtamentum, & mu-
taret primum, propter quod intereſſe, licitè querelam & iudi-
cium antedictum propoſuere,ſecundum Alex.in d.auth,ut cum
3 de appe.cog.§.ſed quilibet,in fi.†Et uirtute.d.iudicij, aduerſus
impedientes,uidentur poſſe conſequi,non ſolam æſtimationem
hæreditatis, uel eius in quo læſi ſunt,iux.d.§.Sẽpronia,& gl. ibi,
4 & Cuma.& Ant.de But.conſi.lxxviij.inquantum.† Verum con
ſequentur,& duplum,ſecundum glo.& ſcriben.in d.§.ſed quili-
bet,& §.ſi conuictus, per tex.i §.& hoc peruenit in auth.ut nul.
iud.& poſt gl.in uer.remoueri,tradunt omnes ſcrib.in l.fin.C.ſi
quis aliq.teſt.probi.& Bar.in l.uirum,in prin. ff. eo. & in l.j.col.
ij.C.eodem,& Ang.ibidem, ponentes remedium læſis, quando
impedientes non eſſent ſoluẽdo,& ſequitur Cor.d. conſi.cclxix.
5 col.pe.& in l.j.col.ij.C.ſi quis aliq.teſt.prohi.†Prohibitus inſu-
per teſtari,nedum dicitur ille ad quem,diſponentem teſtari pro
hibitus fuit ingreſſus notarij,ſeu alterius ſcriptoris, uel teſtium
ut traditur in l.j.iuxta expoſitionem gl.in uerſi.teſtamentarium
&|Alb.de Roſ.ibidẽ,in prin.& in l.ij.ff.ſi quis aliq.teſt.prohi. &
in l.Marcellus.§.fi ff.ad Treb.& per ſcrib.omnes utrobique, &
Bal.in l.teſtamenti.C.de inof.teſt.& Saly.in l.j.C.eo.& Soc.cõ-
ſi.cv.uiſo proceſſu,col.j.uol.iij.& Iaſ.conſi.xxxj.in q.col.pe. uer
6 ſi,quo caſu.†Verum in præſenti ſpecie prohibitus teſtari dicetur
etiam ille qui alio modo impeditus eſt,ne teſtamentum conde
re poſſat,aut primum iam conditum mutare,dummodo doloſe
tale impedimentum fuerit præſtitum,ut probat tex.apertus,in l.
ij.C.ſi quis aliq. teſt.proh. generaliter loquens,de quocunque
impedimento adhibito, ne teſtamentum ordinaretur,qui tex.
non uenit reſtringendus exemplis,poſitis in alijs legibus ſupra
7 citatis. † Tum quia exempla non reſtringunt, l.damni infecti
ſtipulatio,§.penu.ff.de dam.infec. & inſti.de grad.§.hactenus.
8 † Tum quoq; quia,d.l.ij.loquitur generaliter,ad no,in l.in frau
dem.§.fi.ff.de teſt.mil.& in l.j.§.& generaliter, ff. de leg. præſt.
9 cum uulg.†Tum etiã quia.l.j.§.j.& l.ij.§.fi.ff.ſi qs aliq.teſt.pro-
hi.ſolum conſiderant dolum impedientis, qui ſufficiẽs erit quo
cunque actu committatur,& iſtud idem ſolum conſiderat tex,
in d.l.cum qui.§.fi.ff.de his quib,ut indi,loquens generaliter,&
tex.in d.§.conuictus,in auth,ut cum de appe.cog. impedimen-
tum punit,quocunque modo commiſſum,prout etiam facit im
perator in d.§.& hoc peruenit,in auth.ut nul,iu,& eſt optimum
exemplum traditum per Odof.quem referunt,& ſequuntur Cy.
& alij,in d,l.ij.C.ſi quis aliq.teſt.prohi. minime concernentes pro
hibitionem notari,ſeu teſtium,& firmat Aro.ibidem,in ſum.&
Ant.de But.d.conſi.lxxviij.& aliud exemplum traditur per An
ch.conſi.cccxxxvij.de efficacia,& idem facit Lau.Cal.conſi.xc.
quantum ad primum,nu.ix.ui etiam colligitur.ex.d. per Corn.
conſi.lvj.uidetur,& conſi.lxxxiiij.dia poſt,uol.j.& d.conſi.ccx-
ix.uol.ij.& ex dictis Soci.d.conſi.cv.uol.iij.& aliud habetur in
deciſ.conſi.Neapo.lxix.quædam do. Catherina,& aperte illud
uidetur tradi ex dictis omnium doc.& ſcrib.in l.fi.ff.ſi quis aliq.
teſt.proh.& in l.fi.C.eo.quatenus uolunt.licere impune, blan-
dis uerbis,& perſuaſiuis inducere aliquem ad teſtandum, & ſibi
10 relinquenduum,dummodo abſit dolus malus,& fraus.†Quibus
accedentibus id minime liceret,& punibile eſſet, ut poſt Angel.
plenè proſequitur Iaſ.in d.l.fi.col.fi.nu.iiij.& v.poſt Albe.& Ol
dr.ibidem,& habetur in l.captatorias,per glo.& doct.ff. de hæ-
re.inſti.per Bal.& alios,in l.ſi frater. C.quæ teſta.fa.poſ. & eun-
dem Alex.in l.j.§.quæſitum,col.iiij.nu.vj.ff.ad treb.Alb.de Ro
ſa.Salyc.& alios poſt gl. in l.quicquid.C. arbi.tute.& deſeruiũt
11 tradita per Dec.conſi.cccclxxxix.†Nec non,& per Soc.in l.j.§ ſi
quis ita.ff.de uer.obl.col.j.ubi etiam alij ſcrib.ſequuntur.maxi.
Io.Crot.conſiderans plures caſus in illa diſceptatione.An & quã
adulatio ſuggeſtio reddant teſtamentum nullum,ſi facta eſt gra
uato infirmitate,& exiſtẽte in mortis articulo, ac turbato mẽ
tis cogitatione,iuribus, & deciſ.ibidem allegatis, & per Alex.
Peru.& Mod.in l.iubemus.C.de teſt.Corne.conſi.cccxix.uide-
tur,& d.conſi.lxxxiiij.col.iij.uol.j.& Soc.conſi.xcij.in cauſa,co
lu.ix.nu.xxvj.& ſeq.uolu.iij.Accedente etiam longa ſenectute,
morbum in ſe continente,ſecundum Abb.in c.magnæ,extra de
uoto.& Alex.conſi.ccxxxviij.col.fi.uol.vj.quæ ſatis grauis ade-
12 rat in ipſo.d.Alex.†Cum iſtæ doloſæ perſuaſiones,uiolentiam &
coactionem continere uideantur.l.j.§.perſuadere.ff.de ſer.cor-
13 ru.& Barb.conſi.lxxj.col.ij.uol.ij.†Et non permittere,idem ſit,
ꝙ prohibere ſecundum Card.Zabar.in clemen. j.in quarta op-
14 poſi.de decim.†Et quia in quacunque diſpoſitione ſemper ui-
detur eſſe excluſus dolus malus l.creditor.§.Lucius,ubi Bar. &
alij.not.ff.mand.& idem Bart.per illum text.in l.in uenditione
in princip.& in uerſicu.de tempore.ff.de bon.auct. iud. poſsid,
15 † Dolus autem prædictorum Piperarij,& mulierum, ſatis pro-
batus uidetur ex coniecturis reſultantibus,propter actus ꝑ eos
geſtos,ꝙ ſatis ſufficiens eſt cum directo probari non poſsit, ad
nota.in l.dolum.C.de dolo.& in c.fi. de conſue.lib.vj. & in l. fi-
liæ meæ.ff.ſol.ma.& Anch.conſi.cccxxxvij,col.iij.uerſi. ſed his
16 non obſtan.†Et quia uerſamur in genere prohibitorum, in qui
bus,lex dolum præſumit abſque aliqua alia probatione, de do-
lo ipſo ſatis conſtare dicitur.l.ſi non conuicij.C de iniu.c.j.ubi
17 doct,maximè Fely.nota.de præſum.extra.†Et titulus ille,ſi quis
aliqui teſta.&c.duo continet capita,primum coactionis,& com
pulſionis realis,ſecundum reſpectu prohibitionis,& impedimẽ
ti adhibiti,& commiſſi,nec etiam teſtamentum primo loco fa-
ctum mutaretur,ut proprie contingit in præſenti ſpecie, & pro
bant uerba tituli.ff.& C.ſi quis,aliq.&c.& glo.in rub.d.tituli.ff.
& tex.in l.j.§.j.& fi.& in l.ij.ff.eo.ti.Quibus in locis, conſidera-
tur dolus commiſſus,ne teſtamentum primum mutaretur, & ꝑ
ſequitur Bar.in l.fi.eo.tit.in iiij.caſu,col.ij.nu.xj.& uerſi.ſi uero
18 ipſe,& Bal.in l.j.C.eod.uerſi.ꝙ intellige,col.iij.†Et ad proban-
dum tale impedimentum ſufficientes erunt duo teſtes, argu. l.
ubi numerus.ff.de teſti.cum hic agatur de probanda uoluntate
dicti Alex.ex uerbis per eum prolatis extra teſtamentum, & de
probatione geſtorum per dictas mulieres,& Piperarium,ad no
ta.per Bar.& alios,in l.ij.in prin.col.fin.ff.de uulg.& pup.&,per
doct.in l.ij.C.de bono.poſ.ſecundum tabu.& in l. hæredes pa-
lam.§.& ſi notan.ff.de teſt.& Alex.conſi.iiij.uol.vij.Calc.conſi,
viij col.iij.in fi.& in proprijs terminis noſtris iſtud firmat Ant,
de But,d.conſi.lxxviij.Ancha.d.conſi.cccxxxvij.col. pen. uerſi.
ad hoc reſpondeo.& Io.Petruc.adducens alias deciſi.in l.ii.C.ſi
quis aliq.& Corne.d.conſi.lvi.in prin.uol.j.& conſi. ccxix. col.
19 iii.in prin,uol.ii.†Et maxime cum uerſemur in materia, in qua
difficilis probatio poteſt haberi,et conſequenter recipienda ſit
illa quæ traditur. Tum reſpectu perſonarum ipſorum teſtium.
Tum quoque reſpectu ſingularitatis. Tum etiam, & reſpe-
ctu credulitatis,iuxta no.in l.conſenſu.C.de repu.et in c.iii.lo-
co,de proba, et diffuſe per Moder.in l. prætor ait §. prætor ait,
nu,xx.ff.de eden.et Alex.conſi.cli.uol.v.et conſi.xxiiii.colu. iii.
uol.ii.Cor.conſi.xiiii.col.ii.uol.ii.poſt Bar.in l.ii.§.ide labeo ff.
de aq.plu.arc.Et quoniam iam conſtat.d.Alex.per prius, nedũ
dilexiſſe,uerum amaſſe dictos ſuos nepotes, pluries profitendo
ſe uelle eos inſtituere hæredes, ut eius bona conſeruarentur in
familia,& agnatione.Odio etiam proſequebatur eius generos,
& iam declarauit eius confeſſori,ꝙ uolebat nepotes ſuos inſti-
tuere hæredes,ordinans ꝙ uocaretur notarius,quo Hieronymo,
uidelicet

rebatur,ut fuit ſuperius deductum,& quatenus ipſe Alexander
cauaguarius in ſuo rogitu dicit fuiſſe prohibitum ingredi ca-
meram infirmi. Vere iſtud minime cógruit depoſitionibus alio
rum teſtium,maxime confeſſoris, & illius.d.Petri aſſerentium,
oſtium cameræ apertum, quàm ipſi fuere ingreſsi,& quod ca-
38 meram potuiſſet ingredi.d.Alexander cauaguarius.† Cuius ro
gitus eo ét ineſſicax redditur, cum ipſe non fuerit uocatus ab
infirmo,& qui tunc,nullo pacto uolebat teſtari, ſecúdum Soci.
ã.citatum,& ét Cor.d.conſi.lxxxiiij.uol.j.& alias deciſ.ſuperius
relatas,& ſi bene aduertatur reliqui notarij euocati ab ipſo Do
minico, nec non, & a Piperario ipſorum arbitrio ingreſsi fue-
rút cameram, & cubiculum in quo infirmus iacebat dictus do.
Alexá.prout quilibet ingredi poterat cum oſtium eſſet apertú,
qui interrogatus ab uno notariorum, ſeu Dominico, an uellet
teſtari,nihil rñdit, & ſucceſsiue interrogatus a Hieronimo San
tino notario,an teſtari uellet,ipſe do.Alex.rñdit,quod nolebat
tunc teſtari.Et quod ſi duobus alijs diebus ſequétibus, ſe in me
lius haberet,ut in duobus præcedentibus ſe habuerat, intende-
bat teſtari ſuo arbitrio,hoc quidem quamplures deponunt te-
ſtes,infertur igitur in eius poteſtate,& libertate fuiſſe teſtari,&
ſuo arbitrio,ſi uolebat, cũ adeſſent notarij, & ipſum de hoc in-
terrogaſſent, Verum id facere diſtulit,ut uerba per eum prola-
ta indicabant,non fuit igitur tunc impeditus, ſecundum Bart.
in l.fina.ff ſi quis aliq.Bal.& alios in l. fi.C.eo.& Soc.d.cóſi.cv.
uolu.iij. Solum igitur Dominicus, & alij quærelantes,una cum
fiſco dicere poſſent dom.Alex.tunc temporis habuiſſe animum
teſtandi,nam coram ipſis notarijs aſportari ſibi fecit quoddam
inſtrumentum,& aliam ſcripturam. In qua aſſerebat contineri
diſpoſitionem ſuorum bonorum, & quam ſcripturá Piperarius
incepit legere, eamq; legebat quandoq; alta, quandoque ſum-
miſſa uoce,& orta altercatione inter Dominicum, & mulieres,
cum Dominicus inſtaret omnes debere diſcedere e cubiculo
in quo iacebat infirmus,ut ſuo arbitrio teſtaretur,& ex oppoſi-
to mulieres nolebant diſcedere,cum ipſarum intereſſet ibidem
moram trahere, qua altercatione ſuborta, & uerbis quibuſdam
iniurioſis,non ſine clamore hincinde prolatis do. Alex.turba-
tus, reaccepit ſcripturam illam e manibus Piperarij, ipſamque
poſuit ſub culcitra, nec ulterius etiam interrogatus uoluit te-
39 ſtari.† Ex qua facti ſerie dici poſſet do. Alex.incuſſum fuiſſe iu-
ſtum metum,non teſtandi. Timebat nanque periculum immi-
nere filiabus ex illis uerbis iniurioſis per eas prolatis aduerſus
Dominicum argumento eorum,quę habentur in l.iſti quidem.
ff.quod met.cau.& per Bar.& alios eo ſimi. in l. de pupillo. §. ſi
quis ipſi prætori.q.ia.ff.de ope.no.nun.& in l.illicitas.§.ne po-
tentiores.ff.de offic.præſi.Huiuſmodi illatio,prorſus retorque-
tur in oppoſitum.Si.n.do.Alex.id timebat,certe teſtatus fuiſſet
ut ſuccurreret periculo filiarum, & quoniam oppoſitum fecit,
40 nolens teſtari caruit prorſus timore iſto.† Qui adhuc talis mini
me erat,ut in conſtantem poſſet cadere uirum, uti erat ipſa do.
Alex.& conſequenter uerius,& a lege minime conſideratus,ad
nota.per gl.& doc.in c.quod ſolum,extra de ſponſ. & in l.inter
41 poſitas.C.de tranſa.& l.metum. ff. & C. quod met.cau. † Et in
præſenti ſpecie,ut propter timorem quis dicatur eſſe impeditus
teſtari,ſeu primum teſtamentum mutare,coactio,& metus de-
bet eſſe talis,qui in conſtantem cadat uirum, ut concludit Bar.
ad id citans iura,in l.fi.col.j.nu.iiij.ff.ſi quis aliq. quem ſequun
tur Bald.in l.j.C.eodem, col.ij uerſi.quæro quæ coactio,& Sal.
ibi.q.pen.& Cor.col.ij.in prin.uerſi.in tex.ibi compulſus,& di
cto conſi.cl.col.fi uol.ij.& dicto conſi. ccxix.col.x.& conſi.lvj.
in fi.uol.j.Et Dominicus eo in loco, minime talis erat qui me-
tui,& timeri deberet,cum adeſſent filiæ do. Alex.Piperarius,&
famuli,& Dominicus ſolus. Et uerba illa iniurioſa minime me
rebantur pęnam conſiderando ſtatutum Mantuanum,eo etiam
cum ipſe do.Alexander aduerſus Dominicũ poſt dictã alterca-
tionem protulerit illa uerba ꝯcludenter probantis ac excludẽ-
tia oẽm metum, & timorẽ dum dicebat.Che diauolo credete di
42 ſotterrarmi uiuo,ui ſotterero tutti quanti.† Prout ét cum mini
me probatũ ſit ipſum Dominicum,ſolitũ uindicari uerba iniu-
rioſa a mulieribus erga ipſum prolata, nec inſuper eius minas
mandare effectui ad tradita per Bart.in d.§.ſi quis ipſi ꝑtori.q.
v.& viij.& eundem,& Ange.in l.ad inuidiã,& Ale.in l.metũ.C.
quod met.cau. cũ ſi. Et dum ꝑdicti Dominicus & fratres dicũt
do.Alexandrũ fuiſſe prohibitũ,qm̃ per dictas altercationes,iur
gia,ac clamores,ipſe fuit turbatus perficere, & ꝯdere dictũ ſuũ
ultimum teſtm̃,& interrupta fuit ex illis actibus lect.& ſucceſ-
43 ſiue rogitus ꝯtentorũ in illa ſcriptura.† Et iſti actus ſimile, eſſi-
uñr illis,qñ fuiſſent prohibiti notarius,ſeu teſtes, ire ad teſtato
rem,uel exiſtentes corã teſtatore fuiſſent reuocati, ex quib. pro
hibitus quis dr̃,& impeditus teſtari, & ita impedientes,plecti de
bent pęnis ſuperius relatis,ut proprie ꝯcludere uñr Lauren.Cal
ca.in d.ꝯſi.ac.nu.ix.& Pet.de Anch.d.conſi.cccxxvij.de effica
cia,col.ij.& iij.& Bal.in l.teſtamenti.C.de inoff teſta. Reſpon-
detur has doctri.in caſu pręſenti prorſus ceſſare,ꝯſiderata uera
facti ſerie. Nõ enim notarius, & teſtes numero requiſito à iure
aderant coram do.Alexandro,ut ipſe tunc teſtari uellet. Nec di
cta ſcriptura fuit tradita Piperario ad id agendum, ut ea lecta
rogaretur notarius, Nullus enim id atteſtatur,quinimmo oppo
ſitum apertiſsime probatum apparet,dum ipſe do.Alex. inter-
rogatus,an uellet teſtari,id expreſſe denegauit, nec dici põt Pi-
perarium doloſe cepiſſe dictã ſcripturam, & eam legiſſe qñque
alta,qñque ſummiſſa uoce,eam enim cepit uolente teſtatore,&
eo minime inuito,nec reluctante,& ſi do.Alex.iſtud diſplicuiſ-
ſet,utiq; tunc prouidere poterat ſuo arbitrio,dando ſcripturam
notario,ut eam legeret,& de ꝯtẽtis in ea eſſet rogatus nec ſcri-
pturam illam retro cepiſſet e manib.Piperarij,eamq; ſubtus cul
44 citram repoſuiſſet,uti repoſuit.† Quo fit ut ex iſtis actibus,mi
nime poſsit dici prohibitus,& impeditus,argũ eorum quę hĩc
in c.ad audientiam,extra de decim.& in l.j.§.ſed & deficientur.
C.de caduc.tollen. Longe igitur, & ſatis diuerſi fuere actus illi
qui interuenere in conſi.Calc.ex.num.ia.& in conſi.Per.de An
cha.Ex quorum diuerſitate,non põt inferri ad caſum præſentẽ,
cum minima facti mutatio,iuris diſpoſitionem alteret,iuribus
uulgaribus,& communibus, in conſi.itaque Calca. aderant te-
ſtes,numero a iure requiſito, aderat & notarius cui teſtator ille
mandauerat legere ſcripturam teſtamenti, & ipſum ſucceſsiuẽ
publicare,& ille ꝑſonæ de quib.ibi iſtud iã prohibuere, hac uia
cogẽtes teſtatorẽ mori ab inteſt.tacite illos inſtituendo.Iſte igi
tur dolus ita cõmiſſus,puniendus eſt iuribus ibidẽ per eũ citatis
cũ dicta ſcriptura nõ potuerit tota legi, nec notarius rogari, &
iſtorũ fuerit facta interruptio,ſubſecuto inſuper clamore, & ex
inde ét ſubſecuta fuerit aperta mutatio uolũtatis teſtõris,q no-
lebat uenientes ab inteſt.eſſe ſuos hæredes. Merito igitur illi do
loſi ueniũt puniẽdi perinde,ac ſi ab initio prohibuiſſent nota-
rium ſiue teſtes,ut ipſe ibi firmat,quo in caſu oĩa erant ꝑparata
ad teſtandũ,& teſtm̃ fuiſſet ſubſecutũ,& factũ,ſi tale impedimẽ
45 tum ita doloſum nõ ſucceſsiſſet.† Et ꝯſiderat ille doc. mutatio-
nem uoluntatis,& nõ ſolũ clamorẽ,ut aperte inſuper colligitur
ex themate illius ꝯſi.ex quo colligitur ca finalis ipſius ꝯſultatio
nis.l.j.ff.ad Mace.l.fi.ff.de hę inſt.l.regula.§.& liceat.ff.de iur.
& fac.igno.pariter & in d.ꝯſi.Pe.de Anch. actus fuere d uerſiſ-
ſimi.Ibi.n.nedũ interuenit clamor,uerum oĩa erant ꝑparata ad
teſtm̃ faciendũ,& teſtes aderant in numero a iure requiſito, no
tarius ét dictante teſtõre totũ teſtm̃ ſcripſerat Inſtitutione q;
hoſpitalis,& ad illud perficiendũ,nihil aliud ſupererat,niſi ut le
geretur,& publicaretur,& illi doloſe uolẽtes impedire,retraxe
re,& euocauere unũ ex teſtib.adhibitis claudẽdo oſtiũ,ne poſ
ſet redire, ceperũtq; uociferare, ita ut ex ꝑdictis teſtõr ille exi-
ſtẽs in firma opi.teſtãdi,& inſtituẽdi piã cãm,minime potuerit
teſtm̃ ꝯplere. Nimirũ igit̃ ſi prohibẽtes tenẽtur,ſm̃ formã illius
46 tituli,ſi quis aliq.&c.† Cum iã a pari procedãt,prohibere teſtes
ad teſtatorẽ ire,& adhibitos reuocare, & oſtiũ claudere,ne in-
troire poſsint,ad no.in l.j.& ij ff.ſi quis aliq.&c. & in l.Marcel
lus.§.fi.ff.ad Treb.& in iſto caſu ꝯſultationis Pe.de Anch.inter
uenere oĩa illa tria de iure requiſita,& ſuperius enumerata pro-
hibitio,uidelicet,& impedimentũ doloſum, & eo tpe cõmiſſũ,
quo ille iã uolebat teſtari,& erat in actu teſtãdi,cõſtabat ẽt, &
tertiũ,ꝙ teſtãdo uolebat inſtituere hoſpitale, & iſtis ꝯſideratis
47 unuſquiſq; ꝯſuluiſſet,ꝑut ꝯſuluit Pe.de Anc.† Minus ẽt obſtat
qđ ꝙrelãtes dñt do.Ale.fuiſſe turbatũ ꝑꝑ clamorẽ uociferatio-
nẽ, & altercationẽ, uerbis iniurioſis exortã inter ipſum Dñicũ
inſtantem, ut teſtaretur, & dictas eius filias ex oppoſito perſi-
ſtentes,ut nõ teſtaretur,ꝑ quos act⁹, interrupta dr̃ uolũtas d.Ale.
ne teſtm̃ compleret, propter quam indignationem uaria red-
dita fuit uoluntas ipſius oppreſsi infirmitate, & ſenectute, & à
filiabus,& conſanguineis.ita uexati,ut tradit Bar.in uerſic.non
obſt.in extrauã.ad reprimen.quem refert Soc.d.con.cv.uol.iij.
col.iij.uerſi.ſolent enim & idem Soc.& alij Mod. in l.j.§.ſi quis
ita.ff.de uerbor. obligat.& per docto.in dicta. l. iubemus.C.de
teſt. cum alijs. ſupra in contrarium alleg. & de clamore, & in-
terruptione conſiderandis in præſenti diſceptatione facit. d.

48 conſi.Lauren.Calca.xc.n.ix.& Pet.de Anch.cccxxxvij. † Ceſ-
ſant namq; iſta quoniam ſolus clamor, ſeu uociferatio minimè
præſtat legitimum impedimentum, nec legitimã prohibitiunẽ
nec a iure reperitur prohibitus,& punibilis argum.l.necnon §.
quod eis,& ibi gl.citans ꝯcor.ff.ex qui. cau. mai.& in terminis
proprie noſtris eſt conſi præallegatum Cor.lxxxiiij. col.iij.ner.
& propter hoc,uol.j.& ꝯſ.ccxix.col.ix.in litera.P.& uerſi.dicta
interruptio,uol.ij.& d.ꝯſi.Soci.cv.& in ꝯſi.Calca.& Pet.de An
cha.non ſolum interuenere clamores,& uociferationes, uerum
adſuerunt alij actus magis propinqui,immo, & præſtantes legi
timum impedimentum ut ſuperius oſtendimus. Maximè cum
talis clamor,& uociferatio non fuerit cum ipſo do. Alex.ſed ſo
lum inter Dominicum,& illas mulieres nec per eas pōt dici pro
hibitus teſtari,ſi uoluiſſet, cum non obſtantibus clamoribus, &
uociferationibus ipſe do.Alex. cepetit illam ſcripturam, quàm
uolebat legere,& poſtmodum fuit lecta per Piperarium.Et de-
mum eam reacceperit,& ſucceſſiuè interrogatus; an uoluiſſet te
ſtari,rñderit negatiuè mō,& forma, quibus.ſ.quibus ꝯſidera-
tis dici minime poterit,dictas uociferationes, & clamores de
49 diſſe impedimentum teſtandi.† Et illa dicta Bar. in uer.non ob
ſtan.in extrauag.ad reprimen.procedunt, & locum ſibi uendi-
cant qñ propter importunitates adulationes,& ſuggeſtiones fa
ctas per ꝯſanguineos teſtōri oppreſſo infirmitate,& turbato co
gitatione mortis,ac exiſtenti in illo articulo incōſiderate,& in-
conſulte,ſingulis rñdet affirmatiue,ut ꝯcludunt oēs in d.l.Liube
mus,Soci.col.j.& alij Moder.in d.l.j.§.ſi quia ita, & idem Soci.
ꝯſi.xcij.col.ix.nu.xxvj.& cōſi.xxvüj.uiſis, nu.xiij.uol.iij.& per
doct.ſ.in oppoſitum relatos. Quæ adulationes ſuggeſtiones,&
importunitates minime probantur factæ per dictas filias dom.
Alex.ipſarum patri, nec aliquo mō probatur ſe ipſas oppoſuiſſe
uoluntati paternæ. Cum ipſe d.Alex.tunc non eſſet ꝯſtitutus in
articulo mortis. Superuixit enim poſtmodum pluribus diebus,
quibus ceſſabant prædicta, & poterat teſtari,uerū teſtamenti fa
ctionem diſtulit. Et ſi qua uerba erga eū protulere, minime ſo-
nant in prohibitionem teſtandi.Si ēt inſtabant,ne eorum pater
infirmus a d.Dominico moleſtaretur, circa factionē teſtamēti,
id non erat punibile,ut dicit Corn. d.ꝯſi. lxxxiiij.col.j.& ij.ſm
50 Bar.in d.uerſi.non obſtātibus,& Sori.d.ꝯſi.cv.col.iij. † Iſte eñ
actus laudabilis eſt,& cōmendabilis nō aūt punibilis, ſm Cor.
& Soci,ubi.ſ. Et ſicut Dñicus ꝑtendebat ſibi licere una cum fra
trib.re ipſa facto,obſequijs,& meritis,iuxta l.nec adiecit.ff.pro
ſoc.inducere do.Alex.eorū patruum ad teſtandū,& relinquen-
dum eis bona,& hereditatē,iuxta nn.in l. captatoris.ff.de here.
51 inſti.& in l.fi.ff.ſi quis aliq.& in l.fi.C.eo.† Eodē mō,& fortiori
licitum erat ipſis filiabus inſtare,ut ipſarū pr̄ perſiſteret in ea uo
luntate in qua fuit,dum ꝯderet primū ſuum teſtm̄, in quo ipſas
uniuerſales inſtituerat hr̄des,& eis licitū erat,& lōge fortius ꝑ-
curare ꝯſeruationem dictę hæreditatis ipſis debitę omni iure.l.
cum tō.C.de bon.dam.cū uulga.& firmat Soc. d.ꝯſi.cv.col.ult.
52 primi dubij,uol. iij. † Nec propterea iſtę filię dñr culpabiles,cū
eſſent ſucceſſibiles ex primo teſtō, & ab inteſtato illo ceſſante,
& inſtabant ne do.Alex.pater moleſtaretur condere aliud teſta
mentum,ut plene proſequitur Corn.d.conſi. lxxxiiij. uol.j.col.
iiij. uerſicu.ex quibus,& col.j.& ij.Cum ex iſtis non dicantur ſe
oppoſuiſſe uolūtati paternæ,nec uerba per ipſas prolata,ſonent
53 in talem prohibitionem. † Et illa rixa,& controuerſia exiſtens
inter eos, quorum aliqui uellent teſtamentum, aliqui uero non
a iure non reperiatur prohibita, & ꝯñr cenſeatur permiſſa,ſm
Corn.ubi.ſ.& conſi.ccxix.col.penult.uol.ij.& Decius.d.conſi.
cccclxxxix.nu.vj.& vij. Et ſicuti Dominicus prætendebat alios
deſcēdere è cubiculo,ut do. Alex.uellet.& poſſet teſtari,ita & à
54 fortiori,licebat ipſis filiabus in hoc ꝯdicere Dominico.¶ † Nō
autem domi.Alexan.ſi teſtari uoluiſſet,qui uoluit differre,teſta
menti factionem, propter quam dilationem non habebat tunc
temporis abſolutam uoluntatem teſtandi, ſecundum Imolam
in l ſi is qui.ff.de teſtamen.& Socin.d.conſi.xcij.col.ij.uolu.iij.
55 † Et impedimentum prælitum dilationi teſtandi ob malam di
ſpoſitionem infirmi,punibile non ſit,ſecundum Socin. d.conſi.
cv.col.iij.& iiij.conſequenter dicta altercatio minime uenit cō
ſideranda,ſecundum Corneum.d.conſi.ccxix.column.antepen.
uol.ij.& d.conſ.lxxxiiij.Et aduertendum ulterius eſt,quoniam
ipſe dom.Alexan.iam condiderat teſtamentum,de anno.1515.
In quo uniuerſales hæredes inſtituerat dictas eius filias. Ipſe au
tem Dominicus,& fratres ſatagebant, & Inſtabant apud domi.
Alexand.ut eos hæredes inſtitueret, & mutaret primum teſta-
mentum,minime carentes dolo,& fraude,cum uellent hæredi-
56 tatem auferre a dictis filiabus. † Quo fit,ut ſi domin.Alexand.
propter fraudem,& dolum Dominici, & fratrum mutaſſet pri-
mum teſtamentum,& in ſecundo inſtituiſſet ipſos hæredes, cer
te per actionem de dolo, uel ſubſidiariam in factum ſucurren-
dum fuiſſet dictis filiabus.aduerſus Dominicum,& fratres,iſta
dolo,& fraude procurantes aduerſus filias,ut eſt aperta deciſio
Ange. aſſerentis alias in facto, ita obtinuiſſe in l. non eſt enim
per illum rex.ff.de inoff.teſt.quem ſequitur ibi do.Iacobi.de.S.
Georgio,eſt etiam deciſio eiuſdem Ange.in l.fin.C.ſi quis aliq.
quam refert, & iſto caſu ſequitur Iaſon.in ſecunda limitatione,
ad idem citans Cepol.caute.lxiiij.alias. xxvj.ſequitur etiā Bar
ba.in c.presbyter. colu.j.& ij. de pecu.cleri.& Deci.d.conſilio.
cccclxxxix.nume.j.& vj.& etiam facit dicta deciſi.conſi.Neapo.
lxix.& quæ traduntur per Baldum, Alexandrum & alios, in l.ſi
frater.C.qui teſtamen.facere poſſunt,& Alexander in l.j.§.quæ
ſitum.ff.ad Trebellianum. Et quamuis Angelus, & Decius di-
cant illo caſu fuiſſe ſuggeſtas falſas cauſas, ut ſatagentes muta-
tionem teſtamenti hęredes inſtituerentur in damnum aliorum
primo loco inſtitutorum, tamen idem erit ſi falſa ſuggeſtio nō
interueniſſet,dum tamen interueniſſent uerba blanda,& perſua
ſiones ad commodum proprium, & in damnum, & pernitiem
alterius,prout iſta in caſu præſenti tenebant Dominicus,& fra-
tres,prout concludunt Barb. Iaſon.& Cepol.ac deciſio.Neapo-
57 lita. ubi ſupra. † Cum ſecundum eos aliqua honeſte accipian-
tur,quæ tamen inhoneſte petuntur.l.prima.C.de petitio.bono.
58 ſubla. libro decimo, ubi Ioan. de plat. & alij nota. † Si igitur
Dominicus ſatagebat iſta in damnum,& pernitiem filiarum,do
lo & fraude,& contra omnem honeſtatem,licitum erat filiabus
dolo bono excludere dolum malum prædicti Dominici, & in-
ſtare aduerſus ipſum Dominicum,ne mutaretur primum teſta-
mentum ſecundum glo.in l.papinianus.§.quarta.ff.de inofficio
ſo teſtamento quam proprijs terminis noſtris citat Bald. in l.
prima,columna finali. C. ſi quis aliqu. dicens in præſenti diſce-
ptatione, poſſe conſiderari dolum bonum, & dolum malum, &
unicuique licere ſine dolo malo,& fraude procurare ſuam uti-
litatem,ut etiam traditur in dicta.l.captatorias, & in l.fina.ff.ſi
quis aliqu.& l.finali.C.eodem, ubi Iaſon. poſt alios alia addu-
cit,& faciunt quæ habentur in l.patre furioſo. ff. de his qui ſunt
ſui uel alieni iur.& authentica multo magis.C. de ſacro ſanctis
59 eccleſijs,& in c.in cunctis,de electionn. † Licitum igitur fuit, &
non prohibitum ipſis filiabus domino Alexandro eorum patri
exponere facta,& commoda propria,& interrumpere quę inho
neſtate petebantur a dicto Dominico, nec non, & clamare,
quod primum teſtamentum non mutaretur ſecundum Bald. in
dicta.l.prima,& Corneum dicto conſilio.lxxxiiij.& ccxix.Non
enim apparet probatum ipſas mulieres aduerſus dominum Ale
xandrum patrem feciſſe,nec dixiſſe aliqua. Ex quibus ipſe fuiſ-
ſet impeditus teſtari,ſolum enim ibi morabantur, quod eis lice
bat,applaudebant etiam uoluntati ipſius domini Alexandri,uo
lentis differre teſtamenti factionem,& reluctabant ac aduerſa-
bantur Dominico ſatagēti,& perſuadenti domino Alexandro,
quòd uellat teſtari, & mutare primum teſtamentum. Quæ om-
nia eis licita erant facere,nec de iure prohibita, etiam ſi ex illis
ſubſecuta fuiſſet interruptio teſtamenti, quæ uere hic nulla in-
teruenit,ut deduximus,ea mente Corne.Bal.Socin.& aliorum,
60 ubi ſupra. † Et uoluntas ipſarum non tendebat ad prohiben-
dum patrem uolentem teſtari,ſed ad impediendum,ne per Do-
minicum induceretur ad teſtandum in damnum, & pernitiem
ipſarum,quod licitum erat, & non punibile, ut deduxi, licet in
conſequentiam ſubſecuta fuiſſet aliqua interruptio teſtamenti,
fin. ff. de pe. lega. & diffuſe per Moderu. in l. j. ff. de regulis iuris.
16 † Põt enim ſtatutum derogare ſolennitatibus de iure cõi indu-
ctis circa actum celebrandum. & teſtm̃ cõficiendum & tollere
formam de iure cõi requiſitam, & illam diminuere ſeu mutare,
ut qñ diſponit teſtm̃ poſſe coram duobus celebrari, & docto.
exemplificant in ſtatuto Venetorum, circa cuius ualiditatem li
cet plura docto. hincinde adducant, relati per Iaſ. in l. ſi non ſpe
ciali. & in l. fi. nu. x. C. de teſta. & diffuſius in d l. cũctos populos.
in prima lect. nu. xxxiij. xxxvij. & ſeq. & in x. lect. u. lxxj. lxxx. &
alijs ſeq. & per Alber. Bru. in d. tract. de forma. fol. mihi. xvij. co.
j. & ij. uerſi. licet hic cadit magna dubitatio, tñ cõiter ɔcluditur
id fieri poſſe, qñ fit a non recognoſcente ſuperiorẽ, & maximè
qñ expreſſe derogatur ſolennitatibus iuris cõis per ſtatutum,
ut oia iſta in caſu præſenti concurrunt, ut plura adducit Alber.
Bru. in d. tracta. de for. ſub rubrica qñ cẽſeatur for. uel ſolenni.
remiſ. fol. mihi. lxv. col. j. & ij. & tradunt Bar. & alij in d. l. oẽs po
puli. in iiij. q. tertiæ q. princip. & Bal. in l. humanum. col. ij. & iij.
C. de leg. cum alijs allegatis per Alex. in l. j. in princ. col. ij. ff. ad
leg. Falc. & Fel. in c. q in eccleſiarum de conſti. & Iaſ. in l. j. ff. de
leg. & Alber. Bru. in d. tracta. in rubrica quis poſſ. tolle. form. &
muta. fol. mihi. xviij. col. ij & iij. Ad quod ẽt faciunt nota. circa
ɔſuetudinem derogantem ſolennitatibus iuris cõis inductis cir
ca teſtamenta & ultimas uoluntas, uel alios actus, in c. cum dile
ctus. §. j. de fide inſtru. & per Bal. ɔſi. ccclij. In puncto iuris cõis.
uol. iiij. & Oldr. ɔſi. cv. Videtur. Card. ɔſi. lxxij. Titius. col iij. &
17 ſeq. Abb. ɔſ. liij. In prædicta uol. ij. † Et forma tradita ſuper iſtia
a ſtatuto ſolum obſeruãda uenit, cum illa ɔſtituat legem & mo
dum obſeruandũ. l. certa forma. & in l. prohibitum. C. de iu. fiſ.
li. x. & in l. fi. C. de bonis uacantibus cod. lib. l. ɔſtitutionibus. ff.
ad municips. & per omnes in d. l. omnes populi. & in d. l. cũctos
populos. & in d. c. j. de ɔſti. lib. vj. cum alijs collectis per Albert.
Bru. in d. tracta. ſub rubr. quis poſſ. da. for. fol. mihi. xv. col. iij. &
18 iiij. & alijs in locis per eũdem ibi citatis. † Validum igitur erit
d. teſtm̃ & ultima uoluntas, maximè ſi conſideramus ſcriptũ a
ipſius, ut priuatam ſcripturam, cui priuatæ ſtatutum potuit da-
re robur & firmitatem, ut plenam induceret probationẽ & ple-
na fides illi adhiberetur, ſm Bal. in l. ij. col. ij. C. de conſti. pecu.
quem refert & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi non ſpeciali. nu. iiij. C. de te
19 ſta. † Prout etiam conſuetudine põt induci ſm Bal. in d. l. ſi non
ſpeciali. col. ij. & Iaſ. ibi, & per Io. And. in add. ad Spe. in titu. de
inſtru. editio. §. nunc dicendum. in add. magna circa finem. per
tex. in c. cum dilectus. de fid. inſtru. & ſequitur. d. Anto. in c. ij.
col. iij. eo. tit. & Fely. ibi nu. xxvj. & Iaſ. in d. l. cunctos populos.
nu. xxiij. in prima lectura. & in l. admonendi. nu. lxxviij. in lectu
20 ra. & in repet. num. cxx. & alijs ſeq. ff. de iu. iuran. † Nec obſta-
bunt adducta ſuperius in contrarium de omiſſione cõſulis &c.
Nam pluribus & pluribus iam annis caruimus cõſulibus, & per
totam Italiam Inſtrumenta & ſcripturæ fuere celebratæ & cele
brantur ſine aliqua conſulis appoſitione, & potiſsimum in do-
minio Venetorum, ubi celebrantur etiam ſine appoſitione il-
lius, qui poſſet conſiderari ſubrogatus conſulibus, quę obſeruan
tia & conſuetudo. in dubium non eſt reducenda cum tanto tem
pore fuerit inducta, & ſm illam iudicatum & executum, in cu-
ius contrariũ non extat memoria, ut ſupra deduximus, ad quod
facit text. in l. j. in fin. ff. de uent. in poſ. mitt. & in auth. ut præpo. nom.
imper. §. j. & quę ad plenum proſequuntur doct. in rubrica. ff. de
oper. nou. nunc. & aliquid attingunt in l. fin. C. de teſtam. & in
21 l. prima. ff. de libe. & poſthu. † Nec etiam obſtabit omiſsio diei,
nam ſcriptura priuata de neceſsitate non requiritur, ſicuti etiã
non requiritur appoſitio conſulis, ut dicit Barto. in l. cum taber
nam. §. idem quæſiuit. in primo no. ff. de pigno. & alij ibidem ſe
quuntur, & not. docto. in dicta. l. ſcripturas. & Abb. conſi. xcvij.
uolumi. ij. & plenè proſequitur Bal. in prima conſt. C. §. quibus.
colum. ij. & uerſicu. in priuatis uero ſcripturis. ubi poſt Guliel.
* de Cun. firmat communem * concluſionem eſſe non requiri
diem nec conſulem, quando ſumus in caſu quo non agitatur de
prioritate ſeu poſterioritate temporis. Nam iſto caſu procede-
ret quod habetur per docto. in dictis. l. ſcripturas. & expreſſe id
firmat Barto. in dicto. § idem quæſiuit. num. iij. & Moder. in di-
cta. l. ſi librarius, nu. vj. iſtis enim caſibus. ut eſt præſens, omiſsio
diei non habet uitiare, cum non ſit de ſubſtantia, & ponit Iaſo.
in l. fina. C de diuerſ. reſcr. & Barto. in dicta. l. ſi librarius nume.
iiij. dicit omiſsionem diei, eſſe quid minimum, & non habere ui
tiare, ſicuti non uitiatur dictum teſtis omittentis diem. Proba-
bit talis ſcriptura, & potiſsimum contra ſcriben. & eius hære-
des, ut uoluere Ioan. And. d. Anto. colum. v. & Abb. colum. vij.
uerſicu. ſed quæro num. xij. in c. ij. de fid. inſtru. quos refert & ſe
22 quitur Iaſon. in repet. d. l. admonendi. numer. cxv. † Eo magis
cum teſtator fuerit notarius, & perſona ualde fidelis, & appro-
bata, nec aliquod uериſimile urgeat, quin uoluerit teſtari ſecun-
dum formam dicti ſtatuti, cuius uerba in calce dicti ſui teſta-
menti & ultimę uoluntatis inſeruit, & talis eius ſcriptura fuerit
comprobata eſſe ſcriptam manu ipſius, ad no. per Bald in rubri
ca. C. de fid. inſtr. uer. ſed hic quæro. cum alijs adductis per Fel.
23 in dicto. c. ſecundo, nume. xxx. † Eo etiam cum tale teſtamen
tum & ultima uoluntas, per hæredes in illa deſcriptos fuerit in
omnibus executa, obſeruata, & mandata executioni, & conſe-
quenter tacite approbata, ad nota. in c. contingit extra de tran-
ſactio. & partes ipſę comprobare poſſunt diſpoſita in teſtamen-
to minus ſolenni. l. non dubium ubi ſcriben. omnes. C. de teſt.
cum alijs ad plenum accumulatis per Alber. Bru. in dicto tra-
cta. de forma. ſub rubrica de poten. & effec. for. fol. lxxj. colum.
24 ij. uerſi. xxviij. limitatur. † Prout etiam quoniam partes ipſę fa
cere poſſunt, ut priuatę ſcripturæ detur plena fides ſm Bal. in l.
de quibus. col. iiij. uerſi. nam cum ipſe. ff. de leg. cum alijs colle-
ctis per Felyn. in d. c. ij. num. xiij. & Iaſon. in repet. dictæ. l. admo
25 nendi num. xcviij & ſeq. † Nec obſtabit deciſ. dom de Rot. ſu-
perius in contrarium allegata. Nam illa loquitur in inſtrumen-
to ꝙ effectum ſortiri non poteſt ſine appoſitione diei, nos ue-
ro uerſamur in ſcriptura priuata, manu propria ſcripta per te-
ſtatorem, & confecta ſecundum formam ſtatuti optimè & con
cludenter probante dictam ultimam uoluntatem, & quam mi-
nimè uitiat omiſsio diei & conſulis, & quia non uerſamur in ca
ſu in quo tractandum eſſet de prioritate ſeu poſterioritate tem
poris ut deduximus, & aliæ deciſio. conſiderantes & requirẽn-
tes diei appoſitionem diuerſo iſtis caſu loquuntur, ut eſt uidere
ex ipſarum lectu. & ad præſentem diſceptationem nihil prorſus

faciunt

faciunt & ex illis penitus diuerſis non eſt ad caſum præſentem
inferendum.l.naturaliter.§.nihil cōe.ff.de acq.poſ. Non obſtat
quod dicebatur, ultimam uoluntatē, ſaltim celebrandā eſſe co-
ram duobus teſtibus, & ꝙ coram vno tm̃ nū pōt celebrari, & ꝙ
ſtatutum Bellunen. aliud diſponēs reditur nullū, cū deroget iu
ri gentiū, & naturali, ut eſt uidere in teſtō militis, iuribus & de-
ciſionibus, ſupra in ꝯriū adductis. Nam aduertendū eſt ſtatutū
poſſe derogare ſolennitatibus introductis iure cōi, & poſſe eas
tollere, minuere, & mutare, ac ēt nouā formā ꝯſtituere, ſm̃ quā
teſtamenta & ultimæ uolūtates ſunt celebrandæ, ut ſingula oia
ſupra probauimus, ſtatutū igitur ꝑdictū potuit derogare ſolen-
nitatibus iuris cōis, & dare nouā formā prout eam dedit, diſpo-
nendo in caſu limitato, qñ teſtōr ſcit ſcribere, ut ſua manu pro-
pria ſcribat, ſe ſubſcribat, & aliū notariū roget, & ſubſcribere fa
ciat. Quando aūt teſtōr neſciret ſcribere, ſtatutū uoluit obſerua
26 ri ius cōe.† Forma igitur iſta a ſtatuto tradita, non eſt derogati
ua iuriſgent. Nam requirit unū teſtē & notarium requirit ēt &
ſcripturam, manu propria celebratam, per ipſum teſtatorē, ita
ut iſta duo ſimul iuncta ſufficiant, & unū ſolū nihil operaretur,
& ſcriptura facta manu teſtōris, cōiungenda eſt cū ipſo teſte, &
hæc duo ſimul iuncta probabunt uoluntatē ipſius teſtōris, ut in
ſimi.tradunt Bal. & alij oēs.in l.certi ꝯditio.§.qm̃.ff.ſi cer.peta.
iūctis ēt nota.in l.in exercendis.C.de fid.inſtr. & in c.cū Io.He
remita.eē eodē titulo, & unio iſtorū multū operatur, ut in ſimi.
tradunt Bar. & alij in l.iiij.§.Cato.in tertia oppoſ.ff.de uer.obl.
& rōne adiuncti & cōmunionis, diſpoſitio ſortitur effectū, quæ
alias de per ſe deficeret.l.ſi communem.ff.quemad.ſer.amitta.
cū alijs accumulatis per Fel.in c.j.de ꝑſcri. & per Iaſ in l.ſi emā
cipati.col.iiij.C.de colla. Faciūt ēt nota per Bald.in l.ſi quis ex
argentarijs.§.cogentur. & per gl.in uer.ſpeciē.in l.iij.§.ideoq;.
ff.de teſti. & in l.inſtrā.C.de prob.diffuſe per Bar. & alios in d.l.
admonendi, cū ſimi.quatenus uolunt probationes eſſe ꝯiungen
das & unam ſemiplenā adiunari per aliam, ſtatutū igitur ꝑdictū
non ſimpliciter diſpoſuit, ꝙ corā uno fieret teſtm̃, principaliter
enim ſe fundauit in teſtatore ſcribente manu propria ſuā uolū-
tatē, ut patet qñ excludit aliū teſtatorē ignorātem ſcribere, ꝯñr
27 non derogauit iurigentiū.† Vt ēt probatur in d.l.militia.in fio.
C.de teſtam. mil. ubi diſponitur licere militi in uagina aut cli-
peo aut in puluere uel ſanguine, annotare & inſcribere, quæ uo-
lebat, eſto ꝙ nulli ibidem ſint teſtes, dummodo ꝯſtare poſſit eū
propria manu id annotaſſe, & gl.in uer.is ergo.inſt.de milita.te
ſta.§.planè.ex quibus ceſſant & tolluntur oīa, quæ in ꝯriū fuere
adducta q̃ eo magis procedūt, cū teſtator ipſe elegerit illū nota
riū Andream de ponte, cumque rogauerit, vt exequeretur ea q̃
ꝯtinentur in rogitu, cuius unius dicto ſtādū erit ita diſponen-
te ſtatuto, vt in ſimilibus traditur per Bar. & alios in d.l.theopō
pus. & in alijs locis ibi per Alex.citātis, & Bal.in l.de quibus co
lum.iiij. & Iaſ.in repetit.d.l.admonendi.nu. c.ſtante igitur uali
ditate dicti teſtamenti, & ultimę voluntatis, dico ipſum teſtato
rem poſt hæredes per eū inſtitutos, & illorū deſcendentes & ſuc
ceſſores poſt quartū gradū ad bona ſua & hæreditatem titulo
donationis, & per fideicommiſſum uocaſſe gubernatores hoſpi
taliū eccleſiæ ſanctę Crucis, & ſanctæ Marię batutorū, & ſanctę
Mariæ peliparioru m dictæ ciuitatis Bellunen. vt aperte oſten-
ditur ea uerbis dictę ſuę ultimę volūtatis. Primo enim inſtituit
ſuas filias hęredes uniuerſales, Ioannam & Antoniam, necnon
& filios & hæredes natos, & naſcituros ex illis mandans eos nō
poſſe alienare bona immobilia ſuę hæreditatis, uoluit enim illa
peruenire de hærede in hęredem, limitando tm̃ iſtud in uerſi. &
ꝑdicta iubeo, ꝙ deberent eſſe talia bona dictorū hæredū, uſque
28 ad quartū gradū, & non ultra.† Quę dictio uſq;, neceſſario inclu
dit vltra quartū gradū dicta bona hęreditaria non debere eſſe
penes dictos hęredes, ſiue capiaē excluſiue, ſiue incluſiue, iuxta
not.per doc.antiquos in l.meminiſſe.ff.de offic.proconſ. & per
Bar.in l.patronus.§.Sempronio, de leg.iij. & in l.ſemper in ſtipu
lationibus, de regu.iur.per Alex.Aret. & alios, in l.ſi mihi & Ti
29 tio.ff.de uer.ob.cū ſi.† Et idē dicendū eſt per illā dictionem, &
non ultra.limitantē gradus hęredū cū habeat ante ſe negatiuā,
vt traditur in l.fi.C.de mo.mulct. & in l.eos.§.j.C.de uſu. & per
Bar.in l.Celſus.ff.de uſucap & in l.properandum, in prin.C.de
iud. & alia adducit Alb.de Roſ.in ſuo dictionario, in uerſ.ultra,
& ſucceſſiuè teſtōr ipſe in illo uerſicu.in oībus aūt bonis, titulo
vniuerſali, & per fideicom. ſuos uniuerſales hæredes fecit prędi
ctos gubernatores hoſpitaliū, qui vocati vñr ad dictam hæredi-
tatem, & bona, poſtquam filiæ teſtatoris, & alij earū deſcenden-
tes & hęredes defeciſſent in quarto gradu, prout iā defeceiūt.
Per quorū defectū dicti gubernatores ita uocati, ueniunt, cum
tp̄s limitatū a teſtōre fuerit cōpletū & finitū, deficiente quarto
30 gradu dictorū hæredū.† Qui gubernatores, licet videantur vo-
cari verbis directis, per uer.hr̄des.l.j.ff.de hęredib. inſt.per Bar.
& alios in l.Centurio.ff.de uul. & pup. & per doc.in l.precibus.
C.de impu. Tm̃ quia teſtōr ipſe erat paganus, & talis hæreditas
nō poterat directo ad tp̄s ꝯſtitui. l.hęreditas ex die.ff.de hęred.
inſti. & per locū a ſpāli, in l miles ita hęredē, & in l.in fraudē §.
miles.ff.de teſtam.mil.cū ſi. Talia uerba obliquari debēt, ut di-
ſpoſitio valeat in uim fideicōmiſſi, ad pleniſſimè not. in d.l.Cē
turio, & in d.l.ꝑcibus, & in c.ſi pr̄, de teſta. li.vj. & in c.Raynal-
dus, & in c.Raynutius, eā eo ti. & iuncta no.in l.uerbis ciuilibus.
ff.de uul. & pu. & in l.ea facto, & in l.Scęuola.ff.ad Treb.cū cō
cor.datis per ſcrib.in d.l.hęreditas ex die, & in l. extraneū.C.
31 de hæred.inſtit.† Et quia iā aduenit tp̄s, & adimpleta eſt ꝯditio
d.fideicōmiſſi, dicti adminiſtratores & gubernatores fideicom
miſſarij illud petere poſſunt.l.filiū quē habentē.C.fam. ercil. &
ff. & C.ad Treb.fere ꝑ totū, & in l.fi §.ſed quia.C.cōia de leg. &
32 fideic.in d.c.Raynaldus, in d.c.ſi pr̄, cū ſi.† Et ꝙ ſit tale fideicō.
inductū per ipſum teſtōrem poſt defectū quarti gradus hęredū
ſuarum filiarum, oſtenditur verbis apertiſſimis ſuperius an-
notatis, per ipſum teſtatorē prolatis, & ea apertiſſima mente ip
ſius. Nam cū vocauerit hęredes filiarū vſq; ad quartū gradū, vl-
tra illū vr̄ eos excluſiſſe, finito quarto gradu & ꝯpleto illo tp̄e.
l.Imperator.ff.de poſtul. & quia vnius incluſio eſt aliorū exclu
ſio.l.cū prętor.in prin.ff.de iud.c.nōne, de ꝑſumpt.eo ēt quia ip
ſe teſtōr uoluit & ordinauit bona immobilia per dictos ſuos hę
redes non poſſe alienari, & finito quarto gradu illorū titulo do
nationis, & per fideic.vt diximus, vocauit dictos gubernatores
in oibus rebus mobilibus, & immobilib. q̃ reperirent̄, ordināndo
ſpecificè, quid ipſi facturi eſſent de dictis bonis, & fructib. eo-
33 rum.† Ex quibus apertiſſima mens teſtatoris colligit̄, voluiſſe
poſt finitū dictū quartū gradū, inducere tale fideic.licet expſſis
verbis id nō dixerit. Adſunt.n.equipollētia, idē importantia.l.
iij.C.de inſt. & ſubſt.l.mulier.ff.ad Treb.per Bart. & alios, in l.
34 Gallus.§. & quid ſi tm̃.ff.de lib. & poſth.† Et quia in iſtis, mens
potiſſimū & voluntas ꝯſideranda eſt & attendenda.l.nō aliter,
de leg.iij.l.in ꝯditionibus primū locū.ff.de ꝯdi. & dem.l.pe.de
leg.j.l.hr̄des mei.§.cū ita.ff.ad Treb.l.cū quæſt.in fi.C.de leg.l.
35 fideicommiſſa.§.itē ſi quis, de leg.iij.† Et ſufficit voluntas taci
ta ꝯiecturis collecta.l.cū proponebatur.l.qui ſolidum §.j.l. Ti-
tia Seio.§. Seia libertis, de leg.ij. & d.§.cum ita, & per Soc.cōſi.
36 xiiij. Viſo, & ꝯſi.xlia.uol.j & ꝯſi.xij. & lxxvij.uol.iij.† Et certum
eſt fideicommiſſa ēt uerbis enunciatiuis poſſe induci quib. ꝯſta
re poſſit de mente teſtatoris, vt plene proſequitur Socin.conſil.
ccxxvij. Præſens ꝯſultatio, & ꝯſi.ccxlia. & cclj. Quoniam uer.cō
firmatur, uol.ij. & per Fran.de Cur.conſi.al.col.ij. & conſi.lj.in
37 prin. & col.vj.† Veriſſimum ēt & illud eſt, in fideicommiſſis uo
luntatē potiuſquam uerba eſſe inſpiciendа, & attendenda.l.cum
uirū.C.de fideic.l.nj.§.conditio.ff.de adimen.leg. l.publius.ff.
de condi. & dem. & per Bal. & Pau.de Caſt.in l.fi.C.de impu. &
multa adducunt Mod.in l.quoniam indignū. C. de teſtam. & in
l.iij.C.de poſthu.hęr. & inſt. & Cor.conſ.ccxxxix. Videtur, uol.
38 lj. ¶ † Nec iſtis obſtabit ſi dicatur tale fideicom. & ultimā volū
tatem reddi nullam, quoniā in ipſis teſtator uſus eſt falſa & ma
la grammatica & latinitate vt eſt videre in aliquibus capitibus
ipſorum, ubi id legitur.l.plautius.ff.de aur. & arge. leg.c.ad au
dientiā, el j.extra de reſcr. Nā non propterea dicta ultima uolun
tas, & fideic.uitiabitur, ut tradit Bar.in d.l.plautius, in fi. & in d.
l.ſi librarius, nu.ij. & tradunt Bal. & alij, in l. imperator.ff.de ſta
tu homiuū, & multa ad id adducunt Moder. in d. l.ſi librarius,
col.j. Abb. & alij, in d.c.ad audientiam, & ponit Bal. in l.uerbo-
rum.C.de fideiuſ. & Iaſ.in l.cū filiofa.nu.cij. & alijs ſeq. de leg.
j. & d.c.ad audientiam procedit in caſu ſpeciali, ut ꝯcludunt do
39 cto.cōiter ibi, Bar. & alij ſuperius citati.† Eo potiſſimum cū d.
teſtator circa finem dictæ ſuæ ultimæ uoluntatis fateatur ſe nō
eſſe doctum.ordinans ꝙ ſi bene omnia non ſcripſiſſet, ꝙ tamē
uolebat illam eſſe ſuam ultimam uoluntatem, & efficacē diſpo
ſitionem, uſus uerbis & clauſula, de qua per iureconſ. in l.codi
cillis.§.fi.de legat. ſecundo, ubi etiam habetur de illa clauſula,
omni meliori modo, &c.de qua etiam habetur in l. cum pater.
§.filius matrem, de legat. ſecundo, per Bald. in l.quoties.C.de
hæred.inſtitu.Barto. & alios in l. prima.§.ſi quis ita.ff.de uerb.
obligatio. & per Iaſ.in authen.nouiſſima, nu.xx.C.de inoff.te-
ſtam.

ſtam. Aduertendum poſtremo eſt, quoniam dicta clauſula teſta-
menti, & ultimę uoluntatis, in omnibus autem bonis, &c. non
poteſt referri ad caput teſtamenti præcedens illud ſcilicet, hoc
ſaluo, nec ad aliud antecedens hoc autem adduo. In quibus. d.
teſtator uoluit ab hæredibus ſuis & earum deſcendentibus bo-
na immobilia hæreditatis, nõ poſſe aliquo modo alienari, & q.
ſi ipſius filiæ, ſeu ipſarum mariti contradicerent dictę eius ulti-
mę uoluntati, & facerent quæſtionem illo caſu iure inſtitutio-
nis, illę & earum filij ultra earum dotes ſolum deberent habere
40 & conſequi libras quinque paruorum, & non ultra. † Nam tale
caput pęnale, habet in ſe orationem & diſpoſitionem perfectã
& abſolutam, & ideo caput ſequens, in omnibus autem bonis
&c. non põt ad illam referri, ſecundum Bar. in l. talis ſcriptura.
§. fi. de leg. j. & ibi Iaſ. nu. xxxvij. plures & bonas concor. addu-
cit, ut etiam facit Dec. in c. ij. requiris. col. ij. uerſicu. iij. quando
41 aliquis. de appella. † Abſurdiſsimum nanque eſſet hanc rela-
tionem facere ad caput pręcedens, propter quod caput iſtud nõ
eſt referendum, ut concludit idem Bart. in d. l. talis ſcriptura. &
Iaſ. ibi nu. xl. uerſi. v. notabiliter, & Alex. in l. ſi idem cum eod.
§. fi. ff. de iuriſdi. om. iud. & alia adducit Dec. in d. c. ij. requiris.
42 nu. vj. † Prout etiam ad caput præcedens iſtud non erit referen-
dum. Nam ceſſat omnis ratio, ut id admittatur, & diuerſa ratio
uiget ut talis relatio fiat, & ratio urget, ut facienda ſit ad inſtitu
tionem filiarum, & hæredum, ac filiorum illarum deficientium
poſt quartum gradum ut ſupra deduximus, & ad hoc nos urget
ratio, ut relationem facere debeamus, poſt quartum gradũ fini-
tum, & ita ad dictum caput facienda eſt, ſecundum Bart. in d. l.
talis ſcriptura. cum alijs plenè accumulatis per Dec. in d. c. ij. re-
quiris, nu. iiij. eo maxime cum mẽs, & intẽtio teſtatoris de qua,
ſuperius diximus, illa oſtendatur, ut bona, & hæreditas ſua de-
ueniret ad eius filias, & hæredes, & ſucceſſores ipſarum uſq; ad
quartum gradum, & eo finito perueniret ad dictos gubernato-
43 res. † Et quę intentio potiſsimum attendenda eſt in iſtis relatio
nibus faciendis, ſecundum do. Ant. & Imo. in clemen. j. in fine,
de ſupplen. neg. præla. & Alex. conſi. ccxiiij. Viſis. uol. ij. & con-
ſi. xlviij. col. iiij. uol. j. & Dec. d. c. ij. requiris, col. fin. uer. ix. q in-
tentio. † Nec iſtis gubernatoribus obſtare poterit aliqua pſcrip.
44 Nam agere non poterant ante finitum dictum quartum gradũ,
& ante conditionem impletam. l. fi. §. ſed quia. C. communia de
45 lega. l. cedere diem. ff. de uerb. ſig. † Et non ualenti agere nulla
currit præſcriptio dicto. §. ſed quia. ubi omnes no. maximè Pau.
de Ca. & traditur in l. j. & in auth. niſi triennale. C. de bon. ma-
46 ter. & in l. j. in fi. C. de anna. excep. cum ſi. † Ex quibus concludi
tur talem ultimam uoluntatem prædicti teſtatoris fuiſſe, & eſſe
ualidam, & firmam, & induxiſſe ualidum fideicommiſſum, in be-
neficium prædictorum hoſpitalium ipſorumque gubernatores
poſt finitum quartum gradum prædictorum hæredum, poſſe pe-
tere, & conſequi dictam hæreditatem, & bona a quibuſcunque
detinentibus in d. l. fi. §. ſed quia. & §. fina. & in auth. res quæ. eo.
tit. & in corpore unde ſumitur per locum a ſpeciali cum ſimil.

Pariſius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio ſimplex, non trahitur ad ius de futuro, nec illud tollit.*
2 *Renuncians hæreditatem uiuentis, poteſt eam conſequi non obſtan te renunciatione.*
3 *Pactum, & ſtipulatio, de nõ ſuccedendo, non ſubſiſtit, nec ualet de iure ciuili.*
4 *Ratio iſtius diſpoſitionis, remiſsiuè ponitur.*
5 *Renunciatio trahitur ad ius, quod competebat tunc temporis de præſenti, re, uel ſpe & nu. 86. & ſeq.*
6 *Ignorans non dicitur renunciare.*
7 *Renuncians hæreditati, uidetur renunciare illi ſibi competenti ex teſtamento, & non ſucceſsioni ab inteſt. & nu. 9.*
8 *Moriens ab inteſtato, tacitè dicitur uocare proximiores ſuos.*
10 *Renuncians hæreditati, poteſt adhuc illam conſequi, ſi ad eam uoca tus eſt per illum in cuius manibus renunciauit, & nu. xxxix.*
11 *Taciti, & expreſſi, par uidetur eſſe uirtus, ſed contra, numero. 37. & 38.*
12 *Filij ex pluribus capitibus poſſunt parentibus ſuccedere.*
13 *Filij ad bonorum poſſeſsionem petendam, ex omni capite habent annum extranei autem dies centum.*
14 *Renuncians ex uno capite poteſt admitti ex alio.*
15 *Filius ex quocunque capite ualt ſuccedere, ſemper excludit alios.*
16 *Stans per annos xxx. ad non petendum hæreditatem, poteſt tamen illam habere ex alio capite.*
17 *Quando in repudiatione hæreditatis, ſit mentio filij, & matris, uide tur renunciatum ſolum ex eo capite, quo poterat uenire, ut filius, & non ex alijs capitibus.*
18 *Repudians uno iure, poteſt ex alio uenire.*
19 *Aequalitas inter filios, ſeruanda eſt.*
20 *Renuncianti non eſt alterius dandus regreſſus, ad ius cui renunciauit.*
21 *Renuncians non ſuccedere, cum pacto, ſeu ſtipulatione, ualidam red dit renunciationem.*
22 *Pactum prædictum uallatum iuramento, eſt ualidiſsimum.*
23 *Et ualebit uallatum iuramento, etiã de iure ciuili, & nu. 24. & 49.*
25 *Promittens nullum habere regreſſum ad bona parentum, perinde habetur, ac ſi illorum hæreditatibus renunciaſſet.*
26 *Idem enim iſta important.*
27 *Iuramẽtum ualidat dictũ pactum, quod non eſt contra bonos mores.*
28 *Qua ratione de iure ciuili, tale pactum non ſubſiſtebat.*
29 *Et de iure ciuili, etiam redditur ualidum per iuramentum.*
30 *Pactum prædictum, uallatum iuramento, ſeruandum eſt in quocun que foro.*
31 *Iuramenti tranſgreſſio, peccatum inducit, & animæ læſionem.*
32 *Ita renuncians, etiam ab inteſtato, non poterit ſuccedere illi cui re nunciauit, & nu. 33. 34. & 89.*
34 *Lex interpretans aliquam legem, intelligenda eſt ſecundum naturã legis interpretatæ.*
35 *Parentes ab inteſtato decedentes, nõ dicuntur tacitè uocare filios, quos fecerunt renunciare hæreditati.*
36 *Non mutans ſuam uoluntatem, uidetur in illa perſiſtere.*
40 *Expreſsionis non habet omiſſum, ſi omittens illud expreſsiſſet, ſi de ea cogitaſſet, uel fuiſſet interrogatus.*
41 *Renunciatio limitatè facta, limitatum producit effectum.*
42 *Iuramentum præſtitum intelligitur, rebus ſic ſtantibus.*
43 *Mater non præſumitur odio uelle proſequi filium.*
Fallit niſi aliud appareat, & quando magis fauet uni filio, quàm al teri, & quando fecit unum renunciare hæreditati, & non alios.
44 *Satis eſt parentibus relinquere filio legitimam, nam de reliquo poſ ſunt eorum arbitrio diſponere.*
45 *Filius renuncians, excluditur ab hæreditate eius, cui renunciauit, ad quam admittuntur alij non renunciantes, ex coniectura tu men te parentum, ita recipientium renunciationem.*
Conſideranda eſt cauſa, propter quam a parentibus recepta eſt re nunciatio ab uno filio, & non ab alijs.
46 *Coniectura una excludit aliam.*
47 *Et illa præfertur alijs, minus potentibus, quæ potentior eſt.*
48 *Portio filij renunciantis, accreſcit alijs filijs non renunciantibus, quorum fauore, & beneficio renũciatio dicitur facta, cum illi ſint hæredes recipientis renunciationem. & nu. 53. & 61.*
49 *Hæredum appellatione, etiam fœminæ continentur.*
50 *Veniunt etiam, & liberi, quorum appellatione, ueniunt deſcenden tes utriuſque ſexus, & nu. 56.*
51 *Renuncians excluditur, etiam per fœminam non renunciantem.*
52 *Geminatio actus, ſatis operatur.*
54 *Parentes poſſunt ſtipulari pro hæredibus.*
55 *Renuncians non ſuccedit, exiſtente aliquo deſcendente ex illo, cui renunciauit.*
56 *Voluntas nedum uerbis, uerum re ipſa, & facto declaratur.*
57 *Velle quis dicitur, quando id expreſsit.*
58 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*
59 *Verba non cenſentur fruſtratoriè eſſe appoſita.*
60 *Soror renuncians, excluditur a ſucceſsione fratris, per aliam ſoro rem non renunciantem.*
62 *Vera renunciatio hæreditatis, ſatis operatur.*
63 *Renunciatio hæreditatis, collata cenſetur in tempus, quo defertur hæreditas.*
64 *Paria ſunt quem non extare, uel extare, & non poſſe ſuccedere.*
65 *Renunciatio habens relationem ad hæreditatem, & ad ius futurũ, ualida eſt.*
66 *Renunciatio facta ob cauſam adimpletam, ualida eſt, nec retractari poteſt.*
67 *Renunciatio in dubio præſumitur facta ſimpliciter, & purè.*
68 *Clauſula, quocunque titulo, ratione, ſiue cauſa, cõplectitur futura.*
69 *Renunciatio habens relationem ad futurum ius, illud cõplectitur.*
70 *Qui contentus rebus ſibi datis, renunciat hæreditati, iudicandus eſt in totum ſucceſsiſſe.*
71 *Illatio non eſt facienda ex diuerſis.*

72 Verba generalia non debent reſtringi, quando reſtrictio repagnat uerbis.
73 Reſtrictio ceſſat quando ex ea reſultaret aliquod exorbitans.
74 Parentes inter filios, poſſunt facere partes inequales.
75 Maximè ex cauſa parentes mouente.
76 Obſeruatio iuramenti, concernit bonum animæ, & fauorabilis iudicatur.
77 Renunciatio ſimplex, facta præſente parte, ualida eſt.
78 Idem quando geminatis uerbis oſtenditur facta.
79 Pactum de non ſuccedendo alieni uiuenti uallatum iuramento, ualidum eſt.
80 Filius in bonis parentum, habet ſpem probabilem ſuccedendi.
81 Conſenſus eius, cuius bonis renunciatur, ſatis operatur.
82 Renunciatio uallata ſtipulatione, & pœna, alicuius hæreditatis, ualida eſt.
83 Hæreditas conſideratur poſt mortem illius, de cuius bonis agitur.
84 Hæreditas adita, unitur patrimonio adeũtis, ita ut illud dicatur unum cum patrimonium.
85 Renuncians hæreditati, & bonis, renunciare dicitur omni iuri, quo poterat illam conſequi, & nu. ſeq.
87 Renunciationis uerba, futurum concernentia, comprehendunt ius poſtmodum quæſitum.
88 Ignorantia legum, & iuris, non eſt admittenda.
90 Renunciatio ſimpliciter facta alicuius hæreditatis, comprehendit omnia capita, quibus renuncians poterat illam conſequi.
91 Idem quando renunciatio fit indeterminatè, & in rem, & non limitatè, & nu. ſeq.
93 Donatio excedens ſummam quingentorum aureorum inſinuanda eſt, & nu. 124.
94 Nec iuramentum ſupplet inſinuationem, ſed contra nume. 95. 97. & 162.
96 Donatio facta propter cauſam non indiget inſinuatione.
98 Renunciatio hæreditatis non redditur inualida, eſto quòd renũciãs poſtmodum filios ſuſcipiat.
99 Ceſſat iſto caſu, diſpoſitio. l. ſi unquam. C. de reuo. dona.
100 Ceſſat etiam quando donatio eſſet facta propter cauſam.
101 Renuncians debet habere legitimam, ut renunciatio reddatur ualida, & nu. ſeq.
102 Filius habens legitimam, poteſt pacto renunciare hæreditati.
Parentes poſſunt in uita dare legitimam filio, et ab illo recipere ualidam renunciationem.
103 Legitima, & eius ſupplemẽto, poteſt expreſſe renunciari, pacto ſeu ſtipulatione.
104 Maximè, appoſito iuramento, & conſiderato iure canonico.
105 Ita iurans non poteſt conſequi abſolutionem a iuramento.
106 Contrauemens iuramento non poteſt alterius ab illo petere abſolutionem.
107 Et tanquam periurus uenit excludendus.
109 Abſolutio a iuramento petenda eſt, antequam iuramento contraueniatur.
110 Pactum appoſitum alicui contractui de non faciendo cõcordiam, an ſit obſeruandum uel ne, & ſeq.
Non poteſt quis ſe aſtringere pacto, ne poſſit mutare uoluntatem.
Mutatio uoluntatis debet eſſe libera nõ obſtan. aliquo pacto & ſeq.
111 Poteſt mutare teſtamentum, etiam ſi in eo ſit appoſita clauſula de non mutando, cum iuramento.
112 Donatio ſeu pactum, conceptum in pœnam mutationis uoluntatis non ualet.
113 Teſtamentum poteſt mutari, quamuis teſtator dixerit illud ualere in uim contractus inter uiuos ſeu in uim donationis, caſu quo illud reuocaret, quod declaratur. nu. 140. & ſeq.
114 Actus contrarius proteſtationi, oſtendit mutatam uoluntatem proteſtantis, & nu. 142.
115 Proteſtatio non eſt nociua ignoranti, & contrahenti contra illius tenorem, & nu. 142.
116 Quando in proteſtatione, non requiratur alicuius præſentia.
117 Donãs rem alicui, cum pacto ne alienet, ualebit alienatio per quam in aliam transfertur dominium.
Quod tamen declaratur plenè. nu. 137. & 144.
118 Procurator conſtitutus cum pacto de non reuocando poterit tamẽ reuocari.
119 Etiam ſi appoſitum eſſet iuramentum, licet reuocans efficiatur periurus, declaratur, nu. 145.
Pactum de non faciendo concordiam cum aliquo uidetur illicitum.
Pax, & concordia amplectenda eſt.
Conuentiones contra bonos mores factæ inualidæ ſunt.
110 Donatio facta abſenti, & recepta per notarium, poteſt reuocari ſi non fuit prius ratificata per donatarium, & ante reuocationem.
121 Secundus actus ualidatus traditione rei, ſeu quaſi iurium præfertur donationi ſimplici primo loco factæ.
112 Filij hæredes matris obligatæ alteri, non poſſunt uenire contra geſta, & facta per matrem.
113 Obſtat enim hæredibus exceptio illa, quem de euictione tenet actio &c.
115 Donatio facta per matrem filio, ualida eſt, & nu. 126.
117 Maximè quando eſt uallata iuramento.
Iuramentum confirmat contractum alias de ſe inualidum.
128 Donatio facta per patrem filio in poteſtate exiſtenti, ualidatur iuramento.
Donatio iuramento uallata non poteſt reuocari.
129 Donatio ab initio uoluntaria eſt, facta tamen neceſſario obſeruanda uenit.
130 Donatio conditionalis, purificata conditione debet effectũ ſortiri.
Votum parentum eſt quærere filijs.
131 Implementum conditionis, operatur ceſſionem, & euentum diei.
132 Conditionis implementum, facit contractum retro trahi ab initio.
133 Donatio conditionalis, ſecuto adimplemento habetur perinde ac ſi ab initio fuiſſet purè facta.
134 Clauſula, ex nunc prout ex tunc, quid ſignificet, & operetur.
135 Notarius poteſt pro abſentibus recipere, & ſtipulari, & n. 148. & ſequent.
136 Et quæritur utilis abſentibus abſque aliqua ceſſione notarij, & ratificatione abſentium, & nu. 148. & ſeq.
137 Donans rem alicui, cum pacto ne alienet, & ſi alienaret, & ad actum alienationis ueniret per diem ante, dominium reuertatur ad donantem non poterit in alium per donatarium dominium transferri, quando appoſita eſt clauſula conſtituti, & num. 143. 117. & 144.
138 Teſtandi libera facultas, non debet modo aliquo impediri.
139 Nec iuramentum in contrarium præſitum poteſt illam impedire.
141 Fallit quando non in totum tollitur teſtandi facultas.
145 Pactum de nõ reuocando procuratorem aliquo caſu eſt ualidum.
Mandatum non põt reuocari quando factũ fuit apud acta, niſi &c.
146 Lites, & iudicia permiſſa ſunt, & non reprobata, & nu. 147.
149 Donatio facta abſenti in iudicio, & acceptata per iudicem, erit ualida licet donatarius non ratificauerit illam.
150 Calor iudicij, & iudicis præſentia, facit dictam donationem irreuocabilem.
151 Calor iudicij plures producit effectus.
152 Frater poteſt ratificare donationem pro ſe ipſo, & eius fratribus pupillis.
153 Accreſcendi ius quandoque locum habebit in donatione, & in contractibus.
154 Donatio primo loco facta ſine traditione præualet cõtractui ſecundo loco facto cum traditione, quando in prima donatione fuere appoſita illa uerba, quòd per diem ante &c. cum clauſula cõſtituti.
155 Limitationes, & declarationes ad. l. quotiens. C. de rei uend.
156 Idem quando pro prima donatione fuiſſent hipothecata bona, & ſignanter res illa ſuper qua celebratus fuit ſecundus contractus cum traditione.
157 Hipotheca prior, præferenda eſt alijs poſterioribus.
158 Idem quando ſecundus contractus, ſcienter factus eſt in fraudem primæ donationis.
159 Minores adeuntes hæreditatem poſſunt tanquam læſi. per reſtitutionem in integrum ſe ab illa abſtinere.
160 Adiens hæreditatem cum beneficio inuentarij, non tenetur ultra uires hæreditarias.
161 Inuentarium conſeruat iura adeuntis hæreditatem cum dicto beneficio, nec confundit actiones.
163 Crimen læſæ maieſtatis, afficit etiam filios committentis illud.
164 Diſpoſitio. l. quiſquis. C. ad leg. iul. maieſta. an habeat locum in donatione facta per matrem filijs. & alijs ſeq.
165 Reſtitutio facta per principẽ dãnatorũ, nõ tollit ius quæſitũ tertio.
166 Reſtitutio non trahitur retro per extremum ad quod inhabile.
167 Princeps ĩ dubio cõcedẽdo reſtõnẽ, nõ u. uelle præiudicare tertio.
168 Infamia alicuius cõdemnati poteſt per principẽ aboleri. et n. 169.
170 Et maximè quando princeps, illi reſtitutionem conceſſit.
171 Diſpoſitio dicta. l. quiſquis quo caſu procedat reſpectu bonorũ maternorum.
172 Actus ultimæ uoluntatis contrariatur actui inter uiuos.

173 Nihil

173 Nihil enim inter ſe habent commune.
174 Illatio non fit ex diuerſis.
175 Extenſio in correctorijs ceſſat, ex identitate ſeu maioritate rõis.
176 L.quiſquis praallegata correctoria eſt, quo ad bona materna, & num. ſeq.
178 Extenſio in correctorijs recipitur ex identitate rationis, quando ratio eſt ſcripta in lege corrigente.
179 Fallit quando ratio deſcripta non eſſet finalis, ſed impulſiua. Impulſiua ratio ex quibus colligatur.
180 Quod non eſt expreſſum ſed omiſſum, interpretatur id fuiſſe ex mente omittentis.
181 Ceſſabit extenſio quando in lege adſunt aliæ rationes finales.
182 Extenſio ceſſat in correctorijs ex ratione expreſſa, quando adſunt plura odia. & nu. 184.
183 Pœna debet tenere ſuos auctores, & non alios.
185 Plura odia magis obſtant & conſiderantur, quàm unum.
186 Odiorum multiplicatio, inducit maius periculum.
187 Duo uincula magis ſtringunt quàm unum.
188 Geminatio actus, magis operatur quàm ſimplex.
189 Extenſio ceſſat etiam ex ratione expreſſa, quando ſumus in correctorijs, & pœnalibus.
190 Ceſſat etiam quando caſus ad quem fieret extenſio, non comprehenderetur, ſublata ſignificatione uerbi expreſſi in ratione, & numer. ſeq.
192 Quod nõ quæritur filijs damnati patris crimine læſæ maieſtatis ex expreſſa uoluntate matris inter uiuos ſeu in ultima uoluntate, illud ipſo iure quæritur fiſco, & nu. ſeq.
194 Princeps reſtituendo aliquem, uidetur illi conceſſiſſe omnia bona, & iura quæ erant apud fiſcum, & illi competebant & nu. 196.
195 Conſenſus Principis, reputatur conſenſus fiſci.
196 Verbum, reſtitutio, quid comprehendat.
In reſtitutione facta per principem non ueniunt bona, in alium alienata.
197 Reſtitutio facta per Principem trahitur retro, quando, non tollit ius quæſitum alteri.

CONSILIVM LXIX.

DOMINVS Ambroſius leui. ex domina Ioanna eius legitima uxore, tres ſuſcepit & habuit filios, dominum uidelicet Gaſparem. d. Hieronymam. & Ioannam Qui. d. Ambroſius uiuens, nuptui tradidit dominam Hieronymam, congrua intercedente dote. Quæ nunquam renunciauit bonis & hæreditati paternis, ſeu maternis, & pro firmo iſtud habetur, & quamuis eius ſpõſus promiſiſſet facere eam renunciare dictis bonis & hæreditatibus, uere tñ ipſa. d. Hieronyma nunquam renunciauit. & iſtud ſolum in pręſenti erit ꝯſiderabile. Nec diſcutiendũ erit, an hæredes mariti, & qui in bonis illius ſucceſſere, in aliquo teneantur ex promiſſione prędicta facta per dictum ſponſum, ſucceſſiuè. d. Ambroſius conceſſit naturæ cõdito prius ualido & firmo teſtamẽto in quo uniuerſalem ſuam hæredem inſtituit dominam Ioannam eius uxorem. Filium uero & filias hæredes particulares, in portionibus aſcendentibus eorum legitimam, & ultra. Quo. d. Ambroſio defuncto, eiuſque hæreditate adita per dictam eius uniuerſalem hæredem, ipſa do. Ioanna hæres, nuptui tradidit prædictam Ioannam eius filiam, congrua ſatis dote illi conſtituta, & apprehendente portionem ſibi relictam, a patre & longe plus, ſucceſſiue. d. Gaſpar uxorem cepit, & contẽplatione matrimonij, per ipſum. d. Gaſparem contracti. dicta. d. Ioanna eius mater, eidem d. Gaſpari, donationem fecit propter nuptias, pluribus in bonis & redditibus conſiſtentem, & aſcendentem ad ſummam unciarum centũ annui redditus, nec non & comprehẽdentem omnia eidem. d. Gaſpari relicta per. d. Ambroſium eius patrem, nec nõ & legitimã ſibi applicandã in bonis & hæreditate materna, qui d. Gaſpar contentus dicta donatione unciarum centum, pro iuribus ſibi competentibus, ſuper bonis & hæreditatibus paternis & maternis, necnon & ſuper legitima, & eius ſupplemento quocunque iure tit. ſiue ratione, in pleniſſima & ampla forma renunciauit dictis bonis, & omnibus iuribus ſibi competentibus & competituris, quomodolibet prædictæ. d. Ioannæ eius matri, prædicta ſtipulanti pro ſe, & ſuis hæredibus & alias ut diffuſius habetur in publico inſtrumento inde confecto, continente plures, & ualidas clauſulas. Quibus ita ſe habentibus ipſa. d. Ioanna mater ab inteſtato, & nullo ſibi condito teſtamẽto deceſſit, ea denique mortua, dubium exoritur. An ipſe. d. Gaſpar. qui ita renunciauit ab inteſtato ſuccedere poſſit dictę eius matri, una cum dictis eius ſororibus, uel ipſe a dicta ſucceſſione ſit exclu-
1 dendus per ipſas. d. Ioannam & Hieronymam ſorores. † Et uidetur prima facie, dicendum ipſum poſſe ſuccedere, non obſtante renunciatione, ex quo illa tendebat, ad ius de futuro, quod eo tempore minime competebat. d. Gaſpari, & ſimpliciter facta nihil potuit operari in eius præiudicium. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. de lega. ſecundo. l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hære. & plene tradunt omnes citantes concor. in l. prima. C. de pact. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerborum obligation.
2 † Prout etiam quoniam tempore renunciationis, mater ipſa uiuebat, licet pater Ambroſius tunc deceſſiſſet, & renunciatio facta de bonis & hæreditate uiuentis, non inducit prohibitionem ut repudians poſt illius mortem, non ualeat & poſſit eius hæreditatem adire, ut eſt text. apertus in dicta. l. qui ſuperſtitis. ubi omnes ſcriben. concor. adducunt, ut etiam faciunt per illũ text. in l. fina. C. de pact. & ad plenum tradunt omnes in l. ſtipulatio
3 hoc modo concepta. ff. de uerb. obligatio. cum ſimi. † Et quamuis dicta repudiatio, & renunciatio facta per. d. Gaſparem, eſſet uallata pacto ſeu ſtipulatione. tamen pactum & ſtipulatio de non ſuccedendo non uidetur ſubſtulere. l. pactum dotali. C. de colla. l. pactum quod dotali. C. de pact. & per ſcriben. in l. fina. eod. titu. & in l. ſi quando. §. illud. C. de inofficio. teſtamen. diffu
4 ſe per omnes in dicta. l. ſtipulatio hoc modo concepta. † Et qua ratione iure ciuili fuerit reprobatum tale pactum, & ſtipulatio ponunt docto. in d. l. pactum dotali. in dicta. l. qui ſuperſtitis. & in dicta. l. fina. & in dicta. l. ſtipulatio hoc modo concepta. & ĩt
5 in c. quamuis. de pact. lib. vj. † Eo etiam. Nam ipſe Gaſpar ſolum uidetur renunciaſſe iuribus, quæ habebat tunc tempore renunciationis, re uel ſpe, & non alijs iuribus, quę illi reſpectibus illi tunc non competebat, cum mater ipſa uiueret, ſecundum Bart. Alexan. & Mod. in l. quod ſeruus. ff. de condi. ob cau. & eundẽ
6 & alios in d. §. duo fratres. q. vj. † Potiſsimum ſi ipſe Gaſpar ignorabat habere tale ius, cui ignorans non uidetur renunciaſſe. l.
7 mater decedens ff. de inoff. teſta. l. clodius. ff. de acq. hær. † Et ſi alicui iuri ſeu ſucceſſioni uiſus eſſet renunciare, intelligendus erit, renunciaſſe illi quę ſibi competere poſſet ex cauſa teſtati, ut ꝙ & aduerſus teſtamentum, non poſſet uenire ſtante renunciatione. Non autem uidetur renunciaſſe maternę ſucceſſioni, quę ab inteſt. ſibi cõpeteret, prout eſt præſens, ut firmauit Zenzel. in d. c. quamuis tretus auctoritate domi. de Ro. in antiq. per
8 eum, & alios ibidem citatos. † Videtur enim ab inte. tacitè uocatus ab ipſa matre, una cum ſororib. arg. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. & Zenzel. ſequi uidetur Bald. conſi. mih. cccc xxxvij. quædam puella. colum. iij. uer. ſed quid eſt. uul. j. & Imo. conſi. j. uer. v. pro hac parte, & col. v. uerſi. item non ob. & Lud. Bolog.
9 conſi. xxxv. ut in pręſenti. col. pen. uerſi. uel & ſecundo. † Et facit quod dicit Ange. in l. ſuum. C. de iu. delib. uolens, ꝙ inſtitutus ſimpliciter, repudians hæreditatem, intelligitur repudiaſſe
10 illam ex capite teſtati, poterit tamen ad eã uenire ab inteſt. † Et certum eſt repudiantem, & renunciantem hęreditatẽ, poſſe ad illam uenire ſi uocatus eſt ad illam in teſtõ eius, cui renũciauit, ut concludit Are. in d. l. qui ſuperſtitis. col. mihi. iij. uerſic. circa
* ſecũdam & * cõmuniter doc. in d. c. quamuis, & in d. l. ſtip. hoc
11 modo cõcepta, & in l. pactũ dotali. C. de colla. † Et par ac ęqua
12 lis vr̃ eſſe uirtus taciti, & expreſſi. l. cum quid. ff. ſi cer. pe. † Pręterea filij ad ſuccedendum parentib. & aſcendẽtib. plura habẽt capita. l. iiij. §. j. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſer. l. j. §. ſed uidendum. ff. de ſuc. edic. & per doc. in l. j. C. qui admi. & in l. unica. C. quan
13 do non pet. par. & in l. qui ſe patris. C. unde lib. † Et filij ipſi ad agnoſcendam bon. poſſ. annum habent, extranei uero dica centum. l. ij. l. iiij. C. qui admit. & per doct. ibidem citantes concor. ſuntque propterea filij magis priuilegiati quàm extranei.
14 Ex quibus uidetur dicendum ꝙ quamuis iſte. d. Gaſpar renunciauerit ex uno capite, puta tanꝗ filius, uenire poterit ex alio tã quam cognatus. d. l. j. §. uidendu. iuncto. §. fi. & d. l. iiij. & ex omni capite habebit annũ, ad agnoſc. bon. poſ. tanꝗ filius ſiue ſucce
15 dat ex primo capite, ſiue ex alio. † Et ulterius quocunq; ex capite filius ſuccedat ſuper excludit alios agnatos, & cognatos, cũ ipſi uenientes quocunq; ex capite tractẽtur ut filij, ut plenè attingunt doc. in d. l. j. C. qui admit. & in l. ſi emancipati. C. de colla.
16 ubi poſt alios Iaſ. col. vj. illud proſequitur. † Et Bal. in l. licet in iiij. q. C. de iu. delib. dicit ꝙ ſi filius ſtaret per annos. xxx. & non adiret hæreditatem, de iure ciuili excluſus eſſet, ut ibi a primo capite tantum ex ſecundo uero, & tertio capite, ſucceſſiue ha

beret alios annos.xxx.ad ſimilitudinē iuris prętorij,citat Bart.
17 its ɔſuluiſſe,& cōiter ſequuntur ibi doc. excepto Sal. † Et quia
in d.renuociatione facta per d.Gaſp. de bonis materois, uerba
oſtendunt factam apparere, ab eo tanquam filio,cum in ea fiat
mētio filij,& matris,& nihil dicatur de agnatis uel cognatis po
terit igitur ipſe. d. Gaſpar uenire ex alio capite una cū ſororib.
& ſemper eſſet pręferendus ſequentib.in gradu iurib.& deciſio.
quibus.ī.& facit.l.in plurium.ff.de acq.hęr.& quod uult Ang.
18 in l.ſuum.C.de iu.delib.† Necnon & quod uult Bart. poſt gl.io
in l.nec is.§.fi.ff.de aeq hær. dicens inſtitutū repudiantem uno
iure,poſſe uenire alio reprobando gl io l. ſuum citatam per eū,
& Bar.communiter ſequuntur doct.& in d §.fi. & in d.l.ſuum.
19 † Et in fauorē.d.Gaſparis,poſſent ēt alia adduci quibus ex.ĩ.di
cendis,dabitur aperta reſolutio,& ne bis illa replicētur ɔſulto,
hic omittuntur. Maximè illud concernens æqualitatem ſeruari
debere inter filios l.cum pr̄.§.euictis.de lega.ij.l.ſi ita legatum.
ubi Soc.alia adducit.ff.de condi.& dem.cum fi.¶ Iſtis tñ mini-
mè obſt. ɔſiderata facti ſerie ɔ̃ria ſnīa uerior uidetur, ut dictus
Gaſpar nullo mō ab inteſtato ſuccedere ualeat dictæ eius matri
una cum eius ſororib.a quibus excluſus reperitur a ſucceſsione
20 prædicta. † Cum.n.illi renunciauerit, ipſi renuncianti non eſt
dandus ulterius regreſſus, cum ius ſuum quod habebat, remiſe
rit.l.quęritur.§.ſi uenditor.ff.de ędil.edi. l.ſi quis in ɔſcribēdo.
C.de epi.& cle.& C.de pa.ubi ſcrib.omnes alia adducunt.† Et
21 quia ipſe pactus eſt nō ſuccedęre,ualebit, profecto pactum ſeu
ſtipulatio, ualidans illam renunciationem, & eam reddens fir-
mam,eſto ꝙ renderet ad ius de futuro,ut per illum tex. firmant
omnes,poſt gloſſ.in dicta.l.prima.& In l.cum proponas. C. de
pact. & in l. de fidcicommiſſo. C. de traoſactiou. diffuſè per
Barto. & alios, in dicta. l. qui Romæ. §. duo fratres, & Deci.
conſi.xxxj.& pro tenui.col.j.& in fi in prin. & nu.v. † Et maxi
22 mè cum tale pactum, & ſtipulatio appareat uallata iurameoto
quod prorſus iurantem & renunciantē a ſucceſsione excludit.
c.quamuis.de pact.li.vj firmat Bal. io l.pactum dotali.q.ix.C.
de colla.& poſt ipſum alij ſcrib.in c.moribus.ſi de feu.fue.con-
trouer.int. domi.& agn.ut ēt facit Cum. in l. ſi quis hęres.ff.de
acq.hęr.Alex.& Mod.in l.ſed & ſi quis.§.quęſitū.col.j.ff.ſi quia
cau.ſequuntur omnes.in d.l.ſtipulatio hoc mō ɔcepta, & Mod.
23 in d.l.j.nu.xiij.& xv.C.de pact.cum ſim.† Et licet de iure ciuili
pactum & ſtipulatio de non ſuccedendo patri per eum recepta,
a filia dotata, & ſimiliter a filio, cui facta fuit donatio propter
nuptias,non ſubſiſteret,ut ſupra deduximus,per d.l.pactū dota
li,& l.pactū quod dotali.C.de pac.& de colla.† Tñ,qñ tale pa-
24 ctum & ſtipulatio uallata fuit iurō,erit firmiſsima,& ualida,ita
ut filius ita renuncians, nullū ulterius habere poſsit regreſſum
ad bona patris,ſeu matris in cuius commodum renūciauit. d.c.
quamuis ubi oēs paſsim iſtud firmant, adducētes alias deciſio.
& tenet Bart.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta,col.ij.n.iiij.
adducens.c.licet,de iu.int.li.vj.& ſcrib.oēs ſequuntur io d.l.ſti
pulatio,citantes.c.cum contingat,de iu.iur.& ſcrib. oēs paſsim,
& cōiter idē uolunt in d.l.pactum,de colla.& io d. l.pactū qđ,
& in l.fin.C.de pact.& Mod.nu.iij.io l.ſi qñ.§.illud.C.de inoff.
teſta.& doc.cōiter ibi reprobantes gl.tenentē ɔ̃rium io d.l.qui
ſuperſtitis.ff.de acq.hær.maximè Are.col.j.uerſi.dic ꝙ iſtud eſt
uerū,& Bal.conſi.cccexlj.uiſis ſtatutis,col.ij.uerſi.ſequitur ſ͠m,
25 uol.j.† Et aduertendū eſt.d.l.pactū dotali,& d.c.quamuis,pro-
prie loqui, qñ filius pactus eſt nullum uelle habere regreſſum,
ad bona paterna,ſeu materna,& in d.l.qui ſuperſtitis,hr̄ de re-
26 nunciante bonis. † Ex quibus differre minime ur̄ an filius iſtis
uerbis pactus ſit, an uero renunciauerit expreſsè hr̄ditati, cum
iſta idē importent,& eundē inducant effectum,ad no.in l.nam
quod.§.fi.& l.cogi.ff.ad Treb.cum ɔcor. & ſequuntur Mod.in
27 d.l.pactum dotali,nu.ij.uerſi.& per illum tex. & nu.v.† Validat̄
igitur Iure canonico tale pactū, interueniente iurō, ſ͠m omnes
ſupra citatos indifferenter. Iure etenim ciuili, tale pactum non
fuit reprobatum ea rōne quia eſſet ɔ̃ bonos mores,qua conſide
rata non potuiſſet firmari iurō,ut ſenſit gl.in d.l.qui ſuperſtitis,
28 & io d.l.pactum.† Alijs nanq; rōnibus dicto iure ciuili tale pa
ctum ſimpliciter factum non ſubſiſtebat,de quibus per Bart.&
alios in d.l.ſtipulatio,col.ij.& per ſcribē.maxime Mod.Ferrar.
in d.l.pactum,col.j.& ij.& omnes in d.l.qui ſuperſtitis, & in d.
c.quamuis,& in d.l.pactum,& in l.fi.C.de pact.Quæ rōnes be-
ne conſideratę non obſtant,quin tale pactum iuramento poſsit
29 firmari. † Et Hyer.Butige.in d.l.ſtipulatio hoc modo ɔcepta,
nu.xxiiij.& ſeq.l.& ratione firmat,& ɔcludit, tale pactū uallatū
iuramento,ſubſiſtere,& ualere ēt de iure ciuili,& hoc idē plenè
proſequuntur Moder.Hiſpa.in tracta.de ulti. fi.Iur. ciui.& ca-
no. in xv. & xx. illatio. quorum opinio ſatis pōt comprobari ex
deductis ſuperius,& ex inferius deducendis, in reſponſionibus
30 dandis ɔ̃rijs,& obiectionibus factis.† Nec eſt opus inſiſtere cir
ca id,cum habeamus tex.apertiſsimum in d.c.quamuis,loquen
tem generaliter,in quocunq; filio iurante,& quod effectū ſuum
producit io quocunque foro,& canonico,& ciuili,cum tractē
31 de obſeruantia iuramenti.† Cuius tranſgreſsio induceret pecca
tum,& animę periculum,ad nota.in c.nouit,de iudic. & io cap.
poſſeſſor,de reg.iu.li.vj.& in cle.diſpendioſam,de iudic.in c.fi.
de pręſcrip.& c.j de ope.no.nun.per Bar.& alios, in auth.ſacra
menta puberum.C.ſi aduerſ.uend.& in caſu præſenti,eſt glo.in
uer.ſeruari,in d.c.quamuis, quam ſequuntur ibi doct.maximè
Georg.Nat col.iiij.in vij.limita.& inſuper d.gl.ſequuntur etiā
omnes in d.l.ſtipulatio,& in d.l.qui ſuperſtitis, & in d. l.pactū.
32 C.de colla.& de pact. † Et diſpoſitio d.c.quamuis,procedit,ut
ita renuncians non poſsit ſuccedere,etiam ab inteſtato illi, cu-
ius bonis renunciauit reprobata opin.Zenzeli.& aliorū ſequac.
ſuperius in contrarium relatorum, & uolentium renunciantem
33 poſſe ſuccedere ab inteſtato. † Iſtorum nanq; opin. de directo
eſt contra.d.c.quamuis. Tum conſiderata ſui generalitate.l.j.§.
& generaliter.ff. de lega.pręſtan.l. de precio. ff de publicia.l.in
34 fraudem.§.fi.ff de reſta.mil.† Tum etiam quoniam.d.c.quāuis,
interpretatur,& declarat.d.l.pactū.C.de colla.expreſſe loquen
tem in ſucceſsione inteſtati,conſequenter intelligi debet, ſecun
dum naturam,& qualitatem.d.l.interpretatę.l.nihil,& ibi Bar.
not.ff.de coniungen.cum eman.liber.eius, & firmat Bal.in l.cū
Archymedoram.C.ut in poſſ.leg.& in d. l. pactum. C.de pact.
q.iij.Sal.ibi,& alij Mod.in l.fi.nu.xxviij.eo. ti.ſequuntur etiam
Rom.Imo.& Are.in d.l.qui ſuperſtitis,col.iij.uerſi.ſed dubita-
tur,& idem Aret.conſi.xvij.conſideratis,col.viij.uerſi.item nec
prohibetur,uolens renunciantem excludi ab inteſtato, quando
ſuperſunt deſcendentes ex illa,in cuius beneficium renunciauit
ſ͠m Ange.conſi. lij. Ziliolus,in fin.ſequitur etiam Gemi.in d.c.
quamuis,col.fi.Phil.Fran.ibidem,& diffuſius Georg.Natta.col.
iiij.uerſi.limita hanc,& col.x.in ix.limita.Bart.in d.l.ſtipulatio,
col.lj.Alex.ibi alleg.concor.nu.viij & Io. Crot.nu.xxvj uerſic.
tertio extenditur,aſſerens hanc opi. eſſe cōmunem, ut prius di-
xit Alex.conſi.xxix.præclarè,col.ij.nu.iiij.& ſeq. uol.iij.& con-
ſi.cxlix.uiſo themate,col.ij.n.iiij.uol.vij.& eſt deciſ.conſi.Nea-
po.cccl.fuit dubitatum in ij.dub.ſequuntur etiam omnes com-
muniter in d.l.pactum.C.de colla.& Signoro.de Amode.conſi.
xxix.factum ſic ſe habet,col.ij.in ij.dub.do.de Ro.in antiq.de-
ciſ.850.utrum filia,alias io tit.de pact.deciſi.iiij.& Bernardi.de
Bilgne.eo.tit.deciſi.iij.dum recitant hanc opi.pro ultima.tran-
ſeuntes cum ea,& concludentes conſiderandam eſſe generalem
35 renunciationem,prout fuit præſens.† Et iſtis in locis docto. re-
ſpondent obiectioni factæ de dicta. l.conficiuntur dicentes pa-
7 *Procurator nunquam uidetur habere mandatum, ut faciat actum per quem ſuus principalis in pœnam incidat.*
8 *Et quid quando in mendacio, & negatione non adeſt dolus.*
9 *Et quid ſi facta eſt per illa uerba, nego narrata prout narrãtur &c.*
11 *Si lex uno caſu punit negantem, non eſt ad alios caſus extendenda.*
12 *Quinquennalis dilatio, concedi poteſt eo caſu quo non conceditur beneficium ceßionis, & nu. 13.*
Fallito etiam conceditur beneficium dilationis quinquennalis, & n. 1. 2. 3. 4. & 5.

CONSILIVM C.

1 CERTISSIMVM Eſt † beneficiũ ceſſionis bonorum longe differre à cõceſſione quinquennallis dilationis, quam ↄcedere ſolent creditores eorum debitorib. l. fin. C. qui bo. ced. poſ. & tradit Petr. de Anc. & Imo. in c. Odoardus. ex de ſoln. num. iiij. & Alex. in l. &
2 ſuum. §. hodie. nu. xj. ff. de pac. † Talis. n. conceſſio quinquennalis dilationis, tollit, & excludit beneficium ceſſionis, ut hr̃ in d. l. fi. & ibi no. Bal. col. j. uer. ex iſta gl. & Alex. allegans deciſio. in
3 l. alia. §. eleganter. nu. xv. ff. ſo. ma. † Et qñ agitur de concedenda quinquennali dilatione iſtis debitorib. non exiſtentib. ſoluẽdo, & fallitis, & uolentib. cedere bonis ↄſiderandus eſt maior numerus, & pars ipſorum creditorum, ut hr̃ in d. l. fi. & firmat Ang. in l. maiorem. ff. de pac. & in l. j. ff. de priuil. cred. dicens iſtud procedere in omni debitore qui non eſt ſoluendo, ut illi poſſit ↄcedi quinquennalis dilatio per maiorem partem creditorum, & aduerſus alias rõnes, & iura, & quia iſtud eſt utile creditorib. ne debitor aufugiat, & cedat bonis, ita ut aliquid conſequi minime
4 ualeant. † Et licet tex. in l. iuriſgentium. §. ſi ante. & in l. ſeq. & in l. maiorem. & in l. ſi plures, & in l. reſcriptum. ff. de pac. loquãtur qñ creditores uolunt remittere hæredib. debitoris debitum, ut procedi, & ſeruari debeat forma, & ordo ibi traditus, tamen qñ agitur de concedenda quinquennali dilatione ipſis debitoribus ut tollatur beneficium ceſſionis bonorum attendi, & obſeruari debet illud, quod uult maior pars ipſorum creditorum, per tex.
5 in d. l. fin. cum alijs ſupra adductis. † Et iſto caſu non requiritur illa forma, ut creditores in unum ↄueniant. d. l. maiorem. & d. l. ſuum & per Alex. conſi. ccv. Viſo uol. ij. ſm Angelũ in d. l. quod in pſenti diſcutere, & ſuper eo inſiſtere minime opus eſt, cũ creditores oẽs. d. Alberti. ſimul ↄuenerint, & corũ maior pars ↄſen-
6 ſerit ↄceſſioni pdictę quinquennallis dilationis. † Nec d. Alberto habet obſtare ſi dicatur ipſum nõ debere admitti ad tale beneficiũ ex quo negauit debitum, ſm Bald. in l. j. col. j. C. qui bo. ced. poſ. & per Cano. in d. c. Odoardus. & Areti. & Iaſ. in §. ſi. inſti. de actio. Propter negatione enim & mendaciũ amittitur tale beneficiũ, & ſimilia. l. ſed hoc. §. quod aũt. ff. de re iud. & per Ale. in d. l. ẽt. §. j. nu. ix. ff. ſol. mat. cũ alijs allegatis per Fely. in c. cęterum. nu. xxviij. & ſeq. de iud. & Iaſ. in l. quod te. nu. xxx. ff. ſi cer. pet. & in d. l. ſed hoc. §. quod aũt. ceſſat enim in caſu pſenti obie
7 ctio ex pluribus. † Et primo qm ipſe Albertus nunquam debitũ negauit, imo illud ↄfeſſus fuit & eſt, & licet eius procurator generaliter ↄſtitutus illud negaſſet, tñ hmôi negatio procuratoris, nõ operatur effectum ut d. Albertus eius principalis incidat in hanc pęnam priuationis. d. beneficij, ex quo per mandatũ quantuncunque gñale, nunquam vr̃ procuratori attributa talis poteſtas, per tex. in l. ſi procurator. & ibi oẽs not. ff. de ↄdi. inde. maxime Iaſ. qui ad id plura optimè facientia adducit, poſt Fel. in c.
8 j. extra ut lit. non conte. † Præterea per negationem tale beneficium tunc demum debet tolli, qñ in illa adeſt dolus ſeu lata culpa, qñ aũt iſta ceſſant, beneficiũ minimè amittitur. ſm Alexã. in d. l. ẽt. §. j. nu. ix. uerſi. tertio limita. & Fel. in d. c. cęterũ. n. xxviij. per Iaſ. in d. l. ſed hoc ita. §. hoc aũt. nu. v. quibus in locis adducũt
9 ẽt Bal. & alias deciſ. † Prout & tertio obiectio ceſſat, nã per dictũ procuratorem negatio debiti non apparet facta ſimpliciter, ſed per illa uer. nego narrata prout narrantur &c. quo caſu talis negatio debiti ſub dicta forma facta ẽt ſi proceſſiſſet a dicto Alberto minime illi ſuſtulit tale beneficium, ſm Bart. Imo. & Pau. de Ca. in l. ſi dubitetur. §. ita demum. ff. de ſolu. cum alijs alleg. per Alex. in d. l. ẽt. §. j. nu. ix. uerſi. ſecundo limita. & conſi. xxxix. Viſo. col. iij. in fi. nu. xviij. uol. ij. & diffuſius per Iaſo. in d. l. ſed hoc ita. §. quod aũt. col. fi. nu. x. & ſeq. Et licet Fely. in d. c. cæterũ. nu. xxx. & in c. j. nu. xiiij. ut lite nõ ↄte. uideatur aſſerere circa id cõtrariã opi. eſſe magis communem, tñ Iaſ. in d. §. quod aũt. col. fi. nu. xij. reprehendit Fel. & dicit ipſum non bene ſentire, ex quo uere cõis ↄcluſ. eſt illa Bar. in d. l. ſi dubitetur. §. ita demum. aſſerens ab iſta tanquam communi non eſſe recedendum, ut per eũ.
10 † Præterea aduertendum eſt, ꝙ nulla lege cauetur beneficium quinquennalis dilationis nõ debere ↄcedi. Si debitor primo debitũ ipſum negauit, ſeu decoxit, quo fit ut cũ lex ſpecialiter hãc pęnã nõ inducat caſibus iſtis, ẽt nos id dicere minime ualemus.
11 † Nec eſt faciẽda extẽſio ex alijs legibus & caſibus, quibus pp negationẽ ſeu decoctionẽ amittitur aliquod beneficiũ, cum in caſu pſenti iſtud ſpecialiter non apparet inductum, ut hr̃ in. §. cũ igitur. uerſi. nec lex q̃ hoc dicat. in auth. de non eligen. ſecun. nu ben. & ſm glo. ax. q. vij. in ſumma. cũ alijs alleg. per Alex. in d. l. ẽt. §. j. nu. vij. & diffuſius per Iaſ. in d. l. quod te. num. xxx. in fi. & nu. xxxj ubi ad id quamplura alia adducit, aſſerens in facti ↄtingentia, ita alias ↄſuluiſſe & obtinuiſſe. † Nec obſtat ſi dicat̃ indu
12 cias quinquennales non ↄcedi, niſi eo caſu quo ↄcederetur beneficium ceſſionis, ſed in caſu noſtro non ↄceditur ceſſionis beneficium, quia negauit & quia decoxit, & quia creditores nõ cõuenerunt in unum &c. Nam de ↄuentu creditorum & de negatione ſuperius, & bene pluries rñſum fuit, & de fallito reſpondet Ang. in d. l. maiorem. & in d. l. j. & in ipſo non cõſideratur aliud ad ↄcedendam hanc dilationem niſi uoluntas, & ↄſenſus maioris partis creditorũ. † Et priuatio iſtius dilationis, ut non conce
13 datur fallito non reperitur lege expreſſa, & ideo minime extendenda, ut deduximus in prin. & in fine, ubi de priuatione unius beneficij ad aliud non eſt arguendũ, & ſic ceſſant dicta per Caccialup. in ſuo tract. de debitor. fugi. loquitur enim in beneficio ceſſionis faciendo ꝯ uoluntatem creditorum ſi non eligerent, & nihil dicit de ↄcedenda quinquennali dilatione quæ tota dependet a uoluntate maioris partis creditorum ſm Ang. in ẽ. in quocunque debitore, quibus conſideratis, neceſſaria & ſolida reſultat concluſio, eidem Alberto concedendam eſſe dilationẽ quinquennalem ſm uoluntatem maioris partis ſuorum creditorum & iuxta formam reſcripti ab ipſo impetrati non obſtantibus illis quæ per aliquos ex creditoribus ꝯ ipſum deducta fuerunt, quæ iam ad plenum euacuata & ſublata redduntur, ex deductis ſuperius. Pariſius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Suſpitio fugæ, & quòd debitor ſit ſuſpectus & fugitiuus, de iure communi non probatur per iuramentum.*
2 *Poteſt tamen per ſtatutum induci, ut per iuramentum creditoris de tali ſuſpitione concedi poßit commißio capturæ.*
3 *Et licet per ſtatutum illud concedatur, tamen poſtmodum iuramentum deferendum eſt creditori a iudice, & non ualet ſi a ſeipſo illud præſtaret.*
4 *Prout etiam ſi uirtute ſtatuti fuit formiter præſtitum, & conceſſa captura tamen poſtmodũ illa iuſtificanda eſt alijs probationibus, quo ceſſante captura reddetur nulla.*
5 *Non poteſt debitor capi ut ſuſpectus de fuga, ſi poſt obligationem, & poſtquam contraxit, ſuam conditionem non deteriorauit.*
6 *Ad hoc ut debitor tanquam ſuſpectus de fuga capi poßit, multa neceſſario concurrere debent.*
7 *Et ſi male captus eſt, ante omnia uenit relaxandus, & reſtituendus priſtinæ libertati, nec poteſt in carceribus recommendari.*
Etiam ſi ſuperueniſſet dies obligationis & ſolutionis.
8 *Et licet debitor in diem poßit ut ſuſpectus ante ceßionem diei & obligationis capi, tamen poſtmodum captura iuſtificanda eſt, ex alijs, quam per euentum diei & temporis dati ad ſoluendum.*

CONSI-

CONSILIVM CI.

CITATIO Contra Titium primitus emanata, &
ſucceſsiue ipſius detentio & captura, ꝙ non iuſtè
proceſſerint, & ſucceſsiuè ueniant declarandæ nul
læ, & Titius ipſe detentus & carceratus ſit relaxan-
dus, & priſtinæ ſuæ libertati reſtituendus, qua ſpoliatus fuit, pau
1 ciſsimis deducitur & oſtenditur. † Si enim ius commune ꝯſide-
ramus, ſm magis cõem ſniam ſuſpitio fugę, & ꝙ quis tanquam
ſuſpectus & fugitiuus poſsit capi, aliter quam per iuſm credito
ris probanda eſt, ut tradit Bal. in l. apertiſsimi. circa fi. C. de iud.
& Alea. in l. fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & Iaſ. eo. ti. l. ſi ab ar
bitro. col. ij. uer. vj. & ultimo. & Ioã. Bap. de S. Seueri. in tract. de
debitot. fug. in vj. q. princ. & allegando alias deciſ. hoc idem fir-
mat Dec. afferens hanc ſniam eſſe magis cõem. ꝯſ. lxxv. Et pro te
nui. col. ij. uer. iiij. hoc deducitur. quamuis Iaſ. in oppoſitum ali-
2 qua deducat, in d. l. ſi ab arbitro. col. iij. nu. viij. & ia. † Verũ qm̃
prædictis obſtare vr̃ ſtatutum diſponẽs iuſm ſufficere ad facien
dum committi citationem, & ſucceſsiue capturam, ut pec Alea.
ꝯſi. aix. uiſo proceſſu, uol. iij. & Iaſ. in d. l. ſi ab arbirro. n. ix. & in
caſu pręſenti, creditor ipſe iurauit Titium pro ſuſpecto, com-
miſsio prędictę capturę & citationis ſatis vr̃ iuſtè proceſsiſſe.
3 ¶ † Tamen hoc non obſtante aduertendũ eſt, qualiter tale iuſm
fuerit præſtitum. Si enim Sempronius ipſe creditor ea ſcipſo iu-
rauit, iudice aliter iuſm nõ deferente, illud nullam faceret fidẽ,
& nullius eſſet roboris, ut hr̃ in l. iij. in prin. §. fi. & ĩ l. uideamus.
§ deferre. ff. de iureiur. & ibi not. Bal. & alij, ut ẽr facit Io. And.
in c. ultra tertiam. uerſi. præſtitum. ex̃ de teſti. & in proprijs ter-
minis noſtris, iſtud firmat Io. Bapt. de S. Seueri. in d. trac. in vj. q.
4 princ. col. mihi. vij. uerſi. itẽ aducere ꝙ ſi in his. † Prout & ſecun-
do ceſſabit obiectio, quia licet uirtute ſtatuti creditore iurante
mõ quo. ſ. potuerit committi citatio & captura, tñ poſt prædicta
oportet creditorem iuſtificare ſuſpitionẽ & illam ꝯfirmare per
apertiſsimas probationes alias & citatio, & captura redderent
nullę & iniuſtę ut tenet Imo. & alij in l. ij in prin. col. fi. ff. ſolut.
ma. & Lud. Roma. in d. l. ſi fideiuſſor. §. fi. & in proprijs terminis
Alea. d. ꝯſi. aia. col. j uerſi. & Ang. citans ad hoc Ang. in l. nemo
carcerem. C. de exacto. & tribu. lib. x. Et adducens rõnem ſatis
ꝯcludentem, nam licet ſtatutum prouiſionem fecerit circa com
miſsionem capturę, nõ propterea vr̃ prouidiſſe per ſolum iuſm
iuſtificationem ipſius, ꝯſr erit iuſtificãda per alias probationes
requiſitas a iure communi, ſm quod ſtatutũ iſto caſu debet in-
telligi & interpretari, iuribus ibidem per eum allegatis, quem re
fert & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi ab arbitro. col. pe. nu. ix. & idem con
cludit Io. Bapt. de S. Seueri. in d. trac. in vj. q. prine. col. mihi. vj.
uerſi. quoad ſecũdam qualiter iudici &c. Et quia in caſu noſtro
Sempronius creditor, nullo modo poterit iuſtificare dictam ca-
5 pturam merito Titius ipſe relaxandus uenit. † Poſtquam enim
ipſe Titius ſe obligauit dicto Sempronio auait ſuas facultates,
creditum & fidem, ꝯditionem, & famam, apud mercatores, & di
uerſis in nundinis. & quamplures merces Bononiam attulit, in
qua ipſe & creditor Sẽpronius moram trahunt, & in nullo poſt
dictam obligationem ꝯditionem ſuã deteriorauit, quibus ſtan-
tibus tanquam ſuſpectus minime capi potuit, cum poſt ꝯctam
obligationem nihil noui tendentis ad deteriorationem ſuperua
nerit, & dictus Sempronius creditor tempore dictæ obligatio-
nis approbauerit eius perſonam, ut tradit Bar. per illũ tex. in l. ſi
creditores. ff. de priuileg. cred. & notabiliter firmat Ang. in d. l. ſi
ab arbitro. probans practicam aduocatorum faciẽtium capere
debitorem pro ſuſpecto, & demum non probantiũ, ꝙ poſt obli
gationem mutauit ꝯditionẽ ſuam, & dicit talem capturam non
ualere, & ꝙ propter hoc fecit deſtruere mille capturas debitorũ
& idem ſequitur ipſe Ang. in d. l. nemo carcerem. & Imo. in d. l.
ij. in prin. & pulchre Alex. in d. ꝯſi. aia. col. j. in fine. uerſi. non ob
ſtat ẽt. & uerſi. ꝓterea dictus Petrus. & Io. Bap. de S. Seue. ĩ d. tra.
in vj. q. col. j. & ij. & Iaſ. in d. l. ſi ab arbitro. col. ij. nu. iij. uerſi. ter
tio nota. & poſtremo hoc idem ſequitur Deci. d. ꝯſi. laav. col. ij.
in prin. uerſi. tertio quia ad hoc. & Fel. in c. ſignificauerunt, col.
6 pe. nu. xxa. uerſi. limita ẽt. ex̃ de iudic. † Ad quod ẽt, nã ut debi
tor tanquam fugitiuus & ſuſpectus poſsit capi, multa requirun-
tur & neceſſario cõcurrere debent enumerata poſt alios docto
res per eos citatos, & per Io. Baptiſtam de S. Seue. in d. tra. in vj.
q. princi. & per Iaſ. in d. l. ſi ab arbitro. col. ij. num. iij. quæ in caſu
præſenti, & occurrenti captura minimè concurrunt, ut apertiſsi
mè conſtat ex actis præſentis cauſæ, & ea lectura requiſitorum
enumeratorum poſt alios per Io. Bap. & Iaſ. ubi ſupra, ꝯſr captu
ta prædicta tanquam minimè iuſtificata, uenit declaranda nul-
7 la, & Titius ipſe omnino eſt relaxandus. † Nec obſtabit ꝙ poſt
citationem, & capturam ſuperuenit, & ceſsit dies prædictæ obli
gationis & ſolutionis, & ꝯſr ꝙ poterit iuſte carcerari, & in car-
ceribus recõmendari, quoniam iſta non impediunt relaxationẽ
& reſtitutionem ad priſtinam libertatem, qua fuit ſpoliatus Pri
mitus enim declarandum erit dictas citationem, & capturã fuiſ-
ſe nullas, tanquam indebite & minus iuſte factas, & primitus re
laxandus eſt ſuæ libertati, quo facto poſtmodum, ſm iuris ordi-
nem poterit ꝯ ipſum procedi, ut ſoluat, & in præſenti ſuper alio
non inſtatur niſi ſuper declaratione dictarum nullitatum & ut
reſtituatur priſtinæ libertati, & propter ſuperius deducta omni
no relaxandus, primo eſt, cum talis captura ab initio fuerit nul-
la, ut eſt optima deciſio Bart. allegantis iura in l. quarundam. §.
omnia. ff. de acqui. rerum domi. & Alex. ibi concord. adducit, &
in terminis proprie noſtris tradit Roma. conſi. ccxlij. Spectabi-
les domini. col. ij. quem refert & ſequitur Dec. d. ꝯſi. lxxv. col. ij.
uer. & ideo cum iſto caſu, & eſt aperta deciſ. Ang. in d. l. ſi ab ar-
bitro, & ibi Iaſ. col. ij. nu. iij. concor. adducit, ut ad plenum etiam
facit ipſe Io. Bap de S. Seuerino in d. trac. in vj. q. print. col pe. &
8 firmat Alea. in d. ꝯſi. xix. † Quamuis enim ante diem obligatio-
nis debitor ſuſpectus poſsit capi, ſm glo. in uer. intereſt. iuncto
tex. in l. quæſitum. ff. de pig. & per Iaſ. allegantem ꝯcor. in d. l. ſi
ab arbitro, nu. vij. tamen ſuſpitio illa, & captura neceſſario eſt iu
ſtificanda, ut deduximus ex alijs, quam per euentum diei appo-
ſiti in obligatione, & ſi iuſtificari non põt, ut eſt in caſu pręſen-
ti, declaranda erit nulla, & carceratus reſtituendus eſt priſtinæ
libertati, & licet ſuperueniat dies ſolutionis & obligationis, nõ
propterea relaxatio debet impediri, ſm doctri. Bar. Ang. & alio
rum ſuperius citatorum, ex quibus concluditur ipſum Titium
omnino eſſe relaxandum, & priſtinæ ſuæ libertati qua fuit ſpo-
liatus reſtituendum.

Pariſius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum plenè probat.*
2 *Datio inſolutum ſimilis eſt uenditioni.*
3 *Hipoteca conſtituitur, ſi debitor eſt in poſſeſsione rei iudicatæ, uel illa eſt in bonis ipſius.*
4 *Data inſtrumenti, probat prioritatem.*
5 *Mulier in dote habens expreſſam hypothecam poſteriorem, præfertur anteriori habenti tacitam.*
6 *Non tamen præfertur anterioribus habentibus expreſſam.*
7 *Et ſi a anterior expreſſa, præfertur poſteriori, quamuis illi fuerit tradita res.*
8 *Præfertur etiam nedum pro ſorte principali, ſed adhuc pro uſuris.*
9 *Referens non probat, niſi exhibeatur relatum.*
10 *Res inter alios acta, tertio non nocet.*
11 *Creditor præiudicat ſibi recipiendo alium debitorem.*
12 *Hipoteca tollitur per nouationem.*
13 *Habens hipotecam, & ſi poſterior creditor ſit, tamen præfertur anteriori habenti perſonalem tantum.*
14 *Et præfertur tam in agendo, quam in excipiendo, quàm etiam replicando.*
15 *Dos confeſſata habet ſuſpitionem, nec præiudicat ſemper ueris creditoribus.*
16 *Hipoteca expreſſa pro dote, incipit a die promiſsionis, non autem a die ſolutionis.*
17 *Et trahitur retro ad tempus promiſsionis.*
18 *Hipoteca expreſſa & anterior, etiam ſub conditione facta, præfertur poſteriori puræ.*
19 *Pactum de ingrediendo rem hipotecam, mandatur executioni, quando debitum eſt liquidum.*
20 *Fratres tenentur dotare ſororem pro hæreditarijs portionibus.*
21 *Non fit executio aduerſus promittentes pro alijs, niſi illi pro quibus promiſſum ſunt ſint prius excuſsi.*
22 *Creditor non mittitur in poſſeſsione rei hipotecatæ, ſi debitor nõ eſt in mora.*
23 *Per abſolutionem tollitur obligatio & hipoteca.*
24 *Fallit niſi ſit facta ſub conditione, & cum reſeruatione, & ſeq. Ablatiui abſoluti important conditionem.*
25 *Verba cum effectu intelligenda ſunt.*
26 *Reſeruatio conſeruat ius reſeruanti. Proteſtatio idem operatur.*

CONSI-

CONSILIVM CII.

NON agitatur in pſenti, an Iuliano & Sancto, ſit cõ
cedenda dilatio quinquennalis, uel an admitti de-
beant ad beneficiũ ceſsionis, ut ex aduerſo inſta-
tur. † Nam iſti Hebræi hęredes quondã magiſtri An-
1 geli, ptendunt eis fuiſſe aſsignatã pro eorũ credito inſolutum &
titulo pro ſoluto, domũ de qua in pſenti uertiť ↄtrouerſia, uti ↄ-
ſtat per publica documẽta, efficaciſsimã & ↄcludentẽ probatio-
nẽ inducẽtia. l. cũ pcibus. C. de proba. c. licet cãm. ex̃ eodẽ com-
ↄcor. † Et talis datio inſolutũ ſimilis fuit uẽditioni. l. elegãter. in
2 prin. ff. de pig. act. & ibi Pau. de Ca. & facit. l. litis. ff. pro empt. &.
l. ſi pdiu. in fi. C. de euict. & l. fi. C. ex quib. cau. in poſſeſ. eatur. So
lũ igitur inſtandũ erit an ſuper dicta domo ipſi Hębrei habeãt
potiora iura, illis q̃ habere ſuper ea ptendũt dña Barbara, & do.
Bartholomea, inter iſtas nãq; perſonas, & Hębreos, diſceptandũ
eſt, q̃ ipſarũ habeat priora & potiora iura, ſuper domo pdicta, &.
quatenus ipſa dña Barbara inſtat præferri pro dotibus ſuis lib.
ccccc. ipſius noie ſolutarũ per Bartholomęũ de Zannitis eius pa
truũ dictis Iuliano & Sancto, dr̃ minime Hebreis ipſis eſſe pfe-
rendã, qm̃ priora iura & anteriora habuere & habẽt, ut eſt uide-
re ex inſtro publico celebrato die. viij. Februa. de ann. 1534. In
quo d. Iulianus & Sãctus, & d. Benedicta ipſorũ mr̃ expreſſe de-
bitores ſe ↄſtituerũt dictorũ Hebreorũ inſolidũ & principaliter
pro lib. cccxcviij. expreſſe obligãtes oĩa ipſorũ bona, & cũ ſpãli
& expreſſa hypoteca, & pacto pignorũ in forma cameræ &c. &
ſucceſsiue pdicti per aliud inſtrm publicũ, & cũ ſimili obligatio
ne & hypoteca, ſeipſos debitores ↄſtituere dictorũ Hebreorũ in
3 lib. alijs. cij. quę ſimul collectę, ſummã lib. cccc. ↄſtituunt. † Et
q̃ cõſtitutio hypotecę & pignoris ſatis fuit ualida & firma, cum
tunc tpis ipſi Iulianus, Sãctus, & Benedicta poſsiderẽt domũ p-
dictã, & eſſet in bonis ipſorũ ad not. per Cy. & Bal. Bar. & alios
in l. cũ res. C. ſi al. res pig. da. ſit, & diffuſe tradit in deciſ. ↄſ. Nea.
xl. Caſus eſt. & cccLxxxiij. Licet hodie. Inſtrm aũt aſſertarũ dotiũ
dñę Barbaræ, & obligatio hypothecę & pignorũ celebratũ oſtẽ
ditur eodẽ an. 1534. die. vij. mẽſis Maij, & ↄñt poſt creditum &
4 hypotecã ipſorũ Hebreorũ. † Et ↄſideratis datis ipſorũ inſtrorũ,
iuxta tradita per Bar. in extrauag. qui ſint rebel. Io. And. & alios
in calce libri ſexti Hebræi ipſi reperiunť anteriores tpe, & habẽ
tes hypotecã expſſam, ↄñr illa, & ipſi pferẽdi ueniũt hypotecæ.
5 d. Barbaræ poſteriori. † Licet. n. mulier habẽs expreſſam hypote
cã pro dote pferať alijs anterioribus habentibus tacitã, iuxta. l.
aſsiduis. C. qui potio. in pig. hab & diffuſe per oẽs in l. j. ff. ſo. ma.
6 † Tñ nõ pfertur anterioribus habẽtibus expſſam, max. in rebus
ante q̃ſitis per debitorẽ, ſm glo. ord. in d. l. aſsiduis. uolentẽ iſto
caſu pferri anteriorẽ, & quã gl. cõiter ſequunť ibi Bar. Bal. Aug.
Saly. & alij, Aret. & alij in. §. fuerat. inſt. de act. ſuper glo. in uer.
creditorib. & per Cor. ↄſi. clxxxij. col. pe. uol. j. & diffuſe proſe-
quitur poſt alios Iaſo. in ij. lectu. in prin. col ij. in d. l. j. ſol. ma. &
plenè proſequunť Moder. in trac. de pig. & hypo. in ij. par. in iiij.
mẽbro. q. ix. uer. ſed dubitať. fol. xv. col. ij. iij. & iiij. nu. cx. & alijs
ſeq. q b. i locis rñdet obiectiõib. adductis p alios tenẽtes ↄtrũ,
& firmať ab iſta tãquam cõi opi. nõ eſſe recedẽdũ iudicãdo, nec
7 ↄſulẽdo. † Et iſta hypoteca anterior & expreſſa pferẽda uenit
poſteriori, ẽt ſi domus ipſa fuiſſet tradita. d. Barbaræ. l. ſi potior.
8 §. fi. ff. qui potio. in pig. ha. † Et nedũ pro ſorte principali eſt præ-
ferenda, ſed ẽt in uſuris in quibus ẽt pfertur prior tpe. l. Lucius.
ff. qui poti. in pig. hab. ubi gl. Bar. & alij illud firmant, nec dicať
hypotecã Hebręorũ eſſe anteriorẽ quo ad lib. cccxcviij. de qui-
bus loquiť primũ inſtrm, nõ aũt erit anterior quo ad alias li. cij.
de quibus loquiť ſm inſtrm celebratũ die. xij. Iulij. 1535. & ſic
poſt inſtrm dotale ipſius. d. Barbarę q̃ reperiť anterior, quo ad
iſtã ſummã, nã obiectio euacuatur per aliud inſtrm dotale lõge
anterius. d. Benedictę principalis debitricis, q̃ pro dotibus ſuis
per prius domũ ipſam habebat hypotecatã & ius ſuũ potuit trãſ
ferre, ut trãſtulit in dictos Hebręos, qui pro. d. ſumma dotali ip
ſius. d. Benedictę adhuc reperiuntur anteriores ipſi. d. Barbaræ,
& ſic locũ ſibi uẽdicãt ſuperius adducta. Pręterea aduertendum
erit, qm̃ dos. d. Barbarę nõ apparet tradita, nec ſoluta, niſi pro.
lib. l. tñ, de quibus ↄſtat per inſtrm exhibitũ, illę. n. lib. ccl. quas
Bartholomęus eius patruus, dicit mutuaſſe Iuliano, ſ. Anton. &
Matthæo hucuſq; nõ apparent ſolutæ, & de illis nihil uere ↄſtat.
9 † Et quamuis in iſto inſtro referatur aliud inſtrm. d. mutui, tñ
iſtud referens nihil probat, niſi relatũ exhibeatur, ad diffuſe tra-
dita per oẽs allegantes alias ↄcut. in auth. ſi quis in aliquo docu
mento. C. de edẽ. & adiudicatio facta de dictis lib. ccl. in fauo-
rem Bartholomęi ↄ Ant. ſuſcipientẽ onus ſoluendi illas, nihil fa
cit ↄ Hebręos, q̃ inimo auget ius ipſorũ, ut Ant. pro dicta ſum-
ma teneatur, & ipſius bona ſint obligata q̃ penitus ſeparata ſunt
a domo & partibus ipſius de quibus pręſens uertitur ↄtrouerſia.
10 l. Et res inter alios acta, nihil habet nocere iſtis ſm iura cõia &
11 uulgaria & plene in l. ſæpe. ff. de re iudi. † Et per dictã adiudica-
tionẽ receptam, a d. Bartholomęo iam receſſum vr̃ a ſuo primę-
uo credito qđ habebat ↄ alios fratres do. Ant. ad not. in l. ij. & in
12 l. ſi creditores, ubi ↄcor. adducuntur. C. de pact. † Et q̃libet hypo
teca, quam habebat ↄ illos, vr̃ fuiſſe nouata. l. nouatiõe. ff. de no
13 ua. l. ſolutũ. in prin. ff. de pig. act. † Eo ẽt quia nõ apparet, q̃ pp
tale mutuum haberet hypotecã, licet. n. quo ad perſonalẽ actio
nẽ eſſet anterior, non propterea illa perſonalis pręferẽda eſt iſti
hypotecarię poſteriori, ſi enim unus creditor, prius ↄxit ſuũ cre
ditum ſine hypoteca, tñ alius poſtea ↄhens cũ hypoteca pferen-
dus eſt, quia iſta prioritas hypotecę uenit attendenda & pferen-
da actioni perſonali anteriori. l. creditor. l. ſi primus. ff. qui poti.
in pig. hab. & ibi Bart. & alij not. ut ẽt colligitur per eundem, &
14 alios in l. j. in figuratione caſus. ff. ſol. mat. † Et procedit iſtud nõ
ſolum agẽdo uerum ẽt excipiẽdo, & replicando per d. l. creditor
qui prior. & ex iſtis tollitur alia quantitas lib. cl. quas do. Barth.
aſſerit ſe mutuaſſe do. Iuliano, & Sãcto, nã illę minime debẽt at-
tendi rõnibus, & iuribus, pauloante adductis, maxime cũ de illis
nihil ↄſtet pariter & lib. l. ut dr̃ ſolutę dictis Iulio, & Sancto per
manus Bernardini de deſiderijs, & ſociorũ, nam aſſertũ mutuũ
nullam ↄtinet obligationẽ bonorum, ſed ſolum anteriorem per
ſonalẽ, cui pręferẽda uenit expreſſa hypotheca Hebręorũ ẽt po
15 ſterior, ut diximus. † Et iſtę ↄfeſsiones factæ per dom. Iulianũ,
& Sanctũ minime carent ſuſpitione nec piudicare habent ipſis
Hebręis, ut tertijs, & ueris creditoribus ſm glo. & docto. in d. l.
aſsiduis. in uerſi. datæ, & toto ferè titulo de don. cau. non. num.
& in lege ſi cui. C. de nõ nu. pe. & per Fel. in c. ſi cautio. de fi. in-
ſtru. diffuſe per Soci. & Bulgar. in l. j. ff. ſol. mat. poſt Bal. nouel.
trac. de dot. per eos citatum, & Ang. Areti. & Moder. in d. §. fue
rat. dos igitur uero dictę do. Barbaræ, fuit in libr. l. cui quantita
ti pręferenda eſt dos ipſiuãdo. Benedictę, & creditum anterius
cum hypoteca expreſſa, & pignorum obligatione ipſorum He-
bræorum, circa uero iura. d. Batt. ſororia dictorũ Iulij, & Sãctis,
ſi ↄſideramus inſtrm dotis promiſſę per eoſdẽ Io. Petro marito
dñę Bartholomeę, vr̃ illud eſſe anterius quam inſtrm crediti ip
ſorum Hebręorum, cum illud fuerit celebratum. xxix. menſis
Octob. de an. 1533. & quia ↄtinet expreſſam hypotecam, & an-
teriorem in iuribus ſuis, pręferenda vr̃ ipſis Hebræis, per ea quę
16 fuere dicta ſuperius. † Et quia iſta hypotheca expreſſa pro dote
incipit a die promiſsionis ipſius & nõ a tpe dotis datę, ut plene
proſequitur Alex. poſt alios, in l. ſi conſtante. §. j. ff. ſolu. matr. &
per Moder. in tracta. de pigno. & hypo. in ij. par. in iiij. memb. q.
17 iij. fol. xiij. col. iij. & iiij. nu. lxxxij. & alijs ſeq. † Volẽtes poſt alios
per eos citatos hanc expreſſam hypotecam retrotrahi ad tem-
pus promiſsionis ſm Bar. & alios antiq. in d. l. aſsiduis. & Saly.
ibi cum alijs adductis in d. trac. nu. lxxxvij. fol. ſuperius citato.
18 † Et quamuis iſta hypoteca uideatur continuiſſe conditionem
futurarum nuptiarum, tamen præferenda uidetur poſteriori ip
ſorum Hebræorum continenti hypotecam puram per. l. qui bal
neum. §. j. & l. potior. §. j. ff. qui potio. in pign. hab. cum pluribus
alijs collectis per Modern. in d. tracta. de pignor. & hypo. in v.
19 par. in ij. memb. fol. xxxvj. col. ij. nu. xvij. † Et quia adeſt pactum
de ingrediendo domum pignoratam, & creditum dictæ dotis
eſt liquidum in fauorem. d. Bartholomeæ, exequi debet, ſecun-
dum Bar. & alios in l. iij. in iij. q. C. de pig. & Saly. ibi. q. xj. & So-
cin. conſi. lxxxij. Super quæſtionibus. col. pen. uerſi. quinta con-
cluſio. uol. iij. aduertendum tamen eſt circa prædicta quoniam
dos ante dicta libr. ccc. promiſſa marito. d. Bartholomeæ appa-
ret paſsiuè ſtipulata non ſolum a Iulio & Sancto, ſed etiam ab
Antonio & Matthęo fratribus ipſius Bartholomeæ, ad quos om-
nes ſpectabat onus uiriliter eam dotandi, conſequenter partem
dictæ dotis ſoluere debet Antonius & aliam partem Matthęus,
20 quorum nomine. d. Iulianus & Sanctus eam promiſerunt. † Et
quia Matthæus & Antonius, iam ſoluendo ſunt & ab ipſis. d.
Bartholomæa conſequi poteſt medietatem dictæ dotis, cum ad
eos ſpectaret tale onus dotandi iuxta tradita per Bar. in. & alios,
in l. j. ff. ſol. mat. & in l. pro hæreditarijs. C. de hær. act. & l. j. C. ſi
21 cert. pet. † Et quamuis Iulianus & Sanctus, dicto nomine eam
promiſerint inſolidum tamen nulla facta adhuc excuſsione con
tra ipſos Antonium & Matthæum, talis promiſsio non poteſt
exequi

exequi contra prædictos promittentes,reſpectu dictarum por-
tionum,ad nota.in auth.præſente, & in corpore unde ſumitur.
C.de fideiuſſ.& diffuſe per omnes ſcrib.in l.ſi conſtante.in prin.
ff.ſol.mat.cum alijs collectis per Mod.in d.trac.de pig.& hypo.
22 in viij.par.fol.lxij.nu.xiiij.& ſeq. † Prout etiam qm̄.d.Iulianus
& Sanctus,ipſam dotem promiſerunt,non ſimpliciter, ſed ad tō
pus quod hucuſque minime uenit nec decurſum apparet ꝓ̄ür nō
poſſunt dici moroſi,nec conſtituti in mora, & ceſſante mora de-
bitoris,creditor non poteſt petere ſe mitti in poſſeſ. rei hypote-
catę,ſm̄ Sal.in d.l.creditores.C.de pig.q.aij. & qū maturabitur
tēpus dictæ ſolutionis dotis poſſet uti ſua hypoteca dicta Bar-
tholomæa,pro lib.cl.tangentibus Iulianum & Sanctum,in qui-
bus etiam præferendi ueniunt dicti Hebræi pro ſumma dotium
d.Benedictę habentis hypotecam iam anteriorē & expreſſam,
eo magis qm̄ adſunt alia bona,iam deſcripta prædictorum Iulia
ni & Sancti ſuper quibus integre pro alia ſumma reſtante dotis
prædictæ tangentis Iulianum & Sanctū integrè poterit ſatisfie-
ri dictæ Barbaræ & ius ſuum reſpectu portionum tangentium
Iulianum & Sanctum,erit ſaluum & minime diminutum, ꝓ̄ür ip
ſa non debet eſſe impedimento,quo minus dicti Hebræi conſe-
quantur executionem realem ſuorum inſtrumentorum & hypo
tecarum, a quorum iuribus minime ſunt excluſi dum per aduer
ſantes dr̄ ipſos in ſecundo inſtrumento celebrato, die.xij.Iulij.
23 1555.liberaſſe † & abſoluiſſe dictos Iulianum Sanctum & Be-
nedictam a credito ipſis Hebræis debito, & de quo in alio in-
ſtrumento,& de omnibus in eo contentis,mediante dicta inſo-
lutum datione domus prædictę ad not.inſtit.quib.mo.tol.obli.
24 in prin.cum concor.† Nam talis abſolutio non fuit facta ſimpli
citer ſed ſub conditione quatenus realiter & cum effectu fuiſ-
ſent ſolutę ipſis Hebræis dictę li. 500.ut eſt uidere ex illis uerb.
quibus ſolutis.poſitis in ablatiuo abſoluto,& importantibus cō
ditionem.l.a teſtatore.ff.de condi. & demon.l.euictis.ff.de uſu.
25 ſeu ſuctu.ff.de euic.& per Moder.in rub.ff.ſol.ma.† Et quæ uer-
ba intelligenda ſunt cū effectu.l.j.§.hæc autem.ff.quod quiſque
26 in l.ij.C.commu.de leg.& fideicom.† Eo etiam qm̄ talis abſolu
tio facta fuit firmis manentibus ſuperius dictis, & ſic cum reſer
uatione, quæ conſeruat ius reſeruanti. c. cum uenerabilis. circa
ſi.extra de exc.cum alijs traditis in materia proteſtationis con-
ſeruatorię, per Barto.& ſcrib.in l.non ſolum.§.morte.ff.de ope.
no.nun.& per Can.in c.cum.M.Ferrar.de conſtitu.& in c.ſoli-
citudinem.in ſi.de appel. Pariſius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *An & quando creditor habens generalem & ſpecialem hypotecā, poſſit uti generali non facta diſcuſſione ſuper ſpeciali & per totū.*
Intellectus l. ſecunda.C.de pignor.& aliqui ſeq.
Creditor poteſt uti generali hypoteca, uirtute primi inſtrumenti, in quo non adeſt ſpecialis.
Eſto quòd in ſecundo inſtrumento etiam conſtituatur ſpecialis.
Quando in ſecundo cautum eſt,quòd per illud non derogetur primo.
2 *Reſeruatio uerium ſuum operatur.*
3 *Inſtrumentum factum ſecundum formam cameræ, quem effectum producat.*
4 *L.ij.C.de pigno.eſt exorbitans & correctoria, & non extendenda.*
5 *Et procedit quando adeſt ſecundus creditor,cui fuit conſtituta hypoteca.*
6 *Exceptio diſcuſſionis eſt dilatoria.*
8 *Excuſſio ceſſat quando debitor conſtituit ſe nomine creditoris poſſidere bona hypotecata.*
9 *Ceſſat etiam quando non adſunt ſpecialiter hypotecata.*
Excuſſio fieri poteſt pendente iudicio contra tertium poſſeſſorem,& numer. 11.
10 *Confeſſio ſuperat omnes alias probationes.*
11 *Secunda hypoteca non præiudicat primæ.*
12 *Non debet conceſſio fieri ſuper re in qua adeſt controuerſia.*

CONSILIVM CIII.

AD reſolutionem Dubitationis datę de.l.ij.C.de pi-
1 gno. † cum ibi nota.per gl.& docto.primo reſpon
detur, & dicitur illam non obſtare illis agentibus
contra magiſtrum Lucam tertium poſſeſſorem,cō
ſiderato tenore primi inſtrumenti in quo Bernardus fuit conſti
tutus debitor Io. Baptiſtæ in quo inſtrumento ſolum adeſt ge-
neralis hypoteca bonorum.d. Bernardi,& nulla res ipſius in ſpe
cie fuit hypotecata ipſi Ioan.Baptiſtæ, quo caſu uerſamur extra
2 terminos.d.l.ij.quæ minimè procedit in iſtis terminis. Nec illi
primo inſtrumento dici poteſt fuiſſe derogatum per aliud ſecun
dum,quoniam expreſſe in d. ſecundo inſtrumento adeſt clauſu-
la ut per illud non præſumatur derogatum & aliquid innouatū
primo,& ꝯtentis in eo,& expreſſe in ſecundo continetur,ꝙ om
nia contenta in primo inſtrumento debeant permanere ualida
& firma,quo fit ut ipſis actoribus ius competens ex primo remā
ſerit ſaluum & in aliquo minime innouatur ad nota.in c.cum ue
nerabilis circa ſi.extra de excep.per Bart.& alios in l. non ſolū.
§.morte.ff.de oper.nou.nunc.& per Cano. in c. cum M.Ferrar.
3 de conſti.& in c.ſolicitudinem.† Secundo dicitur dubitationem
ceſſare conſideratis clauſulis appoſitis in ſecundo inſtrumento,
quod celebratum fuit in ampla forma cameræ,quæ forma inter
alia iſtud continet in ſe remedium ut creditor ipſe ſuo arbitrio
poſsit eligere uiam quam uelit,& agere tam ad bona ſpecialiter
obligata quam ad bona hypotecata generaliter, ita ut una ele-
cta non præiudicetur alteri, & ab initio creditori datur facultas
apprehendendi remedium generalis hypotecæ omiſſa ſpeciali.
4 Quo caſu ceſſabit penitus diſpoſitio. l. j.quæ eſt exorbitans li-
mitatiua & correctiua iuris communis, & minime extendenda
ut plene proſequuntur allegantes iura Socin.conſi. lxxv. primo
aſpectu,colum.fin.uolumin.iiij. quod eſt duplicatum in ij.uol.
5 conſi.cxcviij.& Cor.conſi.ccxlvj licet,col.pen.uol.j.† Tertia du
bitatio ceſſat conſideratis dictis in illa, nam.d.l.ij.procedit,qn̄
poſteriori,& ſecundo creditori facta & conſtituta fuit hypothe
ca quæ in caſu præſenti minime oſtenditur conſtituta ſecundo
creditori nedum ſpecialis uerum,nec generalis,poſt hipotecam
enim conſtitutam Io.Baptiſtę per Bernardum debitorem nul-
lus alius oſtenditur ſecundus creditor, cui ipſe Bernardus con-
ſtituerit generalem ſeu ſpecialem hypotecam , quo caſu ſumus
extra terminos. d. l. ij. loquentis de ſecundo creditore, cui fuit
conſtituta hypoteca ut ad plenum proſequitur Soc. in d. conſi.
6 ſuperius citatis, & fatetur.d auditor in dubitationibus parti a-
ctrici aſsignatis. † Quarto exceptio iſta diſcuſsionis quæ ſolet
opponi per tertium poſſeſſorem dilatoria eſt , & opponi debet
ab initio ſm̄ Cy.Bal.& alios in l. exceptionem.C.de prob. Bar.
in l.iij.uerſi.quarto quid.ff.de except.Alex.cōſi. lxxiij.col.j.uol.
7 vj.& conſi.xxix.clariſsime,nu. xxviij. uol.vij.† Præpollere igitur
in præſentiarum opponitur,Cum actores fuerint aſſociati,& ap
prehendiderint tenutam & poſſeſsionem bonorum generaliter
hypotecatorum & quæ tenuta iam in rem iudicatam tranſiuit.
quo fit ut ulterius aſſerta exceptio diſcuſsionis hypotecę ſpālis
8 minime opponi poſsit. † Quæ inſuper ex eo ceſſat,nam in d.in-
ſtrumento debitor hypotecata bona conſtituit ſe poſsidere pro
creditore qui agere poteſt contra quoſcunque tertios poſſeſſo-
res nulla facta excuſsione bonorum debitoris principalis, ſm̄
Iac.But.in auth.hoc ſi debitor.C.de pig.quem ſequuntur Ang.
Imo.& Alex.in l.exitus col.fin.ff.de acqui.poſ. & Cor. conſi.lv.
niſi,uol.iij.Arc.& Ia.inſt.de actio. §. item ſi quis in fraudē.col.
9 xxv.Alex.in l.ſępe.ff.de re iud.col.xxx.uerſi.ſecundario.† Præte
rea ſpecialis hypoteca illarum rerum quæ dicebātur eſſe penes
illū Hebręū Anconitanū iam penitus euanuit , tum quia mini-
me expreſſę fuere nec nominatæ res ipſę,ſed ſolum ad illas facta
relatio & quæ res ut partes ipſę fuere confeſſę , iā per prius erāt
hypotecatę,& impignoratæ d. Hebręo cuius ius erat primæuū,
nec tolli & ſubuerti potuit per illam ſecundam hypotecam,lici-
tum igitur fuit iudeo primo creditori dictas res uendere , & de
10 precio ſibi ſatisfieri,prout ſatisfactū fuit.† Et ipſemet Hebręus
iuramento adhibito confeſſus eſt, qua confeſsione nulla maior
dari poteſt probatio,ſm̄ glo.& doc.in l.cū te.C.de tranſ.& per
11 Mod.in rub.extra de prob.† Et pēdente iudicio ꝓ tertium poſ-
ſeſſorem potuit huiuſmodi probatio fieri,per quam conſtat ex-
cuſsionem illius hypotecę ſpecialis eſſe factam ꝓ̄ür iure permit
tente deuentum fuit ad remedium generalis hypotecæ ut tradit
Alex.citando iura & deciſ.in d.l.exitus,nu.v.vj.& in l.ſi.in prin,
nu.xix.& Dec.ibi num.xxx.ff.ſi cer.pet.& idem Alexand.conſi.
12 cxiiij.uiſo,nu.x.uol.vj.cum ſim.† Et quia ſuper dictis rebus pi-
gnoratis iudęo iam aderat controuerſia,quo caſu bona illa non
ueniebant excutienda ut tradit Ang.in authen. de fideiuſſor.§.
ſed neque in ſi.& iuxta nota.per docto.per illum tex.in l.a diuo
pio.§.ſed & illud.ff.de re iu,quibus conſideratis concluditur dubi
tationem datam prorſus ceſſare, & licitum fuiſſe & eſſe ipſis a-
ctoribus uti remedio generalis hypotecæ , quo iam uſi fuere.
Pariſius Bononiæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor qui temere litigauit cum tão cui fideiuſſit, & ſuccubuit fuitque ad expenſas condemnatus non poterit illas a reo principali pro quo fideiuſſit repetere, & nu. 2. & ſeq.*
Fideiuſſor debet ſoluere, & non litigare temerè, & nu. 4.
5 *Nec debet tranſgredi fines mandati.*
4 *Fideiuſſor dicitur mandatum habere ad ſoluendum nõ ad litigandũ.*
6 *Et quod ſoluit poteſt repetere a ſuo reo principali.*
7 *In nulla enim eſt culpa ſi ſoluit.*
8 *Fideiuſſor ſi non habet unde ſoluat poterit ſoluere de bonis debitoris pro quo fideiuſſor extitit.*
9 *Et damnum quod ſui culpa paſſus eſt repetere non poteſt.*
10 *Proteſtatio ſolum conſeruat ius, non autem dat nouum.*
11 *Promiſſio indemnitatis non præſtat occaſionem temere litigandi.*
12 *Nam in ea ueniunt alia non iſtud.*
In fideiuſſione ueniunt damna & intereſſe uerum.
13 *Qui plus petit eſt ad expenſas condemnandus.*
14 *Et qui plus debito conuenitur poteſt negare totum.*
15 *Nec tenetur offerre partem ad quam uerus eſt debitor.*
16 *Litis conteſtat o facta cum illa clauſula nego narrata, &c. in multis operatur.*

CONSILIVM CIIII.

AD corroborationem & comprobationẽ eorum q̃ ſuperius dñr, & ↄcluduntur bene facit tex. in l. exceptione. ff. de fideiuſſ. ubi ꝓprie in terminis iſtis trx
1 ctatur an qñ fideiuſſor. † qui litigauit & ſuccubuit poſſit & ualeat repetere & ↄſequi expenſas, & ſũptus litis quas fecit litigando, & ibi ↄcluditur q̃ non poterit illas repetere ſi fuit in culpa, & ꝑ ꝑ illã damnatus extitit & ſequuntur hoc ibidẽ Bar.
2 Pau. de Ca. & reliqui ſcrib. † Ad quod ẽt facit l. ẽt. C. mand. ibi, ſi tñ nihil culpa tua, & quæ traduntur in l. ſi fideiuſſor. ff. mand. cũ igitur fideiuſſor iſte proſecutus fuerit iudicium ↄ̃ principales creditores, & temere cum illis litigauerit fuit in manifeſta & aperta culpa, ꝑ ꝑ quam fuit merito ad expenſas ↄdemnatus ↄñr repe
3 tere non poterit ſumptus dictæ litis & expẽſas prædictas. † Debuit. n. ſoluere & non litigare cum iam id promiſiſſet iſtis principalibus creditoribus ut ↄſtat per inſtrm publicum in quo ipſe
4 fundamentum facit. † Vlterius debuit acquieſcere mandato ſibi facto per principalem debitorem pro quo fideiuſſit, & quod cõtinebat adueniente tempore ipſum debere ſoluere. l. indebitã.
5 ff. de condi. inde † Nec debuit tranſgredi fines dicti mandati, & temere litigando facere expenſas, & uexare principales creditores expenſis ad quas poſtmodum fuit condemnatus. l. diligẽter. ff. manda. c. cum dilecta. de reſcrip. & per Mod. in l. ſi procur. C.
6 de procu. † Et ſi ſoluiſſet & nõ litigaſſet, utique ſolutũ potuiſſet
7 repetere, cum hoc fuiſſet ſibi mandatum d. l. indeb. † Et ſoluẽdo In nulla culpa fuiſſet, ut dicit Bal. in l. ↄſtõibus. uerſic. aut ſcie-
8 bat ↄ̃ctũ C. de uſur. † Et ſi pauꝑ fuiſſet nec modũ habuiſſet ſoluẽdi iam potuiſſet ſoluere de bonis principalis debitoris, pro quo fideiuſſit, ſm Bar. in l. ſi procurator. §. ignoranter, in prin. per illum tex. ff. manda. allegantẽ tex. in auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi opo. cũ alijs allega. per Moder. repe. in rub. ff. de fi-
9 deiuſſ. fol. pen. col. ij. nu. cclxiij. q. liiij. † Et cum iſta non obſeruauerit, & ſuo temerario iudicio, litigauerit, imputandum erit ei, nec redundare id debet in damnum debitoris princ. ſeu hæredũ ipſius ad id minime mandantium. c. damnum de regu. iu. lib. vj.
10 ¶ † Nec proteſtatio per ipſum fideiuſſorem facta hæredibus dicti debitoris principalis poterit in aliquo prodeſſe eidem, etiam ſi formiter & iuridice appareret intimata facta & executa, tum quia proteſtatio ſolum conſeruat ius, quod proteſtans habet, nõ autem dat ius de nouo, ut traditur in c. ſolicitudinem de appel. & in l. ſi debitor. §. j. ff. quib. mod. pig. uel hypo. ſol. & per Bar. in l. non ſolum. §. morte. ff. de no. oper. nunc. ubi reliqui omnes tangunt maxime Moder. col. antep. & ult. nu. xlviij. & ponunt Can. in c. cum M. Ferrar. de conſti. Et pulchre dicebat And. de Iſer. in conſti. reg. Neapo. lite legitime conteſtata, col. ij. & fi. & in alia conſti. licentia Dodarium, proteſtationem ſolum conſeruare ius non autem augere illud ſeu de nouo ius dare, iſta igitur proteſtatio, non potuit dare ius de nouo proteſtandi ſed ſolum cõſeruare ius quod habebat, & quoniam circa id, nullum ius tenebat ut e deductum eſt merito dicta proteſtatio eidem in aliquo pro-
11 deſſe minime poteſt. † Nec promiſſio facta per Co. Io. Fran. debitorem principalem de conſeruando indemnem dictum fideiuſſorem ab omnibus damnis intereſſe dependen. connexis & annexis, & inde occaſionatis, poteſt dicto fideiuſſori, circa præſen
12 tem diſceptationem prodeſſe. † Nam minime inficiatur ut uire dãna & intereſſe quę ipſe paſſus fuiſſet ſine ſui culpa, ut eſt text. apertus in c. peruenit, & in ea. conſtitutus, & ibi omnes tradunt extra de fideiuſſ. & ponit Bald. in d. l. conſtitutionibus. & Barto. in d. l. exceptione, & Abb. conſi. lx. Quoniam ſatis, & conſilio. lxxxij. Cognitor omnium, in fi. & alia adducunt Mod. in repeti. d. rubricæ de fideiuſſor. nu. clxxxvj. & cxciij. q. xxiiij. & qõ. xxvj. Verum quia dictas expenſas & ſumptus litis temere fecit, & ſuã culpa, prædicta prouenere, ſub illa promiſſione indemnitatis, iſta minime comprehenduntur, cum tantum ſub ea ueniant illa, quæ ex natura contractus inſunt, & non illa quæ ſuccedunt culpa ipſius fideiuſſoris cui promiſſa eſt indemnitas, ut ſentit Bart. in d. l. exceptione. colum. fina. uerſicu. quæro dixi, & in l. ij. colu. fi. uerſicu. circa hoc dicas. ff. de iuriſd. omn. iudi. & bene faciunt
13 quæ habentur in l. fina. in princip. ff. ſi cer. peta. † Quantum uero ad expenſas factas in iudicio agitato Bonon. dicitur dictas cõuentas non debere ad eas cõdemnari quoniam aduerſarius plus debito petijt, cauſa & re, & ipſe uenit ad expenſas condemnandus, per. l. primã. C de plus peti. ubi omnes not. & per text. magis apertum in c. primo de plus pet. ubi docto. idem tradunt, ut faciunt inſt. de actio. §. plus, & licitum erat ipſis conuentis nega
14 re totum, cum plus debito fuerit petitum. † Et licet negauerint totum, & deberent partem, tamen ex quo aduerſarius plus debito petijt ipſe condemnandus eſt ad expenſas per dicta iura, ut ẽt firmat Salyc. in terminis in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iud. & ſequitur Iaſ. ibi num. xvij. ad id adducens plures alias deciſio. concor. & eſt bona deciſio. Barto. in l. qui ſolidum.
15 in prin. de leg. j. † Nec aduerſarius poteſt dicere iſtas conuentas fuiſſe obligatas offerre partem debitam & ueram, & q̃ dolus cũ dolo debeat compenſari, nam obiectio tollitur ex dictis Bart. in d. l. qui ſolidum in fi. prin. ubi Alex. concor. adducit, poſt Pau. de Caſt. ibi bene loquentem, & apertius iſtud tradit Abb. in d. c. j.
16 de plus peti. col. pe. uer. nunc quæro de quotidiana quæſt. † Eo magis cum iſtę res conuentæ, non ſimpliciter negauerint, ſed cũ illa clauſula, uidelicet narrata prout narrantur, quæ eſt maximi momenti, ita ut non poſſint in aliquo condemnari, ſm Bartol. in l. ſi dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuſſor. ubi etiam alij no. & plene tradit Iaſ. per illum tex. in l. ſed hoc ita. §. quod aũt, col. fi. ff. de re iud. & quia ex prędictis habuerunt iuſtam cauſam litigandi, & negandi totum, merito non poſſunt in expenſis condemnari ſm iura uulgar. & communia. .Pariſ. Bono.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
2 *Reintegratio in ſe continere debet reſtitutionẽ omnium quibus quis fuit ſpoliatus, & nu. 3.*
3 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
4 *Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.*
Et concedit tantum quantum abſtulit læſio, & ſpoliatio.
5 *Conceſſio facta per uiam reintegrationis, non dicitur noua.*
6 *Reductio ad primæuum ſtatum, de facili conceditur, fauorabilis enim eſt.*
7 *Reſtitutio ſpoliatis facienda eſt cũ integritate, & ſine diminutione.*
8 *Et reſtituendus eſt ad priſtinam cauſam, & omnem utilitatem, quã fuiſſet habiturus, ſi non eſſet ſpoliatus.*
9 *Et ad omne id, quod ſpoliatus tenebat, & ſeq.*
Et ad tempus quo fuit deiectus, & ſeq.
10 *Dictio tunc, denotat temporis extremitatem.*
11 *Reſtitutio etiam fit ad intereſſe ipſius ſpoliati.*
Fit etiam ad omnia iura quibus ille ſpoliatus fuit.

CONSILIVM CV.

ANNVS Iſte de quo in præſentiarũ agitur quo ad exercitium iuriſdictionis, & perceptionis fructuũ introituum, & reddituum caſtri Polini, quo ſpoliati, & deiecti fuere nobiles Pet. Anto. Ioã. Paulus, & Chriſtophorus de dono Arronia, inter quos alternis annis facta fuerat diuiſio prædictorum exercitij, & perceptionis fructuum, & reddituum, omni ex capite pertinere, & applicari debet eidem. d. Petro Antonio ea potiſſimum ratione, quoniam ſi
1 ſpoliati, & deiecti. d. Caſtro, † & eius poſſeſſione non fuiſſent, & ↄſiderandum eſſet tale tempus quo fuere deiecti certe annus

ſequens illius tpis applieandnt erat d.Pet.Ant.eo agiẽ mõ ann'
iſte.aaavj.eidem applicandus,& concedendus erit,cum ſubro-
gatus ſit loco illius quo ſpoliati,& deiecti fuere mediante reſtõ
ne,& reintegratione d.Caſtri,eiſdem tanquam ſpoliatis,&deie
ctis facta,& conceſſa,ad no.in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi qs
cau.& per oẽs ſcrib.in l.certi condi.in prin.ff.ſi cer.pet.per Bar.
2 in l.j.§.hæc actio.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſ.fue.cum ſi.†Eo etiã
qm̃ iſti nobiles tanquam ſpoliati,& deiecti reintegratĩ fuerunt
ad ius primævum qđ penes ipſos conſiſtebat tpe,quo fuere ſpo
liati,& eiecti,& illo tpe ꝯſiderato,annus immediate ſequens,&
futurus applicandus erat.d.Pe.Ant.ita & iſte immediate ſequẽs
poſt.d.reintegrationem eidẽ erit applicandus,natura.n.reinte-
grationis iſtud ſuadet,& nos id fateri cogit.c.reintegranda.iij.
q.j.cũ alijs ad plenũ accumulatis in l.rem q̃ nobit.ff.de ſeq.poſ.
3 & per Can.in c.ſæpe de reſt.ſpol.†Omnia.n.ad priſtinũ ſtatum
reintegranda ſunt ipſis eiectis uel ſpoliatis.d.c.reintegranda,&
qui oẽ dicit,nihil excludit.c.ſi Romanorũ.uer.dicendo.ix.di.c.
4 ſoliç.de maio.& obe.l.Iulianus.de leg.iij.cum uulg.†Si ẽt naturã reſtõnis ꝯſideramus a fortiori idem ꝯcludẽdum erit, cũ reſtõ
ſit in priſtinũ ſtatum repoſitio,& quantũ abſtulit ſpoliũ, & læ-
ſio,tm̃ ꝯcedat,& tribuat ipſa reſtõ. l.quod ſi maior. §.reſtõ. ubi
Bar.& alij no.ff.de min.& idem Bar.in l.ab hoſtib. §. ſed quod
ſimpl̃r.col.ij.uer.ueritas eſt.ff.ex quib.cau.ma. & probat. l. j.in
prin.illius tituli,& C.eo.l.j.& l.ij.in fi.C.vñ ui. & l.nã & poſtea.
§.ſi minor.ff.de in.ior.& per Bar.in l.interdum.ff.de ꝯd.inde.&
eundem & alios,in l.Gallus.§.& quid ſi tm̃.col.v.uer.q̃ro quid
ſi filius.ff.de lib.& poſt.firmat ẽt Card.in cle.j.in iij.no.de teſt.
5 in integ.& hr̃ c.ti.ferè per totũ in antiq.†Et tradit Soc.ꝯſ. cclx.
col.v.uer.ea quib.patet,uol.ij.ubi citando iura ꝯcludit princi-
pẽ ꝯcludentem priuilegium iam deperditum,per uiã reintegra
tionis,& reſtõnis de nouo non ꝯcedere illud,quod conſiderabiẽ
ut prima,& antiqua,& non ut noua conceſſio,cũ talis reſtõ ha-
beat neceſſariam ꝯñam ad principiũ,& illud conſideraẽ, ut no.
6 Bar.& alij per illum tex.in l.iij.§.ſi quis.ff.de mino.†Per hãc.n.
reſtõnem fit reductio ad antiquum,& priſtinũ ſtatum,& ſimbo
lum quod de facili recipiẽ.l.ſi unus.§.pactus.ff.de pac.c.ab exor
dio.xxxv.di.cum alijs allegatis per Fel.in c.cũ oẽs.col.ia de cõ
ſti.& iſta reductio fauorabilis eſt ſm̃ gl.in uer.enumerandũ, in
7 c.ſtatutum de p̃bend.li.vj.†Et cum ſpoliatis facienda ſit cũ inte
gritate,& ſine diminutione,ut hr̃ in c.grauis,& in c.Piſanis, de
reſti.ſpo.Merito ipſe.d.Pe.Ant.cum integritate & ſine diminu
tione reſtituendus erit ad illum ſtatum,ius & tempus quo erat
tempore deiectionis & ſpolij conſequenter annus iſte eidẽ om-
nino applicandus uenit nam ſpoliatus & reſtitutus recuperare
debet omne damnum quod ſenſit & paſſus eſt propter deiectio
8 nem.†Et eidem reſtituenda eſt priſtina cauſa quam erat habitu-
rus ſi non fuiſſet deiectus & ſpoliatus,ut probat tex.in l.j.§. qđ
autem ui.ff.de ui & ui arma.& ibi glo.in uerſi. cauſa,exponens
cauſam, pro utilitate, cuius opinio,probatur per tex.in d. l. j.
§ ea die ubi iureconſ.apertiſsime atteſtatur reſtitutionem faciẽ
dam ſpoliato continere omnes utilitates,quibus ille fuit priua
tus,& quas erat habiturus,uel conſecuturus ſi non fuiſſet ſpolia
9 tus,qui tex.optime adaptatur preſenti diſceptationi,†Ad quam
etiam optimè facit. l.j.in prin.ff.de ui & ui arma.& in §. quod
autem ait,& in §.rectiſsimè,& in §.ioi ãt ait prætor.ubi reſtitu-
tio facienda eſt ſpoliato & deiecto, de eo quod tunc habebat,
quæ uerba comprehendunt omnia quæ tunc poſsidebat,& om-
ne ius qđ tũc tenebat ſpoliatus & ẽt quicquid erat in omni poſ
10 ſeſsione,non ſolum in parte illius. † Et proprie conſideraẽ tem
pus quo fuit deiectus ut probat illa dictio,tunc,denotans extre
mitatem temporis.l.iij.ff.de cond.& dem. conſideratur enim
tempus quo fuit ſpoliatus, ut ad illud proprie fiat reſtitutio ut
ultra tex.in d.l.j.in princ.& in d.§ rectiſsimè,probatur in c. Pi-
ſanis extra de reſti.ſpol.& etiam in c.j.eo. ti.ubi dicitur oblata
debere reſtitui cum ſuis fini.Et quia iſtud tempus iam fuit ab-
11 latum,merito reſtituendum uenit.†Eo etiam quia in hac reſti-
tutione uenit omne intereſſe ipſius deiecti & ſpoliati.l. interdi-
12 cto.ff.de ui & ui arma.†Veniunt etiam reſtituenda omnia intra
quibus ille fuit ſpoliatus,ut probat tex.in l.ſi quis ad ſe fundum
C.ad leg.Iul.de ui.& habetur in d.c.piſanis.& in c. eccleſia ſu-
trina.de cau.poſſ.& propr.& in l.ſi de poſſeſsione.C.unde ui.&
in ſimi.in c.olim inter.de reſti.ſpol.& in l.iij.§.pertinet.& §. itẽ
13 ſi non,& in l.ſi de fundo.ff.de ui & ui arma.†Et ꝙ annus iſte de
quo agitatur uenit applicandus.d.Pet.Antonio reſtituto & re-
integrato etiam ſuadetur, nam per eas recuperatur ius ammiſ-
ſum,& fit reditus ad priſtinum ſtatum,quo attento gaudere de
bebat anno immediatè futuro,& ſequenti,& ita gaudere debet
iſto, ut iſte ſortiatur eandem naturam, quam habebat ille pri-
mus futurus ex deductis ſuperius, & in ſimili. faciunt tradita
per Barto.in l.ſi mihi & Titio.ff.de uerbor.obligat.& quæ ha-
bentur in l.Aurelius. §.teſtamento.ff.de libera.lega.ſi enim an
nus iſte eidem.d.Petr.Antonio non eſſet applicandus certe da-
mnum pateretur & intereſſe,ammitteret etiam commodum, &
utilitatem, quam poterat habere & conſequi ſi ſpoliatus non
fuiſſet, ablata ſibi non reſtitueretur,integre priuaretur etiam
dicto iure,nec per reſtitutionem diceretur repoſitus in priſti-
12 *Conditio reſolutiua, differt a conditione ſuſpenſiua, & alijs ſeq.*
Conditio ſuſpenſiua quæ ſit & quæ reſolutiua.
13 *in actu geſto ſub conditione reſolutiua, ſtatim naſcitur obligatio & actio reſoluenda tamen, &c.*
14 *Plura contenta ſub eadem determinatione determinanda ſunt eodem iure.*
15 *Et diſpoſitum in uno cenſetur diſpoſitum in alio.*
16 *Ceſſat ſpolium quando poſſeſsio fuit quæſita uoluntate & conſenſu aſſerentis ſe ſpoliatum, & alijs ſeq.*
17 *Relatum continetur in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus.*
18 *Voluntas nedum uerbo ſed etiam facto colligitur.*
19 *Actus ſubſequentes declarant uoluntatem qualis fuerit in præteritum.*
20 *Debitor quis dicatur.*
21 *Poſſeſsio probatur per perceptionem fructuum, & nu.22.*
23 *Probatur etiam quando in loco ſeu eccleſia ponitur perſona arbitrio & uoluntate alicuius qui dicitur poſsidere.*
24 *Priuatio præſupponit habitum.*
25 *Argumentum a ueroſimili ualet & recipitur.*
26 *Actus reciprocus dicitur eſſe æqualis nec debet claudicare.*
27 *Licentia data apprehendendi poſſeſsionem, excludit ſpolium.*
28 *Conuentiones, & pacta nulla ſunt, ſine auctoritate ſuperioris.*
29 *Conditio reſolutiua ceſſat, & nullum producit effectum, ſubſecuto implemento conditionis.*
30 *Declarandum eſt defeciſſe conditionem reſolutiuam, ut actus ſub ea geſtus reddatur inualidus.*
31 *Conditio ſuſpenſiua purificata reddit actum purum perinde ac ſi ab initio ita fuiſſet geſtus.*
32 *Et ſecuto adimplemento conditio retrotrahitur.*
33 *Principales alicuius religionis habent magnam poteſtatem.*
34 *Ratificatio retrotrahitur.*
35 *Copula requirit concurſum omnium copulatorum.*
36 *Fallit quando ad unum effectum copulata ponuntur.*
37 *Poſita ad cautelam, & demum omiſſa non uitiant actum.*
Nec requiritur concurſus iſtorum copulatiuè poſitorum.
38 *Verba debent aliquid operari ne ſint fruſtratoria.*

39 *Verba intelligenda ſunt cum effectu, & nu. 43. iſtud declaratur, & numer. 44.*

40 *Actus iudicantur diuerſi & ſeparati, quando plures ſunt.*
Et omiſſus, habetur pro omiſſo.

41 *Et non expreſſus de uoluntate non exprimentis dicitur omiſſus.*

42 *Actus gerendus, tunc eſt, quando redderetur ualidus, & non fruſtratorius, & nullus, & nu. 55.*

44 *Declaratio ad dicta Bald. quæſtio. ix. in rubrica. C. de contrahenda emptione.*
Quis non tenetur facere illud quòd factum non releuaret.
Procurator conſtitutus ad præſtandum conſenſum pluribus ex cauſis excuſatur, ſi illum non præſtat, & nume. 41. & ſequen. & 63. & ſequent.

45 *Promittens facere aliquid, non expreſſo tempore, obligatus uidetur illud facere infra tempus, quo commodè illud poteſt fieri.*

46 *Iſtud tamen tempus, arbitrarium eſt.*

47 *Et quando locus in quo debet fieri eſt incertus, obligatus facere non dicitur in mora conſtitutus niſi interpelletur.*
Quod inſuper procedit etiam poſt lapſum & decurſum diei certi.
Creditor. n. debuit eſſe paratus, in quo loco uolebat id fieri.

48 *Et ſi creditor interpellaret, adhuc neceſſe habet exprimere diem & locum.*

49 *Dies incerta legalis decurſa, non conſtituit debitorem in mora, ſine interpellatione.*

50 *Et maxime, quando actus poteſt momento expediri.*

51 *Et idem quando obligatio contineret factum ſucceſſiuum, & dependeret a uoluntate creditoris.*

52 *Non poteſt imputari non facienti actum, ſi paratus erat illud facere, & fuit impeditus, & alijs ſeq.*
Impedimentum procedens facto ſupremi principis iuſtus reputatur.

53 *Præſumendum eſt pro geſtis a ſummo pontific. necnon & pro geſtis à iudice.*

54 *Quando iudex iniuſtitiam facit, id caſui fortuito adſcribendum uenit.*
Impedimentum caſus fortuiti, iuſtum eſt.

55 *Conſenſus præſtandus eſt, quando extremum eſt habile, & nu. 42.*

56 *Ius ſpeciale facilius tollitur, & ita conceſſum, quàm ius commune. & illo iure conceſſum.*
Regula cancellariæ de non expediendis literis reſeruationis ſine conſenſu, &c. quando procedat, & alijs ſeq.

57 *Ceſſante cauſa & ratione quibus fuit inducta dicta regula, ceſſare debet eius diſpoſitio.*
Quando unica ratio tantum poteſt aſſignari, illa habetur pro expreſſa.

58 *Pontifex non aſtringitur regulis cancellariæ.*

59 *Penſio etiam ante expeditionem literarum, dici poteſt conſtituta.*
Regula prædicta tanquam odioſa, non eſt extendenda.

60 *Gratia abſque literis, ſolo uerbo principis perficitur, & illæ ſolum præſtant probationem.*
Error iuris non poteſt allegari per illum qui eſt in loco ubi adeſt copia peritorum & nu. 61.
Pontifex extinguere poteſt penſionem conſtitutam, & etiam non cõſtitutam ſed debendam, & nu. 62.
Ex quibus actibus, penſio dicatur conſtituta, & in eſſe deducta.

62 *Plura impediuntur fieri, quæ facta tenent.*

63 *Ceſſio per ſuperiorem acceptata, excludit cedentem, cum in ſe contineat perfectionem.*

64 *Geminatio actus, operatur effectum, & nu. 198.*

65 *Impeditus docere habet de ſua diligentia, & quod non fecit, propter impedimentum.*

66 *Et de impedimento proteſtationem facere debet.*

67 *Declaratur, an id ſit uerum, & quando procedat.*

68 *Non tenetur proteſtari, quando notorium eſt, diligentiam fuiſſe fruſtratoriam.*

69 *Et idem quando conſtaret de animo impediti, parati facere actu.*

70 *De poteſtate pontificis diſputare, ſacrilegium eſt.*

71 *Eſt enim omnia, & ſuper omnia.*

72 *Et habet plenitudinem ſupremæ poteſtatis.*

73 *Et ſanctus una cum ſua ſede ſit.*

74 *Et dei miniſter eſt a quo dependet omnis iuriſdictio.*

75 *Et in terris, Deus eſt.*

76 *Dei & papæ idem eſt conſiſtorium.*

77 *Et in terris non habet ſuperiorem.*

78 *Et a ſolo Deo iudicatur.*

79 *Et adæquat quadrata rotundis.*

80 *Quando procedit de poteſtate abſoluta, & ex certa ſcientia, non poteſt et dicitur ita facis.*

81 *Nec ſubijcitur quæſtionibus ſuis, aut aliorum prædeceſſorum.*

82 *Eſt etiam ſupra ius poſitiuum, & contra illud diſponere poteſt arbitrio ſuo.*

83 *Diſpenſare poteſt circa ius poſitiuum, etiã ſine cauſa, & indiſtinctè.*

84 *Et eo fortius ſua poteſtas prævalet in beneficialibus, & fructibus ipſorum.*

85 *Et maxime circa penſiones imponendas, transferendas, & extinguendas.*
Acceptans beneficium, ſe obligat illud adminiſtrare.
Et iſtu facere poteſt inuito beneficiato, ſine cauſa, & eo non citato.

86 *Translatio penſionis de una perſona ad aliam, non inducit nouũ grauamen debenti illam ſoluere.*
Regula, ne extinctæ penſiones ſuſcitentur &c. quando procedat.

87 *Conceſſum alicui per priuilegium, poteſt reuocari per concedentem etiam ſine cauſa licet eſſet ius quæſitum.*

88 *Quæſitum iure poſitiuo, poteſt per ſupremum principem tolli etiam ſine cauſa.*

89 *Et idem ſi tale ius fuiſſet quæſitum iure naturali, ueniret tamen acceſſoriè ad ius eccleſiaſticum.*

90 *Reſcriptum pontificie in beneficialibus ualet etiam ſine cauſa, ſi de eius uoluntate conſtat.*

91 *Regulæ cancellariæ non aſtringunt pontificem.*

92 *Per clauſulam, non obſtantibus, tollitur & derogatur iuri quæſito ad rem.*

93 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis, habet uim clauſulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariam, continentem etiam derogatoriam clauſulam.*

94 *Regula tollens motum proprium, & certã ſcientiam, non tollit clauſulam de plenitudine poteſtatis.*
Verba appoſita in diſpoſitione debent aliquid operari.

95 *Regula de non tollendo ius quæſitum procedit in caſu dubio non autem in claro.*

96 *Nec loquitur de iure quæſito conditionaliter & ad rem.*
Quod conditionaliter competit, leue reputatur.
Et idem dicimus, quando aliquid competit in diem incertam.
Ablatiui abſoluti, conditionem important.

97 *Priuatio non præſupponitur, niſi exprimatur.*

98 *Declaratio, nihil noui adducit. ſed ſolum detegit præterita.*

99 *Verba deſeruiunt uoluntati.*

100 *Voluntas principaliter attenditur, & non uerba.*

101 *Verba improprientur ut deſeruiant menti.*

102 *Verborum ſubtilitas pertinacibus eſt relinquenda.*

103 *Non refert quid ex æquipollentibus fieri dummodo mentem diſponentis ſeruemus.*

104 *Nomina ſinonima, non inducunt diuerſitatem in effectu.*
Qui uult conſequens, uelle uidetur neceſſarium antecedens.

105 *Verbum decernimus, inducit nouam diſpoſitionem, & idem uerb. decreuimus.*

106 *Quando proceditur inordinatè, & ex abrupto, præcipitanter, & non ſeruato iuris ordine, nulliter proceditur.*

107 *Quando princeps procedit extraiudicialiter, ex certa ſcientia, et motu proprio non requiritur citatio.*

108 *Minus requiritur quando notorium eſt citandum non poſſe impedire actum.*

109 *Et idem quando procedit ex poteſtate abſoluta.*

110 *Et maxime in beneficialibus, et in diſponendis fructibus ipſorum.*

111 *Et in iſtis procedere poteſt, nullo iuris ordine ſeruato.*
Clauſula, ſupplentes, tollit omnem ſolennitatem iuris poſitiui.

112 *Procedunt autem iſta, quando certum eſt principem uelle ita procedere, ſecus in dubio.*

113 *Clauſula motus proprij, non tollit defectum intentionis.*

114 *Clauſula, ex certa ſcientia, non ſupplet ignorantiam facti.*

115 *Nec tollit ius tertij, cui fortiter præiudicaretur.*

116 *Clauſula, ſupplentes, non tollit defectum ſubſtantialium, nec ignorantiam facti.*

117 *Mors ciuilis, quando operetur effectum mortis naturalis, et quando illi æquipararetur, et nu. 149. et ſeq.*

118 *Clauſula, ex certa ſcientia, expreſſa, oſtendit apponentem illam ita proceſſiſſe.*

119 *Et ita quando exprimitur clauſula de plenitudine poteſtatis oſtenditur ita proceſſiſſe.*

120 *Ex iſtis clauſulis, tollitur ſurreptio, obreptio, et omnis defectus intentionis.*

121 *Quod*

121 *Quod princeps facit ex certa ſcientia, dicitur factum pro uero, & non ignoranter, & nu. ſeq.*
122 *Nec tale factum poteſt reuocari in dubium.*
123 *Et quando apponitur ſuper facto proprio ſatis operatur.*
124 *Et ceſſat præſumptio malæ informationis, & intentionis defectus.*
125 *Et omnis importunitas, & mala ſuggeſtio, & circumuentio.*
126 *Et quando diſponitur ſuper iure poſitiuo, non dicitur circumuentus, quia omnia iura habet in pectore.*
127 *Procedens ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis uidetur uoluiſſe præiudicare illi cuius ius eſſet quæſitum.*
128 *Et quando conſtat de mente diſponentis, non conſiderantur iſta clauſula.*
129 *Verba oſtendunt animum loquentis, & diſponentis.*
130 *Verba principis generalia non recipiunt reſtrictionem de habilitate iuris poſitiui.*
131 *Verbis pontificis, eius mentem declarantibus ſtandum eſt.*
132 *Et aduerſus literas pontificis, declarantes eius mentem, non recipitur probatio in contrarium.*
133 *Obiectus qui dantur contra gratiam, probandi ſunt in ſpecie & concludenter non autem præſumptiuè.*
Papa poteſt mandare, de ſic iudicando.
134 *Non eſt præſumendum beneficiatum grauari duplici onere penſionis ſoluenda.*
135 *Habetur pro expreſſo, ſi diſponens de illo interrogatus ita expreſſiſſet & diſpoſuiſſet.*
136 *Princeps procedens in materia iuris poſitiui, præſumitur procedere cum cauſa rationabili, licet non ſit expreſſa.*
137 *Maximè quando appoſita apparet clauſula motus proprij.*
138 *Et idem ſi non eſt appoſita dummodo conſtet de mente.*
139 *Principi non præſumitur placere niſi iuſtum, & honeſtum.*
140 *Facilius tollitur ius quærendum, quàm ius quæſitum.*
Quod uerificatur in prælato.
141 *Et in ſeruo præiudicante domino, in quærendis, non autē in quæſitis.*
142 *Princeps legitimando, tollit ius quærendum.*
143 *Iuri futuro renunciari poteſt, pacto, & ſtipulatione, & num. 158. & 159.*
144 *Item & per appoſitionem iuramenti ſimpliciter, renunciatur iuri futuro, & nu. 160.*
145 *Penſio reſeruata in certum caſum, non includit alios, minime expreſſos.*
Vnius caſus incluſio, eſt aliorum excluſio.
146 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*
147 *Et in materia ſtricti iuris caſus omiſſus pro omiſſo habetur.*
148 *Penſio reſeruata præſumitur caſibus expreßis ita ſe habentibus.*
149 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, in caſibus a iure expreßis & nō alijs, & nu. 117.*
150 *Nec æquiparatur, quando per omnia non producit eundem effectū etiam in diſpoſitione hominis.*
151 *Et idem quando ſpecialiter facta eſt prouiſio, & expreßio de morte naturali.*
152 *Et idem in caſu præcedenti quando eſſemus in diſpoſitione legali.*
153 *Papa in terris, lex uiua & animata eſt.*
154 *Et idem ut non ueniat mors ciuilis quando diſpoſitio uitiaretur ſi non expectaretur mors naturalis.*
155 *Renunciatio recepta & admiſſa, obſtat renuncianti, & nu. 185.*
156 *Renuncianti non datur regreſſus, ad ius cui renunciauit.*
157 *Contrarius ſibi ipſi repellendus eſt.*
160 *Periurus, repellendus eſt.*
161 *Renunciatio, & ceßio, facta per metum, non tenet, & nu. 163.*
Item quando fit ut liberetur frater a carceribus, ſed declaratur. numer. 178.
Metus conſanguineorum iuſtus eſt, ſed declaratur. nu. 178.
162 *Metus iuſtus, conſideratur arbitrio iudicis.*
Preces potentum, metum inducunt, quod intellige, ut in nu. 182.
164 *Non ueriſimile, quem uoluntariè renunciare beneficio quæſito labore, & expenſis quod declaratur, nu. 182. & alijs ſeq.*
165 *Et ita renuncians, reſtituitur in priſtinum, ſine noua collatione.*
166 *Clauſula inſolita, arguunt ſuſpitionem.*
177 *Proteſtatio facta. & continens actum metu fieri, prodeſt proteſtanti, ſed contra nu. 194. & ſeq. 169.*
168 *Metum allegantis incumbit onus probandi concludenter & formiter.*
169 *Nec ſufficit ſola proteſtatio ad eum probandum.*
170 *Auctoritas, & ſuperioritas ſola, alio non concurrente, non probant metum, & nu. 182.*
171 *Metus conſiderabilis & iuſtus, debet eſſe talis, ut cadat in conſtantem uirum.*
172 *Committens crimen læſæ maieſtatis, iuſtè carceratur & condemnatur, ex iſtis poteſt allegare metum, & nu. 173. & 176.*
Si metus non poteſt dici iuſtus, iniuſtè carcerato, minus erit iuſtus in alio tertio libero.
174 *Metus non poteſt eſſe iuſtus, in eo quod iudex iuſtè facit.*
175 *Executio iuris, non inducit metum, nec iniuriam.*
176 *Carcer iuſtus & publicus, non inducit metum.*
177 *Nulla probatio eſt maior confeſſione propria.*
178 *Cedens uel dans aliquid, ut liberet fratrem iuſtè carceratum, non poteſt illud reſcindere prætextu metus.*
179 *Gerens actum cum tertio non inferente metum, nec conſecuto commodum, non poteſt contra illud agere propter metum.*
180 *Et idem quando actus ſit per carceratum.*
181 *Et maxime quando appoſitum fuit iuramentum, nec aliter conſtat de metu, & non fuit a iuramento abſolutio obtenta.*
182 *In dubio, non præſumitur principem male tractare ſubditos.*
Intellectus ad cap. quod ſuper. de renuncia. & c. ſollicite. de reſtitu. ſpolia. & alijs ſeq.
183 *Non enim procedunt, quando apparet alia cauſa.*
184 *Nec ubi non fuit commiſſum ſpolium, nec aduerſarius poſſidet.*
185 *Nec quando renunciatio facta eſt coram ſuperiore, & per eum admiſſa.*
186 *Nec etiam quando apparet notorius defectus proprietatis, in ipſo renunciante.*
187 *Et idem quando in inſtrumento ceßionis apponuntur illa uer. non ut ſed ſponte &c.*
188 *Vel quando apparet propter quod ceſſat illa ueriſimilitudo, de qua in dictis. c.*
189 *Clauſula ſolita apponi, & appoſita non arguunt ſuſpitionem.*
190 *Et idem quando apponuntur ad executionem diſpoſitionis, quam nō alterant.*
191 *Læſio ſola, non probat metum, nec modica receptio, pro maximo remiſſo.*
Nec læſio uitiat renunciationem, & ceßionem ſeu donationem.
192 *Quiſque in re ſua eſt moderator, & arbiter.*
193 *Pœna eſt, tollere liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum.*
194 *Proteſtatio ut iuuet, debet continere aliam cauſam, quàm metus.*
195 *Nec prodeſt quando ſit clandeſtinè, & non fuit intimata.*
196 *Nec tollit actus præcedentes conſumatos, & perfectos, nam neceſſarij ſunt ex poſt facto.*
197 *Maxime quando in proteſtatione non fuit facta mentio iuramenti præſtiti ſuper actu geſto.*
199 *Plus eſt facto aliquid facere, & re ipſa, quam uerbo exprimere.*
200 *Sicut quis non poteſt uenire contra illud quod uerbo expreßit, ita nec aduerſus factum proprium.*
201 *Simpliciter recipiens canonem non ſolutum, triennio, uidetur remittere caducitatem.*
202 *Creditor ſimpliciter recipiens creditum, uidetur remißiſſe intereſſe, & pœnam, & nu. 203.*
204 *Et idē quando recipitur pars crediti ſcienter, uidetur facta diuiſio.*
205 *Procurator ſimpliciter recipiens inſtrumentum mandati, uidetur illud acceptare, nec poteſt pœnitere.*
206 *Et idem quando ſimpliciter recipiuntur literæ cambij, & illis non contradicitur.*
207 *Purgatur metus ex actu liberè ſubſecuto.*
208 *Poteſt quis ſoluere, & ſucceßiue liberare debitorem alterius etiā inuitum, & ignorantem.*
209 *Res inter alios acta, quandoque prodeſt alteri.*
210 *Verba enunciatiua, & nuda, ueſtiuntur rei traditione numeratione & conſumptione, ut etiam pactum nudum, & nu. 211.*
212 *Inſtrumentum mutui, celebratum inter tertios, probat mutuū fuiſſe quo ad omnes.*
213 *Verba diſpoſitiua, & principaliter, & propter ſe prolata plenè probant.*
214 *Verba enunciatiua probant, pluribus in caſibus, de quibus n. 215. uſque ad nu. 219. ut eſt quando proferuntur per modum cauſæ, uel quando partes illa proferentes potuerunt ſibi ipſis, præiudicare, uel quando fuere prolata a ſum. Pont.*
218 *Verbis Papæ credendum eſt etiam de facto alieno, quando ſuper illo ſe fundat, & nu. 219.*
220 *Non entis, non conſiderantur qualitates.*
221 *Intentio facti excludenda uenit per excep. intentionis, & facti.*
222 *Illud quod de facto proceſſit, etiam de facto uenit reuocandum.*

CONSILIVM V.

VNIO Iſtius Monaſterij .S. Simpliciani Mediolanen.
facta uenerabili, & pientiſsimę cõgregationi Caſsi
nen. fuit ualida firma, & iam effectum ſortita, & cõ
ſequenter reddita irretractabilis, & irreuocabilis.
1 † Tum quia proceſsit auctoritate ſedis apoſtolicæ ad notat. in
c. quod translationem, de off. legat. & in c. j. ne ſede uacan. & in
clem. ſi una, de rebus eccle. non alien. & per Rot in not. de off. le
ga. deciſio. ſecunda, & deciſi. prima, & in antiq. in ti de off. ordi-
na. deciſi. xx. & in tit. de reb. eccle. non alien. deciſi. ix. c. ſicut uoi
re, de exceſsio. præl. cum alijs citatis per Pet. de Vbal. in tract.
de union. in liij. c. princ. & Fel. in c. auditis, de præſcrip. nu. xvij.
2 † Tum quoque quoniam interuenit conſenſus. B. Cardi. Sauli,
& Stephani eius fratris commendatarij monaſterij prædicti ad
nota. in d. cle. ſi una, & per eundem Pet. de Vbal. allegantẽ alias
deciſio in d. trac. c. v. col. ij. uerſi. ij. principaliter quæritur, & ad
tradita per gl. & alios, in c. j. de reb. eccl. non alien. lib. vj. & per
Rot. in antiq. eod. tit. deciſi. j. & Bernar. de Biſgnc. eo. ti. deciſi. j.
3 † Eo etiam quia fuit perpetua & non temporalis. c. extirpandæ.
§. qui uero. de præben. & per eund. Pet. de Vbal. in d. trac. capit.
ulti. Et in ea conſtituenda iam interuenere aliæ ſolennitates de
iure requiſitę, de quibus in locis ſupra citatis, & concor. & alibi
pluries, quibus attentis immediate, & effectualiter, necnon &
eſſentialiter redita fuit perfecta quo ad translationem proprie-
tatis ipſius monaſterij perpetuo uniti dictę cõgregationi ſecun
dum Io. And. in rubr. de præben. & Oldr. conſi. cclvij. colum. iij.
& conſi. cclxj. & ſeq. & doct. in d. c. ſicut unire, & Cardi. in clem.
4 diſpendioſam, de iudici. q. xiiij. † Et quamuis aliqui ſint caſus ſpe
ciales, quibus unio poſsit retractari, enumerati per eundem Pet.
de Vbald. in alio ſuo tracta. de reuo. unio. & in iuribus per eum
ibidem allegatis, necnon & per alios pluribus & diuerſis in locis
tamẽ in præſenti diſceptatione nullus adeſt caſus ſpecialis, quo
dicere cogamur unionem prædictam non ſubſiſtere, & poſſe re
uocari, & infringi & dicto Stephano priori commendatario uir
tute primi ſui tituli tanquam ſpoliato concedi regreſſum ad di-
5 ctum monaſterium prout iam inſtat concedi. † Conſequenter
ſtandum erit regulę ſuperius firmatę, & d. Stephano ſe fundanti
in caſu ſpeciali incumbit onus illud probandi, ſm gl. & ſcrib. In
l. quoties. ff. ſi quia cau. & in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. &
Mod. in l. j. eo. ti. poſt In. in c. præterea. de dila. & Mod. poſt alios
6 antiq. in l. ij. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. † Non enim ſufficit ſim-
pliciter dicere & allegare caſum exceptuatũ ſed neceſſaria eſt il
lius probatio. c. dilecti, ibi oppoſita & probata, de excepti. l. j. in
prin. iuncta glo. ff. ſi quad. pauper. ſeci. dica. l. ſi prius. in uer. alle-
7 gans. ff. de oper. no. nun. & uulga. l. qui accuſare. C. de eden. † Et
quamuis ipſe Stephanus dicat ad dictum monaſterium ſibi cõ-
petere regreſſum, uirtute primæui ſui tituli & ex eo qm̃ ceſsio p
eũ facta fuit ꝯdõnalis, & ſic ſuſpẽſiua actus geſti limitata & qua
lificata & q̃ qualitates & ꝯdõnes minime fuere ſubſecutæ ꝯſr
ceſsio & unio inde ſecuta, perinde iudicanda eſt, ac ſi facta non
fuiſſet. §. ex conditionali inſt. de uer. ob. l. cedere diem. ff. de uer.
ſig. l. qui hæredi. §. fi. ff. de cond. & dem. & Old. ꝯſi. cxxxix. Ad ha
bendum, & per Bal. in l. Arethuſa. ff. de ſta. homi. & per Old. ꝯſi.
cclvij. Factum tale eſt, col. iij. uerſi. ſed in ꝯtium facit, & limita-
tus conſenſus limitatum produxit effectum & limitatam ceſsio
nem. l. iubemus. C. ad uelleia. l. cancellauerat. ff. de his quę in te
8 ſta. delen. l. in agris. ff. de acq. re. do † Et ceſſantes ab implemẽto
conditionum & qualitatum appoſitarum in illa ceſsione. d. Ste-
phano concedendus eſt regreſſus qui de ſui eſſentia reuerſionẽ
continet ad omiſſum monaſteriũ, iuxta. l. filios, & l. ſi nunquam.
C. de reuo. dona. & ad nota. in c. ſi beneficia. de pręb. li. vj. & alia
9 adducit Old. conſi. cclxxv. Quæſtio eſt, col. ij. uerſi. circa. v. † Et
unio inde ex cauſa prædicta ſubſecuta illa ceſſante, reuocanda
eſt. c. poſt translationem, de renuncia. c. cum ceſſante de appella.
10 & tradit Pet. de Vbal. in d. trac. de reuo. unio. c. j. † Et ſingula ge
ſta & promiſſa per Leonem. x. regulanda ueniunt ſm formam
dictę ceſsionis factę conditionaliter, & limitatè, nec ullum po-
tuere producere effectum, cum dependerent ab illa quę minime
fuit purificata, ad nota. in c. acceſſorium. de reg. iur. lib. vj. l. cum
principalis. ff. eo. Et quia uidetur circa prædicta proceſsiſſe po-
teſtate ordinaria non abſoluta, cum relationem habuerit ad cõ-
uentiones & pacta ſuper iſtis facta per B. olim Card. & Stepha-
num ex una, & alios monachos agentes pro ipſa ꝯgregatione.
Quibus ꝯuentionibus expreſſe cautum eſt, ꝯgregationem ipſam
debere ratificare omnia actitata inter ipſas partes & conſtitue-
re procuratorem ad conſentiendum, & ꝙ aliter geſta eſſent nul
la, & pro non factis, & monaſterium prædictum ut prius eſſet
11 commendatum. d. Stephano. † Et qm̃ conuenta minime fuerunt
adimpleta per ipſam congregationem, poſsidentem dictum mo
naſterium, prædicto Stephano tanquam ſpoliato concedenda
erit reſtitutio, & ad illud regreſſum. iam reſeruatus, ad nota. in l.
ſi quis ad ſe fundum. C. unde ui. & diffuſe per omnes in l. natu-
raliter. §. nihil commune in j. lectu. ff. de acq. poſſ. & toto ti. de re
ſtit. ſpo. cum ſi. ¶ Conſiderata autem uera facti ꝯtingentia, iſtis
minime obſtantibus Stephanus ipſe excludendus ueni, nullum
etenim ius habet ad monaſterium prædictum, & ꝯſideratio præ
tenſi ſui ſpolij nulla eſt, & minime regreſſus attentatus eſt ꝯſide
rabilis, cum ipſe ſpõte reſignauerit & ceſſerit dicto monaſterio
ut uniretur prædictę ꝯgregationi, & unio fuerit ſubſecuta, & iã
ſortita effectum perpetuo ut iam deduximus, & ad illud quod
ipſe dicit reſignationem & ceſsionem fuiſſe factam ſub ꝯditio-
ne ſuſpenſiua ante cuius purificationem & implementum mini-
me conceſſum fuit dictę cõgregationi poſſeſsionem monaſterij
apprehendere & ſucceſsiue ſpoliare ipſum Stephanum, iuribus
12 ſupra in contrarium adductis. † Reſpondetur & dicitur aſſertã
conditionem minime fuiſſe ſuſpenſiuam, ſed reſolutiuam, uolue
re enim partes ipſę, ꝙ ceſsio & ſucceſsiue impoſitio pẽſionis ſta
tim ſortirentur effectum in totum, & ꝙ ipſa congregatio illico
aſſequeretur monaſterium, uerum ſtatuerunt ꝯgregationẽ de-
bere ratificare & ꝯſtituere procuratorem &c. & in euentum nõ
ratificationis, tunc reſolueretur id quod inter partes geſtum &
actum fuit in quem caſum ceſsio redderetur nulla & cedens re-
duceretur in priſtinum ſtatum, & cum dicta conditio appoſita
fuerit reſolutiua, minime iudicanda erit conditionalis & ſuſpen
ſiua, quinimo pura & ab initio perfecta fuit, reſoluenda tamen
eo caſu quo nõ ſubſequeretᷣ ratificatio & ꝯſenſus ꝯgregationis,
uerba. n. conceſsionis unionis ceſsionis & ꝯſtõnis pẽſionis, recte
conſiderata, neceſſario inferunt actum fuiſſe pure geſtum, & nõ
ſuſpenſiue, ita tamen ꝙ ueniret reſoluendus in caſu quo nõ fuiſ-
ſet ſubſecutus conſenſus, & ratificatio congregationis, uerba
namque prædicta non reſpiciunt perfectionem actus, ſed ſolum
diſceſſum ab eo iam perfecto, & ſic a ceſsione pura, & unione
& penſionis conſtitutione, ſecundum communem doctrinam
gl. quàm paſsim omnes ibi ſequuntur in l. ij. ff. de in diem adiec.
& per Bar. in l. fideicõmiſſa. §. ſi ſic. de le. iij. & in l. quib. dieb. §.
quidam Titio. ubi Pau. de Caſt. & Soci. not. ff. de condi. & dem.
& quoniam prædicta uerba non fuere appoſita ad perficiendum
prędicta geſta, ſed ſolum ad reſoluendum ea, ſequitur omnia il-
la fuiſſe pure geſta, licet uenirent reſoluenda in caſum prædi-
13 ctum. † Et interim & immediate ſecutus fuit effectus prædicto
rum, & nata fuit actio & obligatio, & quæſitum ius, ut habetur
in l. obligationum fere. §. conditio. ubi poſt gl. tradunt doc. ff. de
act. & oblig. & traditur in d. l. ij. iuncta glo. & in alijs legibus ſe-
quenti. & per Soci. conſi. lxij. Viſis. col. ij. nu. iiij. uol. iiij. ubi tra-
duntur alij effectus reſultãtes ex iſta diſceptatione, ao actus fue
rit geſtus ſub conditione ſuſpẽnſiua, an uero pure, reſoluendus
tamen in caſu quo aliquid non ſequeretur, ut uere eſt caſus præ-
14 ſens, ita geſtus per ipſas partes. † Et ꝙ ita fuerit geſtus, ſatis pa-
tet ex uerbis literarum unionis conſtitutionis penſionis & con-
firmationis conuentionis & pactorum, etiam diuiſim diſtincte
& de per ſe conſideratis, ſiue etiam coniunctim eum ſub una &
eadem determinatione omnia claudantur producantur & ocian
tur ad nota. in l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pup. & in l. quamuis.
15 C. eodem, & plene in l. teſtamento. C. de teſtam. mil. † Et diſpoſi
tum in una repetitum cẽſeatur in alia, ut traditur in iuribus præ
dictis, & argum. l. utrum. ff. de petit. hæredita. & in l. qui filibus.
& l. ſi ſeruus plurium. §. fina. de lega. j. & literę unionis expreſſe
continent fuiſſe factam de conſenſu & ceſsione do. Stephani, cõ
cedentis congregationi facultatem libere & propria auctorita-
te apprehendendi & ſucceſsiue perpetuo retinendi dictũ mo-
naſterium, quod utique rite proceſsit, ut in principio ꝯſultatio
16 nis fuit deductum. † Et ſtante uoluntate & conſenſu ipſius Ste-
phani, impertinentiſsime datur de prætenſo ſpolio, ad no. in c. j.
& in c. ſollicite. & in c. accepta. cum ſim. de reſtitu. ſpol. & argu-
17 mento. l. j. §. ſi conueniat. ff. depoſi. cum uulga. † Et quia præ-
tenſæ literæ penſionis in quibus Stephanus refert illas uniones,
idem diſponunt, ut propria auctoritate liceret congregationi
apprehendere monaſterium, & relatum contineatur in refe-
rente, cum omnibus ſuis qualitatibus. l. in teſtamento. ff. de
cond.

cond.& dcom.l.j.ubi Bar.ff.de recepta.& idem Bar. in l.ſi quis
18 ſeruum.§.ſi.nu.v.de leg.ij. † Eo ẽt quia ſingulæ literæ prædictæ
expeditæ,& abſolutæ apparent uigore conuentionum,&pacto
rũ inter ipſas partes initorum,& iuata illorum formam & reno
rem & expeditæ fuere,necnon & acceptatæ per. B. olim Card.
& per ipſum Stephanum,& uoluntas nedum uerbo,ſed facto &
re ipſa colligitur & hr̃.l.de quibus.circa fi.ff.de leg.l.Paulus rñ-
19 det.ff.rem rat.habe.l.repceliendenda.C.de inſt.&ſubſti.†Et per
iſtos actus ſubſequentes,declarat̃ uoluntas ipſius Stephani,quæ
& qualis fuerit io præteritum & ab initio,quo ceſsionẽ fecit. l.
ſed Iulianus.§.ſed & ſi ab initio.ff.ad Maced.l. ſi qui adulterij.
C.de adul.§.Pauoouni,inſt.de re.diuiſi.Et quod ſemel ipſi Ste-
phano placuit,mõ reprobare non põt.c.quod ſemel.de reg. iur.
cum alijs per Fel.collectis in c.ij.nu.aij.de eacep.Ad quod etiã
nam partes ipſæ minime proceſsiſſent ulterius impleodo ꝯuen-
ta,& pacta,& maaimè Cardinales debentes cedere, & cedentes
a c ſcientes apoſtolicas literas non poſſe expediri niſi præſtitis ꝯ
ſenſibus,& quo ad ceſsiones,& quo ad reſeruationem quo col
ligitur non appoſuiſſe ꝯditionem ſuſpenſiuã ſed ſolũ reſolutiuã
20 iuribus & deciſi.quib.ſ.†Quorum mens ad idem aperte colligi
tur,nam.B.Cardi.& Stephanus concedunt ꝯgregationi fructus
uſque ad natiuitatem domini tunc proxime decurſam,& in alio
capite uoluere caſu quo p colonos fructus reperirent̃ ꝑcepti, ꝙ
deberent reſtitui congregationi ex fructibus anni.1517.oſtẽdẽ
tes ea illa die,fructus eſſe debitos congregationi , quod debitũ
facultatem exigendi præſupponit.l.debitor.ff.de uer.ſig.& per
21 doct.in l.j ff.ſi cer.pet. † Per quorum fructuum perceptionem
clare oſtendit̃ congregationem uoluntate do. Stephani poſſe-
diſſe,& in poſſeſsione dicti monaſterij fuiſſe.l.uim facit.ff.de ui
& ui ar.l.litibus .C. de agrico.& cẽſi.libr.aj. per Bal. in l. fora-
men.ff.de ſerui.urb.præd.Bar.& alios in l.j.col.v.ou. aaij.& ſe
22 qu.ff.ſo.ma.†Maximè cum penſio.duc.mille eſſet ſoluenda ſu-
per fructibus monaſterij.ſ.Simpliciani in feſto natiuitatis. ſ. Io.
Baptiſt. die axiiij. Iunij, & ex fructibus perceptis erat curan-
da & qui percipi non poſſunt ſine poſſeſsione , & ſic ceſſat ob-
iectio in qua poſſet dici eſſe debitos,non tamen neceſſario con
gregationem poſsidere nam ex qualitatibus prædictis conceſ-
ſerunt facultatem percipiendi fructus nolentes congregatio-
nem poſsidere monaſterium,ad tradita per Bar.in l.fundi treba
tiani.ff.de uſufr.leg.& in l.eoiem ferro.§.qui maximos.ff.de pu
23 bl.†Quod etiam ſuadetur ex alio capite conuentionum in quo
uoluerunt ad releuationem congregationis reſpectu dicti mo-
naſterij ſ.Simpliciaoi ꝙ.B.Cardinalis ſaulus,ex ſea monacis ibi
dem tunc commorantibus reciperet duos,& congregatio pone
ret quatuor , per quem actum patet congregationem habuiſſe
poſſeſsionem, ſi enim non poſſediſſet fruſtra agitandum fuiſſet
depoſitione monacorum pro releuatione ipſius congregationis
24 ad no.in l.iij.in prin.& in l.j.in prin.ff.de acq.poſ.†Præterea qđ
conditio p̃dicta fuerit appoſita ad reſoluẽdum,& non ad ſuſpẽ-
dendum,comprobatur ea eo qm̃, priuatio præſupponit habitũ.
l.manumiſsiones.ff.de iuſt.& iur.l.decem.ff.de uer. ob.ſuperua
cuum nanque fuiſſet adijcere reſolutionem , niſi partes tunc rẽ
habuiſſent pro perfecta,& effectum ſortita,& ualde iniquũ fuiſ
ſet ꝙ ꝯctus reſolueret̃ qui non fuiſſet perfectus & cõſumatus,
& ꝙ monaſterium reuerteret̃ ad Stephanum , & ulterius lucro
heberet. 300 on.ſcuta aonua,ſuper fructibus aliorom trium mo-
naſteriorum,loco penſionis impoſita,ad not.in l.ex facto. ff.de
uulg.& pup.& ad no.in l.nam & ſi ſub condõne.in prin.ff.de in
iuſ.rup.iunctis no.in c.quia fruſtra.de uſuc.&in l.hæc ſtipulatio
§.diuus.ff.ut lega.nom.caue.& cum ipſe Stephanus uoluerit ex
nõ reſolutione dicti actus lucro habere pecunias, loco penſiõis
appoſitas,neceſſario inferi, ꝙ habuerit actũ pro ꝑfecto & abſo
luto,& añ ratificationẽ & adimplemẽtũ pactorũ, & ꝯuentionũ
& ꝙ penſio uere fuerit impoſita &ſortita effectum,alias ex reſo
lutione actus,ſequeret̃ ipſum debere ꝯſequi,& monaſteriũ & pẽ
25 ſionem.quod profecto abſurdiſsimum eſt,†&non uerifimile.l.
nam abſurdum.ff.de ope.libe.l.ſi nuptura.in fio.ff.de iur. dot.l.
26 fi.ff.quod met.cau.†Et ſi Stephanus quo ad ſui commodum no
luit actum eſſe perfectũ,& ſortiri effectũ , ita ea oppoſito dẽt i-
ſtud pati ad commodum congregationis ut actus reddat̃ reci-
procus,& non claudicans.c.non licet.de reg.iur.lib.vj.cum uul
27 garib.†Quæ cum poſſeſsione dicti monaſterij ceperit de uolũ
tate & conſenſu dñi Stephani,& ex licentia & facultate eidẽ cõ-
gregationi ꝯceſſa per ſum.Pont.qua cautum oñdit,illam ꝓpria
auctoritate & libere,ualere & poſſe apprehendere poſſeſsionẽ
dicti monaſterij,& apprehenſam perpetuo retinere, Stephanus
ipſe non p̃t dicere,mõ aliquo,ſe ſpoliatum,nec p̃t de ſpolio dare
& obijcere,ut tradunt Albe.de Roſ.Bar.Bal.& Saly.& alij, in l.
creditores.C.de pign.Imo.& Cano.in c. potuit de loca.cum a-
lijs alleg. per Alex.conſi.caxaij.uol.iiij.& per Mod.in l.ij. colu.
laxiiij.C.de iure empyt.& per illum tex.tradunt oẽs . in l. iuſte
poſsidet.ff.de acq.poſ.& hr̃ in deciſ.con.Neap.cccaxvj.Fuit no
28 ta.& plenius in alia deciſ.ccacix.Rea Ferd.†Et q̃ ꝯuentiones &
pacta inter ipſas partes inita expreſſam relationem habuerunt
ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ,quod fuit per eas expreſſe re
ſeruatum,& ad ualiditatem conuentionum oĩno neceſſarium.c.
quã pio.j.q.ij.c.cum pridem.c.pactiones de pac. cum concord.
ibid.alleg.Et quod beneplacitum iam interueoit,approbans, ꝯ
firmans,& dans robur pactionibus & ꝯuentionib.unioni & con
ſtitutioni penſionis a quibus minimè põt ipſe Stephanus retro
29 cedere,ut patet ea deductis in prin.conſulta.¶† Ad quod etiã
quoniam per ipſam congregationem fuere adimpleta & obſer-
uata pacta,conuentiones,& ſingula per eam promiſſa , quo fit,
ut omnia fuerint reddita ualida & firmiſsima ad commodum
ipſius congregationis,& ꝙ nullo mõ ueniant reſoluenda ex iſto
capite,quo dici poſſet,conditionem illam reſolutiuam, propter
non obſeruantiam,debere ſortiri effectum ſuum . Nec etiam ex
illo capite,ꝙ ꝯditio fuerit ſuſpenſiua.& ante ipſius adimplemẽ-
tum nullum produxerit effectum.ceſſat enim obiectio ex utro
que capite conſiderata,qm̃ conditiones & conuentiones prædi-
ctæ pro parte ipſius congregationis uere fuerũt adimpletę, quo
ſtante penitus ceſſabit effectus conditionis reſolutiuę,ad no.in
30 d.l.ij.ff.de in diem adiec.cum alijs ſupra relatis ¶†Et eo magis
cum hucuſque minimè declaratum appareat congregationẽ de
feciſſe in obſeruatione pactorum & conuentionum & ceſsionũ
propterea fuiſſe nullam,rebus nanque ſic ſtantibus , & antequã
dicta declaratio habeatur, ipſi Stephano nullum competit ius
regrediendi ad monaſterium ceſſum,cum de non obſeruantia ,
ſuper qua Stephanus ipſe ſe fundat minime doctum appareat ꝑ
eundem,ad quem onus id probandi incumbebat & incumbit,
ut deduximus ſuperius,& iuata plene tradita,per illum tex. per
Ang.Imo.& alios maximè Mod.in ij.nota.nu.vij.in l.ita ſtipu-
latus.ff.de uer.obl.& in l.hoc iure,& l.in illa,ubi Bar. col. ij. &
31 per Alex.in d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.eo.ti.¶†Ceſſabit etiã
effectus conditionis ſuſpenſiuę quæ uere fuit reſolutiua,cum.n.
fuerit purificata & adimpleta , habetur pro pura ac ſi ab initio
actus pure,& ſimpliciter fuiſſet geſtus d.l.cedere diem . & d.§.
ea conditionali.& per illum tex.tradunt oẽs in l.fi. §.Titius. ff.
de uulg.& pup.& per Are.ex illo tex.in l.fi.§.fi.ff.de uer.obl. l.ſi
pupillus.in fi.ff.de condi.inſtit.l.ſed ſi de ſua.§.fi.ff.de acq hær.
32 ¶†Et ſecuto adimplemento,conditio retrotrahit̃.l.potior.uer
ſi.uideamus l.qui balneum.uer.amplius.ff.qui potio.in pignor.
habeantur,ubi doc.poſt glo.bene tradunt . Congregatio enim
ipſa,die xa.Maij eiuſdem anni.1517.in primo generali ca. tunc
ſubſecuto,approbauit confirmauit &ratificauit illas conuentio
nes & capitula,& ſingula geſta inter.B.Cardi.& Stephanum ex
una,& alios noĩe ꝯgregationis ea altera& præinſertis ad literã
illis capitulis & conuentionibus,conſtituit procuratorem ad fa
ciendũ & ꝯſentiendum quicquid opus erat,& prout exigebat̃ ꝑ
33 dicta ca.approbando perſonas,quæ illa iam celebrarũt. ¶ † Et
quæ in ſimilibus repreſentant totam congregationem & p̃tatẽ
habebant ſimilia,& maiora celebrare,& obligare ipſam congre
gationem,&illius particularia monaſteria,ad no.in c.fi.de pac.
li.vj.Et quia Pontifex confirmauit dicta capitula,& conuentio
nes,habuit pro ualido firmo & ſufficienti conſenſum præceden
tem illorum,& conſenſum futurum ipſius congregationis.
34 ¶†Et tam partes quam Pontifex , noluerunt ſuperuenientem
ratificationem retrotrahi,& effectum conſenſus producere, ex
die ratificationis,ſecundum iuris diſpoſitionem capi. ratihabi-
tionem,de regulis iuris,libro,ſexto.l.fin. C.ad Maced.continē-
bant nanque pacta & conditio reſolutiua , ꝙ congregatio de-
beret ratificare omnia illa geſta,& conſẽtire illis,& conſtituere
ſpecialem procuratorem ad conſentiendum , ubi opus fuiſſet ,
tam in camera,quàm in cancellaria apoſtolica , cum inſertione
35 conuentionum in ipſo mandato.¶†Quæ ſingula congregatio
ad unguem iam adimpleuit,ſiue illa conſiderentur ut copulatã
ue poſita quorum omnium cõcurſus exigebatur.l.ſi hæredi plu
res.ff.de conditione inſtitu.l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem.ff.
de uerb.oblig.per Barto.& alios.in l.prima.ff.de iuſtitia & iure
& in l.ſi is qui ducenta.§. utrum . ff. de rebus dubijs , & Ca-

36 nn, maximè Mod. in c. ij de reſcrip.† Siue illa fuerint copulati-
ue poſita, quod uerius eſt, circa unu effectum, quo caſu, de iure
omnia non erant neceſſaria nec ambonum concurſus exige-
batur, ſufficiebat enim primum, cum præſtatio conſen-
ſus ipſius congregationis & auctoritas ipſius Pontific. ad om-
nia eſſent ſufficientia ad nu. in c. cum iam dudum. de præben. &
in c. ſignificauit, de app. poſt gl. cum alijs traditis per Fely. in d.
37 c. ij. nu. xxvij, & xlvij.† Vincentur. n. iſta poſita ad maiorem expſ-
ſionem, & ad abundantem cautelam qua omiſſus actus non ui-
tiatur. l. non ſolem. ff. de reg. iur. l. teſtm̃. C. de teſta. & hoc con-
firmant illa uerba prout opus fuerit, ↄſiderantia effectum qui iã
ſubſecutus fuerit per conſenſum congregationis, & illorum mo
naſteriorum abbatum, ſuper quorum fructibus erat penſio ſol-
uenda ad beneplacitum, & auctoritatem Pontif. & ſi procurator
congregationis nullum aliũ præſtaſſet conſenſum iuribus, & de
38 ciſionibus citatis in principio conſultationis.† Nec obſtat ſi di
catur dicta uerba fuiſſe appoſita, ut aliquid operaremur, iuxta
39 doct. Bal. in rub. C. de ↄh. emp. q. ix.† Et ꝙ ſunt intelligenda cũ
effectu, ut procurator conſtitueretur, & ulterius uere, & realiter
conſenſum preſtaret, ad no. in l. j. §. hæc autem. ff. quod quiſque
40 iuris, & in l. ij. C. com. deleg. Nam† iſtud minime dr̃ in dictis ca.
& conuentionib. & ſunt actus penitus diuerſi. l. Celſus, §. ſed ip-
ſe. ff. de arbitr. Solum. n. continebant congregationem teneri ad
ratificandum, & conſentiendum, & ad conſtituendum procura
torem ad conſentiendum quatenus opus eſſet, quibus ita fuit ſa
tisfactum, non autem continebant ꝙ procurator realiter eſſet
aſtrictus præſtare conſenſum, illud. n. fuit omiſſum, & pro omiſ
ſo debet haberi, cum uerſemur in actu ſtricti iuris. l. quicquid
aſtringendæ. ff. de ue. ob. & eſt diuerſum ab expreſſis, d. l. Celſus
§. ſed ſi ipſe, & omiſſio nociua eſt ipſi omittenti, & contra eum
interpretanda qui clarius debuerat exprimere. l. ueteribus. ff. de
41 pac. ¶ † Prout Stephanus fecit in alijs capitibus, & in iſto capi-
te nihil exprimendo, ſatis colligitur uoluntatis ſuæ minime fuiſ
ſe realiter illud debere exequi, ad nota. in ca. audientiam. de de-
cim. & in l. unica. §. ſin autem deficientis. C de cadu. tol. & quia
illud de procuratore dictum fuerat ad abundantem cautelam,
qua ceſſante, actus non uitiatur, ut diximus, & talis conſenſus
præſtandus per procuratorem, minime erat neceſſarius ad uali
ditatem actus, ut deduximus. ¶ Eo etiam quia neceſſarius for-
ſan uidebatur ad expediendum literas, quæ iam erant expeditę,
& iſto etiam reſpectu fruſtratorius erat, prout etiam fruſtrato-
rius reddebatur, ſtante decreto Pontificis, & priuatione domi-
ni Cardinalis. B. & declaratione facta in perſona domi. Stepha
ni, necnon, & translatione penſionis in alias perſonas, necnon
& per ceſſionem penſionis factam a Stephano, ut ſtatim dice-
mus conſequenter de eo minimè erat curandum, tum & reſpe-
42 ctu Stephani, tum & reſpectu congregationis. ¶ † Cuius intere
rat, ne incurreret contumaciam Ponti. gerere actum ualidum,
& non contra decretum, & uoluntatem ipſius, & non fruſtrato-
rium, nullum, & inanem. d. c. quia fruſtra. de uſur. & per glo. ma
gnam, in l. j. in princ. ff. de oper. nou. nũc. & plura accumulant
Modernin. in l. quoties. ff. qui ſatiſda. cogan. & per Fely. in cap.
43 ex tenore, de reſcript. ¶ † Et ſatis fuit ꝙ illa uerba ſortirent effe
ctum in actu ualido, & ſubſtantiali, prout loquuntur iura in cõ
44 trarium allegata. ¶ † Et uulga. deciſi. Bal. in dicta rubrica, q. ix.
cum ſimilibus intelligenda uenit, ut uerba appoſita debeat ope
rari, ſecundum tamen naturam contractus & ſecundum natu-
ram rei, in ipſo contractu deductæ. l. ſi ſtipulatus. ff. de uerb. o-
blig. & declarat Innoc. in c. ex literis. de iure patrno. refert & ſe
quitur Soc. conſi. xlvij. Conſilijs noſtris, col. iiij. uerſic. præterea
magis, uolum. primo & non in illis quæ fruſtratoria, & nulla
ſunt, & aliquem effectum non poſſunt operari. Ex iſtis ſatis a-
perte conſtat, congregationem uſam fuiſſe diligentia nec fuiſſe
in aliqua culpa ſeu mora, nec etiam procurator ab ea conſtitu-
tus poteſt dici culpoſus ſeu moroſus, uel uſus negligentia, con-
ſiderato enim tempore quo fuit conſtitutus, & quo ſuæ conſti-
tutionis certior redditus fuit, & quo ad iter urbem uerſus acci-
piendum, ſarcinulas compoſuit, & computato itineris tempo-
re, & eo quo urbem ingreſſus eſt, nullum ulterius potuit præſta
re conſenſum, reperit enim mutatum ſtatum, & B. Cardl. & pen
ſionem translatam per Pontificem in alias perſonas, & decre-
tum Pontific. tollens omne ius, ſi quod habebat Stephan. licet
paratus eſſet adimplere omnia in ſuo mandato ordinaria, & ad
id ſpecifice urbem acceſſiſſet, & ſic facere minime tenebatur,
quod factum nequaquam releuabat, ut per Bartolum allegan-
tem iura, in l. ij. ff. qui petunt tutorem, & Felynus in c. ex tranſ-
miſſa. nume. decimo de præſcriptio. & argonicnin. l. neque nata
les. & l. ſiue. C. de probationibus. Et nullum iam tempus adie-
ctum fuit, quo deberet conſenſum præſtare, ſicut fuit expreſ-
ſum tempus quo congregatio deberet conſentire, & ſic ꝙ dies
45 ſeu tempus ipſum interpellaſſet. ¶ † Et quamuis in huiuſmodi
conſenſus præſtatione, ſeu in promiſſione de præſtando illum,
prout aſſerit Stephanus, tacite uidebatur ineſſe tempus infra
quod poterat cõmodè factum explicari, ad quod ipſa congre
gatio uidebatur teneri ad notata. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem ab
ſtc. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. §. fin. & l. ſequen. & l. ſi
inſulam. & l. exiſtimo. §. fin. & l. continuus. §. item qui inſulam.
46 ff. de uerb. obli.† Tamen iſtud arbitrarium eſt, ut expreſſe tra-
ditur in dicto. §. item qui inſulam. & per docto. maxime Mode.
in d l. ſi ita ſtipulatus eſſem. & per omnes in dicta. l. ſi inſulam.
Et conſideratis qualitatibus ſupra explicitis, & uera facti contin
gentia, nullus bonus uir arbitrari poterit procuratorem fuiſſe
47 in mora, ſeu uſum fuiſſe culpa uel negligẽtia. ¶ † Præterea ꝗue
tũ fuit ↄſtitui procuratorẽ ad ↄſentiẽdũ in cãcellaria ſeu came
ra apoſtolica, ubi opus fuiſſet, & incertum prorſus erat in quo
iſtorum duorum locorum conſenſus deberet præſtari, & ſtante
incertitudine loci, neceſſario requirebatur interpellatio, ut po-
tuiſſet in mora conſtitui. per lapſum diei etiam certę, nam illo
tempore deſtinato ſecundum legem & arbitrio iudicis, Stepha
nus debuit eſſe paratus recipere conſenſum in uno illorum lo-
corum, & cum illud minime probauerit nec fecerit, conuentio
remanet perinde ac ſi facta fuiſſet ſine adiectione diei, & ut in-
curreretur mora, neceſſaria erat interpellatio. l. arbiter. §. qui ca
lend. ff. de arbitr. & per Bar. in l. item illa. ff. de conſtituta pecu-
nia, uerſi. eadem ratione quæro, & eſt deciſio conſilij Neapolit.
48 cccxvj. Galiottus, uerſi. in contrarium allegatur.† Vbi in uerſic.
præterea & ſecundo, dicitur, ut per interpellationem conſtitua
tur in mora debitor, neceſſe eſſe in ipſa interpellatione exprimi
diem qua uult recipere per textum in l. aut qui aliter. §. j. ff. quod
ui aut clam, & per Alexan. conſi. xc. circa finem, uolum. v. debet
etiam exprimi locus ſpecificus ſecundum Bar. in l. cum filius. §.
ſi. ff. de uerb. obliga. & benefacit. l. qui inſulam. ff. eodem titulo
& quæ traduntur in l. iij. §. qui ſtichum, cum ſimilibus. ff. de eo
49 quod certo loco. ¶ † Prout etiam quoniam dies incerta legalis
ut eſt in caſu propoſito nunquam conſtituit in mora promiſſo-
rem per curſum illius ſine interpellatione, ſecundum Bar. in l. i-
ta ſtipulatus. in ij. quæſt. principali in fine. ff. de uerbo. obligat.
✻ quem * cõmuniter ſequuntur ibi doctores, & ſequuntur Mo-
dernin. in dicta. l. ſi ita ſtipulatus eſſem. in quarto notabili, &
nume. ſeptimo, ita declarantes illam legem adducentes alias de
ciſio. ut etiam faciunt in l. ſi ex legati cauſa. colum. iij. nume. xij.
50 eodem titulo. ¶ † Eo etiam quoniam iſtud præſtare conſenſum
continet actum momentaneum, & qui in inſtanti poterat perfi
ci, quo fit ut neceſſaria ſit interpellatio ad conſtitutionem mo-
rę, & ita limitantur contraria ſuperius adducta, ut expreſſe fir-
mat Alexan. allegans alias deciſio. in dicta. l. ſi ita ſtipulatus eſ-
ſem abſte. in principio, & in dicta. l. ita ſtipulatus. in gl. prima re
fert & ſequitur Decius. conſi. ij. & pro tenui. colum. quarta. uer-
51 ſic. ſecundo dictum Baldi. ¶ † Prout etiam neceſſaria erat in-
terpellatio etiam ſi fuiſſet promiſſum ſucceſſiuum factum, eo
quoniam illud dependebat a uoluntate ipſius Stephani qui ha
bebat declarare locum. & ſeparatum exhibere ibidem &cęt. ut
ſunt apertę deciſi. adductæ per Decium dicto conſili. ſecundo,
colu. iij. & quarta. & conſi. ccclxxx. Concluſio. & Corneus con-
ſi. cccxliij. In cauſa. uolum. primo. ¶ Rurſus procurator ipſe pa
ratus erat etiam conſenſum præſtare, nec per eum defeciſſet id
adimpleri, unde ſibi aliquid imputandum minimè eſt, cap. im-
putari cum concordantijs ibi adductis, de regulis iuris, libr. vj.
& exceptione legitima ſe tueri potuit, propter impedimentum
quod ſuperuenit facto & decreto Leonis decimi, notoriè con-
tingens, qui Cardinal. B. ſuis demeritis priuauit, necnon &
decreuit penſionem minime debere ſolui Stephano, & dictos
religioſos, nullas pęnas incurrere caſu quo illi eam non ſolue-
52 rent, & quam penſionem in alias perſonas tranſtulit. ¶ † Et
quod impedimentum iuſtum & legitimum fuit, facto ſupremi
principis procedens. l. ſed & ſi per prætorem. ff. ex quibus cau-
ſis maiores, & per Abbatem, & alios omnes in cap. ex tranſmiſ-
ſa. de præſcriptionibus, & per gloſam in uerſi. propoſita. in ca. cu
pientes. § quod ſi per uiginti de electionibus, libr. ſexto, & per
Alex. & alios, in l. properandum. §. ſin autem utraq;. in fi. C. de iu
dicijs,

dicijs,& in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori,col.v.ff.de ope. no.
nunc.cum alijs allega.per Fely.in dicto.c.ex tranſmiſſa.nu. vij.
53 co.ij.¶ †Præſumendum eſt.n.Leonem decimum,iuſte,illa feciſ
ſe eum fuerit in illa ſancta ſede conſtitutus & de cuius poteſtate
maximè in beneficialibus & fructibus beneficiorum dicemus
inferius,&per argumentum a maiori iſtud traditur in l.Hæren-
nius.§.Gaia.ff.de uſuris &in c.preſenti de renunciationibus,&
iuxta nota.in l. iuſtè poſsidet.ff.de acq.poſ.& in l.ij.C. de offi-
cio ciuilis iudicis,& in c.quoniam contra , de probationibus .
54 ¶ †Et ſi Stephanus diceret,Pontificem iniuſte illa feciſſe utiq;
id aſcribendum eſſet caſui fortuito.l.quisergo caſus.ff.de pecul.
& omni reſpectu procurator congregationis iuſto,& probabi-
li ac neceſſario impedimento offenſus,excuſandus eſt ad nota.
in dicto.c.ex tranſmiſſa.& in l.ij.§.quod diximus.ff. ſi quis cau-
tio.& in l.qui commeatus.ubi Bar.ff.de re militari & Abbas in
55 c.ſciſcitatus.de reſcriptis cum ſimi.¶ † Prout etiam quoniam
ſtante dicto decreto Pontificis & alijs diſpoſitis per eundem, ꝓ
curator ipſe etiam requiſitus fruſtra conſenſum præſtitiſſet &
præſtitus,nihil fuiſſet operatus cum extrema minime eſſent ha-
bilia,& conſenſus ad nullum habile potuiſſet referri,ad tradita
per Bar.& alios,in l. ſi is qui pro emptore. ff.de uſucap.Et con
ſulto optimè fecit illum non præſtare,intererat enim iſtud non
fieri etiam congregationis,ne incurreret indignationem Ponti
56 ficis,ut fuit ſupra deductum.¶ †Qui Pontifex eo fortius potuit
dictam extinctionem,priuationem,decretum, & translationem
penſionis facere,ſi abſoluta & plenaria poteſtate,& non ordina
ria reſeruaſſet talem penſionem,cum facilius tollatur ius ſpecia
le,quàm ius commune uulgata.l.eius militis.§.militia miſſus.ff.
de teſtamento militari,& per Bal.in l.qui ſe patria,col.xj.uer.&
ſcias.C.unde liberi,& dicetur inferius.¶ Nec iſti aeris impedi-
mento,regula cancellariæ diſponens,literas reſeruationis pen-
ſionis,non poſſe expediri,niſi de conſenſu &c. Nam interuenit
conſenſus congregationis ad id ſufficiens,& approbatus a Pon-
tifice auctorante pacta & conuentiones de quibus ſupra,& par-
tes & Pontifex uoluerunt,ſuperuenientem ratificationem con
gregationis retrotrahi , ut deduximus ſuperius , eo etiam quo-
niam effectus conſideratus per regulam penitus ceſſat . Ex quo
iam fuerunt literæ expeditæ,& approbatæ per. B. Cardinalem
& Stephanum ut oſtendimus,& quia ſtante priuatione Cardina
lis,& decreto Pontificis,& translatione penſionis in alias per-
ſonas,& ceſsione ſubſequenti ipſius Stephani , ulterius minimè
agitandum erat de conſenſu præſtando,ut aliæ literæ expedirē
tur in beneficium Stephani,cuius ius erat prorſus ſublatum , &
57 extinctum,& ſi quod erat,illi ipſemet poſtea ceſsit.¶ †Et ceſſā
te cauſa & ratione,quibus fuit inducta regula , ceſſare debet &
ipſius diſpoſitio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patr.c.cum ceſ-
ſante.de appell.quæ ratio & cauſa licet non ſit in regula expreſ-
ſa, tamen pro tali habenda eſt cum iſta unica poſsit aſsignari,
iuxta glo.& Bal.in l.quamuis.C.de fideicom.cum concordan.
58 ¶ †Prout etiam quoniam ipſe Pontifex minime aſtringitur di
cta regula temporaria,& per eundem conſtituta.c.dudum. uer.
nos igitur,de præbendis lib.vj.c.propoſuit.de conceſsione præ-
bendæ.c.innotuit de electionib.& diffuſe per ſcriben.in l.fi. C.
ſi contra ius uel utilitatem publicam,& plenius in capitulo quę
59 in eccleſiarum de conſtitutio. ¶ †Prout etiam,nam minimè ſe-
quitur ſecundum regulam literas reſeruationis penſionis non
poſſe expediri niſi de conſenſu,ergo ante & prius penſio non ē
in eſſe deducta,uerba enim dictæ regulæ non loquuntur de con
ſtitutione & creatione penſionis,nec reſiſtunt eius ortui & ori-
gini , ſed ſolum præſtituunt modum expeditionis literarum , &
paſsim uidemus penſiones ſolui & exigi nullis deſuper expedi-
tis literis , ſtant enim ſimul iſta,ꝙ literæ reſeruationis non ſint
expeditæ , & ꝙ tamen penſio ſit in eſſe deducta , & regula tan-
cus carcer dñi Cardinalis, & condemnatio ipſius, & qui actus in
ipſomet Cardinale non induxerunt iuſtum metum a fortiori i-
git̃ illum minimè induxerunt in perſonam ipſius Stephani non
174 carcerati nec ꝯdẽnati. † Quod. n. facit iudex iuſtè metũ mini-
me inducit. l. iij §. ſed uim. ff. qđ me. cau. & ad not. in l. accuſa-
175 tionis. C. eod. † Iuris. n. executio nec metum nec iniuriam in-
ducit l. iniuriarum. §. j. ff. de iniu. l. quemad. §. magiſtratus. ff. ad
176 l. Aqui. l. quod princ. ff. de aq. plu. ar. † Ita ẽt & carcer iuſtus, ut
tradit per ſcrib. in l. qui carcerẽ ff. quod me. cau. & in l. ſi mulier
in prin. eo. ti. per Imo. & alios, in l. qui a latronibus. ff. de teſta. &
hr̃ in deciſ. ꝯſi. Nea. cxlix. In cauſa. poſt principium, & toto ti. ff.
& C. de cuſto. & exhibi. reo. alias. n. ſequeret̃ ꝙ delinquentes nõ
poſſent carcerari nec ꝯdemnari ad mortem, aut aliter puniri, &
ꝯcitati ad iudicium, minimè tenerent̃ ꝯparere allegantes metũ,
q̃ penitus falſa ſunt, & a iure reprobata, iuſte igitur Cardinalis
fuit detentus & condemnatus, ac priuatus, & ſi Leo decimus uo
luit erga ipſum uti liberalitate, clemẽtia & benignitate, nec tra
dere eum ultimo ſupplicio, & hanc ob cãm, Stephanus frater
ceſsit & renunciauit, nõ propterea allegare põt feciſſe iſta p me
tum ſed ob cauſam & charitatem iuſtiſsimam, ut a morte libe-
raret fratrem, illam merentem, ſuis flagitijs, ut ipſemet Stepha-
177 nus fatet̃ hanc ob cauſam illam feciſſe. † Cuius ꝯfeſsione, non
datur maior probatio iuxta gl. & doc. in l. cum te. C. de tranſac.
178 & p Mod. in rub. extra de probatio. †. Non. n. Leo decimus car
cerauit Cardinalem odio Stephani, & ad effectum. ut ipſe Ste-
phanus cederet iuri ſuo & penſioni, quo caſu procedere poſſent
adducta in ꝯtrium, uerſamur enim in caſu penitus ꝯtrio, in quo
ipſe libertate plena gaudens ceſsit ut fratrem iuſte carceratum
& condemnatum a morte redimeret, & ob hanc cauſam da-
tum, non põt recuperari, tanquam metu oblatum d. l. accuſatio
179 nis, & l. cum te. C. eo. ti. † Aduertendum inſuper eſt, congrega-
tionem ipſam nullum metum intuliſſe Stephano nec ex ſua ceſ
ſione eam reportaſſe commodum aliquod, quia penſio deben
da Stephano tranſlata fuit in alias perſonas, quo fit ut ſi etiã me
tu per pontificem illato ipſa congregatione inſcia, & iſtud mi-
nime procurante Stephanus id feciſſet, quod utique a ueritate
alienum eſt, tamen minime poterit agere contra congregatio-
nem, nullum inde commodum conſecutam, maxime nulla præ-
cedente annullatione uel declaratione ipſius ceſsionis. l. ſi cum
exceptione. §. in hac. & §. ſeq. ubi gl. & ſcrib. tradunt, ut ẽt faciũt
180 in l. metum. §. fin. & in l. ſi ipſa res. ff. quod met. cau. † Et ſi ipſe
Stephanus fuiſſet carceratus, ex quo actum non geſsit eũ carce-
rante & eum detinente, ſed cum alijs minimè ꝯ illos agere põt
per querelam metus per tradita in l. metũ. §. licet. & in d. l. q car
cerem. ubi Bar. & alij notant. ff. quod met. cau. & in l. non inte-
reſt. C. eodem. & Abb. conſi. lx. col. j. uol. j. & Ang in l. nemo car
cerem. C. de exactori. trib. lib. x. per l. ſi. C. de capt. & poſtlim. re-
uer. & per Imo. in d. l. qui a latronibus. & Bal. in l. nam & ſeruus.
in princ. ff. de nego. geſt. & in dicta deciſ. conſi. Neapo. cxlix. &
alia deciſione. ccxlvj. quidã maritus. in ſi. Et licet Leo decimus
uoluerit ipſum Stephanum cedere & pręſtare conſenſum, iſtud
fecit non quod neceſſario requireretur, nam priuatio & decla-
ratio per eum facta ſatis erat ſufficiens, ut ſupra deduximus, ſed
id curauit fieri ad oſtendendam eius etiam uoluntatem, ut ip-
ſe Stephanus redderetur omnimodo priuatus, & ut de hoc ap-
pareret & conſtaret etiam ſua propria uoluntate, ut in poſterum
omnis cauſa & occaſio altercandi eſſet penitus ſublata, & ſua ceſ
181 ſio redderetur proprio iuramento magis ualida & firma. † Vir
tus cuius operatur, ut ue. e paſſus metum, non poſsit de facto &
propria auctoritate uenire ꝯ & aduerſus geſta per eum non pe-
tita & obtenta prius abſolutione a iuramẽto, & maximè quãdo
agitur

agitur contra tertium,qui metum non adhibuit,ut proprie con
tingit in caſu præſenti,& quando de metu & ui, adhuc non con
ſtat,ut p Abbatẽ & poſt alios Fely.in ca.ij.col.j.& nu.iij. & xj.
& in ca.ſi uero.nu.vij.& a.de iure iur.& eſt ampla deciſio conſi.
Neap.cclxiij. In cã Luciellæ. & ea iſtis ceſſant obiectiones ſa-
ctæ,quoniã Cardinalis nõ fuit condẽnatus nec carceratus odio
Stephani,prout loquuntur deciſio.in oppoſitũ adductę,quãdo
renunciatiu ſit metu conſanguineorũ,&c.& Leo decimus libe-
rando Cardinalem ad abundantẽ cautelã uoluit quod Stepha-
nus renunciaret & cederet.non aũt quod neceſſario requirere-
tur,cum iã ipſum priuaſſet omni iure,& hoc facere potuiſſet.ut
ſupra oſtenſum,& ſi Stephanus ſucceſſiuẽ ceſsit & ꝯſenſit trãſla-
tioni,non fecit iſta metu,ſed amore,& charitate fraterna, ut ip
ſemet ꝯfeſſus eſt, & ita factum non põt annullari ex capite me
tus,ut diximus , nullus igitur metus iuſtus aut ꝯſiderabilis fuit
182 in ipſo Stephano.† Et quod dictum eſt de precibus potentũ,
procedit in Principe Seuero rigoroſo & iniuſto, quod minime
uerificari poterit in Leone x.benigno, & humano, ut re ipſa in
præſenti caſu apparuit, cum Cardinalẽ ultimum ſuppliciũ me-
rentẽ liberauerit,nec in dubio pſumitur principẽ male tractare
ſubditos,ſm Io.Andreã,& Abba.in c.inſinuãte,in fi. qui cleri-
ci,uel uouentes,& p Fely.in c.j.col.ij.nu.ij.de offi. deleg.& ta-
lis qualitas ſeueritatis,& ꝙ princeps ſolitus ſit iſta facere,neceſ
ſario probãda eſt,ſm Bar. in d.l. de pupillo. §. ſi quis ipſi ptori.
q.vj.ubi alij ꝯcor.adducunt maximẽ Alex.nu.xix.& alijs ſeq.ſo
la enim dignitas ſuprema.& ſuperioritas,nõ probãt metum, ut
deduximus,nec in præſenti diſceptatione aliquid facit d. c. ſu-
per hoc,& d.c.ſollicitẽ,ut ẽt minus nõ probatis.quis renuncian
do beneficio uideatur metu renunciaſſe eum nõ ſit ueroſimile
183 ſponte uelle renunciare quęſito tot laboribus,& expẽſis.† Nã
dicta iura ꝯſiderant cãm renunciationis, & uolunt , ꝙ ſi appa-
reat eã non eſſe factã ui,uel metu illã ualere,& ſubſiſtere,quod
bene adaptatur ad caſum pſentẽ,cum aperte cõſtet ex ſua pro-
pria ꝯfeſsiõe Stepha. eã feciſſe nõ metu,ſed charitate fraterna,
& ut ipſum iuſte carceratũ,& iuſtiſsime condẽnatum liberaret,
& qñ hac de cã aliquid factũ eſt,iuſte libere,& ſpõte factum di
citur,nec p querelã metus ueni. reſcindendũ,ut ſuperius ꝯcluſi
184 mus.† Eo ẽt quoniã.d.c.loquuntur.in caſu lõge diuerſo a pre-
ſenti,nã in illis ſpoliũ,& res ſuper qua fuit cõmiſſum tẽpore re-
nunciationis erãt penes ſpolian.ẽ, qui agenti poſſeſſorio recu-
perandæ nõ poterãt obijcere excep.renunciatiõis,ea ratiõe quia
nõ cadit ueroſimile, &c. quæ qualitates ceſſant in caſu noſtro,
185 nã penes ꝯgregationẽ nihil aderat neq; adeſt.† Prout ẽt nã di
ctis iuribus,& c.obſtare uſ tex.in c.accepta.de reſt.ſpol.& ideo
Abb.in d.c.ſollicitẽ.col.iij.uer.ꝯtra hanc lecturã,& uer.et ego
puto hoc uerũ,dicit in illis renunciationẽ non ualuiſſe,ea ratio
ne,quia nõ fuit facta in manibus ſuperioris , ſecus autẽ ſi facta
fuiſſet in manibus ſuperioris eã acceptantis, ut fuit pſens, tunc
enim ualeret in caſu dubio,& ceſſaret illa ueriſimilitudo dicti.
c.accepta.iunctis notatis in c.admonet , & in c.cũ in dubijs. de
renuncia.& illud ſequitur Imo.in d.c. ſollicitẽ.col.fi.uer.ideo ſi
186 excipiẽs,& uer.in eadẽ gl.ibi in ſuo iudice.† Ad quod inſuper,
nã Lap.alleg.xxiiij.limita decretalẽ,dicit, dictũ.c. ſollicitẽ non
procedere,qñ apparet notorius defectus proprietatis,in ipſo re
nunciãte,& Lapũ ſequit Benedictus Ca.in d.c.ſollicitẽ.uer.ſm
aut,& uer.in eadem gl.ibi corã ſuo iudice ,notorius enim de fe-
ctus proprietatis excludit agentẽ.c ad decimas,ubi gl. & doct.
de reſti.ſpo.lib.vj.c.ſignificaſti.de diuor.& Alex.in l.ſi rem ali-
quam.col.fi.ff.de aeq.hær.quod aũt Stephanus nullũ ius in ipſa
pẽſione habeat,iã apertiſsimẽ oſtẽdimus,unde ceſſant prorſus iu
187 ra pdicta.† Quæ ẽt locum nõ ſibi uendicãt qñ in inſtrumento
ceſsionis eſſent appoſita uerba illa , ꝙ ſpõte renunciauit nullo
metu,&c.ut poſt dom.Ant.firmãt Abb.in d.c.ſollicitẽ, col. fi.
uer.non obſtat.& Imo.col.fi.uer.idẽ ſentit,& Bened.Cap.uerſ.
qui dicit idẽ eſſe,& proſequitur Soci.ꝯſi.lix.nu.xxviij. uolu.iij.
188 † Quando enim apparet aliqd propter quod diminuitur illa
pſumptio,& ueriſimilitudo de qua in dictis iuribus, ea non de-
bẽt attendi, cũ una præſumptio tollatur p aliam.l.nã ita diuus.
ff.de teſti.in integ.c.literas.de præſump.l.ſiue poſsidetis. C. de
prob.& firmant Abb.in d.c.ſollicitẽ. col.iij.uerſi. & hoc credo
uerũ,& Imo.col.fin.uerſi.ideo põt, & qa hic adſunt tot, & tãtæ
præſumptiones tollẽtes metũ do.Stephano omnino denegãdus
eſt regreſſus nedum ex primæua collatione,ſed ẽt ex noua, cum
189 ab omnib.ſit excluſus.† Ex illę clauſulæ in dicta renunciatiõe
appoſitæ minime ſunt inſolitæ,& incõſuetæ cum ſemper appo-
ni ſoleant in ceſsionib. & obligationibus q̃ fiunt in forma ca-
meræ ad not.in l.fi.C.de fideiuſſo.& plenẽ p ſcrib.in d.l.Gallus
190 §.idem credendũ.† Eo ẽt quoniã appoſitæ apparent ad execu-
tionẽ diſpoſitionis ꝯſequenter nõ habẽt illã alterare clem. j. de
præbendis,& p Abbatẽ in c.cum noſtris,col.fi.de ꝯceſsiõe præ
ben.& Card.conſi.xxv.in fin.& quia appoſitæ fuere ad maiorẽ,
191 & abundantẽ cautelã,quæ actũ nõ habet uitiare.† Nec obſtat
allegata enormis leſio,nã iſta ſola,minimẽ inducit, nec probat
metum,ut p Alex.& alios in dicta l.interpoſitas. C.de tranſact.
per illum tex.nu.iij.in tertio notabili adducentẽ Barto. & alias
deciſiones,licet.n.ageretur de omnib.bonis ſeu maiori parte,et
pro modico illis quis cederet,nõ propterea ex hoc metus argui
tur,& ſemper ceſsio & renunciatio affert læſionẽ,& ſi iſtud ſo-
lum alio nõ concurrẽte,attenderetur.ceſſaret prorſus titulus de
renunciati.& de donatio. & l.ſi qs in ꝯſcribendo.C. de pac.cum
192 ꝯcord. † Et quis in re ſua nõ poſſet eſſe arbiter & de ea diſpone
re ẽt abutendo uulg.l.in re mãdata. C.mãda.l.ſed & ſi lege.§.cõ
193 ſuluit.ff.de pet. hær. † Et pęna quis afficeretur ſi ei tolleretur
facultas diſponẽdi de rebus proprijs.l teſtamento cẽturio.ff.de
manumiſ.teſtam.l.nõ uſque adeo.ff.ſi quis a paren. fuerit ma-
numiſ. prout ẽt qm in hac ceſsione nulla fuit leſio , ex quo ipſe
Stephanus,nullum habebat ius ꝯſiderabile in ipſa ceſsione,iam
extincta p Leonẽ x. ad id plenariã habentẽ poteſtatẽ,ut deduxi
mus , & quicquid poſt dictã extinctionẽ geſtũ fuit ad cautelam
maiorem & abundantem fuit actum non ꝙ eſſet neceſſarium.
194 † Et proteſtatio facta p Stephanum,parũ ſibi profuit,tũ quia
ea cã minime uera nec iuſtificata quia nullus uere adfuit metus
& ultra allegationẽ metus ꝯtinere debebat aliam cãm uerã &
probatã.l.ſi hominẽ.ff.mãd.l.ij.C.debi.uend.rẽ pignor.p Bart.
in d.l.de pupillo.§.ſi quis ipſi ptori.q.xj.ubi Iaſ.nu.xv.ꝯcur.ad-
ducit,& idẽ facit,in dicto.§. Celſus.nu.iiij.& xvj. poſt Alex. ibi
195 nu.iij. † Prout ẽt quia fuit clãdeſtina,nec alijs quorum intere
rat intimata,ſm Bal.in l.clari.in fi.C.de fideicõmiſ.cum alijs al
leg. p Fely.in c.ꝯſuluit.nu.ij.de offi.deleg.& in dicto c.cũ . M.
Ferrar.nu.xlix.ubi Moder.nu.xx. ẽt alia adducunt & p Alex. in
196 dicto §.Celſus.nu.ij.† Et quia actus pcedentes fuere perfecti,
& penitus ꝯtrarij dictæ proteſtationi poſt illos factę,per quã il-
li minimẽ tolluntur cũ ſola uoluntate gerẽtis illos nõ debeant
infringi q ab initio,licet ſint uoluntarij tñ facti neceſſarij ſunt.
l.ſicut.C.de actio.& obli.l.in cõmodato.§.ſicut.ff.cõmoda. & a
fortiori ad nota.in c.ſollicitudinẽ.in fine de appella & p Bar in
dicto.§ morte.nu.xvij.& Alex.num.xiij.& ſeq.& in d. §.Celſus.
197 nu.iiij.† Eo magis ſi in dicta aſſerta proteſtatione, nõ apparet
mentionẽ factã de iuramento præſtito ſuper dicta ceſsione ſm
gl.in uer.effectus.in c.cum nõ deceat.de elect lib.vj & Alex.cõ
ſi.xxxviij. Viſa petitione,uol.iij.& ꝯſi.ccv. Viſis.uolu.ij, & Mo-
der.in l.ſi quis maior.col.iij.C.de trãſactio. ¶ Ad excluſionẽ ẽt
Stephani accedat poſtremo,& alius eius ꝯſenſus re ipſa præſti-
tus,mortuo iã Leone x.& decurſo tẽporis interuallo,dũ ex man
dato clem.vij.medio reuerendiſsimi Card.armellini tunc came
rarij duabus in uicib.recepit & habuit duc.xxij.in recõpẽſatio-
198 nem dictæ penſionis.† Per quẽ actum omni iuri,ſi quod habe
bat uidetur renunciaſſe p geminatũ ſuum ꝯſenſum , eo fortius
dictum effectum producentem.l.ſi mulier.C.ad uelle.cum ſimi
lib. tradi ſolitis,de geminatione & reiteratione actus, & p quã
receptionem pecuniarum ſatis ꝯſtare dicitur de eius uoluntate
in renunciãdo omni iuri,cũ nedum uerbo,quinimmo & fortius
199 facto & re ipſa uoluntas declaret ut deduximus.† Et plus eſt
facto aliqd facere q̃ uerbo.l.ſi tamen.§.ei qui. ff. de edil. edic.
cum alijs allegatis p gl.per illũ text.in c.dilecti.de appella. ubi
200 Moder.nu.j.ẽt alia tradunt.† Et ſicuti quis uenire non põt cõ
tra id,quod uoce propria fuit atteſtatus.l.generaliter.in fin. C.
de non nu. pecu.minus inſuper uenire poterit ꝯtra factum pro-
prium.c.pęnitens.xlv.diſtin.c.noſti.de elec.c. diuerſis. de cler.
coniug.& in reg.quod ſemel.de reg.iu.lib.vj. recipiendo igitur
dictas pecunias ob cãm prædictã & in recõpenſationem.d. pen
ſionis ſimpliciter,& abſq; aliqua reſeruatione, in omnib. pror-
ſus ſibi pdiudicauit & omni iuri ſi quod habebat re ipſa renũcia-
201 uit.† Et in ſimilibus dicimus de domino directo ſimpliciter re
cipiente canonem ab emphiteota ceſſante ſoluere p triennium
& ex hoc incurrente caducitatem , ut uideatur illã remiſiſſe, &
ex hac ſimplici receptione ſibi præiudicaſſe, ſm gl.pe.in c. po-
tuit.de loca.& in l.ij.C.de iu.emph. cum alijs ad plenum tradi-
202 tis p Moder.ibi nu.cxxiiij.& cxxx. † Et quia creditor ſimpli-
citer recipiens aliquid ſibi debitum,uidetur remiſiſſe intereſſe,
& in

203 & in ea ſibi præiudicaſſe.l.quarta.ubi Bal.C.depo.† Et credi-
tor ipſe ſimpliciter recipiendo pecuniã ſortis principalis iam ui
detur remiſiſſe pęnã, & in hoc ſibi pręiudicaſſe.l.fin.in fi.ff. de eo
quod cer.lo.& p Mod.in l.uinũ.nu.v.ff.ſi cer.pe.& in l.ſi credi-
204 tores.nu.iiij.C.de pac.† Et qm̃ per receptionẽ partis debiti fa
ctam ab uno ex correis,inducitur diuiſio,& præiudiciũ credito
ri partẽ recipienti,ut traditur in dicta.l.ſi creditores.p illũ tex.
205 per ſcriben.oẽs.† Et procurator recipiens inſtrumentũ mãda
ti,uidetur ꝯſentire & acceptare officiũ procuratoris, ita ut non
poſsit retrocedere,cle.j.de procur.in clem.l.filius.ff.ad maced.
per Pan.de Ca.Alex.& alios in l.inuitus.num vij.C.de procur.
206 † Et recipiens literas cãbij ſimpliciter, & illis nõ ꝯtradicens,
vi illas receptare,& ſe obligare ad ſolutionẽ.l.filiuſfa.ubi Bar.
& alij tradunt.ff.ad maced.& p eundem Bar.in l.cum tabernã.
§.pe.in fi.ff.de pig.& in l.quo cũ.§.j.ff.rẽ ratã hab. & alia mul
ta ad idẽ poſſent adduci tradita in regu.qui tacet.de reg.iu.lib.
vj.per Bar.& oẽs,in l.quæ dotis.ff.ſol.mat.¶ Nec iſtis habẽt ob
ſtare allegata p Stephanum,aſſerentẽ partẽ dictarum pecunia-
rum recipiſſe in recõpenſationem augumenti doanæ.nã in con
trarium ſe habet ueritas,ut clare cõſtat ex uera facti ꝯtingẽtia,
nec iuuat eũ dicere recepiſſe illas pecunias ex cã dictæ pẽſionis,
propter metũ Clem.vij.qui cognoſcens eũ fuiſſe iniuſte priuatũ
penſione, in recõpenſam uoluit illi dictas pecunias numerari,
quas Stephanus cepit,nõ audens ꝯtradicere propter metum ip
ſius Clem.vij. & quia uidebat pecunias ſibi ſolui ex cã penſiõis
extinctæ,& quæ uerè ſm eum durabat,& nõ erat extincta.Ceſ-
ſant nanq; iſta tum qa Clemens nullum intulit metũ, ut ob di-
ctam cãm illas pecunias caperet, ſciebat eñ penſionẽ iure per-
mittente, licitè & iuſtè fuiſſe extinctã, & iſtas pecunias uoluit
numerari Stephano ſua humanitate & benignitate,ab eodẽ nõ
xẽ rogatus,& uoluntariè dictas pecunias cepit,ex illẽa extra ur
bẽ,non ſubditus,ſed illas habere cupiens,ob dictã cãm, & tunc
nõ aderat metus,ſed ſola ſpes ꝯſequẽdi illas pecunias ex illa cã,
tunc expreſſa.Et merito nõ contradixit,ſed acquieuit,cũ oẽs il-
læ pecuniæ eſſent lucro,& minus debitæ, cum iã pẽſio funditus
fuiſſet extincta,ut fuit deductum, & talis actus receptionis di-
ctarum pecuniarũ ob cãm antedictã geſtus p Stephanũ,iam li-
berato & mortuo.B. Cardinale eius fratre, mortuo ẽt & Leone,
& ꝯcurrente tẽporis interuallo,& de mandato Clem. vij. nullũ
inferentia metũ, ſed ſolũ utentis dicta liberalitate, aperiſsimè
arguit omnẽ metũ,ſi quis fuiſſet in præteritũ,fuiſſe redditũ pur
gatum,ad not.in l.ij.C. quod metus cau.cum alijs adductis per
Alex.coſi.cxxvij. Viſo.col.j.uol.v.& in d.§.celſus.num.a.& per
Moder.in l.ob turpẽ.ff..de ꝯdi.ob turpem cãm.& in deciſ. cõſi.
Neapo. cccxxvj. Quidã nobilis.in tertio dubio, licet uerè ſu-
perfluũ ſit aliquid dicere de purgatione metus,cũ nullus inter-
207 uenerit,ut deduximus.† Minus eidẽ Stephano prodeſt quod
aſſerit,ꝯgregationẽ non poſſe ex iſta receptione pecuniarum ſe
iuuare,toto titul.res inter alias acta.Ipſa eñ nihil geſsit cũ Ste-
phano,nec illas pecunias ſoluit, ut ſe redderet liberatã, hac de
cã, nam eas curauit ad extinctionẽ penſionis debitæ Reueren-
diſsimo olim Cardinali de Cortona. Fatetur eñ illud ꝯgrega-
tio,cui minime neceſſariũ erat ꝯſequi liberationẽ a Stephano,q
nullum ad penſionẽ habebat ius,& omne ſi quod fuit iã erat ſu
blatum & extinctũ,ut ex plurib.ſuperius iã fuit oſtenſum, & il-
la priuatio nõ poterat oſtendere aliquẽ habitum,ſolum eñ con,
gregatio fundat ſe,ut per illã receptionẽ pecuniarum factam a
Stephano ex cã dictæ penſionis extinctæ, coadiuuetur optimũ
ius ipſius ꝯgregationis,& eius liberatio & abſolutio,ab omni iu
re,quod ipſe Stephanus de facto prætendit, & ut eo magis cla-
rius cunctis pateat iſtud ex geſtis per eundẽ Stephanũ, cũ abun
208 dans cautela minime noceat. † Eo ẽt quia mandatũ Cle. vij.
ut dictæ pecuniæ ſoluerentẽ ex cã prædicta, potuit prodeſſe &
profuit ipſi ꝯgregationi,caſu quo fuiſſet obligata,cũ pro debi-
tore ẽt inuito & ignorante poſſit quis ſoluere & eũ liberare. l.
ſoluendo.ff.de neg.geſt.& in ſimili tradit Bart. in l.indebiti. §.
ſed ſi nummi.in fi.ff.de ꝯdi.ind.ubi Mod.nu. aj. alia adducunt,
ut ẽt faciunt in l.ij.nu.aix.de iure emphi.poſt Bar.& alios, in l.
209 ij.ff.de excep.rei ind.† Et iſto caſu res inter alios acta proderit
alteri,prout plurib.alijs in caſib.prodeſt,traditis per oẽs maxi-
mè Alex.in l.ſæpe. ff. de re ind. & quorum aliqui bene poſſunt
ad preſentẽ diſceptationẽ adaptari, & quatenus Stephanus di-
cit, uerba prolata in huiuſcemodi actu per Clementẽ ſeptimũ
Cardinalẽ Armellinum & ipm̃ Stephanũ non fuiſſe diſpoſitiua,
ſed ſolũ enunciatiua,ex quib. non põt ipſa ꝯgregatio ꝯſequi cõ
210 modum,nec ſuper illis ſe fundare. † Reſpondetur ꝯgregatio-
nem pecunias illas, ut proprias ſoluiſſe,& ꝯſiderata numeratio
ne receptione,ac cõſumptione dictarum pecuniarũ, ſatis ꝯgre
gatio ipſa dicitur interueniſſe.& illa uerba fuiſſe ueſtita.& ap-
tiſsimè probare cõſenſum & uoluntatẽ Stephani, ẽt ad benefi-
cium ꝯgregationis, argumento eorũ que habentur in l. ſi a fu-
211 rioſo.ff.ſi cer.pet.ubi oẽs tradunt citãtes concor.† Et quia pa
ctum nudum rei traditione ẽt ueſtitur.l.legẽ,cum concor.C.de
212 pactis.† Et inſtrumentũ inter aliquos celebratũ,de mutuo ſeu
depoſito,quo ad oẽs probat illud fuiſſe mutuũ ſeu depoſitum.l.
deſideriũ tuũ,ubi Bal.& alij notãt.C.depoſi. & per Bar. & alios
in l.admonendi.col.viij.uer.itẽ querõ quid ſi inſtrumentum.ff.
de iureiur.& per Moder.in l.ex his.C.de teſta.milit.num.xia.&
in l.ſi quia mihi bona.§.quid ſi mandauit. per ſcribentes antiq.
& moder.ẽt alios ibi,num.viij.& in l. ſingularia. nu. xxxij. ff. ſi
213 cer.pet. † Præterea uerba quæ fuerunt prolata in actu præſen
ti rectè ꝯſiderata nõ fuere enunciatiua,nec incidẽter dicta,ſed
principaliter propter ſe,& diſpoſitiue. Nam principalis intẽtio
Clementis ſeptimi, Armellini, ac ipſius Stephani fuit, ſoluere
& accipere dictas pecunias, in recõpenſam penſionis extinctæ,
& ob iſtã finalem cãm,& ,ppter id principaliter, nõ aliud, quo
fit ut dicta uerba diſponãt,& oĩno probent,ſm Bar.& oẽs citan
tes iura in l.ex hac ſcriptura.ff.de don.& per oẽs in d.l.ex his.cũ
ꝯcor.citatis per Modern.aſſerentes hãc eſſe cõmunẽ in d.l.ſi qs
214 mihi bona.§.quid ſi mãdauit.nu.viij. † Prout ẽt quoniã dicta
uerba ſi cõſiderentur ut enunciatiua, adhuc plenã inducere di-
ſpoſitionẽ & probationẽ,quoniã ꝓlata fuerunt ad liberãdum,
& ad id principaliter, & propter ſe ut probatur in l. tale pactũ.
in prin.ff de pactis.& ibi oẽs no.& firmat Bar.in d.l.ex hac ſcri
ptura.col.fi.nu.xvj. ubi ꝯcor.adducit, ut ẽt faciunt Moder. in
215 d.l.tale pactum. † Et quia uerba pdicta fuere prolata per mo-
dum cauſæ,& cõſequenter diſponunt,ut tradit Bar.per illũ tex.
in l.emptor.§.ancilla.ff.de rei uendi.& in l.cũ tabernã. §. idem
quæſit.ff.de pignori.cum ſimi.allega. per Moder. in d. l. ex his
216 in ia.limitatiõe.& alios ibi,num.xxxiiij. † Eo ẽt quoniã partes
illa proferẽtes,& ſic ipſe Stephanus poterat ſibi præiudicare,et
proferendo illa diſponunt & probãt,& ſibi præiudicium faciũt,
ſm Bar.in l.ſciẽdum.col.j.ff.de uer.obli.cum alijs alleg. per A-
lex.& alios ibi,& eundẽ Alex.con.xviij.Viſo.col.ij.uolu.iiij. &
per Mod.in auth. ſi quis in aliquo documento.nu.xxxvj. C. de
217 eden. † Ad quod ẽt talia uerba enunciatiuè ꝯſiderata proba-
tionẽ & diſpoſitionẽ induxerunt, qa prolata a Clem. vij. Pont.
Max.ſm Lap.alleg.vij.diſputat.& Fely. adducentẽ alia, in c. cũ
218 aa.nu.v.de oſt.dele. † Et uerbis Papæ credendum eſt in cauſis
corã ſe agitatis, & in quibus habet plenitudinẽ diſponendi, &
potiſsimum per eundẽ Stephanum acceptatis. c. cũ a nobis. de
219 teſtib.ubi oẽs firmãt,maxime Modern.citãres cõcor.† Et ſi di
cta uerba eſſent aſſertiua,tñ adhuc probãt,& diſponunt,cum ſu
per illis Pontifex ipſe ſe fundet, ẽt ſi factum eſſet alienum, ad
not.in cle.j.de prob.& Andr.de iſer.in c.j.q ſucceſſ. ten.& per
ſcrib.in c.ſi papa.de priuil.lib.vj.& in deciſ. conſi. neap. cccev.
220 In cã.col.ſi. † Nouiſsimè adductũ per Stephanum dicentẽ,ſe
tanquã enormiſsimè leſum,debere ꝯſequi penſionẽ prædictã,ni
hil obſtat,qm̃ renunciatio & ceſsio,per ipſum facta ,ppter cha-
ritatẽ fraternã hac de cã non põt infringi,nec illa arguit metũ,
ut cõcludenter ſuperius deduximus.¶ Eo ẽt quia nulla fuit læ-
ſio,cum omne ius ſuũ eſſet penitus extinctũ,& ceſsio,& ſucceſ
ſiuè receptio pecuniarum facta per eum parũ iuris tribuere cõ
gregationi circa penſionẽ iam extinctã, cum nõ entis qualita-
tes aliquæ nõ ſint cõſiderabiles.l.eius qui.in prin.ff.ſi cert.pet.
cum alijs adductis per moder.in l.poſtquã liti.num.xxix.C.de
pac. & ceſsio ipſa proceſsit de facto & ad abundãtem cautelã,
ita ẽt & numeratio dictarum pecuniarũ in recõpenſationẽ præ
dictam,cum Stephanus ipſe de facto dicebat & tentabat, ut de
præſenti tentat cõſequi penſionem iam mortuam & ſepultã, &
ad tollerandam dictam intentionem ſuam facti fuere etiam ge
ſti dicti actus cõtinentes factum, ex quo nõ erant neceſſarij de
221 iure, † ſed ut tolleretur intentio ſua facti per exceptionem ẽt
intentionis & facti,ut plenè traditur in l.ij.in prin.ff.de except.
222 & in l.qui ſe debere.ff.de cõdi.cau.da.cum ſi.† Et quia id qđ
de facto proceſsit,etiam de facto remittitur,ſm gl.in uer. infir
mabitur.& alios doct.ibi in l.j.§.j.ff.de fer.cum alijs citatis per
Fely.in c.ſignificauerunt.col pe. de iudic. Ex quibus ut quam-
breuius & ſtrictius fieri potuit ita collectis firmiſsima & uera re
ſultat ꝯcluſio ipſum Stephanum in nullo eſſe audiẽdum,& pror
ſus

ſus a ſuis petitionibus reijciendum & cõgregationem ipſam indebitè moleſtatã, & laborib. & expenſis uexatam & ab omnib. abſoluendam. Pariſ. Bono.

SVMMARIVM.

1 *Onus exigendi decimas ſpectat ad eccleſiam & agentes pro ea, & non ad conductores territorij ipſius eccleſiæ & emphiteotas & alijs ſequen.*
2 *Et non tenentur exigere ſi ad id non ſunt uoluntariè obligati.*
3 *Et maximè ſi agentes pro eccleſia iſtud ſibi reſeruarunt & alijs ſequen.*
Conuentiones & pacta ſeruanda ſunt.
4 *Obligatus in uno uidetur abſolutus ab alijs.*
5 *Verbum, debeant, inducit neceſſitatem.*
6 *Decimæ an ſint deferendæ ad domum eccleſiæ & cuius expenſis.*
7 *Pacta & conuentiones ſuper decimis facta ualent.*
8 *Eccleſiæ competit ius & actio, pro decimis.*
9 *Onus decimarum eſt annexum prædijs & reale.*
10 *Vnus pro alio grauari non poteſt in decimatione, & nu. 15.*
11 *Decimæ præteritæ an & quando poſſunt peti.*
12 *Decimæ ſunt ſoluendæ à poſſeſſoribus non ab alijs.*
13 *Per non ſolutionem decimarum quis non cadit à iure ſuo.*
14 *Dictio, niſi, quid importet.*
16 *Vnum capitulum inſtrumenti declaratur per aliud.*
17 *Damnum debet eſſe culpoſi & negligentis.*
18 *Emphiteota alienãs irrequiſito domino cadit à iure ſuo fallit ut in ſequen.*
19 *Alienans pro parte, an cadat in totum.*
Contrauenìens pro parte an incurrat pœnam pro toto.
20 *Locatio ad modicũ tempus facta per emphiteotã, nõ eſt illi nociua.*
21 *Et ſi ad nouem annos ſint facta idem.*
Et quid ſi fuit data licentia alienandi.
Et an iſto caſu directus dominus ſit requirendus.
22 *Pacta ſuper iſtis facta ualent.*
23 *Et quid ſi fuit reſeruatum ius domini.*
Vel alienauit tanquàm emphiteota.
24 *Et quid ſi fuit dictum non aliter, nec alio modo.*
25 *Vel ſub illis uerbis, & ſi quantum poſſum & non aliter.*
Vel ſub illa conditione ſi conſenſus domini acceſſerit.

CONSILIVM VI.

CONSIDERATA Tranſactiõe & ꝯcordia nec non pactis & conuentionib. initis, & firmatis inter epiſcopũ Bonon. ex una & ſindicũ maſſariũ ac homines ſancti Ioan. de Perſiceto ex altera, firma cõcluſio colligitur maſſariũ & homines prædictos, ac ipſorũ uniuerſitatẽ minimè teneri, nec eſſe aſtrictos ad exigẽdũ decimas pertinentes ad epiſcopatum prædictum a ſingulis perſonis poſ-
1 ſidentib. bona, de quib. in dicto inſtrumẽto tranſactionis. † Agentes enĩ pro epiſcopatu, tale onus habere debent, & eis illud incumbit, & nõ prædictis hominib. & uniuerſitati, tũ conſiderata diſpoſitione iuris cõmunis uolentis tale onus adaptari ad agentes pro epiſcopatu & nomine ipſius & nõ ad laicos toto fere ti-
2 tulo de decim. cũ uulgarib. † Tum ẽt qm̃ prædictis hominib. tale onus minimè fuit iniunctũ, & ad illud ipſi minimè obligati apparent, ꝯſequenter aſtringi nõ poſſunt talẽ exactionẽ facere
3 ſm̃ iura cõmunia & uulgaria. † Tum ẽt qm̃ in prædicta tranſactione & conuentionib. agentes pro eccleſia expreſsè ſibi iſtud reſeruarunt a quibus conuentionib. recedendũ non eſt quinimmo obſeruandæ ſunt l. j. l. iuriſgẽ. §. ait prætor. ff. de pac. l. j. §. ſi ꝯueniatur. ff. depoſi. De reſeruatione aũt huiuſmodi cõſtat in dicto inſtrumento & multipliciter, & primo dũ referuntur conceſsiones & cõuentiones antiquæ & in illis cauetur reuerendiſſimũ epiſcopũ locatorẽ reſeruaſſe ſibi omne ius petendi exigendi ac recipiendi decimas p̃dictas ex terrenis laboratis territorij ſeu terreni prædicti cõprehenſi infra ſupraſcriptos confines & idẽ habetur in illa locatione dictis hominib. facta p d. Fran. paratum tunc agentẽ pro dicto epiſcopatu & relata in inſtrumento prædicto, dũ in ea dicitur, cum reſeruatione iuris exigendi &
4 recipiendi annuas decimas pro dicto Reuerendo Epiſcopo, &
5 eius ſucceſſoribus, & idẽ cõtinetur in narratiua tranſactiõis prędictæ, quatenus in ea dicitur inter ipſum dñm epiſcopũ, & homines fuiſſe ortã differentiã, & hãc uertentẽ ſuper ſolutione annui affictus ſeu cenſus, & decimarũ circa quarũ exactione eccleſia aſſerebat paſſam eſſe graue dãnum, & ex oppoſito dicti homines, & uniuerſitas expreſſẽ iſtud inficiabatur, & demũ ſuper dictis differentijs, poſt latã ſententiã in fauorẽ dictorum homi-
4 num, & utrinq; approbatã, & receptã facta fuit tranſactio. † In qua fuit cõuentũ dictos homines, & uniuerſitatẽ rõne dictę locationis, & cõductionis, ſolũ eſſe obligatos ſoluere dictæ eccleſiæ ſingulis annis ſolidos. xl. & pro renouatione in fine annorũ. xxix. ſoluere lib. xl. p quã obligationẽ liberati, & abſoluti redduntur ab omnib. alijs cum illorum duorũ incluſio, & obligatio, ſit reliquorum abſolutio, & excluſio. c. nonne, de præſump. l. cum prætor, in prin. ff. de iudi. & circa ſolutionem decimarum fuit, facta reſeruatio illas exigendi dicto epõ, & agentib. pro eo, & fuit appoſitus modus iſte, & forma huiuſmodi, ꝙ pro terris cõtentis in d. territorio laboratorijs licitum ſit epiſcopo, & ſuis procuratorib. & factorib. petere exigere ac recipere anno quolibet decimas fructuum, prout hactenus receperãt, & ꝙ procuratores, & factores illas accipiãt, & accipere poſsint & debeant in cãpis, & ibi hoĩes decimãtes habeãt ꝯſignare decimã, eiſdẽ p
5 ut hactenus fecerunt tẽporib. retroactis. † Et ſimiliter habeant recipere decimã in cãpis de terris pratiuis, quod uerb. debeant neceſsitatẽ præciſam importat, ſm̃ gl ordinariã citantẽ iura, in l. ſæpe audiui cæſarem. ff. de off. pręſi. pro terris uero boſchiuis loco decimarum homines, & uniuerſitas prædicta promiſerunt ſoluere eccleſiæ li. xv. & in alijs ẽt partib. dicti inſtrumenti hoc idẽ, & pluries replicatur, ut factores eccleſiæ habeant tale onus percipiendi decimas in cãpis, & illas petendi ibidẽ, prout erat ſo-
6 litum. † Per quã cõſuetudinẽ, & pactum tollitur illud quod traditur in c. reuertimini. xvj. q. j. c. j. ubi gl. & alij uolunt ruſticum arctari expenſis ſuis ad deferendum decimas in horreum eccleſiæ, ut firmat Abb. in c. ex parte il ſecundo, nu. v. de decim. & tradunt Imo. & Alex. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis dolum. nu. iij. ff. de uer. obl. ceſſat enĩ ſtãte ꝯſuetudine, & pacto ꝯtrarium diſponentib. ſm̃ Imol. & Alex. ubi ẽ. ita ſaluãtes gl. in d. §. ſi quis do-
7 lum. Valent † .n. pacta, & cõuentiones, ſuper iſtis decimis ſoluendis interpoſitæ accedente auctoritate ordinarij. c. ueniens. c. ſtatuimus. ubi Abb. col. j. & ij. de tranſac. & p eundẽ in c. ex
8 multiplici. & in c. dilecti filij. de decim. † Et eccleſiæ ſeu agentibus pro ea competit ius & actio exigendi illas. c. tua nobis. ubi Abb. col. ij. c. cõmiſſum, & c. cum homines. ubi Abb. colu. ij. de
9 decim. c. parochianos. † Tale. n. onus illas ſoluendi annexũ eſt prædijs. c. de terris, ubi Abb. co. tir, & illas tenentur ſoluere poſſidentes prędia, nec cautum reperitur, ꝙ alij exigant, & poſtmodum ſoluant eccleſiæ, unde quibuſcunq; cõſideratis, dici non põt prædictos homines cogi poſſe ad exigẽdum a ſingulis colonis,
10 & ruſticis, & ſucceſsiuè exactas tradere eccleſiæ, † Nec dicta cõmunitas grauari põt pro decimis ſingulorum ceſſantium ſoluere, cum oĩa iura ꝯtrarium diſponãt, ut quis pro altero teneatur, toto tit. C. ne ux. pro mari. & toto tit. res int. al. acta. Cum ius exigendi decimas a ſingulis perſonis, & tale onus ſpectet eccleſiæ, & agentib. pro ea ꝯſiderato iure cõmuni, cõſuetudine, & cõ-
11 uentionib. ac pactis. † Et imputandum eſt dictis agentib. negligentibus tpe debito in cãpis, tales decimas exigere, cũ dubiũ ſit, an præterire debeantur, & pro præteritis, dñi, & coloni prędiorum poſsint cogi ad illas ſoluendũ, de quo p Abb. in d. c. cũ homines, col. fi. & tradit Archid. in c. j. de decim. li. vj. quẽ referunt, & ſeq. domi. de Rot. in antiq. in tit. de decim. deciſ. j. Volentes, ꝙ ſi prædiales non fuere petitę tẽpore recollectiõis fructuum. non poſsint amplius peti, ut ẽt tradit Fel. in c. ſi aũt, col. iiij. de reſcrip. niſi cõſuetudo in oppoſitum adeſſet, ut referunt Mod. citãtes deciſio. in tracta. de preſcri. in j. parte, quintæ par.
12 prin. q. vij. nu. lj. fol. xliiij. col. iiij. † Et ſi aliquæ particulares perſonæ, poſsidentes prædia infra fines territorij locati non ſoluerunt eccleſiæ. decimas, non propterea uniuerſitas, & homines prædicti ceciderunt a iure dictæ locationis, & cõductionis. Tũ quia ſingulares perſonæ ſunt obligatæ, ſoluere eas, & nõ prædi-
13 cti homines, & uniuerſitas. † Cum onus prædictũ ſit reale inhærens prædijs, & poſsidentib. illa, ſm̃ Abb. in c. in aliquibus, & in c. de terris, de decim. Tum ẽt qm̃ per non ſolutionẽ decimarũ, quis non cadit a iure ſuo. Sed ſolũ aſtringi põt ſecundum cõſuetudinem ad ſoluendum pręteritas, ut ſuperius dictum fuit. Tũ etiã quoniã cõuentum fuit dictos maſſarium homines, & uniuerſitatem tunc demũ cecidiſſe a iure dictæ locationis, qñ per biennium ceſſaſſent ſoluere affictus, ſeu canonẽ, & nõ aliter, & unius incluſio ſit aliorum excluſio. Nec uerbum aliquod in d. inſtrumento legitur appoſitum, ꝙ ſi non fuiſſet ſoluta decima induceretur caducitas, & merito, cum ius cõmune contrarium diſpo

14 diſponat. †Et illa uerba conuentionis, nõ cadant, nec cecidiſſe
intelligantur a iure præſentis locationis niſi ceſſauerint p bien
nium, &c. apertiſsimè iſtud concludunt. Tum conſideratis illis
uerbis negatiuis, non. Tum ẽt attenta illa dictione, niſi, ponẽte
ſeu priuante illud quod in præcedenti fuit poſitum ſeu priuatũ
iuxta plenè tradita per oẽs allegãtes alias concor. poſt Bart. in
l. ſi cũ. §. qui iniuriarum, nu. iiij. & alijs ſeq. ff. ſi quis cautio. & in
15 l. ac. C. de traſ. †Ex quib. ẽt concluditur, & dicitur, dictos homi
nes & uniuerſitatẽ minimè fuiſſe, & eſſe obligatos pdictæ eccle
ſię ſeu Epiſcopo, & agentib. pro eo ſoluere decimas pro illo cã
po poſſeſſo per rectorẽ eccleſiæ ſancti Petri de cento, uulgari-
ter nuncupato, el Cãpo di ſan Piero. Nam licet dicta trãſactiõe,
locatione, & cõductione fuerit declaratum dictum cãpum cõ-
prehendi in territorio locato dictæ uniuerſitati, & hominibus,
nõ propterea ex hoc ſequitur, q dicta uniuerſitas & homines
pmiſerint ſoluere decimã pro dicto cãpo, & iſtud minimè ap-
16 paret fuiſſe conuentũ, vñ. &c. ¶ † Præterea tale capitulũ decla-
ratur per alia, ut in ſimilib. traditur in l. utrum. ff. de peti. hær. &
in l. qui filiab. & in l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. j. & in alijs ca
pitulis expreſsè dicitur, q eccleſiæ factores debeant exigere in
cãpis decimas a ſingulis poſsidentib. prædia in dicto territorio,
& loco. Ipſi igitur factores, tenentur exigere decimã a poſſeſſo-
re dicti cãpi de ſan Piero. ¶ † Et ſi in hoc fuerunt negligentes,
17 eorum negligẽtia, & culpa nõ debet eſſe dãno uniuerſitati, &
hominib. prædictis, regula dãnum de reg. iu. lib. vj. Eo ẽt quo-
niã ꝯuentum fuit, ut eccleſia exigeret decimas a ſingulis poſ-
ſeſſoribus, ſm q hactenus fuit obſeruatũ. Nec conſtat quid ob-
ſeruatum fuerit de præterito, circa decimationẽ iſtius cãpi. Et
eccleſia ius ſuum ſaluum habet agendi ꝯ poſsidentẽ dictum cã-
pum, quod minimè fuit, nec eſt impeditũ per dictã uniuerſita-
tem, & homines, & ſi poſſeſſor dicti cãpi, decimas non ſoluit, nõ
propterea dici põt, dictã uniuerſitatem, & homines cecidiſſe a
dicto iure locationis, ut ſuperius deduximus, cũ ipſi ad id mini
mè teneant, nec ẽt obligati ſint tales decimas exigere, ut oſtẽdi
18 mus. ¶ † Poſtremo dictæ uniuerſitati, & hominib. minimè ob-
ſtare habet illud, quod eis opponitur, eos. ſ. cecidiſſe a dicto iure
locationis, qm̃ alienarunt partem dictorum bonorum irrequiſi
ta eccleſia, iuxta plenè tradita in l. iij. C. de iure empbi. & in c.
potuit, extra de loca. cum ſimilib. ¶ † Nam uidendũ eſſet an p
19 alienationẽ partis, iſti dicãtur cecidiſſe a toto, prout in ſimilib.
uoluit Ang. conſi. clxviij. Teſtator, in ſecundo dubio, ad quod
plura adducit Iaſ. in l. ſi ita quis. §. ea lege, col. fi. nu. xlviij. & ſeq.
ff. de uerb. obl. & Ioan. crot. in repeti. l. ſi filiusf. §. diui, fol. xj. co
lu. j. & ij. uer. j. queritur teſtator, de leg. j. Oppoſitum tñ, q per
alienationẽ partis nõ dicatur quis a toto cecidiſſe firmauit Cu-
ma. in l. donationes. §. pe. ff. de don. quẽ ſequitur Iaſ. accumulãs
plures alias deciſ. in l. ait prætor, in prin. colu. ij. in vj. not. & ſeq.
ff. de in. iur. & diffuſius in l. fi. C. de iure emphi. nu. cxxv. & Mo-
der. papi. in trac. de ſeud. in iiij. par. prin. fol. lj. col. j. & ij. multa
20 adducunt. ¶ † Conſequenter uidendũ eſſet quæ alienatio fue-
rit facta per uniuerſitatẽ, & homines prædictos. Nã ſi fuiſſet p
eos facta locatio ad modicum tẽpus, nihil prorſus ipſis obeſſet,
ſm Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua, uer. cxxiij. quem ſequitur
21 Iaſ. in d. l. fi. nu. cxij. & Imo. in d. c. potuit. ¶ † Prout ẽt conſide-
randum eſſet, an locatio fuiſſet facta uſq; ad nouẽ annos, nã po
tuit illa licite fieri, conſiderata dicta tranſactione, in qua ipſis
22 expreſſe conceditur iſta licentia. † Et tale pactum, & cõuentio
fuit, & eſt ualida. l. j. ij. & iij. C. de iure emphi. & ibi expreſſe Iaſ.
nu. iij. & ſeq. citãs alias cõcord. & aſſerens hanc eſſe cõmunem.
23 † Eo ẽt cum iſti ſolum alienauerint ut emphyteotę, & expreſſe
reſeruauerint ius directum eccleſię, tã circa ſolutionem Capo-
24 nis, quã circa ſolutionẽ decimarum. ¶ † Per quã reſeruationẽ,
& proteſtationem, eſto q alienauerint, non propterea dicuntur
cecidiſſe a iure ipſorum, ut firmat Saly. in d. l. fin. & ſequitur ibi
Iaſ. adducens alias deciſ. nu. lxxv. & lxxvj. & col. pe. nu. cxlij.
Vbi in oppoſitum citat Bal. & demum concludit, q ſi adiecta
eſſent illa uerba, nec aliter, nec alio modo, &c. alienatio prædi-
cta minimè haberet obſtare, ẽt ſi proceſſum fuiſſet ad traditio-
25 nem. † Et idem Iaſ. col. fi. nu. cxliij. & ſeq. tradit alias cautelas,
per quas alienãs ſine conſenſu domini non dicitur cecidiſſe a iu
re ſuo, nec incurrit pęnã caducitatis, qñ facta eſſet alienatio ſub
illa conditione, ſi & quantũ de iure, & non aliter, uel ſub illa cõ
ditione, ſi conſenſus domini acceſſerit, & ſi aliqua alienatio ap
pareret per iſtos homines facta, cõprehenſa erit ſub aliquo iſto
rum caſuum, conſe uenter ipſis non erit nociua, nec per eã di-
ci poterit eos a dicto iure locationis, cecidiſſe nec in pœnam ca
ducitatis incidiſſe. Paris. Bono.

SVMMARIVM.

1 *Per præſtationem diuturnam, & longæuam, probatur titulus, & obligatio.*
2 *Et ſufficit, quòd fuerit annorum decem.*
3 *Et ſatis eſt allegare titulum.*
4 *Qualibet res naturaliter libera pręſumitur, niſi contrarium probetur.*
5 *Declaratio ad l. creditor. C. de uſur. & l. operis. C. de operis liber.*
6 *An tempus ſit modus inducendi obligationem.*
7 *Scriptura publica, planè probat.*
8 *Nemo pręſumitur iactare ſuum.*
9 *Valet argumentum à ueroſimili.*
10 *Confeſsio, & declaratio facta præſente parte probat.*
Nulla maior probatio, quã illa qua inducitur per confeſsionem.
11 *Geminatio multum operatur.*
12 *Confeſsio extra iudicium facta, de æquitate canonica probat.*
13 *Confeſsio prelati, ſeu rectoris, aut capellani, quãdo noceat eccleſia.*
14 *An inſtrumentum ſolutionis, probet unicam, uel plures.*
15 *Liber alicuius defuncti, an probet ſemiplenè, & nu. 16.*
16 *Vir bonus, magnam habet præſumptionem pro ipſo.*
17 *Et quid ſi quantitas eſt modica.*
18 *Mors illius, tantum uidetur operari, quantum iuramentum.*
19 *Liber continens redditus eccleſia probat.*
20 *In antiquis, teſtis de auditu probat.*
21 *Teſtis de auditu, facit præſumptionem.*
22 *Iungenda ſunt ſingula, ut probent.*

CONSILIVM VII.

BENE Egit dominus Martinus archidiaconus Tri
dentinus aduerſus d. I. Bapt. rectorem parrochia-
lis eccleſię ſancti Andreę de Trilaco, aſſerendo di-
ctã parrochialem eſſe ſubiectã dicto archidiacona
tui, & in ſignũ ſubiectionis, ipſam, & pro tempore eius rectorẽ
obligatum eſſe ſingulis annis rõne cenſus, ſoluere dicto archi-
diaconatui, & eius pro tẽpore archidiacono, ducatum unum au
reum Venetum. Non eñ id petijt ſolum allegando præſtationẽ
annalẽ, & diuturnã, quo caſu poſſet dubitari, ſed bene inſtruct'
aſſeruit eccleſiã, & rectorẽ ipſius eſſe ad id obligatum allegãdo
1 titulum prædictum. † Quam obligationẽ, & titulum, & ipſorũ
probationẽ poſtmodum uerificauit, & probauit per præſtatio-
nem, & ſolutionem diuturnã, per quã titulus pręſumitur, & in-
ducitur probatio, & obligatio dicti annui cenſus, ſm cõmunẽ
omnium ſententiã de qua per gl. Bar. & alios per illum tex. in l.
cum de in rẽ uerſo. ff. de uſur. & per tex. in l. ij. lib. in prin. & ibi
diffuſe tradit Io. de plateis, col. j. & ij. C. de agric. & cenſi. lib. xj.
per Bar. & alios in l. ſi certis annis. C. de pac. & in l. ſolent. §. j. ff.
de off. procon. & lega. cum alijs alleg. per Fel. in c. cum bertol-
dus, col. x. & ſeq. de re iudi. & per Alex. conſi. cxiiij. ſuper pri-
mo q̃ſito, col. j. & ij. uol. iiij. & diffuſè allegãtes alias deciſ. iſtud
proſequuntur Mod. in trac. præſcr. in j. parte tertię partis princ.
col. x. & ſeq. in x. q. ubi citant doc. affirmãtes hanc eſſe uerã, &
cõmunem opin. & in pract. tum iudicãdo, tum cõſulendo ſolitã
2 ſeruari. † Volentem, q per pręſtationem, ſeu ſolutionẽ diutur-
nã annorum. x. pręſumitur, & inducitur titulus allegatus, & p-
batio ipſius tituli, & obligationis, eſto q aliter de dictis titulo,
& obligõne, & ipſorum conſtitutione nõ conſtet, nec appareat
niſi ſolum ex probatione dictæ diuturnę ſolutionis, & pręſtatio
nis, quę ſufficit, ad probandum dictam obligõnem, & titulum,
ut ẽt traditur per Bar. in l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arc. & in ſua di-
ſpu. quædã mulier, col. fi. & per Iaſ. in l. j. col. v. in iiij. lim. C. quĩ
admit. & poſt Alex. per eundẽ in d. l. ſi certis annis, & Paul. de
3 Caſt. in l. ſi filius. C. de pet. hęr. † Et ſatis eſt, q allegetur dictus
titulus, & ad ipſius uerificationẽ inducatur probatio præſtatio
nis, & ſolutionis annalis, per tempus predictum, ſm Pa. de Ca.
in d. l. ſi filius, per l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem pollioni,
ff. de adul. & per Bar. & alios, in l. cum quid, col. fi. ff. ſi cer. pet.
4 & per Mod. in d. trac. præſcri. fol. xj. col. iij. nu. xxx. † Ex iſtis tol
litur illa obiectio, quæ poſſet fieri, quãlibet rem naturaliter prę
ſumi liberam. l. altius, cum concor. C. de ſerui. & aq. non proce
deret niſi contrarium de conſtitutione appareret, ut habetur in
d. l. altius, & l. ſeq. In caſu autem noſtro, ſatis dicitur apparere,
5 & conſtare de conſtitutione obligatione, & titulo ipſius præ-
ſumpto,

ſumpto,& inducto ex probatione,& ſolutione diuturna, & an-
5 noru.x.ſm cōmunem concluſionē,de qua ſupra.† Ex qua ēt tol
litur alia obiectio,quæ poſſet fieri de l.creditor.C.de uſur, & l.
operis.C.de oper.liberto. nā concurrentib. ſupra adductis ceſ-
ſat,prout ēt ceſſat,& alia quæ poſſet fieri de regu.actore nō pro
bante.&c.Nam bene, & ꝯcludenter ipſe do.Archi. intentionē
6 ſuā probauit,ut patet ex deductis ſuperius.† Tollitur ēt,& alia
obiectio quæ poſſet fieri de l. obligationū fere. §. placet. ff. de
uerb.oblig.cum ſimilib.In quib. traditur ſolum tēpus nō dare
modum inducendi obligationem. Nam uerum eſt, qn̄ illud ſo-
lum deduceretur,ſecus ſi allegatur obligatio,& titulus præſum
ptus,& ad ipſorum probationē deducitur,& uerificatur diutur
na præſtatio, & ſolutio ut deductum eſt. Super quib.non cadit
aliqua dubitatio,cum in iure uera ſint, & ab omnib.paſſim , &
cōmuniter recipiant̄.Solum difficultatē facere uidentur allega
ta per ipſum d.Io.Bap.dicentē talem diuturnā, & longæuā præ
ſtationem,& ſolutionē non eſſe probatā.Nam circa id aduertē
dum eſt,qm̄ quondā præsb.Fran.de Mantua plebanus dictæ ec
cleſiæ Trilari, & prædeceſſor ipſius do. Io. Bapt. in teſtimonio
publico ꝯſtitutus , cum per plures annos quondā do. Paulo ar-
chidiacono Tridentino ſoluiſſet dictum annuum cenſum,& de
dictis ſolutionib.uellet ſe reddere cautū a præfato olim Archi-
dia. inſtrumentū prædictæ ſolutionis obtinuit , & habuit pro
7 omnib.annis præteritis.† Quæ quidē publica ſcriptura pleniſsi
mā de dicto actu,& præterita ac diuturna ſolutione , & præſta-
tione inducit probationē.l.cum precib.C.de prob.cū uulg. Et
per ipſam ſatis probatur tēporib.præteritis,eundē ſoluiſſe dictū
cenſum,nec eſt ueroſimile,ꝙ ſi non ſoluiſſet,& ad id nō tenere
8 tur,ꝙ petere uoluiſſet declarationē ſolutionis prædictę.†Et ul
terius,quod poſt dictū inſtrumentū, ſingulis annis ſoluiſſet, ad
plene not.in l.cum de indebito.ff. de prob.ubi nemo præſumit
iactare ſuū,& quia ualidum eſt argumentū a ueroſimili.l. fi. ff.
quod met.cau.l.nuptura,in fi. ff. de iure dot. cū ſim. Eo ēt quia
talis declaratio corā tot,& tātis ꝑſonis , & ꝑ publicā ſcripturā,
9 facta apparet dicto olim archid.præſenti,& acceptanti.† Et ita
facta de ꝯtentis in ea,plenā induxit probationē,eſto ꝙ emana-
uerit extra iudiciū,ut plenè traditur ꝑ oēs per illū tex.in c. fin.
de ſucceſ.ab inteſt.& in c.fi.de ꝯfeſsio.& in c.per tuas,de prob.
& in l.gn̄aliter.C.de non nu.pec.& per Can.maximè Fel. in c.ſi
cautio.nu.xx.de fide inſtr.per Bar.& alios oēs maximè Iaſ.alle-
gantē concor.in l.admonendi.ff.de iur.iur.nu.cclviij. & ſeq.&
10 per Dec.ꝯſi.cxlvj.& pro tenui,nu.iij.†Eo ēt qm̄ nulla datur ma
ior probatio,q̄ ſit illa inducta per ꝯfeſsionē.l.cū te, ubi glo. &
alij no.C.de tranſ.& diffusè per Cano.in rub.extra de prob. Ad
quod ēt,& alia ꝯfeſsio extra iudiciū emanata,de obligatiōe,&
ſolutione dicti cenſus ꝑ olim rectorē dictæ eccleſiæ Trilaci , ꝑ
ꝯteſtes iā uerificata,q̄ & ſi parte abſente dicatur facta.Tn̄ ſemi
plenā induxit ꝓbationē,ſm Bar.in l.certū.§.ſi abſente.ff.de cō
feſsis,& diffuse in d. l. admonendi, ubi oēs ſequunt̄ maximè Iaſ.
11 numeris ꝑal.& Fel.in d.c.ſi cautio.nu.xx.cum uulg. † Eo ēt qm̄
geminatē apparet facta , ꝯſiderata illa de qua in d.inſtrō,& ita
geminata,bene probat,ut per Bar.per illū tex.in l.cū ſcimus.C.
de agri.& cenſi.lib.xj.cū aliis alleg. per Fely.in d.c.ſi cautio.nu.
12 xxix. † Eo ēt quia ſumus in foro eccleſiaſtico , & inter perſonas
eccleſiaſticas,& de æquitate canon.talis ꝯfeſsio extra iudicium
facta,plenè probat,ut dicit gl.in uer.promitto, in fi. in c. quo-
tiens.j.q.vij.cū alijs accumulatis ꝑ Fel.in d.c.ſi cautio. nu. xxij.
13 & per Dec.ꝯſi.clxiij.in cā,nu.ij.†Ex quib.tollitur illa obiectio,
q̄ ex aduerſo fieri poſſet. Talē confeſsionē factā per dictū olim
plebanū non potuiſſe ꝑiudicare eccleſiæ, & ſucceſſori, iuxta ea
quæ tradit Bar.in d.l.certū.§.ſed an ipſos,& diffuſe per Abb.&
alios,in c.fi.col.pen.extra de præſcr.Nam in caſu præſenti addu
citur præſtatio,& ſolutio,annua,& diuturna, bn̄ & ſufficienter
probata per dictas ꝯfeſsiones,ita geminatis uicib.emanatas.Et
quia concurrunt aliæ ꝯiecturæ , & ueriſimilitudo,excludentes
oēm ſiniſtrā ſuſpitionē,& tales ꝓſtationes factæ per dictū pleba
num,ut ſ̄ probatæ, optimè , & ꝯcludenter ꝑiudicarunt ſucceſ-
ſorib.ex quo per eas ſufficiēter probatur titulus,& obligatio di
cti cenſus,& annuæ ꝓſtatiōis,nec res dicitur agi inter alios, ſed
inter eoſdē,& ꝓlatus ſeu rector eccleſię , ſoluēdo quod eccleſia
debet,nō dicitur ꝑiudicare,nec eccleſiæ,nec ſucceſſorib.Quin i
mo laudādus eſt cū ſatisfaciat,& ſoluat,id quod eccleſia dēt,ꝯ-
14 ſequēter tollunt̄ omnia ex aduerſo deducta.†Nec obſtabit ſi di
catur ꝓdictum inſtrm̄ non probare niſi unicā ſolutionem,& ſic
non erimus in caſu.d.l.cū de in rē uerſo.Nā, & unicā ſolutionē
tunc tēporis factā ſufficienter probat, ēt & alias retro tēporib.
decurſis factas, per eundē plebanū,ut ibidē ipſe fatetur,ꝯſequē
ter ſumus in terminis.d.l.cū de in rē uerſo.& alijs ꝯcord ſupe-
rius adductis.Quod ēt,& deducitur per librū rationū ꝯfectum,
& ſcriptum per quondā archid.In quo diſtinctim annotatæ ap-
parent annuæ ſolutiones,& diuturnæ ꝓſtationes factæ d.Archi
diacono ꝑ tunc plebanū Trilari de cenſu ꝓdicto, per annos cō
15 tinuos,& ſeparatim decē factę.†Qui liber rationū pro ſucceſſo
re ſcribentis iā defuncti,& mortuus inducit probationē,& ſi non
plenā ſaltim ſemiplenā, cum talis ſcribens fuerit homo legalis,
bonus uir,& bonæ opinionis,& famæ iux.glo.in l. rōnes. C. de
prob.& ſm Bar.& alios cōmuniter in d.l.admonendi,maximè
Iaſ.nu.cxx.& Fel.poſt Can.ī c.j.nu.xxiiij.extra de fid.inſt.Eſto
eīm ꝙ regulariter talis liber pro ſcribēte nō probet,ut pleniſsi-
mè traditur in dictis locis. Tn̄ iſtud nō procedit qn̄ talis ſcri-
bens erat uir legalis,bonus, & bonæ opin & famæ, q̄ omnia iā
16 ꝯcurrunt in d.ſcribente.† Et adduci poſſent multa de bono ui
ro,q̄ tradunt̄ per gl.& ibi ſcrib.in l.titio fundus.ff.de ꝯdi.& dē.
17 & per Mod in eorū practi.criminali circa prin.† Prout ēt dict⁹
liber, probationē inducit, ꝯſiderata quātitate, & qualitate rei.
& iuncta ueriſimilitudine,ut plene tāgunt Fel.in d.c.j.nu.xxiij.
in ij.limi.& Iaſ.in d.l.admonēdi,nu.cxxv.adducentes plures de
18 ciſ.id probātes.†Et qa mors ſubſecuta illius ſcribentis,tm̄ ope
rat̄,q̄tū operaret̄ iurm̄ ſi ab eo fuiſſet ꝓſtitū,ut dicit Pa.de Ca.
19 ꝯſi.cxxxviij.ad examinandū,col.ij.† Ad quod ēt qa dictus liber
ꝯtinet redditus dicti archid.ut tradit Per.de Anch.cōſi.xlj.pri-
mo de uiridi,col.iij.& ſeq.& per Bal.& Saly.in l.exemplo.C.de
20 prob.& per Iaſ.in d.l.admonēdi,nu.cxxxvij. † Accedat ēt quia
ſumus in antiquis, & teſtes de auditu probationē faciunt , licet
regulariter oppoſitum dicamus,ut no.doc.in c.licet, ex quadā,
de prob.& in l.ij.§.itē Labeo.ff.de aq.plu. arc. & in l.ſi arbiter.
21 ff.de prob.& per Dec.con.cccxxj.in cā,nu.viij.† Et bona deci-
ſio Archid.in c.hoc ui.xxij.q.v. Volentis,ꝙ teſtes de auditu fa-
ciunt præſumptionē,licet plenè nō probent,ut tradit Alex. ꝯſi.
lxxvij.in cā,co.j.uol.j.cū alijs alleg. per Dec. ꝯſi. cclxxiij. uiſo,
22 nu.iij.† Et iſta oīa ſimul iuncta accumulāda , & ꝯiungenda ue-
niunt,ut unā plenā, & perfectā inducant probationē, iuxta ea
quę pleniſsime tradunt̄ per Bar. & alios oēs in d.l.admonendi,
maxi.Iaſ.nu.ccliij. Ex quib.ita breuiter deductis,ꝯcluditur, ip-
ſum d.archid.debere obtinere, & aduerſariū ꝯdemnari ad an-
nuā ſolutionem,& præſtationem dicti cenſus. Paris.Bon.

SVMMARIVM.

1 *Procurator conſtitutus ad percipiendū fructus,cū ampla poteſtate ita ut poſſit fructus ad ſuos uſus conuertere,an illos lucretur, & an teneatur reſtituere dicta licentia non obſtante,& nu. 15.*
Non præſumitur donatio,cum id non exprimatur , & nu. 6.
2 *Qui non exprimit,præſumitur non expreſſum minimè uelle.*
3 *In dubio,non præſumitur donatio, & iactatio ſui.*
4 *Conſectura quibus præſumitur quis donare, & ſi procedunt in laico,tamen non habent locum in prælato.*
5 *Prælatus debet fructus beneficiorum rectè erogare.*
6 *In dubio potius præſumitur fatuitas,quàm donatio.*
7 *Arg.à ueroſimili ualidum eſt,affirmatiuè,& negatiuè.*
8 *Cui conceditur libera facultas percipiendi fructus, non propterea illi dicuntur donati.*
9 *Quando quis cenſeatur conſtitutus procurator in rem ſuam.*
10 *Et quid ſi non eſt facta aliqua ceſsio.*
11 *Et quid ſi nulla cauſa poteſt colligi, ut ita uideatur conſtitutus.*
12 *Verba illa,in proprios uſus conuertendo,quid importēt,& nu. 16.*
13 *Quando datur poteſtas utendi,ut re ſua,uel quis conſtituatur,ſeu ponitur loco alterius,quid poſsit facere.*
14 *Procurator ita conſtitutus in iudicio,ſeu extra , quid poßit facere.*
16 *Procurator fructus exactos tenetur reſtituere.*
17 *Et non reſtituendo,ad quid teneatur.*
18 *Sequentia declarant præcedentia.*
19 *Verba,ut fuerit ſibi uiſum,& placebit,quid importent.*
20 *Verb.uidetur,quid importet.*
21 *Omne arbitriū,cōceſſum alicui in re aliena , nō debet eſſe abſolutū.*
22 *Ver.illa,quòd non teneatur reddere rationem,ſeu computum,nō inducunt donationem, & quid importent.*
23 *Pactum de non reuocando procuratorem,an ualeat.*
24 *Et quid in ſpiritualibus.*
25 *Et an firmetur iuramento.*
26 *Declaratio ad c.quamuis,de pac.lib.6.cum concor.*
27 *Promißio de non reuocando procuratorem,qualiter interpretetur.*

CON-

CONSILIVM VIII.

EX LECTVRA Inſtrumenti in quo a.d.Epiſco
po ꝯſtitutus apparet procurator Franciſcus ad exi
gendũ fructus,& emolumenta Monaſterij,&c. Cũ
ampla poteſtate,& pręcipuè,ꝙ poſſet,& ualeret di
ctos fructus,& redditus in ſuos proprios uſus ꝯuertere,nec ſup
adminiſtratis teneretur rõnem reddere,& ꝙ non poſſet dictus
procurator reuocari duráte uita ipſius ꝯſtituentis,id iure iuran
do firmantis,duo reſultant dubia. Primum an per tale mãdatũ,
& per dicta uerba,ipſe.d.ꝯſtituens,uideat̃ dictos fructus,& red
ditus dediſſe dicto Franciſco, & eũ procuratorẽ conſtituiſſe in
rem ſuã. Secundũ an ipſe dñs cõſtituens,poſsit arbitrio ſuo eun
dẽ Franciſcũ procuratorẽ reuocare,nõ obſtante dicto pacto iu
1 ramento uallato.† Circa primũ concluſiuè diſcutiendo difficul
tatem, dicendũ uidetur donationẽ aliquã prædictorũ fructuũ
non fuiſſe factã dicto Franciſco. Tum qa uerbũ nullũ factũ,nec
prolatũ fuit de aliqua donatione, & non entis non ſunt aliquę
2 qualitates.l.eius qui,in prin.ff. ſi cer. pet. † Tum ẽt quia ſi dñs
ꝯſtituẽs id animo habuiſſet,& donationẽ facere uoluiſſet,utiq;
iſtud expreſsiſſet, & non exprimendo colligitur uoluntatis ſuę
fuiſſe,eã non facere.c.ad audientiã,de decim.l.j.§.ſed & ſi defi-
3 cientis. C.de ead.tol.†Tum quoq;,qñ in dubio non pſumitur,
quẽ donare,& iactare ſuũ,l.cũ de indebito.ff.de probati.& in ſi
mi.tradit Bar.in l.cũ quid.col.pen.nu.xj.ff.ſi cer.per.quẽ com-
4 muniter ſequuntur doct.ibi.† Conſiderantes poſt ipſum, & gl.
ꝯiecturas per quas poſſet preſumi donatio, quæ licet in laicis
poſſent qñdoq; procedere, & locũ habere,tñ illę penitus ceſsát
in pręlato eccleſię,ut dicit Iaſ.ibi,nu.xix.citando, & ſequendo
5 Bal.† Nec quidẽ immerito,cũ pręlatus eccleſię fructus ipſius te
neatur ꝯdecenter,& honeſtè diſpẽſare,& erogare,ultra neceſſa.
rios ad propriũ uſum.c.de redditib.xij.q.ij. c. epiſcopus. de re.
eccl.c nulli.xij.q.j.& xij.q.iij.c.quicunq;,& c.qm̃.xvj. q. j.per
gl.& doc.in c.pręſenti.in prin.maximè Phil.Fran.col.iiij.uerſi.
idẽ tenuit,& uerſi.præced.& ſeq.de offi.ord.lib.vj.cum ſim.Et
quia nulla põt apparere cã, & ꝯiectura licita ex qua dici poſſet
facta donatio,& ſic ceſſant tradita per Bart. & alios in d.l.cum
6 quid,ẽt reſpectu laicorũ, & priuatorũ. † Et idẽ Bal.in l. gñali-
ter,col.iij.C.de nõ nu.pec.quẽ refert,& ſequitur Iaſ.in d.l.cum
quid.nu.xix.dicebat in dubio,potius præſumi fatuitatẽ quã do
7 nationẽ. †Ad quod,nã nulla occurrit ueriſimilitudo ,ppter quã
dictos fructus dicatur dediſſe,ut a ueroſimili affirmatiuè,& ne
gatiuè ualet arg.l.nuptura,in fi.ff.de iu do.l.fi.ff.quod met cau.
8 c.quia ueriſimile,de pręſumpt.cũ ꝯcord.† Et licet in dicto mã-
dato,ſit cõceſſa libera facultas, nõ propterea põt dici factã do
nationẽ fructuum,ut a fortiori id colligitur per l.filiusf.§. j. ff.
de don.cum ſim.ubi ꝯſtitutus cũ libera adminiſtratione,& am-
pliſsima facultate nõ habet facultatẽ donãdi,niſi id ſpecialiter
dictum fuerit,& a fortiori na conſtitutus,non põt dici donata-
9 rius.†Minus ẽt ipſe Franciſcus, poterit dicere ſe fuiſſe ꝯſtitutũ
procuratorẽ in rẽ ſuã. Tum quia nullibi iſtud legitur, nec ex-
preſſum apparet,& qñ id fit ex cã donationis cõtingit. l. illam.
C.de don.& per gl.in uer.in rẽ ſuã,& doc.ibi in c.j.de proc. lib.
10 vj.†Et quia ibi nulla apparet facta ceſsio,ad not.in l. iij. C. de
noua.cum cõcord.de quib.in l.per diuerſas,& in l.ab anaſtaſio.
11 C.mand.† Nec colligi põt cã aliqua propter quã in rẽ ſuam pro
curator põt dici cõſtitutus.Fuit ergo ſimplex procurator ad e-
xigendum.&c. conſequẽter fructus exactos reſtituere tenetur,
12 toto ferè tit.ff.C.mãda.& C. de proc.& ſtatim dicetur . † Nec
iſtis obſtant illa uer.mandati, in proprios uſus cõuertẽdos. &c.
Nã per illa propter ſubiectam materiã,non põt dici fructuũ do
nationẽ factã,nec ipſum Franciſcũ conſtitutũ procuratorem in
rẽ ſuã,ut tradunt oẽs in l.in prouinciali.§.ſi ego.ff. de noui op.
nunc.maxi.Alex.col.j.& ij.nu.v & ſeq.uer.& concluſiue puto.
13 † Vbi uolunt ꝙ ſi cõductori data eſt poteſtas utendi illa re,tã-
quã ſua,uel poſitus eſt in locũ cõſtituentis,& locãtis, ꝙ dicatur
conſtitutus procurator in rẽ ſuã , & ad cõmodũ propriũ. † Tñ
14 iſtud non habet locũ in cõſtitutiõe procuratoris, cui ſi data eſt
talis poteſtas,ſiue i iudicio ſiue ad negocia peragẽda,uidelicet,
ꝙ poſsit uti illa re tanquã ſua,uel ſit poſitus in locũ dñi conſti-
tuentis, non propter hoc dicet̃ cõſtitutus procurator in rẽ ſuã,
nec uidetur ſibi de prædictis eſſe factã donationẽ,per tex. ſatis
notandum in l.creditor.§ Lucius. ff. mand. cum alijs ibidẽ per
Alex.allega.quã deciſio.ſequitur idẽ Alex. in terminis noſtris.
in l.qui quadringenta,in prin.col.ij.nu.iiij.uerſi.ſi aũt.ff.ad tre
15 bel.& ſequitur Iaſ.ibi,nu.viij.† Cum itaq; uerſemur in ſimpli-
ci ꝯſtitutione procuratoris, & nullæ actiones appareant ceſſæ,
nec conſtitutus fuerit in rem ſuam,per illa ſola uerba, ꝙ libere
poſsit cõuertere fructus in proprios uſus, uel uti illa re ueluti
propria uel ſi fuiſſet poſitus in loco cõſtituentis,nõ poterit dici
cõſtitutus in rẽ ſuam,& a fortiori non põt dici fructuũ donatio
nẽ ſibi factam per d.§.Lucius,& per doctri. Alex.& Iaſ.ubi ſup.
16 decidentẽ præſentem diſceptationem. † Et illa uer.in proprios
uſus ꝯuertendos,aliũ recipiunt ſenſum, ꝙ̃ donationis.i. ut poſ-
ſet cõuertere,& fructib.uti,& illos cõtractare quouſq; d.cõſti-
tuens illos peteret. Nã procurator fructus exactos tenetur reſti
tuere.l.ex mandato.l.idemq;.§. idẽ Labeo.ff.mand. Et illos nõ
reſtituendo,nec ſoluendo dicitur in dolo uerſari.l ſi procurato
17 rẽ.§.dolo,& l.dolus.ff. mand. † Et ſi fructus perceptos ſine ex-
preſſa uoluntate dñi contractauit,& in proprios uſus cõuertit,
tenet̃ ultra illorũ reſtitutionẽ ad intereſſe, ut eſt tex. apertus, ĩ
d.l.idemq;.§.ſi mandauero , & in ſimi. traditur in l. qui aliena,
in prin.ff.de nego.geſt.Ex quib.apparet,dicta uerba ſatis circa
iſtud operari, non aũt trahi debent ad dationẽ , ut deduximus.
18 † Et ſuadentur iſta ex uerbis ſeq. appoſitis in d.mandato , per
quæ declarantur præcedentia.l.qui filiab.l.ſi ſeruus pluriũ.§.fi.
19 de leg.j.cũ uulg.†Illia dico,eoſq; in totũ, uel in partẽ obligan-
dum,& cõtractandũ,prout fuerit ſibi uiſum,& placebit, impor
tantib.arbitrium boni uiri,& non liberum arbitriũ.l. fideicom
miſſaria.ff.de fideic.lib.in prin.per Bar. & Modern. allegantes
20 concord.in l.ſi ſic,de leg.j nu.vj.†Et de uerb.uidebitur,in l.fi-
deicõmiſſa.§.quãquã,de leg iij.cũ alijs alleg.per Moder. in d.l.
21 ſi ſic.nu.iiij.†Et quia omne arbitriũ cõmiſſum alicui in re alie-
na qbuſcunq; uerbis cõmittatur nõ cenſetur eſſe abſolutũ, ſed
cũ iuſtitia,ut habet̃ in d.§.lucius,& ꝑ Bar. ĩ extrauag. ad repri
men.in uer.uidebit,& Bal.in l.j.ff.de ſol.& ꝑ Mod.in d.l. ſi ſic,
22 col.fi.† Nec inſuper illa clauſula, ꝙ de adminiſtratis nõ teneat̃
reddere rõnem,nec cõputũ alicui, induxit fructuũ donationẽ,
nã ſolũ remiſit ſcrupuloſam,& exactã adminiſtratiõis, & rõnis
redditionẽ,ut habetur in l.cũ tale.§.Titius.ff.de ꝯdi.& dem.&
Bal.& Pa.de Ca.ibi expſſe iſtud not.& firmant, & ideo ꝙ̃ penes
ipſos fuere,& ſunt,adminiſtratores tenent̃ reſtituere nõ obſtan
te tali liberatiõe,& remiſsione,ꝑ tex.in l.non ſolũ.§.fi.& in l. ſi
quis rõnis,in prin.ff.de lib.leg.cũ alijs ad plenũ accumulatis ꝑ
Fran.de Cur.cõſ.la vj.ſapienter,co.vij.& alijs ſeq.uer.capio ſm
23 articulũ.† Ad ſecundi dubij reſolutionẽ dico, tale pactũ de nõ
reuocando procuratorẽ,non ualuiſſe nec tenuiſſe,& eo nõ ob-
ſtante. d. Epiſcopũ poſſe ſuo arbitrio dictũ Fran. procuratorẽ
reuocare,per tex.iuncta gl.in c.fi.§.fi.de proc.lib.vj.& ibi doc.
oẽs iſtud firmant,& tenet Bar.in l.cũ precario.ff. de prec. & ibi
Alex.cõcor.adducit,& Ang.ꝯſi.cexxv.punctus talis eſt,& Ab.
in c.doceri,de reſcr.& ibi Fel.col.iiij.nu.xx. & diffuſius in c. ex
parte decani,col.iiij.& v.nu.xj.& xvj.& ſeq.eo.ti.& eundẽ Fel.
in c.ſi diligenti,col.viij.nu.xliiij.in ix.fall.de for. cõp. cũ ſimil.
& bene tangit Alex. ubi alia ſatis apta adducit cõſi. xviij. uiſis,
col.j.nu.iiij.& v.& col.fi.nu.xij.& xiij.uol. ij. & Rom. & Clau.
in l.ſtipulatiões nõ diuidunt̃,col.ante p.uer.ꝑdicta ẽt.ff.de uer.
24 obl. † Et aduertendũ eſt qm̃ hic nõ ſumus in mere ſpiritualib.
& ſic ceſſant illa quæ in oppoſitũ poſſent adduci,ex quo uerſa-
mur in cõſtitutiõe procuratoris,quæ non eſt quid ſpirituale,li-
cet ꝯſtituat̃ ſuper ſpiritualib.ut habetur in c.j.de proc.lib.vj. &
25 firmat Phil.Fran.in d.c. fi.§.fi.col pe.uer.ſed hæc uident̃.† Nec
tale pactũ de nõ reuocando,potuit firmari iuramẽto,nã adhuc
eo nõ obſtante poterit reuocari, licet reuocans efficiatur periu
rus ſm gl.in uer.reuocatus,in d.c.fi.§. fi. quã ſequuntur ſcribẽ.
ibi allegantes alias deciſ.cõcor.& Fel.in d.c.ſi diligẽti.col.viij.
nu.xliiij.& xlv.& in d.c.cdoceri,col.iiij.& v.nu.xx. & diffuſius
26 in d.c.ex parte decani.col.v.& vj. nu.,xvj. & ſeq. † Nec obſta-
bunt not.in c.ij.de pac.lib.vj.& in c.cũ cõtingat,de iur. iur. &
in c.licet mulieres,eo.tit.li.vj.Nã reſolutio colligit̃ ex his ꝙ̃ tra-
dit Phil.Fran. citando alios in d.c.licet mulieres, col. fi. & Fel.
ubi ſ.& quia in caſu pſenti nõ ineſt aliquod periuriũ,cũ petita,
& obtenta fuerit abſolutio a d.iuramento,ad not.in c.j.& in d.
27 c.cũ contingat,& in d.c.ij.cum ſimi.†Et licet.d.Epiſcopus pro
miſerit non reuocare d.Franciſcum durante eius uita,talẽ pro-
miſsionẽ fecit,quoniã credebat illũ bene ſe geſturũ, & fructus
perceptos reſtituturum,& quia uidet d.Franciſcũ id denegare,
& conſequenter ipſum uerſari in fraude, & dolo,ut oſtẽdimus,
merito reuocatio ipſius concedenda erit, nõ obſtante pacto, &
iuramento,iuribus,& rationibus,quibus ſupra. Paris.Bon.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Generalis alicuius ordinis, poteſt religioſos uiſitare.*
2 *Et iura loquentia de uiſitatoribus, locum habent in iſto.*
3 *Religioſi ſubſunt generali totius ordinis.*
4 *Qui concedit conſequens, uidetur concedere, & antecedens.*
5 *Exemptiones limitata non trahuntur ad alias.*
6 *Priuilegia reſtringenda, contra tertium.*
7 *Exceptuata, in reliquis confirmant regulam.*
8 *Vno conceſſo, denegantur alia.*
9 *Nec per priuilegia conceſſa religioſis, dicitur ſublata poteſtas generalis.*
10 *Quando concurrunt in uiſitatione duo, maior præferendus eſt.*
11 *Poteſtas uiſitandi conceſſa uicario alicuius congregationis, dicitur Conceſſa cumulatiuè non extinctiuè, quo ad generalem.*
12 *Viſitationi non faciendæ, non datur præſcriptio, & nu. xiij. & xiiij. & ſequen.*
14 *Vt præſcriptio currat, multa requiruntur.*
15 *Nihil iuuat dicere, nunquàm fuimus uiſitati.*
16 *Si uiſitatio poteſt dupliciter conſiderari, capitur in potentiori.*
17 *Si nunquàm fuerit uiſitator repulſus, et non obſtat præſcriptio, ſi modo uult uiſitare.*
Generalis poteſt uiſitare religioſos obſeruantes.
Præſcriptio accumulatiua, & non extinctiua, minimè nocet.

CONSILIVM IX.

1 QVOD Iſte generalis Reuerendus † Totius ordinis
poſsit uiſitare iſtos religioſos, & talẽ ptãtem ha-
beat, ſatis ſuadetur per tex. in c. in ſingulis. §. ordi-
nentur, & in c. ea q̃ de ſta. mon. ubi in generalibus
capitulis religioſorũ eliguntur uiſitatores habentes ptãtem ip-
ſos religioſos uiſitare, & faciunt, quæ habentur in c. ſopitę, & c.
uenerabilis, de cenſi. & in c. j. §. deinde, ibi, & alia loca religioſa,
2 eo. tit. li. vj. cũ ſim. † Quæ iura, eſto ꝙ non loquantur de genera-
li totius ordinis, ſed de uiſitatoribus, tñ locum ſibi uendicãt, &
in ipſo attentis conſtitutionib. & ordinationib. dicti ordinis, &
3 religionis, concedentib. d. Generali facultatẽ prædictã. † Quæ
obſeruandæ ueniunt, & ipſi religioſi illis tanquã ſuperiorib. ex
preſſe ſubijciuntur ad not. in c. ad noſtrã, & in c. reprehẽſibilis,
& in c. cũ ſpeciali, & in c. de priore, de appel. & bene ꝑ Lap. alle.
lxxiij. & per Calder. cõſi. iij. in ti. de appel. & per Fel. in c. ſacro,
de ſent. ex c. cum ꝯcor. Nec ipſi religioſi uiſitationẽ ꝑ ipſum ge-
neralem faciendã, poſſunt effugere, uirtute aſſertorũ priuilegio-
rum, & exẽptionis, eis ut dicitur ꝯceſſorum, per ſummum Põt.
Nã ſi priuilegiũ Eugenij. iiij. conſiderare uolumus, illud aper-
tiſsimè eos ſubiectos reddit imediate priori gñali totius ordi-
nis, cui per Eugeniũ apertiſsima datur poteſtas uiſitandi Prio-
res, & fratres dictæ ꝯgregationis, & ipſorum domos. nec nõ pu
niendi & corrigendi eoſdẽ, ac deponendi priores in d. ꝯgrega-
4 tione exiſtentes propter eorum exceſſus. † Quod priuilegiũ ap
tiſsimè ꝯfirmat poteſtatẽ d. Generalis, & dictos fratres procul
dubio ſubiectos reddit uiſitationi, & ipſius correctioni, cũ in il
lo inſuper dicatur, ꝙ Generalis poſsit cõcedere grãs fratrib. cõ
gregationis, quæ nõ cõceduntur niſi uiſitando, & iſtis cõceſsis,
neceſſario intelliguntur cõceſſa præcedentia ad iſta ſubſequen
tia requiſita, ad plenè not. in c. præterea, de oſ. dele. & per ſcrib.
oẽs per illũ tex. in l. ij. ff. de iuriſd. om. iu. Si ẽt conſiderare uolu-
mus priuilegiũ Pauli ſecundi, & ſucceſsiuè priuilegiũ Sixti, idẽ
concludendũ erit. Nã ex ipſorũ tenore, manifeſtè colligitur, fra
tres, & religioſos dictę cõgregatiõis immediatè ſubiectos eſſe
Reuerendo Generali totius ordinis cui datur apertiſsima ptãs
per ſe tñ uiſitandi priores, & fratres dictæ ꝯgregationis, & ipſo
rum domos, & alias, ut in priuilegio Eugenij, quo fit, ut pote-
ſtas Reuerendi Generalis faciendi dictã uiſitationẽ, ſatis ẽt di-
5 catur fundata priuilegijs, & Pauli, & Sixti. † Quæ priuilegia iun-
cto ẽt illo conceſſo per Innocentiũ, licet fratrib. dictæ cõgrega
tionis aliquas exẽptiones cõcedant. Tñ reſpectu uiſitatiõis, nul
lã exemptionem tribuunt, & illa exẽptio limitata, ad caſum p̃-
ſentẽ non debet trahi, arg. l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſta.
delen. & c. licet, de decim. cũ uulg. & quia ex ſeparatis nõ bene
6 infertur. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acq. poſ. † Prout qm̃
priuilegia ſunt ſtrictiſsimè interpretanda, & reſtringẽda. c. j. &
ij. de fil. presb. li. vj. c. ex tuarũ, de uſu pall. & maxi. circa prę iudi
cium tertij. c. quãuis. de re ſcr. li. vj. l. ij. §. merito & §. ſi qd a prin
7 cipe. ff. ne quid in lo. pub. Et quia exceptuata, ĩ reliquis ꝯfirmãt
8 regularia. l. in his. ff. de legi. l. nã quod liq dę. §. ſi. ff. de pe. leg. † Et
qm̃ uno ꝯceſſo, alia dicuntur denegata. c. nõne, de præſum l. cũ
prætor, in prin. ff. de iud. Nec obſtat ſi dicatur, ſummũ Pont. Vi-
cario dictæ cõgregationis cõcedere parẽ auctoritatẽ in fratres
dictæ ꝯgregatiõis, & in ipſam cõgregationẽ, quã habet ipſe Re
uerẽ. Generalis, ſuper toto ordine, tã de iure cõi, q̃ ꝑ priuilegia.
9 apoſtolica † Nã ſi hoc oſtenderet, apparet fuiſſe factũ ꝑ uiã extẽ
ſionis, & limitate ad tollendũ aliqua dubia, de quib. in dictis pri
uilegijs, cõſequenter per illa, non põt inferri, nec dici derogatũ
fuiſſe poteſtati Reuerẽdi Generalis, & ſuæ facultati, & poteſta-
ti uiſitandi fratres, & domos dictæ cõgregationis. Nec põt dici
derogatũ iuri cõi, & priuilegijs Eugenij, iiij. Pauli ſecundi, &
Sixti, expreſſe cõcedentib. d. generali facultatẽ uiſitandi, rõnl-
bus, & deciſ. q b. ſ. Pro ut ẽt qm̃ dicta priuilegia, debẽt intelligi
qñ Vicarius cõgregationis uiſitat, & cũ eo ad. d. uiſitationẽ nõ
10 cõcurrit Reuerẽ. generalis. † Iſto. n. caſu qñ concurreret, ipſe Re
uer. generalis tanquã ſuperior præferẽdus eſt, ſicuti dicimus de
Archiepõ, & Epõ eius ſuffraganeo uolentib. uiſitare, & ꝯcurren
tib. in hoc, ut ꝑ gl. in uer. cõſuetudine, Abb. & alios in c. cũ ex
11 officij, de præſcr. † Prout ẽt quia talis ptãs cõceſſa Vicario con
gregationis, attributa dr̃ cumulatiuè nõ extinctiuè, quo ad fa-
cultatẽ uiſitandi attributã Reuer. generali, ad pleniſsimè nota.
ꝑ oẽs in c. irrefragabili, & in c. paſtoralis, de of. ord. intelligẽdo
ſane, ut facit ibi Fel. nu. j. & in v. limi. & tangit aliqd Dec. ꝯſ. iij.
& diligenter. Et eo uolente uiſitare, ceſſare dẽt Vicarius ꝯgre-
gationis, eius inferior, & q nominat Vicarius Prioris gñalis, &
qui ab ipſo Reuer. generali põt uiſitari, corrigi, & ꝑꝑ demerita
deponi. Tũ cõſiderato iure cõi. Tũ ꝯſideratis priuilegijs Euge
12 nij, Pauli, & Sixti. † Minus fratres ꝯgregationis ipſam uiſitatio
nẽ faciendã poſſunt effugere, allegãdo aſſertã p̃ſcript. qm̃ uiſita
tio p̃ſcriptione, ſeu ꝯſuetudine amitti minime põt, & illi nõ põt
p̃ſcribi, qa ius eã optima rõne impræſcriptibilẽ facit, & ſtatuit,
ut tradit̃ ꝑ illa iura, & oẽs ſcrib. in d. c. cũ ex officij, & in c. acce-
dentes, de p̃ſcri. & in c. cũ inſtantia, de cenſi. & per Hoſt. ĩ ſum.
in ti. de oſ. arch. §. quod ſit officiũ, uer. quare aũt cũ alijs alleg. ꝑ
13 Fel. ubi ſ. † Concludẽtẽ iſtud procedere ẽt ſi adeſſet p̃ſcriptio
14 tanti tẽporis in cuius ꝯtriũ nõ extaret memoria. † Et in ſim. ẽt
iſtud tradit̃ in c. cũ non liceat, de p̃ſcr. cũ alijs ibi alleg. per oẽs
poſt d. Ant. & Abb. Volentes obediẽtiã debitã ſuperiori aliquo
tpe a ſubditis nõ poſſe p̃ſcribi, ẽt ſi prælatus, & ſuperior ꝑ mille
annos ſtetiſſet, & nõ fuiſſet uſus ſupioritate, & ſua iuriſdictiõe
erga ſubditos. Quãto igit̃ fortius ĩ caſu p̃ſenti, ubi nulla põt ad
duci uera p̃ſcriptio nec cũ ea cõcurrunt illa requiſita ad ipſius
Inductionẽ, de quib. in c. ad aures, & in c. uigilãti, & in c. ſi. de p̃
15 ſcri. cũ ꝯcor. † Dicere. n. nunquã fuiſſe a Reuer. Vicario gñali ui
ſitatos, nõ eſt inducere præſcrip. ut hr̃ in d. c. accedẽtes. & in d. c.
cũ ex officij, & in d. c. cũ inſtãtia, ex hoc igit̃ nõ poſſunt ſe iuua
16 re allegãdo præſcriptionẽ ex eo qa nunquã uiſitati. † Eo ẽt qm̃
pauci decurſi ſunt anni quib. generalis dicti ordinis fuit electꝰ
ex fratrib. dictę ꝯgregationis, & ipſos uiſitauit, & correxit, & ui
ſitando, in dubio dicendũ eſt hoc feciſſe ex primæua & maiore
ſua auctoritate, & ſic rõe Vicariatus generalis, ut in ſimi. ꝑ do.
Ant. & Abb. col. vj. in ſi. uer. ſed iuxta p̃dicta, & ibi Fel. col. xiij.
uer. vj. ꝯcluſio, in d. c. cũ ex officij, de præſcr. Et ẽt alij generales
pro tpe exiſtentes dictos fratres prefatę cõgregationis iã uiſita
rũt, ut fuit uiſitata cõgregatio ultramõtana Albieñ. de an. 1530
17 & nõnullæ aliæ prouinciæ de obſeruãtia. † Prout ẽt qm̃ nunquã
euenit caſus in quo reueren. generalis uoluiſſet uiſitare fratres
dictæ cõgregatiõis, & ꝙ fuerit ab ipſis repulſus, ita ꝙ a dicto tẽ
pore præſcriptio potuerit currere, ad plenè tradita ꝑ Abb. ĩ d. c.
paſtoralis, & in d. c. irrefragabili, & per eundẽ, & Imol. poſt an-
tiq. in d. c. cũ ex officij, co. iij. uer. ad primã, & alios ibi, & ꝑ doc.
in d. c. cũ non liceat. Nec dici põt Reuer. Priorẽ generalẽ mo-
dernũ, nõ poſſe uiſitare eo qa nõ eſt de obſeruãtia, nã iſtud ca-
ret ueritate, licet. n. nõ ſit de cõgregatione Mãtuana nõ propte
rea ſequitur, ꝙ nõ ſit de obſeruãtia, cũ ſint alię cõgregationes,
& in ipſo ordine aliæ prouincię de obſeruãtia, ut eſt illa terræ
ſanctæ de qua eſt ipſe Reueren. Generalis, ad nota. in c. in p̃ſen-
tia, de prob. & in l. nõ hoc. C. vñ le. Prout ẽt qm̃ priuilegia ſupe-
rius allegata, indiſtinctè ꝯcedunt Reuerendo generali ptãtem
uiſitãdi. Nec aliqd dicunt, ꝙ generalis debeat eſſe de obſeruan
tia, prout ẽt diſponunt iura ſtatuta, & ꝯſtitutiões dicti ordinis,
ꝯſequenter gñaliter debent intelligi, uulg. l. de precio. ff. de pu-
blicia. l. j. § & generaliter. ff. de leg. pręſtã. Ad quod ẽt qm̃ ipſe
Reuerẽdus gñalis eſt generalis omniũ fratrũ, tã de obſeruãtia,
q conuentualiũ, & ideo oẽs uiſitare põt, ſicuti eſt uidere in mo-
derno

dernu generali ſacũ Dominici uiſitãte oẽs,& obſeruãtes, &
nõ obſeruantes,eſto,ꝗ ipſe ſit de prouincia Vaſconię.Ceſſãti-
bus itaq; allegationib,& ſubter fugijs dictorũ fratrũ, & religio
ſorũ, dictæ ꝯgregationis Reuerẽdo Vicario generali totius or
dinis,permittẽda eſt facultas uiſitandi prædictos religioſos, &
domos ipſorum rõnibus,& deciſio.ſuperius adductis,& alijs cõ
ſiderandis per Reueren.d.præſentis diſceptationis iudicem.Et
quia præſcriptio ſi qua eſt,fuit accumulatiua, & nõ extinctiua,
ut d.c.paſtoralis,& d.c.irrefragabili. Paris. Bono.

SVMMARIVM.

1 *Si renunciatio beneficij,ſeu præbẽda,fit in curia,ibi dicitur uacare.*
2 *Renuncians reſpectu beneficij renunciati,habetur pro mortuo.*
3 *Et uacans in curia non comprehenditur ſub conſuetudine,ſeu ſtatu ta de optando.*
4 *Beneficium affectum dicitur,per appoſitionem manus Pontificis. Reſeruata,& affecta,ſpectant ad Pontificem.*
5 *Et in iſtis reſeruatis, & affectis,ceſſat conſuetudo , & ſtatutum, de optando.*
6 *Statuta, & conſuetudines Canonicorũ non ualent contra canones.*
7 *Reſeruata non ueniunt ſub generali prouiſione.*
8 *Clauſula,non obſt.tollit conſuetudinem, & ſtatutum de optando.*
9 *Conceßio prima,non dicitur ſublata per ſecundam,in qua de prima nulla eſt facta mentio.*
10 *Et ſecunda generalis,interpretatur,ne primæ deroget.*
11 *Et poſteriores à primis interpretationem aſſumunt.*
12 *Et ſecundam interpretationem paßiuam recipit.*
13 *Factum,& ſtatutum à capitulo,cum auctoritate legati,contra legem communem non ualet.*
14 *Allegantí conſuetudinem,incumbit onus illam probandi.*
15 *Et maximè quando illa eſt contra ius.*
16 *Qualiter conſuetudo ſit per teſtes probanda .*
17 *Qui ſe fundat ſuper aliqua conſtitutione,tenetur illius formã obſeruare.*
18 *Renunciatio debet eſſe ſimplex,& non conditionalis.*
19 *Actus uitiatur ſi factus eſt , omiſſa uno de requiſitis.*
20 *Renunciatio eſt ſtricti iuris .*
21 *Et in ea ſolum uenit,quod exprimitur.*
22 *Et ſi facta eſt limitatè,limitatum producit effectum.*
23 *Et facta uni iuro,non nocet alteri.*
24 *Referens interpretatur ſecundum relatum .*
25 *Et facienda eſt ad ſtatuta ualida,non inualida,ipſa relatio.*
26 *Iuramentum de ſeruandis ſtatutis , interpretatur de ualidis non inualidis,& nu.xxxij.*
27 *Confirmatio generalis ſtatutorum facta, per ſuperiorẽ , refertur ad ualida,non ad inualida.*
28 *Qualiter colligatur factam limitatè,& reſtrictiuè.*
29 *Verbum,non aliter, eſt reſtrictiuum.*
30 *Idem de illo,nec alio modo .*
31 *Geminatio enixam uoluntatem oſtendit.*
33 *Iuramentum non extenditur ultra eãm illam, in qua fuit iuratum.*
34 *Et regulatur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.*
35 *Iuramentum recipit omnes conditiones a iure ſubintellectas .*
36 *Res iudicata,obſtat,& nocet omnibus ſcientibus.*

CONSILIVM X.

BONVM Ius do. Leonis de Leonoris canonici a-
pertè oſtendit̃ ea eo qm̃ in curia,& manib.ſanctiſ-
ſimi.d.N.canonicatus,præbenda,& reliqua acceſ-
ſoria fuere renuncista,ſimpliciter,& ſpõtaneę per
q.d.Hiero.de Leonoris Canonicũ,& præbendatũ, qui tũc tpis,
licet morã traheret extra curiã,Tũ quia de ipſius mãdato,& uo
1 luntate renunciatio facta fuit in curia.† Veriſsimũ erit dicere p
talẽ renunciationẽ ibi factã dictum Canonicatũ, præbendã , &
reliqua uacaſſe in curia,ut eſt aperta deciſio Arch.in c.ij.de pb.
lib.vj.& ibi no.Phil.Fran.col.iij.uer.in gl.in uer.uacare,allegãs
Io.An.& eſt gl.ordinaria,in uer.collato,in cle.j.ut li.pẽ. in cle.
quã ſequitur Abb.ibi in ſuis gl.in fi.& Car.col.v. in viij. q. ubi
plenè iſtud attingit,poſt Pe.de Anc.ibi in ij.& iiij.no.& col. fi.
circa fi.& ſequit̃ etiã Imo.co.ij.uer.deinde circa p̃dicta, & uer.
2 ſeq.† Ea potiſsimum rõe , nã quo ad tale beneficiũ renunciatũ,
renuncians dr̃ mori eo loco,ubi facta eſt renunciatio,nec atten
dit̃ locus, ubi renunciãs morã trahit,uel ubi de beneficio litiga
retur,ſed ſolũ locus in quo moritur,uel in quo renunciat̃.Per ta
lẽ igitur renunciationẽ,ut ſ.factã,canonicatus,& præbenda,&
alia ſubſequentia,uacauere in curia. Quo ſtãte,infertur alia ue
riſsima cõcluſio.q.d.præbẽda uacãs apud ſedẽ apoſt.nullo mõ
3 cõprehenditur ſub cõſuetudine, ſeu ſtatuto de optando. † Etſi
enĩ,ꝙ tale ſtatutũ,& conſuetudo fuerit ualidiſsima. Tamen nõ
cõprehenderet præbendã uacantẽ apud ſedem apoſtolicam. Nã
iſta non poterit optari uirtute dicti ſtatuti,& cõſuetudinis,ut ẽ
tex.apertus,& ibi oẽs hoc not.& ſequuntur in c.fi.uer.in prębẽ
dis uero,de conſuetu.lib.vj.& eſt deciſ.do.de Ro.in no.ccxcvj.
alias ſub tit.de cõſuet.deciſ.iiij.ſicut canonicatus,& domin.de
San.Gem.cõſi.xxxix.ex themate,in prin. ubi aſſerit in hoc nul-
4 lã eſſe dubitationẽ.† Prout ẽt bonum ius ipſius d. Leonis appa-
ret.Nã talis præbẽda,& ſucceſsiuè alia annexa, per renunciatio
nẽ ut ſ.factã,& p ſanctiſsimũ.d.N.receptã,& admiſſam,& ma-
num appunentẽ fuere affecta,& ad ipſum aduocata,& reſerua-
ta,iuxta ea quæ habẽtur in c.ut noſtrũ,de cappel.extra, & p do
min.de Rota,in antiq.deciſ.dccclxvj.alias ſub tit.de re.permu.
deciſ.xvj.ſi,a,& b,per totũ,maximè in fine, & eſt cõſimilis de-
ciſ.Bernar.de Biſgue.in tit.de reſt.ſpolia.ij.& alia deciſ. domi.
de Ruta,in antiq.dcxxiij.alias ſub tit.de cõceſ.præb.xxv.& Ge
mi.fere ĩ terminis,& ꝯſi.cxxxvj.ſuper.j.dubio, maximè circa fi.
5 † Et illud certũ eſt,in talib.reſeruatis,cõſuetudinẽ, & ſtatutum
de optando,locũ ſibi nõ uendicare,ut eſt deciſ.dom.de Rota,in
no.xxiij.alias ſub tit.de re.perm.deciſ.j.col.ij.uer.ſecus uero in
reſeruatis,& Gem.ꝯſi.xxx.quo ad primũ,in prin.& col.ij.uerſi.
6 ad fin,& poſt Arcbid.hoc ẽt uolunt doc.in d.c.fi.† Statutũ enĩ
& cõſuetudo de optandu inducta per capitulũ non ualet cõtra
Papã,& cõtra legẽ ſuperioris.c.innotuit,de elec.c. inferiorem.
xxj.diſt.c.quod ſuper his.c.cũ inferior, de maior. & obed. cũ ſi.
7 † Reſeruata enim nõ ueniunt ſub generali prouiſione.c.ij. in ſi.
de præbẽ. & ſuper illis, alij inferiores manus apponere nõ poſ-
ſunt.d.c.ij.& c.p̃ſenti,& c.ſeq.eo.tit.de præb.lib vj.& per Lap.
8 alleg.liiij.cũ cõcor.de quib.in d.clem. j.ut lite pend.† Ad quod
ẽt illa clauſula,nõ obſtantib. &c. appoſita in literis prouiſionis
ipſius do. Leonis, quæ optionẽ penitus tollit, ut per Domi. de
Rota in no.deciſ.ccc.alias ſub tit.de cõſuet.v.ſi mãdetur, & per
doc.in d.c.ſi.& per Dom.de S.Gem.d.cõſi.xxxix. Quæ ẽt cor-
roborãtur ex uerbis expreſsis primæ cõſtitutionis dominorum
Canonicorũ,in quib. expreſſe exceptuantur reſeruata p ſedem
apoſtolicã, ut illa nõ poſsint optari,nec cõprehendãtur ſub di-
9 cta cõſtitutione, & cõſuetudine ,de optãdo.† Et merito,qm̃ ius
cõmune,ita diſponit,ut ſuperius oſtenſum eſt, nec dictæ primæ
cõſtitutioni,per ſedẽ apoſtolicã confirmatæ, & approbatæ põt
dici fuiſſe derogatũ per ſecundã cõſtitutionem factã per ipſos
Canonicos,Tum quia in ſecunda iſtud non exprimitur, argu.l.
præcipimus,in ſi.C.de appel.& per Bar.cõſi.lxxij.ex facto,col.
v.& per Bal.in l.pen.C.p quas perſo.no.acq.& per tex. & gl. in
10 aucten.de non alien.§.ſi.in uer.niſi.† Tum ẽt quia ſecunda ge-
neraliter loquitur,& interpretari dẽt, ne uideatur primæ ꝯtra-
dicere,cũ contrarietas euitãda ſit.c.inter dilectos. §. cæterũ, de
ſid.inſt.& per Bar.in l.ſi.§.idẽ quęſiijt.ff.de cõd.ind.cũ alijs alle
ga.per Deci.cõſi.clxviij. Reuerende pater, col.ij.uer. & ſecun-
11 da diſpoſitio. † Et quia poſteriores conſtitutiones interpreta-
tionẽ recipiunt ab antiquiorib.l.ſed & poſteriores. ff. de legi. l.
ſciendũ,in prin.ff.qui ſatiſd.cog.iuncta aucten.offeratur. C. de
12 lit.cont.& utrobiq; per doct.† Tum quoq; ex eo,nã dicta ſecun
da conſtitutio,ita generaliter loquens circa materiã optiõis, ne
ceſſario recipere debet interpretationẽ paſsiuã & a dicta pri-
ma ꝯſtitutione,& a iure cõmuni,iuxta not.in c. cũ dilectus, de
conſuet.& in l.j.§.lex falcidia,ubi diffuſe doct.ff.ad leg.Falc.&
in l.ſerui noſtri.C. de nox. Paſsiua aũt interpretatio collecta ex
prima cõſtitutione,& ex diſpoſitione iuris cõmunis, eſt illa , ut
ſub dicta ij.conſtitutiõe nõ poſsint optari uacãtia in curia, nec
13 reſeruata,ut oſtẽſum fuit.† Tum ẽt quoniã ſi capitulũ iſtud ex
preſsè ſtatuiſſet,quod minimè factũ apparet. Tamen adhuc ita
ſtatutũ cũ auctoritate legati,minimè ualeret,tanquã factũ con
tra legẽ cõmunẽ, & contra auctoritatẽ , & ptãtem Pontificis p
inferiorẽ.d.c.quod ſuper his,cũ alijs ſ.deductis, & cũ alijs ple-
nẽ accumulatis p ſcriben.poſt gl.in c.ꝯſtitutionẽ, in uer.ſtatu-
tũ,de uer.ſign.lib.vj.& per doct.maximè Fely.& alios,in c.cum
oẽs,& in c.cũ acceſſiſſent,de conſtit.cum ſi.& in c. quæ in eccle
ſiarum,per doct.eo.tit.& per Alex.cõſi.l.uol.iij.Ex quib.aper-
tiſsimè tollitur omnis conſuetudo quæ fortaſsis ex aduerſo alle
garetur,quoniam non eſſet conſuetudo,ſed corruptela,& mini
mè ualeret,nec effectum deberet ſortiri in beneficijs,& præben
14 dis reſeruatis,& uacantib.in curia.† Eo magis cum de tali con-
ſuetudine , uel potius corruptela minimè aliquid deductum,
& probatum appareat, & onus illã probandi,incumbit eã alle-
gant i,

genti,ut dicit gl.in uer.probatis,in l.j. C. quæ ſit lon. ꝯſuetu.&
ibi Bald.in j.notab.& quæſt.xvij.& in c.cum dilectus, col.j.de
15 conſuet.& Alex.conſi.lxvij.in cauſa,uol.ij.†Et potiſſimū cum
aſſerta conſuetudo,ſeu corruptela ſit ꝫ ius, nec appareat formi-
ter,modo aliquo præſcripta , nec ſecundum eam alio tempore,
& caſu fuiſſe iudicatum,ut diffuſè tangitur per repetentes,poſt
alios in c.fi.extra de conſuet.& per Felyn. in c.j.extra de tregua
16 & pace,& per Dec.conſil.cxxiiij.viſo puncto,col.ij.† Et quo-
niam non adſunt in caſu præſenti teſtes,qui aſſertam conſuetu-
dinem formiter,& concludenter probent,prout ius requirit .
Non enim ſufficit, ꝙ deponant conſuetudinem eſſe,ſed neceſſa
rium eſt eos deponere de uiſu,iactus,cuius conſuetudo allegaẽ,
& de frequentia,& temporis diuturnitate, & ꝙ ita fuit factum,
& de reliquis,ut tradit Cyn.in l.ij.col.xj.uer. ſed quæro. C.quæ
ſit lon.conſuet.& Alex.conſi.cxxxj. in cauſa uertente,col.pen.
uerſi.nec obſtat,& conſi.xlv.uiſis,in prin.uol.ij. cum alijs accu
mulatis per repetentes in c.fi.extra de conſuet. poſt Abb.& per
Dec.conſi.cccci.in cauſa,nu. xiiij. & ſeq.ubi citando alios fir-
mat teſtes ſingulares minimè probare conſuetudinem , conſe-
quenter ſuper ea ex aduerſo aliquod fundamentum fieri nõ pt.
17 † Et eo magis aduerſarius domini Leonis , obtinere non pote-
rit,cum ſe fundet ſuper conſtitutione dicti. c.& minimè tenorẽ
eius,& formam obſeruauerit. Tum quia infra octo dies a tẽpo-
re quo ſciuit,& notitiam habuit, nequaquam optauit, infra qđ
tp̃s hoc fieri debebat,ut diſponit ipſa conſtitutio,& dicto tem-
pore decurſo optare minimè potuerit,ut dicit text.in d.c.fin.in
fi.de conſuet.lib.vj.& ibi gl.in uer.uiginti,& reliqui ſcribentes,
dicentes tale tempus currere a die ſcientiæ, iuribus ibidem alle
ga. Et de ſcientia,& notitia aduerſarij, iam probatum ſit,potiſ-
ſimum per ipſius ꝯfeſsionẽ, cuius maior probatio dari non põt.
l.cum te,& ibi ſcrib.C.de tranſact.plenè per Mod.in rub.extra
18 de prob.& per repetentes,in rub.C.eod.tit.† Tum quoque qm̃
aduerſarius non renunciauit præbendam ſuam ſimpliciter , &
purè,prout conſtitutio ipſa requirit, quo fit,ut beneficio dictæ
conſtitutionis minimè poſsit gaudere,argu.eorum quæ habenẽ
in l.cum hi.ff.de tranſa.& eorum quæ ponit Io. An.in c.j.de bo
mie.lib.vj.& per Bar.in l.j.§.ait prætor.ff.ne quid in loc.pub.&
in l.Fulcinius,per illum tex.§.cum hoc. ff.ex qui.cau.poſ.ea.cũ
alijs allegatis per Iaſ.in l.non ſolum.§.ſciendum,nu. iij. ff.de o-
pe.no.nun.Vbi concluditur,ꝙ qñ lex uel ſtatutũ conſtituit, uel
cõſuetudo diſponit aliquid cũ requiſitione alicuius qualitatis,
neceſſe eſt,ꝙ dicta qualitas interueniat, qua ceſſante,non pt ali
quis beneficio dictæ conſtitutionis gaudere , ſeu illo ſe iuuare .
19 † Vitiatur.n.actus, & redditur nullus, ſi factus apparet omiſſo
uno ex requiſitis in illo.d.l.cum.§.ſi prætor.l.conſtitutionibus,
ad municip.cum alijs allegatis per Iaſ.in l.j.nu.vij. xviij.& ſeq.
ff.de lib.& poſth.poſt Alex.& alios,ibi,& in l.uniuerſis,nu.iij.
C.de precib.Imper.offer.per eundem Iaſ.cum ſimi. Nec iſtis ha
bet obſtare allegata renunciatio , facta per ipſum do.Leonem,
20 ut dicitur in manibus ipſorum do.Canonicorum.† Nam omiſ-
ſa pro nunc illa diſcuſsione, an potuerit fieri ipſis Canonicis,&
in ipſorum manibus, aduertendum eſt renunciationem de ſe eſ
ſe ſtricti iuris , ꝯñ ſtrictiſsimè debere intelligi, & interpretari,
21 uulg.l.quicquid aſtringendæ.ff.de uerbo obli.†Et cum ſit ſtri-
cti iuris,in ea non uenit aliud,niſi illud quod exprimitur, ut no.
Cald.conſi.v.an habens,in fine,in titu.de præb. & Bal.in l.fin.
uerſi.& eſt argumentum.C.ad leg.Falci.cum alijs adductis per
22 Dec.conſi.cccij.col.ij.nu.iij. & iiij.† Fuit igitur dicta renun-
ciatio facta,non ſimpliciter,ſed limitatiuè,& reſtrictiuè,ſecun-
dum conſtitutiones, & ſtatuta reuerendi capituli, ꝯñt limitatũ
produxit effectum,& ad limites tantum in quibus fuit facta, &
ulterius non pt extẽdi, qm̃ fuerit cauſa propter quam extitit fa
cta ab ipſo do.Leone,ut probaẽ in l.iubemus.C. ad Velle.& ibi
oẽs not.tradit Bal.in l.pactum.C.de pac.& in l.pactũ.C.de col.
in iij.q.ubi etiam alij not.& plenè attingit Are. poſt Rom.in l.
qui ſuperſtitis.col.iiij.uer.circa tertiam limitationem.ff.de ac-
qui.hæ.& ponunt doc.in l.ſtipulatio hoc mõ ꝯcepta.ff.de uerb.
23 obl.& in c.quis,de par.lib.vj.†Et bene facit l.ſuum,& ibi Ale.
num.lj.& alij.C.de iure deliber.Vbi renuntiatio facta uni uiro
non nocet alteri,& illud uulg.ꝙ limitata cauſa limitatum pro-
ducit effectum,uulg.l.in agris.ff.de acqui.re.do. l.cancellaue-
rat.ff.de his quæ in teſta. delen. dicta itaque renunciatio facta
fuit relatiuè ad conſtitutiones,& ſtatuta reuerendi capitu. quo
fit,ut intelligatur facta adamuſsim, ſecundum qualitates contẽ
tas,& comprehenſas in dictis conſtitutionibus,& ſtatutis,ad q̃
24 expreſsè facta fuit relatio.† Referens enim interpretatur ſecu-
dum relatum,& ſecundum qualitates illius,ut tradit Bart.alle-
gando iura in l.ſi quis ſeruum.§.fi.nu.v.de lega. ij.& in l.j.ff.de
recept.& in l.j.& iij.ff.ſi fam.fur.feci. dic. & facit.l.aſſe toto.ff.
de hære.inſti.& in l.in teſtã.ff.de cond.& de mon.& tex. in l.Ti
tia.§.idem reſpondeo,& ibi Aret.ff.de uerb.oblig. & tex.in l.in
ſumma,in prin.ff.de re iud.cum concor.Conſtitutio aũt prima
ipſius capituli , ad quam dicta renunciatio per do. Leonẽ facta
ſe retulit expreſsè exceptuat reſeruata,& uacãtia in curia, ut nõ
ꝯprehendantur in opi.facienda per Can.ꝯũr dicta renunciatio
nõ põt interpretari facta in dictis reſeruatis,& vacãtib.in curia,
cum fuerit limitata,& facta relatiuè ad d. ꝯſtitutionem p̃dicta
exceptuantem . Et ſi quis uellet referre,dictã renunciationẽ ad
ſecundã ꝯſtõnẽ, in qua uerbis expreſsis non fit talis reſeruatio.
Tñ adhuc idem erit. Tum quia.ij.ꝯſtõ non corrigit primã. Tũ
ẽt quia ipſa ſecunda recipere dẽt interpretationẽ a prima. Tũ
quoq; qm̃ interpretationẽ paſsiuam recipit a iure cõi , ut reſer-
uata, & uacantia in curia dicanẽ exceptuata , & non ueniant in
optione,ut de ſingulis ſupius dictum extitit.Et ſi quis.d.ſcđam
ꝯſtitutionem uellet interpretari, ut ẽt poſſent optãri reſeruata,
& uacãtia in curia,male ſentiret,ex quo iſto caſu dicta conſtitu
tio non ualeret,tanquã facta ꝫ ius cõe,& ꝫ. l & auctoritatẽ ſu-
perioris,ut fuit deductũ. Et ſi quis daret hanc interpretationẽ,
quod minime opinandũ eſt, ex quo redderet dictam ꝯſtitutio-
25 nẽ ſecundam in hoc nullam,& ineſſicacem.† Tñ adhuc dr̃,ꝙ di
cta renunciatio fuit facta generaliter, ad ꝯſtõnes, & ſtatuta, &
iõ neceſſario referenda eſt ad ꝯſtõnẽ,& ſtatuta ualida, non aũt
ad inualida,& nulla,& ꝯũr ad primã ꝯſtitutionẽ ualidam, non
aũt ad ſecundam ineſſicacẽ,& nullam,ſecundum hanc interpre
tationẽ,ut eſt optima deciſi.Oldr.conſ.cclix. impugnatur,col.
iiij.uerſi.confirmatur,& Albe.de Roſ.in l.de quibus,uerſ.& ita
fuit terminatum.ff.de legi.quos refert, & ſequiẽ Felyn.in ca.ex
26 tenore,col.iiij.nu.xj.uer.v.dicit Alb.de reſcrip.†Vbi uolunt ꝙ
ſi eſt præſtitum iuramentum.de ſeruandis ſtatutis, intelligitur
de ſtatutis ualidis,non aũt de inualidis,& nullis, & ibi Fely. plu
ra accumulat. Ex quibus patet relationem eſſe faciendam ad ua
27 lida,non aũt ad inualida.& nulla. † Et comprobari hoc ſatis pt
ex traditis per Cy.in l.cum oportet,in prin.in j.oppo.C.de bo.
quæ lib.& per Bar.in l.j.ff.de his qui ſunt ſui,uel alie iur.p Inn.
& alios Can.per illum text. in c.dudum,in fi.de deci.& p Alex.
conſi.lia.col.pen.nu.xij.uol.j.& per Fel.in c.inter dilectos,nu.
xvj.& xxix.in fi.de fi.inſtr.cum ſi. Vbi apertè uolunt, ꝙ ſi p Põ-
tifi. facta eſt generalis ꝯfirmatio ſtatutorum alicuius ciuitatis
ex certa ſcientia,referenda ſolum eſt ad ſtatuta iuſta , & licita,
non autem ad iniuſta & illicita , & ad ea quæ ſunt contra ius .
28 † Et ꝙ talis renunciatio fuerit facta limitatè & reſtrictiuè,facis
ẽt oſtenditur,qm̃ ipſe do.Leo.eam fecit citra præiudicium titu
li ſui,& iurium,& non aliter,nec alio modo . Quæ proteſtatio,
& reſeruatio optimè conſeruauit ſibi ius,quod iam habebat,de
quo iure dictum eſt ſuperius , ut plenè traditur per Bart.& oẽs
in l.non ſolum.§.morte.ff.de no.ope.nun.& in l.de pupillo.§.ſi
quis ipſi prætori,eod.tit.& diffuſè per Can.in c.cum M.Ferrar.
29 de conſt.& in c.ſollicitudinem,de appel.† Et illa uer.nõ aliter,
apertè oſtendunt animum ipſius do.Leonis,fuiſſe renunciare ſi
ne præiudicio iurium ſuorum,& ſecundum ꝯſtõnes , & ſtatuta
ipſius capituli,excludunt. n. dicta uerba aliam interpretationẽ,
ex quo reſtrictiua fuit.l.non aliter,de lega iij.l.ſancimus.C.de
iudi.l.contractus. C.de fi.inſtr.& p Albe. in ſuo dictio.in uerſi.
30 aliter.† Et coadiuuatur ex iſtis uerbis, nec alio modo,etiam re
31 ſtrictiuis,& geminate repetitis. † Quæ geminatio eniam a-
nimum ipſius do. Leonis oſtendit fuiſſe dictam renunciationẽ
facere,limitatè,& reſtrictiuè,ſm̃ ꝯſtõnes,& ſtatuta. d.capituli,
& citra p̃iudiciũ tituli,& iurium ſuorum, ſm̃ Bar.& alios p illũ
tex.in l.baliſta.ff.ad Trebel.& in l.ſcimus.C.de agr.& cẽſ.li.xj.
32 † Iuñm aũt præſtitum per ipſum do. Leonem , de obſeruandis
ſtatutis,& conſuetudinibus, & r.eidem non eſt nocitum,ſed p
ficuum,cum intelligatur præſtitum,quo ad ſtatuta,& conſtitu-
tiones ualidas,non aũt,quo ad nullas,& iniuſtas,c.j.de iure iur.
li.vj.& ſecundum Oldr.Albe.de Roſ.Fel.& alios,ubi ſ. Et refe
rendo illud ad ꝯſtitutionem primam,uel ad ſecundam, quæ in-
terpretari dẽt,ut ſupra,nihil ei obſtabit , nec põt dici periurus.
33 † Et etiam quia iuramentum non extenditur ultra cauſam illã
propter quam fuit iuratum.c.pen.de iureiur.l. ſi actor.l.ſi duo.
§. ſi quis iurauerit. ff.de iureiu.Et etiam quia iuramentum,ſem
per habet exceptuatam auctoritatem legis,& ſuperioris. co.ue-

nientes, ubi Cano. de iureiur. per gl. & alios in c. conſtitutus, de reſcrip. & ibi Fely. nu. xiij. & per illum text. tradunt doc. in l. fin.
34 ff. qui ſatiſd. cog. maximè Alex. nu. ij. & Iaſ. nu. vj. † Prout ēt qm̄ iuramentum debet regulari, & intelligi præſtitum, ſecundū naturam actus ſuper quo interponitur. l. fi. C. de non nu. pec. & ſic limitatè, ut plenè tangit Alex. in l. fi. in prin. ff. ſi cert. pet. quem ſequitur Iaſ. in l. decem. ff. de uerbo. obl. nu. xxiij. & ſeq. quando ꝯſenſus fuit limitatus in iurando, ut contingit in caſu præſenti.
35 † Eo etiam quoniam iuramentum recipit omnes conditiones a iure ſubintellectas. c. quemadmodum, de iureiur. & de iure non poteſt dici præſtitum ad obſeruandum ſtatuta, & conſtitutiones inualidas, & derogantes auctoritati ſuperioris, & diſpoſitioni
36 iuris cū iа deciſionibus & iuribus, quibus ſupra. † Poſtremò accedat res iudicata, & ſententia lata in fauorem ipſius do. Leonis in curia Romana ꝫ, & aduerſus Florianum montinum cū eo litigantem, ſuper eiſdem met Canonicatu præbenda, & alijs acceſſorijs, quæ nedum nocere debet, & effectum ſuum producere ꝫ d. Montinum, ſed etiam ꝫ ipſum capitulum, & ꝫ dominos aduerſarios, ea eo qm̄ per dictū commiſſarium cauſæ expreſsè fuere moniti de dicta lite, & iudicio, & illius habuerunt plenā ſciētiam & notitiam, & monitorium, & ſucceſsiuè ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit facta, & executa fuere poſt aſſertam renunciationem do. Leonis, & monitorium, & ſententia eſt ꝫ omnes intruſos, & introdendos, & ideo omnibus nocuit, & nocet, ad plenè nota. per Bar. & omnes in l. ſæpe. ff. de re iud. & in cap. quamuis, ubi Can. oēs extra eo. tit. cum ſi. & ſtante dicta re iudicata, ulterius aliquid quærendum non eſt, iuribus uulgari. Ex quibus apertiſsimè patet ipſum do. Leonē omnino obtinere debere, & Canonicatū, & ꝑbendam, manſiones, & alia q̄ iā obtinebat d. q. do. Hieronymus, & ſm̄ prouiſionem per ſedem apoſtolicā eidem dicta lege conceſſam. Pariſ. Bono.

SVMMARIVM.

1 *Propter malam uitam peſſimosq; mores fratrum, & religioſorum, poßunt ipſi religioſi priuari domo, & conuentu, & illa poterit in alios religioſos transferri.*
2 *Quando proceditur contra regulares, non ſeruatur ordo, & ſolennitas iuris, ſed ſola ueritas, & nu. 7.*
3 *Approbatio, & confirmatio alicuius actus, facta per Pontificem, ſatis operatur, & nu. 7.*
4 *Clauſula, ſupplentes, quem effectum producat.*
5 *Et quid de clauſula, non obſtantibus.*
6 *Et de illa, habentes pro expreſſis.*
7 *Priuatus à iudice iuris ordine non ſeruato, quando ſit reſtituendus, & num. 2.*
8 *Clauſula, ꝙ debeant obſeruari narrata, &c. cuius ſit effectus.*
9 *Et quid ſi denegatur audientia, & prohibentur contradicere.*
10 *Spoliatus non eſt reſtituendus, quando notoriè conſtat de non iure ſuo, & pleno iure aduerſarij.*
11 *Pacta, & conuentiones factæ inter religioſos, obſeruanda ſunt.*
12 *Quando reſtitutio facienda eſt ſub aliqua conditione, illa non purificata ceſſabit.*
14 *Et quando facienda eſt ſub aliqua qualitate, neceſſariò, qualitas eſt uerificanda.*
12 *Ablatiui abſoluti, important conditionem.*
Idem quando adeſt dictio, quando.
13 *Quando poſt ſpolium, dominium illius rei de nouo fuit quaſitum, impeditur reſtitutio.*
Pactum & conuentio noua poſt ſpolium facta, impedit reſtitutionē fieri ſpoliato.
16 *Sententia & res iudicata habetur pro ueritate, & illi ſtandum eſt.*
15 *Sentētia lata ſuper poſſeſſorio, impedit reſtitutionem fieri ſpoliato.*
17 *Creditur iudici aſſerenti cauſam ſibi fuiſſe delegatam, & commiſsā licet aliter de hoc non conſtet, quando ille qui aſſeritur commiſiſſe & delegaſſe eſt præſens, & de facili poteſt adiri, & haberi.*
18 *Ceſſat reſtitutio, quando ſpoliatus paſſus eſt probationes recipi ſuper proprietate, & per eas conſtat de dominio ſui aduerſarij.*

CONSIL. XI.

IVSTISSIMAM & a iure approbatam dedere cām, qua fratres ordinis ſeruorum de obſeruantia, degentes in domo beatæ Mariæ de ꝯſolatione ciuitatis Ferrarię. fuere dicta domo priuati ꝑ gn̄alem Priorem totius eiuſdem ordinis, nefanda & ſceleſtiſsimi mores,
1 & ipſorum peſsima uita. † Quibus attentis generalis ipſe eos merito priuauit, & in alios eiuſdem ordinis fratres domū prædictam tranſtulit, ut habetur in c. relatum. ne cleri. uel mo. ubi omnes aſſerunt hanc eſſe iuſtiſsimam cauſam dictę priuationis, & translationis, ut etiam poſt gl. firmat Abb. & alij adducentes deciſ. concor. in c. inter quatuor. de religio. dom. Omiſſa namq; in præſenti poteſtate ordinaria, qua d. generalis Prior fungitur, prædicta executus eſt auctoritate apoſtolica, quibus inſpectis, nullus defectus iuriſdictionis dari pōt ceſſabunt propterea quę ex aduerſo adduci poſſent, ſuperius enarrata fore agitata a priuato, & iuriſdictione carente, ſecundum iura cōmunia & vulg.
2 † Minus ēt obſtabit ſi dicatur, aduerſarijs inauditis & iuris ordine non ſeruato prædicta fuiſſe geſta, nam cum regularib. minimè procedendum eſt, ſm̄ ordinem iuris, relaxatur. n. talis ſolennitas, & remittit huiuſmodi rigoroſa iuris ſubtilitas, ut traditur in c. fi. de regular. & in c. reprehenſibilis. de app. & probatur in c. qualiter & qñ. il ij. §. ad corrigendos. de accuſa. ubi poſt alios Fely. in tertio notab. col. j. alia adducit, & idem facit poſt Ioan. And in c. olim. eod. tit. col. pen. uer. ultimo quærit hic. ꝯcludens, ueritatem ſolam eſſe inſpiciendam, & attendi debere
3 reliquis omiſsis. † Accedat expreſſa approbatio & ꝯfirmatio ꝑdictæ priuationis, & translationis ſciēter facta a Clemente. vij. Pontifi. maximo expreſsè derogans omnibus pactis & conuentionibus priuilegiis & alijs quibuſcunq; iuribus modo, aliquo ꝫ prædicta facientibus, per quam omnis defectus ordinis non ſeruati ſuppletur, ut hr̄ in c. ad petitionem, de accuſ. & ibi Fely. in tertio notab. & per Abb. in c. olim. col. pen. de re iud. & not. in c. hoc quippe. iij. quæſt. vij. & per gl. fi. in c. j. de tranſa. iunctis plenè traditis per totum, extra de confirm. uti. uel inut. & ꝑ doc.
4 in l. more & quia. ff. de iuriſd. om. iud. † Et clauſula illa ſupplentes omnes defectus &c. tollens ſingulos defectus iuris poſitiui & quæ trahitur ēt ad non ſpecificatos, ſm̄ Io. An. in d. c. j. de trāſac. & per Alex. conſi. cxj. Perſpectis. col. ij. nu. iiij. vj. & alijs ſeq.
5 uol. vj. & per Fran. de Cur. conſi. lxv. col. ix. † Ad quod ēt & illa clauſula, non obſtantibus. de cuius effectu poſt alios ꝑ eum citatos hr̄ ꝑ Fely. in c. nonnulli. de reſcrip. nu. xxj. xxxi. & lxxix. & ꝑ Alex. ꝯſ. xcij. nu. xxxiiij. & ꝯſ. clv. nu. iij. uol. vj. & ꝑ Frā. de Cur.
6 ꝯſi. xxvij. col. xij. & ꝯſil. xxxv. colu. iiij. & fi. † Prout ēt illa clā, ꝙ hr̄i debeāt pro expreſsis & ſpecificatis ſub quacunq; forma &c. de qua ꝑ do. Ant. ꝯſi. lv. alias. ij. Viſis, & per doc. in d. c. j. & Fel. in d. c. nōnulli. nu. xxij. & ſeq. & Soc ꝯſi. cxx. nu. ix. uol. iiij. & ꝯſ. lxiij. nu. v. uol. iij. ex quibus omnes tolluntur obiectus qui forſan per aduerſarios dari poſſent, aſſerentes iuris ordine non ſeruato, fuiſſe dicta domo priuatos & ſpoliatos. † Ad quæ etiam no-
7 ta. in l. iuſte poſsidet. ff. de acqui. poſſ. Mandauit inſuper Clem. vij. prædicta omnia debere inuiolabiliter obſeruari & perpetuo
8 † ꝫ quod mandatum aduerſarij in præſenti uenire minimè poſſunt ad not. in c. j. de pact. & ff. eod. tit. l. iuris gentium. §. prætor
9 ait. & quæ habentur in c. j. de iureiur. lib. vj. † Voluit etiam ſuperius geſtis non poſſe ꝯueniri modo aliquo prohibens omnes & ſingulas perſonas pœnis & cenſuris ibidem appoſitis ꝫ illa aliquid attentare, denegans audientiam, & uolens illos nequaquam audiri, ad ea quæ hr̄ in l. ſed & ſi per prætorem. §. ait prætor. ff. ex quib. cau. maio. per Bar. & alios ibi diffusè in l. j. §. ſublata. ff.
10 ad Trebel. † Ex quibus ſatis apertè conſtat aduerſarios in præſenti tanquam ſpoliatos petentes reſtitutionem dictæ domus, minimè eſſe audiendos, reſtitutionemq; petitam minimè eis debere ꝯcedi, cum notoriè iam conſtet ex prædictis ipſos nullum hr̄e ius, & de optimo iure, tū in poſſeſſorio, tum in petitorio ipſorum fratrum in præſenti tenentium domum prędictā, ad notata per Bar. in j. lec. in l. naturaliter. §. nihil cōe. ff. de acqu. poſſ. arg. c. cum teneamus. extra de ap. cum alijs pleniſsimè accumulatis per Alex. & reliquos Mod. in d. §. nihil cōe, col. vj. & in j. lectu. & nu. viij. & col. viij. & ſeq. & per Can. in c. cū dilectus. & in
11 c. paſtoralis. de cau. poſſ. & pro prie. cum ſi. † Prout ēt reſtitutio petita minimè eis uenit ꝯcedenda conſiderata noua conuentione, tranſactione, & pacto, inter ipſos fratres inito, poſt priuationē & translationem prædictas & prædictorum pactorum confirmationem reuerendiſsimi, tunc prędicti ordinis totius protectoris, necnon & ſedis apoſtolicæ quæ obſeruanda & adimplenda omnino ueniunt. c. fi. de pact. lib. vj. c. ij. eo. tit. in antiq. c. j. c. ue-
12 niens. de tranſac. † Quibus ꝯuentionibus & tranſactionib. concluſum extitit ꝙ domus ꝑdicta deberet dictis fratribus illa priuatis reſtitui qñ accederet cōſenſus & beneplacitum ducis Ferra. & ꝑ ipſius Ducis literas id eſſet ſignificatū, & non aliter, ꝙ teſtō domus uirtute dicti pacti ꝯuētiōis & trāſactionis, illis ex

priuatis

priuatis facienda erat ſub illa conditione, ſi accederet ꝯſenſus dicti Ducis ut conſtat ex illis uerbis, accedente ꝯſenſu & bene-
23 placito, &c. † qui ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionē. l. a teſtatore. ff. de condi. & demon. l. euictis. ff. de euict. & ꝑ Mo der. in rub. ff. ſolu. matri. & patet etiam ex illis uer. quando ꝑ literas Ducis erit nobis ſignificatum importantibus ēt conditionē ſm Bar. & alios in l. j. ff. de ꝯdi. & demō. & qm̄ talis conditio minimè fuit adimpleta & purificata, quinimò in oppoſitum & in ꝯrium oſtenduntur & patent literæ conſenſus & uoluntas ꝑfactl. d. Ducis, merito uirtute dictæ conuentionis & tranſactionis ipſi aduerſarij ſuper ſpolio nouiter inteutato audiendi non ſunt, cū uirtute dictæ ꝯuentionis & tranſactionis poſt dictā aſſertam ſpoliationē fuerit acquiſitum de nouo ius & dñium, ſm Bal. in c. in literis. de reſti. ſpo. allegantem ea, quæ hūr in c. ſuper hoc. in gl. mag. & per Inno. de renun. & firmant do. Ant. in c. ſollicitæ. de reſti. ſpo. & Abb. ibi expreſsè dicentes tale pactum obſtare agenti remedio ſpoliatorio, & ſequit̄ do. Prepo. in c. porrò. col. iiij. uerſi. octauò fallit. de diuort. & eſt deciſ. Rotę in no. in tit. de reſtitu. ſpolia. tertia col. fi. & in antiq. eo. tit. deciſio. xviij. & ſequitur Alex. in d. §. nihil commune. col. x. nu. xxvj. in ix. fall.
24 † Erat enim aduerſarijs reſtitutio dictæ domus facienda ſub cōditione & qualitate prædicta, qua non ſuccedente nec uerificata, ceſſabit reſtitutio. c. Piſanis. de reſt. ſpo. ceſſabunt ex iſtis oīa & ſingula, quæ in oppoſitum poſſent adduci ex. c. ſollicitæ. eo. ti. ulterius poſt dictam tranſactionem & nouam conuentionem, & receptis poſtmodum literis Ducis Ferrariæ. apericotibus ipſius animum uoluntatem, & conſenſum reuerendiſsi. olim rector totius dicti ordinis, auctoritate ſedis apoſtolicæ ſibi attributa, uolēs ꝑdictæ ꝯtrouerſiæ uertenti inter dictos fratres ſuꝑ dicto ſpolio & reſtōne domus ꝑdictæ finē imponere, ſniam protulit, domum ꝑdictam aduerſarijs non eſſe reſtituendā, ſed illā eſſe ſub regimine prioris gñalis, & debere gubernari ꝑ frēs de-
25 putatos & putandos ab ipſo. † Quæ ſnia in rem tranſiuit iudicatam, & ueritatem induit, l. res iudicata. ff. de reg. iur. l. ingenuū. ff. de ſta. ho. c. cū inter. de re iud. & illi ſtandum eſt. l. Herennius.
26 §. Gaia. ff. de euictio. cū alijs plenè nota. in c. qm̄ ꝯ. de prob. † Et hmōi ſnia ſuper iſto poſſeſſorio lata impedit ulterius ſuꝑ eodē poſſe agi. c. præſentiam. & ibi gl. & alij nota. ij. q. j. & tradit̄ per oēs in c. cum dilectus. de cau. poſ. & propr. & d. deci. Rot. in no. tertia, de reſti. ſpol. col. pen. & optimè faciunt tradita in d. c. cū teneamur. & per Bar. & alios in d. l. naturaliter. §. nihil cōe. in j.
beat attendi. Multæ. n. ſunt ſpecies conſuetudinis, de quibus p
Arch. & alios in c. illud. xij. diſt. & Io. An. & alios, in rub. de cõ-
ſue. & in d. c. fi. eod. tit. Inter quas connumeratur conſuetudo re
gionis, & prouinciæ, ut not. in l. j. §. fi. de uentre inſp. & in l. ſi ſer
uus plurium. §. j. de lega. j. Item connumeratur conſuetudo Ciui
tatis. & ẽt conſuetudo oppidi, quæ oẽs conſuetudines, ſi non ꝯ-
38 riæ debent attendi. † Vt de conſuetudine probatur in dictis iu
39 ribus, & in l. teſtium. C. de teſtib. † Et de conſuetudine dioce.
probatur in c. fi. de off. archi. & not. gl. in l. ex ea. ff. de poſtulan.
& Bal. in d. l. oẽs populi, in ili j. q. principali. ff. de iuſti. & iur. &
40 ibi Moder. & alij repet. plenè tangunt. † Et ẽt de conſuetudine
regni, uel uicinarum prouinciarum hr̃ in c. cum olim, de ↄſue. &
41 in c. ſuper eo. de cenſi. † Et de conſuetudine locis, ſeu oppidi, ꝙ
debeat ſeruari, hr̃ in l. de quibus. ff. de legib. & in l. uenditor. §.
ſi conſtat. ff. cõia prædio. & in l. j. C. quæ ſit lon. conſue. & de p-
dictis facit mentionem Iaſ. in d. l. de quibus, col. ij. in ij. lectu. Ex
quibus infertur, ꝙ etiam ſi non eſſet talis conſuetudo in d. op-
pido Matarelli non ſoluendi decimas prædictas, tamen quia di-
cta conſuetudo uiget in tota dioce. & alijs locis conuicinis, dẽt
42 ſeruari, etiam in dicto loco de Matarello. † Ex quo ↄſuetudo u-
nius Ciuitatis, vel loci, extendiſ ad oppida, & loca particularia,
illi ſubiecta, dũmodo, ꝙ nõ habeant propriam ↄſuetudinem ꝯ-
riam, ita Bart. in d. l. omnes populi, quæſtio. præallega. & ibi Ia-
ſo. in ij. lectu. col. ix. & not. Bart. in l. ij. C. quæ ſit long. ↄſue. quę.
xxxvj. & do. Ant. in c. fi. col. xxxviij. de conſue. & tenent ibi no-
uiſsi. repet. fol. xvij. col. iij. uerſi. v. limitatur, qui adducunt. l. qui
ex uico. ff. ad munici. & eſt conſi. Lauren. Calca. ſecundum, col.
xxiiij. & optimum conſi. Cor. cccxix. circa primum, col. aj. uol.
43 iij. † Prout ẽt in ſimili. dicimus, ꝙ cõſuetudo quæ uiget Romæ,
extendi debet ad alias prouincias, ut in d. l. de quibus, & ibi Iaſ.
poſt alios colum. ij. & penitus per Moder. Papi. in tract. de feu.
cart. ij. col. j. Et tanto magis prædicta conſuetudo uenit ſeruan
da. Ex quo fuit ſeruata tanto tempore, in cuius contrarium nõ
extat hominum memoria, ſcientibus, & patientibus. d. Epiſco-
pis, qui pro tempore fuerunt Tridenti & in alijs dioce. uicinis,
qui non tolleraſſent talem conſuetudinem, ſi non fuiſſet aliqua
44 iuſta cauſa inductiua ipſius. † Quo fit, ut omnia ex curſu tem-
poris, & ea tali ſcientia præſumantur ſolenniter, & iuridice pro
ceſsiſſe iuxta regu. l. ſi filius. C. de petitio. her. & per Alex. & a-
lios, in l. ſciendũ. ff. de uerb. obli. cum concor. & iuxta glo. in l.
45 quo ẽm. ff. rem rat. hab. & in c. j. xliiij. diſt. † Et per Bal. in l. Impe
rialis. §. ſi nudes. C. de nupt. Vbi habens notitiam alicuius actus,
46 vr̃ illum approbare, ſi expreſſe non reprobat. † Et quia talis ↄſue
tudo eſt gñalis in tota dioce. ad ipſius probationẽ teſtes ẽt ſin-
gulares ſufficiunt, ut tenet Alex. conſi. clxxij. uiſis, & opportu-
ne diſcuſsis, col. pe. uol. ij. ubi ad id multa adducit. Quibus om
nibus ↄſideratis, dico ipſos de Matarello, de iure aſtringi nõ poſ
ſe ad ſolutionem dictarum decimarum. Pariſius Padua.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus clauſtralis, etiam de ordine mendicantium, põt in ultimis uoluntatibus conſtitui diſpenſator, & executor.*
2 *Et qua ratione iſtud permittatur.*
3 *Et nedum ad pias cauſas, uerum, & ad alias non pias, poteſt executor conſtitui.*
4 *Executor, & diſpenſator, pluribus nominibus ſinonimis appellatur.*
5 *Religioſus pro utilitate monaſterij, de licentia ſuperioris, põt eſſe extra clauſtrum, & etiam executor teſtamentarius.*
6 *Et ſi uoluntate ſuperioris ſuſcepit tale officium, cogi poteſt illud proſequi.*
7 *Etiam cum bona conſcientia, & abſq; ſcrupulo, non obſtante profeſsione.*
8 *Poteſt etiam conſtituere procuratorem, ad iſta proſequendum.*
Nec requiritur alia licentia ſuperioris, ſi ſemel fuit obtenta.
9 *Superiores ſi licentiam non præſtant, priuant monaſterium legato, illi facto ſub hac condi.*
10 *Subſtitutus ſub hac conditione, non poteſt conſequi ſucceſsionem niſi conditione adimpleta.*
11 *Vocatus ad hæreditatem ſub conditione, illam non conſequitur niſi conditione adimpleta.*
12 *Qua deficiente, ceſſat effectus ſubſtitutionis.*
13 *Præceptum teſtatoris iuſtum, & honeſtum, adimpleri, & obſeruari debet.*
14 *Non ſeruantes iuſtum præceptum teſtatoris, priuantur omni legato ſub illa conditione eis relicto.*
15 *Teſtator in eodem teſtamento poteſt adimere uni hæreditatem, & illum priuare ad commodum alterius obſeruantis præceptum ſuũ.*
16 *Teſtator poteſt quem priuare hæreditate directò, uel per fideicommiſſum transferendo in alium, caſu quo ei non obediatur.*
17 *Pœnæ appoſitio facta in teſtamento, in caſu non obſeruantiæ, & trãſlatio in alium facta, eo caſu ualida ſunt.*
18 *Executor poteſt facere expenſas in exigendis redditibus de bonis hæreditatis.*
19 *Item expenſas itineris.*
20 *Executor non debet eſſe negligens, quoniam talis negligentia iudicatur, ut dolus.*
21 *Voluntas defunctorum obſeruari, iura clamant.*
Executores teſtamentarij negligentes, tenentur.
Et quamprimum poſſunt, debent diſtribuere bona, ſecundum teſtatoris uoluntatem.
22 *Executor prædictus, poteſt bona diſpenſare erga perſonas ab iſto teſtatore nominatas.*
23 *Et ſi ſibi per teſtatorem commiſſa eſt electio perſonarum poteſt ſeipſum eligere.*
24 *Poteſt etiam eligere, & monaſterium, in quo moram trahit pluribus ex cauſis.*
25 *Religioſus habens eligere perſonas ad diſtribuendum bona à teſtatore relicta, poteſt ſuo arbitrio illas eligere.*
26 *Verb. ad ſuũ libitum, liberam, & meram uoluntatem importat.*
27 *Idem, & de uer. prout uoluerit.*
28 *Maximè quando ambo uerba prædicta iunguntur.*
29 *Electio autem perſonarum facienda eſt ſecundum mentẽ teſtatoris.*
30 *Teſtatoris mens declaranda poteſt uni committi.*
31 *Et ſi de mente teſtatoris non conſtat, conſiderandi ſunt conſanguinei teſtatoris, & nu. 33.*
32 *Charitas regulariter dictat, ut primo nobis, & noſtris debemus ſubuenire, & nu. 33.*
34 *Verb. illa, prout uoluerit, etiam conſanguineos comprehendant, & numero 35.*

36 *Executor grauatus anno quolibet maritare puellas pauperes quas puellas habet eligere.*
Et an intelligatur, teſtator diſpoſuiſſe de matrimonio carnali, vel ſpirituali, & ſic de ingredientibus monaſterium.
37 *Priuilegium carnale, & ſpirituale, utrunque fauorabile eſt, & à pari uidetur procedere.*
38 *Executor grauatus dotare pauperes, an poſſit alicui pauperi ſupplere dotem pro parte, ſine qua non poſſet matrimonium cõtrahere.*

CONSILIVM. XXVI.

FRATER Ioan. Bartholomæus ordinis S. Auguſtini, deputatus diſpenſator, & executor per ſuos fratres carnales utrinq; coniunctos in eorum teſtamẽtis, cum talem adminiſtrationem uoluntariè ſuſcepit de licentia ſui ſuperioris, proculdubio cum tuta conſcientia, & ſecundum ius canonicum, & ius ciuile poterit proſeq. di-
1 ctum officium, & adminiſtrationem. ¶ † Licet.n. religioſus ſit, & de ordine mendicantium, & clauſtralis. Tñ in ultimis uoluntatibus per teſtatores prædictos licitè potuit conſtitui executor, & diſpenſator, ut hř in c. tua nobis, extra de teſta. & c. ſi. eod. tit. lib. vj. & in clem. j. de teſta. Et de clauſtrali, & mendicante religioſo, conſtituto executore, nota gl. in ver. utiq;, in d. cle. j. & ibi Card. in v. notabili, & col. iij. in v. opp & Abb. ibi in princ. & Imo. col. iij. verſi. gl. ſuſcipere, & no. gl. ij. in d. c. ſi. & ibi ſequitur
2 Gem. & Philip. Fran. col. ij. ſuper gloſ. † Et rationem quare religioſus poſsit eſſe executor, tradit Abb. in d. c. tua nobis, & in c. Ioannes. in ſi. de teſta. & Petr. de Anch. in d. c. ſi. in ij. notabili.
3 † Et nedum deputari poteſt ad cauſas pias, ſed etiã ad alias cau-
4 ſas non pias, ut dicit domi. Ant. & Abb. firmans hanc eſſe * communem in dicto. c. Ioannes, col. ſi. per iura ſuperius allegata, & per rationes ibi adductas per eos, quam ſententiam ſequitur Cardinal. in dicta clem. j. col. iij. in ij. & iij. q. & ẽt Imo. ibi col. iij. in fine, & col. iiij. in prin. & Petr. de Anch. in d. c. ſi. col. antepen. in viij. q. & Phil. Fran. ibidem, in j. notab. Volentes religioſum poſſe eſſe executorem teſtamentarium etiam ad non pias
4 cauſas. † Et licet in dictis teſtamentis ipſe frater Io. ſit conſtitutus diſpenſator, tñ idem eſt ac ſi executor fuiſſet conſtitutus, nã diuerſis nominibus conſtitui poteſt, ut dicit Benedic. de Peruſ. in repetitio. d. cap. ſi. colum. j. & char. iiij. col ij. & etiam in proceſſu dictę repet. uer. per quæ uerba, iſtud probans pluribus au-
5 ctoritatibus. † Talis. n. religioſus ſicut de licentia ſui ſuperioris pro utilitate monaſterij pt̃ eſſe extra clauſtrum, ita ẽt poterit extra clauſtrum eſſe pro executione ipſius officij, quod ſuſcepit ea licentia ſui ſuperioris, ut expreſsè firmat Phil. Fran. in d. c. ſi. in prin. col. iij. ver. licet gl. in uer. obtenta, & ſequit ibi Bene
6 dic. de Peruſ. in lect. col. ſi. in prin. & etiam in repetitio. char. iij. col. j. † Ex quibus infertur, quod cum ipſe frater Ioan. de licentia ſui ſuperioris, uoluntariè ſuſceperit tale officium, & adminiſtrationem, coactus eſt iuris diſpoſitione illam proſequi, & adimplere uoluntatem dictorum teſtantium, ut firmat Card. in d. cle. j. col. iij. in iiij. q. & Imo. ibi, col. iij. uerſi. circa prædicta, &
7 Petr. de Anch. in iij. nota. † Et prædicta facere põt cum tuta cõſcientia, & abſq; ſcrupulo, profeſsione ſua non obſtante, ex quo pro tali exercitio, & in foro, & ex̃ forũ, habet legitima pſonã & poteſt legitimos actus exercere, & per ſe ipſum, ac etiam alium ſubſtituendo, ut plenè tradit Card. in d. cle. j. col. iiij. q. xiij. in j. fall. & Imo. ibi col. fin. uerſi. ſed an actio, & uer. ſed nunquid executor, & Petr. de Anch. col. ij. ibidem, & idem Anch. in d. c. fin.
8 col. iiij. verſi. quæro tertio, & Phil. Fran. ibi col. iij. in fine, uerſi. in ea gl. ibi induſtria, & Gemin. col. iij. uerſi. idem executor. † Et idem Gem. in d. c. ſi. col. iiij. in prin. & Petr. de Anch. colu. pen. uer. Itẽ in caſib. in d. c. fin. Volunt ẽt q̃ poſsit cõſtituere ꝓcuratorẽ ad p̃dicta faciendũ, adducentes Bal. ut p eos. Et qm̃ ipſe frater Io. ſuſcepit dictũ officiũ, & adminiſtrationẽ cũ uoluntate, &
9 exp̃ſſa licentia ſuorũ ſuperiorũ licitè alia licentia, nec requiſita, nec obtẽta, pt d. officiũ adimplere, & exequi, ut dictũ eſt. † Et ea ucãt eius ſupiores, & cõuẽtus, & monaſteriũ, ſubſtitut' hęres dictorũ teſtantiũ, uel aliq̃s ipſorũ, in tali officio, & adminiſtrõne eidẽ directo, uel per indirectum aliquam moleſtiam inferre, nã illico eſſent priuati dicta ſucceſsione, & hæreditate, quæ tali caſu applicanda ueniret alijs ſubſtitutis. Nam talis cõuentus, & monaſterium heremitarũ S. Auguſtini Bergomẽ. non eſt ſimpliciter ſubſtitutus, ſed ſub cõditione, ſi directè, uel indirectè moleſtiã aliquam non dederit d. fratri Ioanni executori circa dictũ officium, & adminiſtrationẽ, ut patet ex verbis teſtamẽti in illo capitulo, i quo ipſe frater Io. dat executor, vt dictũ monaſteriũ
10 ſubſtituit in fine. † Et de iure certiſsimũ eſt, q̃ ſubſtitutus ſub cõditione, non pt̃ cõſequi ſucceſsionẽ niſi cõditione adimpleta. l. cedere diẽ. ff. de uerb. ſign l. qui hæredi, in ſi. ff. de cõdic. & demon.
11 † Vbi Bar. & Soc. in iij. notabili, dicunt, q̃ uocatus ſub conditione ad hæreditatem nunquam poteſt illam conſequi niſi cõdi-
12 tio adimpleatur. † Nam deficiente implemento, diſpoſitio non poteſt ſortiri effectum. l. j. ff. de donat. l. ſi donaturus, in prin. ff. de cond. ob cau. & eſt deciſi. Bal. in l. arethuſa, in j. lect. ff. de his
13 qui ſunt ſui, uel alie. iur. † Et ẽt quia tale præceptum teſtatorum fuit honeſtum, cõnr̃ adimplendum & obſeruandum iuxta tradita per illum tex. per doc. in l. facta. §. ſi in danda. ff. ad Treb. & firmat glo. Bart. & alij in l j. ff. de his quæ pę. nomi. & in l. unica. C. eod. titu. & in §. ſi. inſt. de lega. & tradit Soc. conſi. ccxxj. viſa, in
14 prin. uol. ij. † Hinc eſt, q̃ illi qui non ſeruant cõditionẽ, & iuſtum p̃ceptum teſtatoris, ex legis diſpoſitione puniunt, ut priuent relicto, & emolumento eis ſub dicta conditione, & præcepto relicto, vt hř in l. ſi quis ſepulchrum. §. prætor ait, uer. niſi aliquid. ff. de religi. & ſumpt. fune. & traditur in l. pen. in ſi. ubi gl. adducit cõtr. C. de leg. & bene facit tex. in l. ſi. in ſi. & in auc. hoc amplius. C. de fideicom. & quod tradit Soci. conſi. clxxiiij. profecto ni fallor. col. pen. uer. non eſt mirum, uol. ij. & plenè per doct. in d. auc. hoc amplius. Et etiam quia ipſi teſtatores expreſsè uoluerunt, q̃ caſu quo dicti fratri Io. circa dictũ officiũ, & adminiſtrationem inferret aliqua moleſtia directè ſeu per indirectum, per ſuos ſuperiores, uel per ſuum conuentum quod tali caſu monaſteriũ priuaret dictis ſucceſsionibus, & in pęnam ſucceſsiones
15 ipſę deueniret ad alia loca pia. † Et certum eſt, q̃ teſtator in eodem ſuo teſtõ põt adimere hæreditatem, & reuocare, & apponere pęnam priuationis inobedienti, & non obſeruanti ſua præcepta, ad cõmodum, & beneficium alterius obſeruantis, ut tradit in l. unica. C. de his quæ pę. nom. maximè per Bal. col. iij. in v. oppo. & not. ibi Corn. in prin. dicens omnia iſta dependere a uolũtate teſtatoris, tam reſpectu priuationis, q̃ reſpectu translationis, prout ẽt eſt tex. & ibi no. Can. in c. Raynaldus, extra de teſta.
16 & Soc. in d cõſi. ccxxj. in prin. † Et Bal. in l. ſi. col. ſi. uerſic. quæro nunquid. C. de fideic. dicit, q̃ teſtãr põt priuare quem hæreditate, ſi ei non obediat, directo uel ſaltim per fideicõ. qñ trãslatio fit in alium poſt aditam hæreditatẽ ut tradit ẽt Soc. in rub. ff. de his quæ pę. nomi. uer. iij. caſu. & Cor. in l. j. col. j. uer. nec obſtat.
17 C. eod. tit. † Et appoſitio pęnæ priuationis hæreditatis, qñ præcepta teſtatoris non obſeruant, & translatio facta in alium tali caſu, ualidiſsima ſunt, ut firmant oẽs in d. l. j. C. de his quę pę. nomi. & ff. eo. in rub. & in §. ſi. inſt. de lega. & Soc. conſi. j. ver. vj. ꝓbat, uol. ij. Ne igiť dictus cõuentus & monaſterium priuent dictis ſucceſsionibus, neceſſe hñs ſtare licentię datę ipſi fratri Io. & ad unguẽ obſeruare p̃cepta dictorũ teſtantiũ & pmittere q̃d ipſe executor adimpleat uoluntatẽ p̃dictorũ & ei directo, uel indirecto circa p̃dicta moleſtiã nõ inferre, quo ſtãte ipſe executor abſq; aliquo ſcrupulo cõſcientię poterit pagere dictũ officiũ, ut ſuperius dictũ eſt, & executioni demãdare uoluntatẽ dictorũ te-
18 ſtantium. † Et in exercendo officium prædictum, debet facere ſumptus & expenſas, & in litigando cõ debitores, & in exigẽdo redditus bonorum immobilium dictarum hæreditatum, nõ de proprijs bonis ſuis, nec monaſterij, ſed de bonis ipſorum defunctorum, ut in l. ſumptus. ff. de pac. & in c. cum pro cauſa. de procu. & no. Arch. & Io. And. in d. c. ſi. & Gem. ibi, col. iij. in ſi. uerſ. an executores poſsint. & Phi. Fran. ibidem, col. pen. in prin. uerſi. in gl. in uer. adimplere, & do. Bened. in repe. d. c. ſi. in illo arti-
19 culo qũo & qñ ſit reddenda rõ, circa finem. † Vbi punctaliter dicit, de expenſis faciendis in itinerando uel eundo, uel in exigendo, uel litigando, uel alio honeſto modo, q̃ oẽs debent fie-
20 ri de bonis defunctorũ, & hæreditatis. † Et multũ ac diligenter aduertere dẽt ipſe frater Ioã. ne ſit negligẽs circa diſpenſationẽ bonorũ mobiliũ, dictarum hæreditatum, nam talis negligentia iudicaretur ut dolus, & ex ea ipſe poſſet imputari, & redargui, per dictam clementinam primam, de teſta. ubi Cardinalis exp̃ſſè hoc firmat in viij. nota. & etiam Imo. in prin. doc. oẽs per illum text. in d. c. tua nobis. & in d. c. Io. & tradunt omnes in d. c. ſi. de teſt. lib. vj. maximè Geminia. & Philip. Fran. in quarto no-
21 tabili, uerſic. ſane. † Iura. n. prouident q̃tum pñt ne uoluntates defunctorum differant, & in longum protrahantur, ut in c. nos quidẽ, & in c. ſi hæredes. de teſta. in antiq. Et qñ executores ſunt negligentes per annum ep̃s ſupplet talem negligentiam, & executores de ea tenentur, ut in d. cap. tua nobis, & in l. nulli. C. de epiſ-

epiſc.& cle.& in auct.de eccle.titul .§. ſi quis aût.& tradunt oẽs
in d.c.fi.& in d.cle.j.adducentes concor. Ne igit̃ aliquid incon-
ueniens ob negligentiã ꝯtingat dicto religioſo executori, ꝓpꝓ ꝙ
uoluntates defunctorum fortaſſe non ſortirent̃ effectum, ſi di-
ſtributio & diſpenſatio ad alienas manus perueniret, dico qđ ip
ſe ꝗ primum dẽt facere diſtributionẽ bonorũ mobiliũ dictorũ
teſtantiũ,& ẽt reddituũ ꝑceptorũ ex dictis hr̃editatibus nec mõ
aliquo retardet prædicta adimplere, quia de facili teneret̃ de ne
22 gligentia & diſpenſatio ad alienas manus deueniret. † Quibus
autem perſonis ipſe executor poſsit dicta bona mobilia &
redditus diſpenſare,& erga quas perſonas diſtribuere tex. in d.
c.tua nobis. in fine innuit quod penes ſe nihil debet remanere,
& erga ſe ipſum & ipſius commodum vr̃ ꝙ non poſsit diſtribue
re, ut ſentit Card.in d.cle.j.col.pe.q.xxij. niſi eſſet in ſumma ne
ceſsitate. Nam tunc liceret in ſe ipſum diſtribuere, & ẽt firmat
ibi Imol.col.pen.uerſi.nunquid executor.& Petr.de Anch.col.
23 fi.& in iij.q.† Et facit doctr.Pau.de Ca. in l.ſi is cui.in prin.C.
de furt.ubi dicit, ꝙ ille cui eſt commiſſa electio perſonę non põt
ſe ipſum eligere per gl.in l.planè.ff.quod cuiuſq; uniuer. nom.
& ex nota.in c.cum in iure peritus.de elect. & tradit Fely. in c.
cæterum, col.pen. de offi.ordin.& in caſu noſtro tradit ẽt Petr.
de Anch.in d.c.fi.col.penul.in ix.q.prin.& ibi plenius tangit d.
Bened.in repe.in illo arti. an executores libere diſtribuere poſ-
24 ſint.† Verum Card.in d cle.j.uer.prælal.& Imola, & Anch.ibi
dñt, ꝙ talis executor eſto ꝙ ſit ſolus, põt ſuo monaſterio aliqd
dare,& ꝯñr ſalua conſcientia, poterit penes ſe aliquid retinere
pro alendo ſe ipſum, & faciendo aliquas impenſas, in pſonã ſui
ipſius quas deberet facere monaſterium, ꝙ circa ꝑdicta a dictis
expenſis releuat̃, & in ꝯñriam nõ iſtud vr̃ dari ipſi monaſterio,
& potiſsimè ſi circa iſtud habet uoluntatẽ dictorũ teſtantiũ, ad
qđ faciunt nota.per Abb.& alios, in c.cũ ad monaſt.riũ, de ſta.
mon.& in c.inſinuante.qui cleri.uel uouen. Et ſic aliqd hone-
ſtũ & moderatum ad ſuum uſum, ꝯſideratis prædictis, licitè po-
25 terit retinere. † Reliquum uerò,& bonorũ mobilium & reddi-
tuũ diſtribuere dẽt in alias perſonas quas ipſe elegerit, nam in
ſui uoluntate eſt eligere quas uult, ut patet ex uerbis dicti teſta
menti ibi, de quibus poſsit diſpenſare, diſponere, & diſtribuere
ad ſui libitum & uoluntatẽ in quibus rebus, & quibus perſonis
26 uoluerit, quia habet ſecreta mentis ipſius teſtatoris. † Quæ uer-
ba ſunt pregnantia, nec reſtricta ad arbitrium boni uiri, ſed im
portantia liberam uoluntatẽ & poteſtatẽ & abſolutam ꝙ oſtẽ-
dit̃ per illud uerbum ſui libitum, ꝙ importat liberã & merã uo
luntatẽ ut in l.fideicommiſſaria libertas ſa.ij.in prin.ff.de fidei.
lib.& not.Bar.in l.alio.in iiij.col.ff.de alim. & cib. leg.& Iaſ.in
27 l.ſi ſic legatum.col.fi.nu.xxxiiij.de legat.j.† Et idem eſt de illo
uerbo & uoluntatem,& uoluerit, ut no.in d.l.fideicõ.& in l.cũ
quidam.ubi Bar.& alij, de leg.ij. cum alijs accumulatis per Iaſ.
in d.l.ſi ſic legatum, nu.xxvij.& ſeq. ubi poſt alios ꝯcludit alle-
gando alia iura concor. ꝙ dicta uerba denotant liberã & abſo-
lutam poteſtatem eligendi quaſcunque perſonas, dummõ abſit
28 dolus malus.† Et idem eſt qñ dicta uerba, libuerit & uoluerit,
iunguntur, ut hr̃ in c.ij.de ſequeſt.poſſ.& fruc.& ibi tradit Abb.
in iij.nota.& Iaſ.in d.l.ſi ſic.col.fi.quod proprie eſt in caſu præ-
ſenti,& ideo ipſe religioſus, liberè, & ſalua conſcientia poterit
29 diſtribuere in quas perſonas ipſe uoluerit.† Circa aũt electionẽ
perſonarum, prius aduertere debet, ut illos eligat de quibus ip-
ſe habet ſecreta mentis ipſorum teſtantium quæ mens potiſsi-
30 mè debet attendi, ut diſponunt iura uulgaria. † Et talis declara
tio mentis bene potuit fieri,& facta obſeruanda eſt, ad plenè tra
dita per Bar.in l.Theopompus.ff.de do.præleg. cum ꝯcord. Et
ideo dico quod tales perſonæ ab ipſis teſtatoribus declaratę ꝑ
31 fato executori, ſunt prius,& ante oẽs alias ꝓferendæ.† Secundò
conſiderandi ueniunt conſanguinei ipſorum teſtantium, iuxta
nota.in l.ab omnibus.§.iuſtus, de leg.j.& in l.j.§.fi.de col.bon.
32 † Regula enim charitatis eſt, ut primo nobis & noſtris debea-
mus ſubuenire, ut not.in c.fi.xxx.diſt. nemo enim carnem ſuam
odio habet.c.non æſtimemus.xiij.q.ij.Poſtremò conſiderandæ
33 ſunt reliquæ perſonæ extraneæ. † Non enim poterit redargui
iſte religioſus nec in foro conſcientiæ, nec in foro contentioſo
ſi primo eligit perſonas nominatas a teſtatore in ſecreto men-
tis,& demum conſanguineos, ut ẽt tradit Petr.de Anch.& Bar-
ba.in c.cum tibi.de teſta.& Bal.& alij in l.illud. in prin.uer.qđ
34 intelligo uerum.C.de ſacroſ.eccle. † Maximè conſideratis illis
uerbis,& quibus pſonis voluerit, ſub qbus ẽt ꝯſanguinei ꝯpre-
hendunt̃, ut no.gl.in ij.c.de ſepult.& Bal.in l.j.col.ij.in prin.C.
35 de ſac.ſan.ecc.& Rom.in auc.ſimiliter, col.ij.C.ad l.Falc.† Et
eo magis procedunt ꝑdicta, qm̃ talis diſtributio bonorum mo-
bilium & reditũ non fuit ꝯceſſa, ut fieret in pias cauſas, & pro
aia ipſorum teſtantium, nã de talibus legatis pijs, ipſi teſtõres fe
cerunt expreſſa capitula & expreſſã ordinationẽ extra quã poſt
modum uoluerunt, ꝙ de ꝑdictis bonis mobilibus & redditibus,
ipſe frater Io.poſſet diſponere ẽt ad non pias cauſas,& qbus p-
ſonis uoluerit. Qđ ẽt ſuadet̃, qm̃ ab ipſis teſtantibus vr̃ quodã-
modo ſurrogatus in locum.d.Gratæ matris ipſorum, quę ab ip-
ſis pleno iure fuit relicta uſufructuaria, & ꝯñr abſque ſcrupulo
ꝯſcientię, imò & cum oĩ ordinata conſcientia, & ordinata chari
tate, ipſe religioſus poterit diſtribuere bona prædicta mõ quo
ſ.& ita faciat quanto citius põt, ne incurrat negligẽtiam ut dixi.
36 † Quantum verò ad aliud dubium, in quo quærit̃. An ipſe exe-
cutor grauatus anno quolibet ab ipſis teſtõribus dotare duas
puellas pauperes, bonæ,& honeſtæ ꝯditionis, dãdo pro unaqua-
que, li.xl.&c.poſsit dictam dotem dare puellis uolentib.ingre-
di monaſterium, dico attendendũ primitus eſſe uoluntatẽ ipſo-
rum teſtantium, an ſenſerint de matrimonio carnali tantum, an
uero, de ſpirituali, quorum intentionibus, & mentibus inſeruiẽ
dum erit.uulg.l.in conditionibus primum locum.ff. de ꝯditi.&
demon. Et ſi de mente ipſi executori nihil conſtat, minimè er-
rat, ſiue dictas pecunias det in dotem pro matrimonio carnali,
ſiue pro ſpirituali.† Cum utrũq; ſit ualde priuilegiarum.& nõ
37 minus ſpirituale, ꝗ̃ carnale, ad not.per Bar.& Soci.in l.fin ff.de
his quæ pę.nom.& per Iaſ.in auc.ſi qua mulier, col.iij.C.de ſac.
ſan.eccl.& per Can.in c.in præſentia, de prob. & ibi plenè dixi
poſt alios, fol.xvj.† Et pariter circa aliud dubium in quo quæri
38 tur, an dictus executor poſsit dictas lib.xl.dare cum bona ꝯſciẽ
tia illis puellis quæ habent aliqualem dotem, non tamen inte-
gram,& tantam qua poſſent ſe dotare, dico qđ ſi ſunt illius qua
litatis de qua in teſtamentis, & uerè cum dote quã hñt non põt
nubere ꝙ ipſe executor licitè põ dictis puellis ſubuenire, & di-
ctas pecunias illis dare. Nã cũ ex illis paucis bonis proprijs non
poſsint nubere, hmõi ꝓſtatio.xl.lib.præſtat eãm, ut nubere poſ-
ſint,& ꝯñr erit uera dos, ad qđ facit deciſ.Bal.per illum tex.in l.
ſi quis ad declinandã.C.de epiſ.& cleri.col.iij.uer.circa tertium
membrum q̃ro, ubi in ſubſidiũ dotiũ, põt aliquid pręſtari alicui
hñti aliquid & non oĩno mẽdicanti, quia ſine tali ſubſidio matri
moniũ non poſſet ꝯhere, quam deciſ.ſequitur do.Bened.in d.c.
fi.in rep.in illo articulo, de modo, & forma alienationis, uer. &
ultra hæc adde quod tales executores. Pariſ.Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto ſuppoṅi poteſt, quandoque aliqua particularis eccleſia, & non perſona illius, quandoque econtra.*
2 *Interdicto loco, perſonæ non ſunt interdictæ.*
Interdicta ciuitate, ſeu eccleſia, ſi non ſunt interdictæ perſonæ ſacerdotes loci interdicti poſſunt celebrare, & miniſtrare ſacramenta in alijs locis non interdictis.
3 *Si clerus alicuius eccleſiæ eſt interdictus, excluſis culpabilibus alij clerici poſſunt in eccleſia non interdicta celebrare.*
4 *Interdicto poſito in aliqua eccleſia, extra illam celebrari poterit alta voce.*
5 *Interdicta eccleſia manſionarij ſacerdotes beneficiati, & canonici illius, poterunt in alijs eccleſijs non interdictis celebrare, & ſacramenta miniſtrare.*
6 *Interdicta eccleſia, ſacerdos proprius põt exire cũ ſuis parochianis, & celebrare in alio loco non interdicto excluſis culpabilibus.*
7 *Et poſſunt iſti celebrare, nõ ſolum, ut ſinguli, ſed etiam collegialiter ſi eccleſia eſt collegiata.*
Interdicta eccleſia, nõ intelligit̃ interdictũ capitulũ illius nec ecõtra.
8 *Interdicta uniuerſitate, non intelligitur interdictus locus.*
9 *Interdicta eccleſia, an intelligantur interdicti canonici, non ut ſinguli, ſed ut collegium.*
10 *Eccleſia ponitur quandoq; pro uniuerſitate eccleſiæ, & pro prælato, & capitulo.*
11 *In materia interdicti eccleſia ponitur pro loco conſeruato, & circundata parietibus, in quo ſolitum eſt Deum orari.*
12 *Ciuitas ponitur pro loco circundato muris, & nu. 15.*
13 *In loco interdicto, an & quando poſſit fieri electio.*
14 *Interdicto loco, ſolum tollitur exercitium, & collatio ſacrorum.*
15 *In loco interdicto mortuo Pontifi. electio ipſius facienda eſt in loco uiciniori non interdicto.*
16 *Electio non eſt actus ſacramentalis, tamen non poteſt fieri, niſi capitulariter, & collegialiter.*

17 *Interdi-*

17 *Interdictum non debet eſſe ſine effectu, & eluſorium.*
18 *Quod procedit, quando in totum euacuaretur, & penitus redderetur inutile, alias ſecus.*
19 *Propter interdictum, canonici, capitulum, & populus, multa diſpendia patiuntur.*
20 *Interdictum poteſt poni propter inobedientiam canonicorum, & clericorum.*
21 *Interdictum quando poſſit laxari.*
22 *Interdicti cauſa ceſſante, an ceſſet eius effectus.*
23 *Interdicto collegio, an cenſeantur interdicti ſinguli.*
24 *An maior côtentio ſit, ꝙ ſint interdicti capitulariter, uel ut ſinguli.*
25 *Interdicta eccleſia, non poteſt clerus transferre ſe aliò, ad celebrandum ſi ex hoc ſcandalum orietur.*
26 *Et dicta translatio, & celebratio non admittitur ſi ſit in contemptũ interdicti.*
27 *Et quando permiſſa eſt de iure, celebrantes non incurrunt irregularitatem.*
28 *Nec etiam incurrunt cenſuram.*
29 *Nec etiam celebrantes incurrunt peccatum.*
30 *Et non iſtis intereſſentibus, debentur diſtributiones quotidianæ.*
31 *Poſſunt etiam ire ad proceſſiones, cum uexillo crucis, & imaginibus ſanctorum.*
32 *Interdicti tempore, fraternitates laicorum, an poſſint publicè facere rogationes.*
33 *Prohibitum à lege non poteſt fieri, etiam per indirectum.*
34 *Interdicta ciuitate propter delictum rectoris, ciues extra ipſam poſſunt licitè intereſſe diuinis, dummodo non ſint culpabiles.*
36 *Interdicta eccleſia parochiali, ſacerdos poteſt ſuos parochianos alibi ſepelire, & habebit portionem canonicam, eſto quòd interim nõ inſeruiat eccleſia.*
37 *Interdictum poteſt apponi ſuper unã eccleſia, & demum ſuper alia, & poſtremo ſuper cathedrali.*
Interdictum non poteſt relaxari, niſi obſeruata forma contraria interdicto, & nu. 38.
38 *Interdictum appoſitum ſuper una eccleſia, poteſt extendi ad alias, & nume. 37.*
39 *Relatum continetur in ipſo referente, ac ſi fuiſſet expreſſum.*
40 *Relatio intelligenda eſt cum omnibus ſuis qualitatibus.*
41 *Interdictum appoſitum quandiu principales excommunicati. &c. ibi fuerint &c. & per tres dies continuos poſt receſſum &c. non poteſt relaxari niſi dicta forma adimpleatur.*
42 *Et niſi ſecuta ſatisfactione, & ceſſante abſentia.*
43 *Interdictum appoſitum, quouſque quis ſatisfaciat, non relaxatur, niſi ſequatur ſpecialis abſolutio.*
44 *Idem eſt in iſtis ſiue perſona ſit interdicta, ſeu ſuſpenſa, uel eccleſia.*
45 *Idem ſi eccleſia eſt interdicta propter culpam alicuius, quouſq; fuerit ſatisfactum, nam non poteſt interdictum relaxari, niſi ſecuta ſatisfactione, & declaratione ſuper ea.*
46 *Interdicta eccleſia propter culpam alicuius, quouſque tale quid durat, uel ſimile non ſufficit, quòd illud non duret, ſed neceſſaria eſt declaratio, ut poſſit interdictum relaxari.*
47 *Corrigere non præſumitur quis ſeipſum uelle incontinenti.*

CONSIL. XXVII.

1 QVANDOQVE † poteſt ſupponi interdicto aliqua
particularis eccleſia, & non perſonę illius, quando-
que è conuerſo, quandoque, & eccleſia, & perſonæ,
ſimul, & ſingulariter, quandoque eccleſia, & non il-
lius collegium nec capitulum, aliquando è conuerſo, aliquan-
do inſimul, tradunt doct. in c. ſi ſententia, de ſentent. excom.
lib. vj. & in c. non eſt, de ſponſa. c. fi. de exceſ. præla. c. cum in par
tibus, de uerbo. ſign. c. quod nonnullis, de priuileg. Cald. in ſuo
2 tract. car. iiij. ſummi. in uer. interdictum. † Et in ſpecie Abb. in
in d. c. fi. dicit, ꝙ interdicto loco, perſonæ non ſunt interdictæ,
ſed reſpectiuè ad illum locum interdicto ſuppoſitum. Et ideo ſi
interdicitur una ciuitas, ſeu eccleſia, & non perſonæ, licitè ſacer
dotes illius loci interdicti poſſunt celebrare, & adminiſtrare ſa
cramenta in alijs locis non interdictis, quia reſpectu aliorũ lo-
3 corũ, pſonæ non ſunt interdictæ. † Et è conuerſo, ſi clerus alicu-
ius eccleſiæ eſſet interdictus, excluſis illis tanquam culpabili-
bus, alij clerici poſſunt in illa eccleſia celebrare, quia non eſt in
terdicta, gl. ij. in d. c. ſi ſententia, quæ loquitur de clericis tantũ,
tamen omnes eam ſequuntur, & extendunt ad Canonicos, ut di
4 cit Phil. Fran. in c. præſenti, de ſenten. excom. lib. vj. † Vbi uult,
ꝙ ſi interdictum eſt poſitum in aliqua eccleſia poterit extra il-
5 lam celebrari etiam alta uoce. † Et ideo interdicta tantum eccle
ſia, manſionarij, ſacerdotes, beneficiati illius, & etiam Canonici,
poterunt in alijs eccleſijs non interdictis, dummodo non ſint
contiguæ, pro libito celebrare, & ſacramenta miniſtrare abſque
uiolatione interdicti, uel diſcrimine irregularitatis, etiam ſi ha-
beant animum redeundi ad propriam eccleſiam, ita Cald. in d.
c. fi. de exceſſ. prælato. & faciunt quæ ponit Bal. in trac. de epiſc.
in ij. par. iiij. lib. q. xxxij. & Fede. conſi. xxxij. & lxx. & Pau. conſi.
6 ccc. cum concor. † Vnde Pet. de Palu. in quarto ſenten. diſtinc.
xviij. circa fin. dicit ꝙ ſi interdicta eccleſia proprius ſacerdos,
uellet exire cum ſuis parochianis ad alium locum non interdi-
ctum, & ibidem cum eis celebrare, ꝙ poſſet de licentia rectoris
7 illius eccleſiæ, & excluſis culpabilibus. † Et poſſet inferre quiſ-
que, ꝙ prædicti poſſunt celebrare, non ſolum, ut ſinguli, quod
dubitatum eſt, ſed ẽt collegialiter ſi eccleſia interdicta eſſet col
legiata. Nam ex interdicta, non cenſetur interdictum collegiũ,
8 ſeu capitulum illius. † Prout interdictis clericis alicuius eccle-
ſiæ etiam ſub nomine collegij, non intelligitur interdicta eccle
ſia tanquam ſeparata, ſicut interdicta uniuerſitate, non cenſeẽ in
terdictus locus, ut dicit Calde. ubi. ſ. uerſi. ſed circa hoc occur-
runt, per not. in c. per exemptionem, de priui. lib. vj. & in c. j. de
uſur. cod. lib. & non uidetur ratio in contrarium, quia collegiũ,
ſeu capitulum non interdictum, alicuius eccleſiæ interdictę, nõ
poſſunt exercere ſpiritualia, & miniſtrare etiam capitulariter,
& collegialiter, & facere ea quæ ſpectant ad collegium, in alijs
eccleſijs non interdictis excluſis tamen culpabilibus, ſicut poſ-
ſunt Canonici, & ſacerdotes, ut ſinguli, ex eo ſolum, quia nõ in
9 terdicti, per iura uulgaria. l. illud. ff. ad le. Aquil. † Non obſtat ſi
dicatur, ꝙ interdicta eccleſia licet canonici non cenſeantur in-
terdicti, ut ſinguli, per ſupra dicta, tamen cenſentur interdicti,
ut collegium, ut uult Ana. in d. c. fin. Dum ibi dicitur, ꝙ eccleſia
ſumitur pro congregatione plurium, in capitulo, ſeu loco con-
gregatorum ad ſeruiendum deo, ut in tit. de ſac. ſanc. ecc. & per
Inno. in c. nouerint, de ſent. excom. & per Abb. in c. cum clerici,
10 & in c. cauſa, de uerb. ſigni. ¶ † Vbi Abb. dicit, ꝙ quandoq; ec-
cleſia ponitur pro uniuerſitate eccleſiæ, ut prælato, capitulo,
11 & c. † Nam licet eccleſia ponatur qñdoq;, ut ſupra, tñ quo ad pſ-
ſentem materiam, ponitur pro loco cõſecrato, & circundato pa
rietibus, ubi ſolitũ eſt Deum orari, in auc. ut lic. mat. & au. § quo
uerò, & ponit gl. in uer. eccleſiam, in d. c. fi. & in c. de fabrica. de
12 ꝯſecra. diſt. 1. & Abb. in c. cauſa, de priuileg. † Sicuti ciuitas po-
nitur pro loco circundato muris, ut per Soc. in l. ciuibus. ff. de
reb. dub. & per Fely. in c. Rodulphus, de reſcrip. & per docto. in
uer. matricem, in cle. j. de ſent. excom. & in iſta materia eccleſia
ſumetur prout materialiter conſtat, & muris clauditur, ut in pmiſ-
13 miſſis. † Et facit diſtinctio Præpoſi. in c. j. xxiiij. diſt. col. v. in il
la qõne. An electio poſſit fieri in loco interdicto, quæ optimè
facit per iura ibidem allegata, dum ꝯſiderat locum interdictũ,
nam tunc põt fieri electio, ut dicit Io. An. & Mod. in c. j. de po-
14 ſtu. pręla. ¶ † Interdicto enim loco, tollitur tantũ exercitium, &
collatio ſacrorum eccłiaſticorũ. c. non eſt, de ſponſ. c. fi. de ſent.
15 excõ. li. vj. cum ſi. † Et facit tex. in c. ubi periculum. § porrò, de
elec. li. vj. De electione Pontificis mortui in loco interdicto ut
eius electio fiat in loco uiciniori non interdicto, & ſtante dicta
diſtinctione, fruſtra quæreref, an collegialiter interdicta eccle-
ſia Canonici collegialiter poſſint eligere, quia ſi eſſent interdi
cti, facientes collegium, non poſſunt cuius ꝯrium eſt ueritas.
16 † Et licet electio non ſit actus ſacrãlis, ſed tractabilis, in loco
interdicto, tñ non põt fieri niſi capitulariter, & collegialiter. c.
auditis. c. licet. c. ne pro defectu, de elec. Et in actibus capitula-
rib. eſt dñia, an locus ſolus ſit interdictus, an ẽt perſonæ, i dicta
17 diſt. Præpo. ¶ † Nec ob. ſi dicatur, ꝙ ſi prędicta eſſent permiſſa,
Interdictũ ſeruiret de uento, & careret effectu, ꝯ. d. c. ſi ſenten-
tia. § fi. & interdictum redderetur eluſorium, ꝯ. c. ſi ciuitas, eod.
titu. & cle. j. de ſepultu. & clemen. j. de ſenten. excomm. cum ſi.
18 ¶ † Nam dicitur, ꝙ in dictis iuribus interdictum in totum, ſeu
totaliter euacuabatur, & in totum carebat iuribus, & reddebaẽ
penitus inutile, ut in d. c. ſi ſententia. § fi. in ratione. Et ſi nõ fuiſ
ſet prouiſum per dictum. c. ſi ciuitas, cum ſi. interdictum fuiſſet
in totum uilipenſum, pariter, & inutile, & eſſet eluſum, & iõ di
cti actus per quos redduntur eluſoria reprobantur, ut in dicta
clem. & iurib. Et illi actus erant reprobati. & ideo non permit
tuntur, nec directe, nec indirecte. Secus autem ſi fierent actus
extra eccleſiã, catholici, & a iure nõ reprobati, ut ſunt iſti. Et ẽt
quia licet Canonici, & alii capitulariter celebrarẽt in alia eccle
ſia non

ſia non interdicta, non propterea interdictum careret totali effectu, nec redderetur penitus inutile, ut erat in d.c.ſi ſententia.
19 §.fi.& ibi doc.in uer.vilipendi. † Nam in multis, canonici, capitulum, & populus patiuntur propter multa prohibita tempore interdicti, quæ remanent licet alibi celebretur, de quibus in ca. non eſt, de ſponſal.& in c. quod in te. de pœniten.& remiſſ.& in c.ſi.de ſenten.excom. lib.vj. Et quia per iſtos actus, interdictũ non redditur inutile, penitus. Et iſti actus non ſunt nefarij, imò approbati, nec neruus eccleſiæ diſcipl.contemnitur, ꝯ dictã cle-
20 mentinam, ideo dicta iura non videntur obſtare. ¶ † Eò magis quia interdictum non fuit appoſitum propter inobedientiã ip-
21 ſorum Canonicorum, nec clericorum. ¶ † Maximè ẽt quia ſum in caſu in quo interdictum debet relaxari, ut per Car. ꝯſ.cxxxij.
22 & in cle.j.de decim. ¶ † Et quia ceſſat cauſa interdicti, ergo & eius effectus, & extenſio, quæ multoties fit propter ſalutem animarum d.c.ſi ciuitas, & dicit Bal.in c.ſignificauit, de reſcr.in ſi. & Abb.& Fely.in d.c. Rodulphus, col.ij.in j.limit.ad not.in c.
23 cum ceſſante, de app. ¶ † Et quia ſi interdicerentur ut collegialiter, non poſſent iſta facere, pariter vr̃ interdictum, ut non poſſint ut ſinguli, quia vr̃ par rõ in utroque uigere uilipendiũ, &c.
24 ¶ † Nec dicatur, ꝙ maior ꝯtemptio, & ꝯiunctio ꝯſiſtitur, qñ capitulariter, quàm qñ ut ſinguli, ut in ſimilibus, dicit. in materia.c. requiſiti, cum ſimi.de teſtamentis. Nam iſtud ceſſat, qm̃ in hac materia interdictorum, tanta coniunctio eſt inter ſingulos, & eccleſiã quanta inter eccleſiã, & capitulũ, nec econuerſo, p ſuperius allegata. Et ſic concluditur, ꝙ manſionarij, ſacerdotes, beneficiati, Canonici poterunt etiam capitulariter celebrare, & miniſtrare ſacramenta in alia eccleſia non interdicta, quæ ꝯclu-
25 ſio limitabitur infraſcriptis modis. ¶ † Et primò, ꝙ culpabiles excludantur, per iura ſupra allegata. ¶ Secundò, ꝙ talis tranſlatio non generet ſcandalum, ut ſentit Petr. de Palu. vbi. ſ. ad qđ c.ſanè, de temporib.ordi.& in c.qui ſcandalizauerit, de reg.iur.
26 & per Fely.in c.nobis, de præſcrip. ¶ † Tertiò ꝙ dicta trãſlatio, & celebratio non fiat ex contemptu interdicti, ad nota.in cle.j. de ſepul.& ibi Card.in iij.notab. & in c.ſi celebrat.de cleri.ex-
27 com.mi.& in c.ſi.de exceſ.prælat.cum ſi. ¶ † Iſtis ceſſantibus, uidetur dicendum, ut ſupra, & ꝙ per talem actum, irregularitas non incurratur ſuadetur, quia illud procedit in caſibus a iure deciſis, non in alijs, cum ſit interdictum prohibit. c.is q, de ſent.
28 excom.lib.vj.& ibi not.Gemi.in v.notab. ¶ † Minus etiam vr̃ periculum incurrendi cenſuras, de quibus in d.c.fin.de exceſſi. præla.& cle.j.ij. & iij. de ſent.excom. quoniam talis tranſlatio, & celebratio non eſt de actibus in dictis iuribus ꝯtentis, & in ſimili qui fiunt in uilipendium & contemptum, ut ibidem ha-
29 betur per doc. ¶ † Nec credo iſtos incurrere peccatum, cum fiat a lege permittente.l.Gracchus. C.de adult.unde ceſſante contemptu, & omni malo animo & ſcandalo, prædicti actus impu
30 ne poterunt fieri. ¶ † Diſtributiones autem quotidianæ, ſtantibus iſtis ueniunt acceſſoriè, cum dentur intereſſentibus tanquã alimenta, Card.ꝯſ.liij.c.j.de cler.non reſid.lib.vj.ut ẽt illas acci
31 pere non eſt actus inducens irregularitatem. ¶ † Non eſt hæſitandum, an poſſint ire ad proceſſiones rogationes cum uexillo crucis, uel imagine beatę virginis etiam collegialiter, p doctri. Bar.in l.aut facta.§.fi.ff.de pœnis.cum concor.& eſt deciſ.Calderi.in d.tract.col.xxviij. uer.per prædicta, ubi format qõnem.
32 ¶ † An iſtę fraternitates laicorum tempore interdicti poſſint publicè cum imagine facere rogationes & concludit ꝙ ſic, duabus rationibus ut per eum, & ſecunda ratio facit ad caſum noſtrum quia iſta non ſunt per interdictum prohibita, & ita alias fuit obſeruatum Veronæ, de qua obſeruantia habetur in ſum. tab.uerſi.interdictum.§.octano quæritur, circa finem ad maiorem tamen cautelam & ad tollendum ſcrupulum, ſanum eſſet
33 conſilium, obtinere relaxationem. ¶ † Prout etiam nam licet ꝯ legem non debeat committi etiam indirectè. l. non dubium.
34 C.de legib.cum ꝯcor.ita nec ꝯ interdictum. ¶ † Tamen concluſio ſuperius firmata ẽt procedit ꝙ canonici & alij pñt prædicta facere per tex.in d.c.ſi ſententia.§.cæterum.ubi quando ciuitas eſt interdicta propter delictum rectoris, ciues extra ipſam pñt licitè intereſſe diuinis, ſi culpabiles non exiſtunt, & ſic tex.non facit differentiam quando illi ciues alibi interſint diuinis, an ut ciues illius ciuitatis, an ut alij, ſed ſolum cõſideratur an ſint cul
35 pabiles ſeu interdicti. ¶ † Et ſic ibi ciuitas capit localiter, put muris clauditur, ut per gl.in cle.j.de ſen.excõ.& Fel.in d c. Rodulphus, & tamẽ de facili interdictum poteſt reddi eluſorium, quia quod non pñt habere in ciuitate habebunt alibi, unde idẽ in caſu præſenti, ut interdicta eccleſia canonici poſſunt alibi celebrare cum capitulum ita ſe habeat ad eccleſiã, ſicut ciues ad
36 ciuitatem. ¶ † Et in ſimili in facto alias dicit Abbas. in c. quod in te.de pœniten.& remiſſio.in ſecundo notab.ꝙ interdicta eccleſia parochiali ſacerdos poſſet ſepeliendo ſuos parochianos alibi intereſſe, & participare portionem canonicam, licet interim non ſeruiat eccleſiæ uel altari, & in eccleſia Bonon. tpe interdicti, canonici & alij capiebãt ſolitas diſtributiones, licet nec
37 ibi nec alibi aliter celebrarent. ¶ † Vlterius circa primum interdictum eccl'iaſticum appoſitum ſuper parochiali eccleſia S. Iacobi, item & ſecundum appoſitum ſuper parochiali eccleſia S. Stephani, emanarunt ſub hac forma, ꝙ durarent & deberẽt obſeruari & ꝯtinuari, quouſq; & quandiu illi laici debitores propter quorum culpam, & ꝯtumaciã fuit proceſſum ad ſubijciendum dictas eccleſias, interdicto eccleſiaſtico, realiter & cũ effectu ſatisfecerint eorum creditori, & meruerint obtinere beneficium abſolutionis, ab interdicente, ſeu eius ſuperiore, quæ forma attendi dẽt, ad effectum ut tale interdictũ relaxeĩ, & quouſque pateat ipſos debitores, quorum culpa ſeu cã interdictũ emanauit, realiter ſatisfeciſſe, & bñficium abſolutionis obtinuiſſe, interdicta pdicta non cenſeanĩ relaxata p ea quę nota.Inno. in c.cum bonæ.de æta.& qualit.& in cle.j. de deci. & in clem.j. uer.terra, & uer.ciuitas, de pęnis, cum alijs infra allegandis, ad quæ faciunt nota.in l.diligenter.ff.manda. & in c.cum olim. de
38 off.deleg.& plenè in c.cũ dilecta. de reſcrip. ¶ † Eodem modo ꝯſiderando interdictum appoſitum ob dictam cauſam ſup cathedrali eccleſia. N.ſub eadem forma emanatum apparet, tum ꝯſiderando ſupplicationẽ per illum creditorem porrectũ Pontifici, in qua petit interdictum appoſitum ſuper dictis duabus parochialibus extendi ad dictam cathedralem, tum ẽt ꝯſiderando ſignaturam ipſius Pontificis, in quo mandat qđ idem auditor extendat dictum interdictum ad dictam cathedralem, tum etiã ꝯſiderando tenorem ſuæ prolatę a dicto auditore ſuper dicto interdicto, in qua pluties repetendo dicit dictũ interdictũ appoſitum ſuper dictis duabus parochialibus extendi ad ipſam cathedralem, & illã ꝯprehendi ſub dicto interdicto, ſm̃ illius tenorem, & uti appoſitum erat ſuper dictis duabus parochialibus ſm̃ tenorem commiſſionis & ſignaturæ Pontificis. Quibus ꝯſideratis, manifeſtè patet dictam cathedralẽ eccl'iam eſſe ſuppoſitã, & aſtrictã interdicto eccleſiaſtico, modò & forma quib. erãt ſuppoſitæ dictæ duæ parochiales ad quarum interdictum, & e-
39 ius forma fit relatio. ¶ † Cum relatum contineaĩ in ipſo referẽte, perinde ac ſi in referente relatum fuiſſet expreſſum.l.aſſe toto, ff.de hęre.inſti. auc.ſi quis in aliquo documento. C.de eden.
40 cum ſim. ¶ † Quæ relatio intelligi debet eſſe facta cum omnib. ſuis qualitatibus.l.a Titio.§.pe.ff.de ali.leg. & per Bal.in l.j.ff. de recep.vñ cum forma interdictorum appoſitorum ſuper dictis parochialibus, fuerit ut ſupra, & interdictum ſup d.cathedrali, ẽt ſit huiuſmodi, ſequiĩ ꝙ relaxari non pt̃ niſi ſeruata for
41 ma de qua in interdicto dictarũ parochialiũ. ¶ † Verũ qm̃ dubitari poſſet ex uerbis interdicti appoſiti ſuper dicta cathedrali, ibi, quę oĩa & ſingula.& ibi, quandiu dicti ex aduerſo principales excõicati &c. ibidem fuerunt &c.& ibi, per tres ꝯtinuos dies poſt ipſorum receſſum &c. ¶ Ex quib.uerbis hoc ultimũ interdictum quo ad ſui relationem vr̃ ſub alia forma appoſitum quã illa duo prima, conſequenter quod relaxari debeat, ſi dicti excõmunicati receſſere, & per tres dies fuere abſentes, per ea quæ dicit Abb, in c.non eſt.col.ij.uerſi.aduerte tñ.de ſponſ.quẽ refert & ſequi vr̃ Summa Ange.in uerſi.interdictum.uer.interdictum nono, & p Abb.ſcribentes, & Moder.in c.dilectis.de appel.& p Moder.in c.apoſtolicæ.in j.notab.de excep.& in c.j. in vj. nota.
42 de iudic.ubi diffuſius. ¶ † Nam iſtud poteſt de facili tolli, tum quia Abbas in loco præallegato non loquiĩ deciſiuè, ſed de ueritate ſe remittit ad nota.in cle.j.de deci.ubi ad idem Abb.gloſando dicit, ꝙ ſecuta ſatisfactione uel abſentia, licet non ſit ne-
43 ceſſaria relaxatio, tñ neceſſaria eſt declarõ. ¶ † Quod clarius uoluit poſt gl. Arch.& Gemi. in c. pſbyter. ij.q.iiij.dicentes, ꝙ qñ interdictũ apponiĩ quouſq; quis ſatisfaciat, neceſſaria eſt ſpecialis abſolutio, ex quo pñt oriri dubitationes utrũ ſit ſatisfactũ hoc etiam uoluit Innocent.in d. cap.bonæ.licet uideatur ſentire contrarium, in c.ſicut.de cohabita.cleri. & mulie.tamen hoc idem uoluit poſt glo. Card.in dicta clem.j. q.xxx. & ibi Petr.de Anch.col.pe.uer.e.nota. Volens ſecundum Pau.de Leaz.quòd quando tempus apponitur durationi interdicti, ut eſt in caſu pſenti, quod ſemper eſt neceſſaria declaratio, & Inno. ibidem col.

nubi

mihi viij. uer. gl. donec quærit tenet eandem opinionem dicens
44 neceſſariam eſſe declarationem. † Et licet prædictæ auctorita-
tes loqui uideantur in perſona interdicta uel ſuſpenſa, non aût
in eccleſia, tamen idem dicendum eſt, & tenendum, quando eſ-
ſet eccleſia ſingulariter uel ſpecialiter interdicta, propter culpã
alicuius perſonæ, tunc enim idem dicimus circa relaxationem
interdicti eccleſiæ ſingulariter, uel ſpecialiter interdictæ, ſicuti
dicimus de relaxatione perſonæ ſuſpenſæ uel interdictę, doctri
na eſt Cald. in tract. de interdictis eccleſiæ, in ultima parte. &
45 ſic in vij. q. prin. col. pen. ¶ † Et quod idem ſit quando eccleſia
eſt interdicta propter culpam alicuius quouſq; ſit ſatisfactum,
quod requiratur declaratio, uoluit gl. in uer. donec. in dicta cle.
j. uerſi. ciuitas, de pen. dum in illo caſu, in quo eccleſia erat inter
dicta, circa relaxationem dicit idem tenendum, ſicut tenuit in
cle. j. de decim. ubi perſona erat ſuſpenſa, & ibi uult ꝙ neceſſa-
46 ria ſit declaratio, pariter & quando eccleſia eſt interdicta. † Et
magis in proprijs terminis quando eccleſia eſt interdicta, ꝓpter
culpam alicuius perſonæ quouſque durat tale quid, uel quouſ-
que ille ſatisfecerit, uel ſe non abſentauerit, eſto ꝙ illud nõ du-
ret, uel ſatisfecerit uel ſe abſentauerit, tamen interdictum nõ cẽ
ſetur eſſe relaxatum, niſi ſuper iſto quod non durat, uel ſatisfe-
cerit, uel ſe abſentauerit ſit declaratio facta, per illum tex. tenet
Car. referendo antiq. in cle. j. in uer. terra, in ij. q. & uer. ciuitas,
per illum tex. ibi poſt gl. in iij. q. de pęn. in cle. quod magis cla-
rè ibi tenet hoc Pet. de Anch. col. iij. uer. xj. nota. Volens omni-
no requiri declaratoriam, & idem ibi Imo. col. pen. uerſ. ciuitas
autem, ad quorum corroborationem poſſent adduci alia, quæ
breuitatis cã pro nunc omitto, ex quibus, neceſſario infertur, ec-
cleſiam ſpecialiter, uel ſingulariter interdictam, donec aliquis
ſatisfaciat uel ſe abſentet, non habere liberam poteſtatem cele
brandi, & miniſtrandi alia per indirectum prohibita, niſi ꝑ de-
claratoriam ꝯſtet, illum ꝑ quem, & cuius culpa fuit interdicta,
ſatisfeciſſe, uel ſe abſentaſſe. Quanto magis in caſu pręſenti, in
quo certum eſt ipſos excõicatos, non ſatisfeciſſe, ſub qua forma
vr̃ interdictum appoſitum, ſuper ipſa cathedrali ſecundũ ꝙ fuit
appoſitum primum & ſecundum interdictum ſuper parochiali
47 bus ſm̃ quorum tenorem vr̃ appoſitum hoc tertiũ. † Nec ꝑ illa
uerba ſequentia, ibi, quæ omnia &c. Auditor vr̃ ſe correxiſſe, ab
his quæ immediatè antea dixerat, arg. not. in l. nam ad ea. ff. de
ſti. & dem. Et eſto etiam ꝙ uoluerit reſtringere hoc ultimũ in-
terdictum, quouſq; duraret abſentia dictorũ excõicatorum, tñ
ſuper iſto erat neceſſaria declaratio, ut patet ex deciſionib. ſupe
rius allegatis, ex quibus inficiari nõ põt, quin ſi canonici & a-
lij ibidem celebrarent, & non ſeruarent interdictum, alia decla
ratione non habita, non eſſent in periculo, & de facili incurre-
rent damnum, & iacturam. Pariſius Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad locum habentem aerem corruptum, nõ tenetur illuc ire.*
2 *Eſto ꝙ in tali loco redderetur ius.*
Idem ſi ibi ſæuit peſtis, procedens ex aeris corruptione.
3 *Citatus ad talem locum, poteſt ſtatim appellare.*
4 *Et ſi notoriè iſta conſtant, citatio erit ipſo iure nulla.*
5 *A qua inſuper appellari poteſt.*
6 *Locus non tutus, etiam dicitur, propter timorem carceris commina ti ab ipſo citante.*
7 *Grauamen prædictum, iuſtam præbet cauſam appellandi.*
8 *A grauamine præterito, præſenti, & etiam de futuro appellari poteſt, & num. 7.*
9 *Citatus ad locum non tutum, appellare poteſt, etiam ſi fuerit excommunicatus.*
10 *Appellare quis poteſt à grauamine afferente intereſſe.*
11 *Appellatio, nulli eſt deneganda.*
12 *Appellatio in quacunque cauſa in qua modus exceditũ, pmiſſa eſt.*
13 *Appellationis reiteratio à iure non eſt prohibita.*
14 *Maximè ſi quis pluries grauatur.*
15 *Religioſi an poſſint appellare à correctione in eos facta per ipſorũ ſuperiores.*
16 *Prælatus clauſtralis, an poſſit excommunicare ſuos religioſos nulla præcedente monitione.*
17 *Religioſi an poſſint appellare à dicta correctione, quæ fit contra ſtatuta ordinis.*
18 *Excluſio unius, eſt aliorum incluſio.*
19 *Reductio ad primæuum ius, fauorabilis eſt.*
20 *Correctio quo caſu, & quãdo uebeat fieri per prælatos clauſtrales.*
21 *Correctionis modus ſi exceſſus eſt, ab eo appellari poteſt.*
22 *Appellatio legitimè interpoſita, transfert iuriſdictionem & totum negocium ad iudicem ad quem.*
23 *Suſpendit etiam iuriſdictionem iudicis à quo.*
24 *Et eximit appellantem in omnibus ab illo.*
25 *Protegit nedum appellantem, ſed etiam adhærentes appellationi.*
26 *Appellatione pendente, nihil eſt innouandum.*
27 *Attentata poſt appellationem, an ſint ipſo iure nulla.*
28 *Excommunicatio prolata poſt appellationem interpoſitã, uenit retractanda per uiam attentati.*
29 *Excommunicatio poſt legitimam appellationem fulminata, eſt ipſo iure nulla.*
30 *Excommunicatus hoc modo, non tenetur deſiſtere à diuinis.*
31 *Legatus de latere habet iuriſdictionem in omnes exemptos ſua prouincia, & nu. 32.*
33 *Exempti, ab alijs grauari poſſunt ad dictum legatum appellare, & ab ipſo ad cautelam abſolui, & nu. 34.*
35 *Iudex ad quem, poteſt abſoluere excõmunicatos appellantes ad cautelam, & nu. 37.*
36 *Epiſcopus non poteſt abſoluere exemptos ad cautelam.*
38 *Legatus de latere poteſt abſoluere exemptos excõmunicatos in loco extra prouinciam, eſto quòd excõicationem alibi incurrerint.*
39 *Epiſcopus non poteſt abſoluere moniales etiam exemptas, propter monaſterium ſitum in dioce.*
40 *Religioſi abſolui poſſunt ab ipſorum ſuperiore.*
41 *Et ſi ſuperior non eſt ad id ſufficiens, abſolui poſſunt ab epiſcopo.*
42 *Abſolutio aliquo caſu reſeruata ſedi apoſtolicæ non cenſetur eo caſu denegata legato de latere.*
43 *Reſeruata papæ, non cenſenẽ denegata legato de latere ſi leuia ſunt.*
44 *Excommunicatio fulminata pro ſimplici contumacia, de facili habet abſolutionem ad cautelam.*
45 *Abſolutio ad cautelam conceditur abſque probatione, & ſolã præſtita cautione, quando cenſuræ fuerunt nullæ.*
47 *Iudex ad quem, abſoluit excommunicatum per iudicem à quo etiã parte non citata, & nu. 46.*
48 *Abſolutio ad cautelam fieri poteſt, etiam ſi non allegetur cauſa excommunicationis.*
49 *Abſolutio ad cautelam impetratur, abſque aliqua cauſæ cognitione extra curiam.*
50 *Excõicatio, quòd proceſſerit poſt appellationem, qualiter probeẽ.*
51 *Legatus de latere poteſt abſoluere excommunicatum, propter manus iniectionem in clericum.*
52 *Et quid de alijs excommunicatis.*
53 *Excommunicatus ab homine etiam ad cautelam, an poßit abſolui ab alio, quàm ab excommunicatore.*
54 *Legatus de latere an poßit talem excommunicatum abſoluere.*
55 *Et quid ſi ſumus in caſu in quo abſolutio poteſt concedi ſine cauſæ cognitione, uel ſi ſumus in leuibus, uel quando petens abſolutionẽ eſt ſubditus illi à quo petit, & ad eum appellant, & nu. 56.*

CONSILIVM. XXVIII.

1 AD reſolutionem † primi dub. Bart. in l. recuſare. §.
ſi quis alio, in fi. per tex. in l. ſed ſciendum ibi, quid
enim ſi morbo. ff. ad Treb. dicit ꝙ citatus ad locum
ubi eſt malus aer, & corruptus, non teneẽ illuc ire,
& poteſt excipere aduerſus talem citationem, & habet iuſtam
cauſam non comparendi, adducit tex. in c. ad ſupplicationẽ, &
ibi glo. de renunc. & ſequitur Abb. in c. cum dilecti, de dolo, &
contu. & in c. ex tranſmiſſa, col. ij. uer. & ſub iſtis caſibus, de ꝓ-
2 ſcrip. ubi ad id adducit alia iura. † Et concludit ꝙ etiam ſi in ta-
li loco redderetur ius tamen ſi ibi peſtis ſæuit, citatus habebit
iuſtam cauſam non ꝯparendi, quod & Fel. ibi col. ij. uerſi. ad il-
lud. admittit quando peſtis eſſet a corruptione aeris, & ꝯplexio
citati eſſet corruptibilis, ut plenè tangit Alex. in d. §. ſi quis alio.
col. iij. in fi. uer. limita ad hoc, ubi adducit alias deciſiones, & ſe
quuntur Mod. ad id plura adducentes in trac. de præſcri. in ij.
3 par. ſextæ partis prin. in ij. caſu. ¶ † Hinc Io. An. in c. ex parte. el
j. de appell. & alij ſcrib. ibi dubitant an citatus ad talem locũ ſta
tim poſſit appellare, & communiter concluditur ꝙ ſic, quando
non potuit talem exceptionem proponere propter timorem
peſtis, ſequitur Imo. & Alex. in d. §. ſi quis alio. col. iiij. uerſi. &
4 quæris. ¶ † Et cum talis locus non ſit tutus, ſi hoc notoriè appa-
ret, citatio erit ipſo iure nulla, ut eſt tex. & glo. in uerbo noto-
rio, in cle. paſtoralis, de re iud. & tenet Barto. in d. §. ſi quis alio.
uerſ. ſed quęro, & ibi Alexan. col. iiij. & ſeq. ubi plenè examinat,
an cita-

an citatus ad locum non tutum. debeat comparere, & an talis
5 citatio ſit ipſo iure nulla. † Et an ab ea poſsit appellari,& ↄclu-
dit ꝙ ſic,ut etiam tenent Mod.in dicto.c.ex parte, col.ij. & iij.
& per Felyn.latè in c.accedens,extra ut lite non conteſt.& in c.
cum R.canonicus.de officio deleg. & bene per eundem Fely.in
c. olim.in prin.de exceptio. Notorium autem eſt propter publi
ca proclamata,& banna,in ſingulis ciuitatibus Sereniſsimi do-
minij Venetorum,ciuitatem Mantuanam uexari morbo peſti-
fero,ob idque dictum locum non eſſe tutum, conſequenter iu-
re permittente,ad illum citati,non tenebantur comparere. Po-
tuere itaque licite appellare,eo potiſsimum quoniam talis cita
6 tio fuit & eſt ipſo iure nulla,ſtante dicto notorio.¶†Prout etiã
idem dicendum, ea quo dictus locus ex alio,ipſis citatis non e-
rat tutus,propter timorem carceris comminati ab ipſo citante,
imminebat etiam & cruciatus corporis, ob quæ merito citatio
ad talem locum fuit reddita nulla,& abſque dubio ab ea potuit
legitimè & iuſtè appellari,ut dicit tex.in c.ſtatutum.§.cum ue-
rò.de reſcript.lib.vj.ibi,nequeat conuenire ſecurè,ubi gl.& re-
liqui ſcribentes.& plenè per Fely. accumulantem alia in dicto.
c.accedens.& in alijs locis de quibus ſupra,& ponunt etiã ſcri-
bentes omnes per illum text.in d.c.ex parte. quoniam acceſſus
ad locum citationis non erat tutus,non potuit allegari p ipſos
citatos alia iuſtiſsima cauſa propter quam in dicta ciuitate Mã
tuana capitulum non poterat celebrari,ex quo per priua iuridi-
ce & ab inſte poteſtatẽ erat indictum, & publicatum debere ce
lebrari alibi,& iam pecuniæ elemoſinaliter a multis erant ex-
actæ pro capitulo ibidem celebrandu,a qua publicatione, & de-
putatione generalis commiſſarius non potuit diſcedere, & di-
ſcedendo, licitum fuit patri miniſtro prouocare, & appellare.
7 ¶†Grauamen enim huiuſcemodi iuſtam præbet cauſam appel
landi, a quo de iure canonico licita eſt appellatio. c. non ita.ij.
q.vj.c.cum ſit Romana.§.ſi uerò.de appel.c.j.de appel. li.vj.cũ
8 alijs uulgaribus.¶†Quod nedum procedit in grauamine præ-
terito,ſeu de præſenti, ſed etiam in grauamine futuro, quod eſt
præparatum,uel de eo uerisimiliter dubitatur, ut in c.cũ olim.
de re iudica.& per Imo.in c.ij.eod.tit.& plene per Fely.in c.pa-
ſtoralis.§.quoniam.de reſcript.& per Moder.in c.cum ceſſante.
in iiij.notab.de appel.& in d.c.j.eod.tit lib.vj.& per Rot. in no
uiſsimis in tit.de app.deciſio.xxxix. & in antiq.in tit.de appell.
9 alaij.& deciſ.lxx. ¶† Et punctaliter quando quis eſt impedi-
tus,eo quoniam locus non eſt tutus,ꝙ poſsit appellare etiam ſi
ob id excõicatus fuerit,eſt tex.in c.uenerabilibus.§.& hoc ipſũ.
& melius in §.ſed ſi ex cauſa legitima. de ſentent. excom.lib.vj.
10 ¶†Et quoniam ipſius miniſtri, & aliorum adhærentium ualde
intererat a prædictis grauaminibus releuari, merito ipſis licuit
appellare.c.ideo.c.non ſolent.ij.q. vj.c. cum ſuper controuer-
11 ſia.de re iud.¶†Appellatio enim nulli eſt deneganda,et diabo
lo.c.cum inter.de exceptio. & per Rot. in nouiſſ.in tit.de app.
12 alias in tit.de dolo & contu.deciſio. xvj. ¶†Prout etiam quia
in qualibet cauſa mundi, in qua modus exceditur,permiſſa eſt
appellatio,ut dicit Bal.in c.licet, de offi.ord.in gl.in uerbo ap-
pellare,& conſi.ccclx. Delegatus.uol.iij.& plenius per Deci.in
13 c.nouit.in ultimo nota.de app.¶†Et reiteratio appellationis a
iure non eſt improbata, ut dicit Abb. & reliqui ſcribentes in c.
bonæ.col.penul.& fi.de app. & habetur per Lapum allega. viij.
14 † Et potiſsimè quando quis pluries grauatur, ut per Abb. & a-
lios in c.quotiens.& in ca. ſua nobis. & in c.directæ. de appell.
15 ¶†Nec prædictis obſtat ſi dicatur, quòd religioſi a correctio-
ne in eos facta,per ſuperiores ipſorum non debent appellare,ex
quo talis correctio ſpectat ad ipſorum ſuperiores, ut not. in c.
ad noſtram.& in c.reprehenſibilia,& in c.cum ſpeciali. & in ca.
de priore.de appe.& per Lapum alleg.la.iiij.& per Cald. conſi.
16 iij.in titu.de appel. ¶†Et potiſsimè quoniam a prælato clau-
ſtrali,poteſt in ipſos religioſos proferri ſentẽtia excõicationis,
etiam nulla præcedente monitione, ut dicit Lapus in dicta al-
17 leg.lxxiij.& Moder.in c.ſacro.de ſenten.excõie. † Obiectio etiã
iſta tollitur, nam licet denegetur appellatio a correctione quæ
fit ſecundum ſtatuta ordinis, tamen non denegatur ab ea quæ
fit contra ſtatuta,ut probant iura ſuperius allegata, quæ dene-
gant appellationem eo caſu quo correctio fit ſecũdum ſtatuta.
18 ¶ † Conſequenter permittunt eo caſu quo fit contra ſtatuta,
cum unius excluſio ſit alterius incluſio.l.cum prætor.in prin.ff.
19 de indic.c.nonne.de præſumpt. ¶† Et etiam quia fit reductio
ad primæuum ius concedens omni caſu appellationem, quod
eſt fauorabile,ut dicit gl.& omnes in uer.numerandum.in c.ſta
tutum.de præbẽ.lib.vj. & ſtatuta ordinis non mandant fieri ge
ſta per ipſum commiſſarium, quinimmò directo & penitus illis
20 ↄtriantur. ¶† Prout etiam ceſſat obiectio,quia hic non ſumus
in aliqua correctione, non enim miniſter & alij adhærentes pec
carunt, uel tale quid fecerunt, propter quod meruerint corre-
ctionem ſubire,ſed ſuo arbitrio & non regulata uoluntate, nec
lege,nec ſtatutis ordinis permittentibus ipſe commiſſarius geſ
ſit & male omnia ↄ ipſos miniſtrum & adhærentes, quo fit ut ſi
mus extra caſum correctionis, & conſequenter in terminis iu-
ris cõmunis, permittẽtis a quolibet grauamine poſſe appellari.
21 ¶†Prout & tertio tollitur obiectio.nam ſaltim negari non po-
teſt,quin modus correctionis non fuerit exceſſus,& præteritus,
ſi modo aliquo in caſu præſenti ↄſideranda eſt correctio a quo
exceſſu etiam ipſis religioſis permiſſa eſt appellatio,ut dicit Cal
de.in d.conſi.iij. Abb. & reliqui omnes ad id plura adducentes
in c.ad noſtram.col.j.& col.pen.& fi.& plenius Mod.poſt Abb.
in d.c.de priore.extra de app.& idem Moder.in c.nouit.in ulti-
mo notab.eo.tit. Ex quibus apertè patet in præſenti caſu licitè
& iuſtè potuiſſe appellari,& ꝙ appellatio bina, interpoſita fuit
22 & eſt iuſta.¶†Ad reſolutionem ſecundi dubij,certum eſt ꝙ ap
pellatio legitimè interpoſita,transfert iuriſdictionem & totum
negocium ad ſuperiorem,ad quem appellatur,ut per Rotam io
nouiſ in titu.de appell. alias in tit.de offi deleg.deciſio.xj.& in
23 tit.de appel.deciſi.alix.¶†Suſpendit etiam iuriſdictionẽ iudi-
24 cis a quo,ut per Lap.alleg.ij.¶†Et in omnibus eximit appellã
25 tẽ,ut per Rot.in antiq.in tit.de appel.deciſ.xv. ¶† Protegit ẽt
nedum appellantes,ſed ẽt adhærentes, ut per Rot.in nouiſsi.in
26 tit.de appel.alias in tit.de ſenten.excõ.deciſ.v.† Et appellatio-
ne pendente,nihil debet innouari toto titulo app.pen.& in l.ↄ-
ſtitutiones.ff.de app.& in c.non ſolum. & in c.fi.eo.titu.lib.vj.
27 † Et licet dubium ſit an attentata poſt appellationẽ ſint ipſo iu
re nulla,ut plenè tangunt Mod.in c. ↄſuluit.col.fin.de appella.
28 † Tñ illud certum eſt, ꝙ excõicatio prolata poſt appellationẽ
interpoſitam,uenit retractanda, etiam per uiam attentati,ut di
cit Inn.in c.ſolet.de ſent excõm.lib.vj.& collecta.in c.per tuas.
29 col.iiij.nu. xxv.de ſent.excõ.†Prout ẽt illud certiſsimum eſt,ꝙ
talis excõicatio fulminata poſt interpoſitam appellationẽ legi
timè,eſt ipſo iure nulla,ut hr̃ in d.c. p tuas.& in c.ſolet prælle-
ga.& per Rot.in nouiſſ.in tit.de appel.deciſ.xx. & per Lap.alle
ga.j.& eſt tex.in d.c.uenerabilibus. & ponit Dec.in d.c.conſul
uit.col.fi.dicens hoc tenere omnes, uidelicet excõicationẽ ful-
minatam poſt appellationem interpoſitam,eſſe ipſo iure nullã.
30 †Taliter ꝙ hoc modo excõicatus,non tenetur deſiſtere a diuinis,
ut eſt tex.& ibi oẽs ſcrib. nota.in c.ad pſentiã, de app.& bñ fa-
ciunt no.per oẽs maximè Dec.in c.ſu p eodẽ,de app.& qm̃ ſunt
tex.aperti,ↄcluſio firma erit,proceſſum excõicationis fulmina-
tum poſt dictas appellationes aduerſus dictos religioſos, fuiſſe
31 & eſſe ipſo iure nullum . † Ad reſolutionem tertij dubij,primò
aduertendum eſt ꝙ legatus de latere, habet iuriſdictionẽ in om
nes exẽptos ſuæ prouinciæ,ut hr̃ in c.ſi Abbatem.de elec.lib.vj.
ubi Gem.& Fran.in ult.notab. dñt talẽ legatũ hr̃e iuriſdictio-
nẽ ſu p oẽs,ẽt prælatos ſuæ prouinciæ exẽptos & imediatè ſub-
32 iectos ipſi Pont.ſicut hẽt ipſe Papa . ¶†Exẽpti.n.ſunt ſubiecti
iuriſdictioni ipſius legati.c.j.in prin.de uer.ſign.li.vj.c.j.de off.
leg eo.li.ponit Cald.in ↄſi.j.eo.tit.& Abb.in c.j.in fi. & in c.ꝙ
translationẽ.in fi. de off.dele.& p Hoſt.in ſum.eo.tit.col.ij.ver.
alij,& ponit Rot.in no.in ti.de off.leg.deciſ.j.licet ergo ipſi reli
gioſi appellantes ſint exẽpti,tñ in eos ipſe Reuerendiſ. Legatus
de latere hẽt iuriſdictionẽ,& ipſi iuriſdictioni tales religioſi sũt
ſubiecti,prout ultra prædicta,audio iſtud ↄtineri ſpecificè in eo
33 rum priuilegijs. † Meritò itaq; tales exẽpti & ſubditi potuere
ad ipſum appellare & ab eodem petere abſolui ad cautelã prout
petierunt,ut per Rot.io no.in ti.de ſen.excomm. deciſ.vj. & in
deciſio.Bernar.de Biſgn.eod.tit.deciſ.j.& per Fely.in c.p tuas.
de ſenten.excom.& etiam per Rotam in no. in tit.de app.deciſ.
34 xxxv.†Reuerẽdiſsimus itaq; legatus,appellatus,& iudex ipſorũ
appellantium iure potuit abſoluere ad cautelam ipſos excom-
municatos hoc petentes,cum ipſorum ſit legitimus iudex, ut ẽ
tex.in dicto.c.uenerabilibus.in prin.ibi, nec excommunicato-
35 rum ſint iudices.†Satis enim eſt,ut talis abſolutio,poſsit impar
tiri,ꝙ talis iudex ad quẽ fuit prouocatum, ſit iudex ipſorum ex
communicatorum,quod ſentit ibi gl.in uer. appellationis.& in
36 uer.rei,& ſentit etiam Franc.ibi,in j nota.† Licet enim epiſco-
pus exemptos abſoluere non poſsit, ut p Abb. in c.monaci.de
37 ſenten.excomm. ¶†Tamen legatus hoc poteſt,ut habetur in
c.pen.

c.pen.de offi.lega.in antiq.& in c.j.in gl.ij. eod.tit.lib.vj. & eſt
38 text.in c.ad eminentiam.de ſenten.excô.† Et licet tales ſubdi-
ti fuerint excommunicati in loco extra prouinciam,& excom-
municationem incurrerint alibi,tamen legatus de latere poteſt
ipſos abſoluere,ut concludit Abb.in c.penul.col.ij.uerſicu.ue-
nio ad ſecundam ſpeciem.& col.fin.de offic.leg.& uerſ.tertius
caſus eſt, & ibi collecta hoc proſequitur, propriè in legato de
latere omiſſo fundantes ſe,ideo quoniam excommunicati ſunt
39 ſubditi, & moram trahunt in prouincia.† Et confirmari poteſt
per nota.in c.de monialibus.de ſenten.excomm.ubi epiſcopus
abſoluit moniales etiam exemptas, ea ſcilicet ratione, ut dicit
ibi Abbas, & Fely. in fine, quoniam ipſarum monaſterium eſt
40 ſitum in diœceſi, & ipſę ibidem moram trahunt. ¶ † Prout etiã
quoniam religioſi abſolui debent ab ipſorum ſuperiore dicto.
c.monachi.& procedit in omnibus religioſis, ut ibi dicit Fely.
adducendo Hoſt.in ſumma de ſentent.excommu.in illo articu
lo quis poſsit abſoluere col.vj.& vij.uerſicu.ſed quis poſsit ab-
41 ſoluere regulares,& colum.ix.uerſi.quid de religioſis. ¶ † Et ta
men ſi ſuperior ipſorum non eſt ſufficiens ad id faciendum, ab-
ſolui poſſunt ab epiſcopo.ut in dicto. c. monachi. quanto ma-
gis hoc fieri poterit a legato de latere in caſu præſenti in quo vi
get nedum indiſcretio ipſius commiſſarij nulliter excommuni-
42 cantis,ſed perfidia,& aperta malignitas ipſius.¶ † Prout etiam
nam ubi reſeruatur abſolutio in aliquo caſu ſedi apoſtolicę,illa
non cenſetur eo caſu denegata legato de latere, ita textus in di
cto. c. ad eminentiam ad hoc inductus ibi per Felyn. in ultimo
notabi . adducentem ad id alias deciſio.concordan. Et demum
allegantem contraria, & poſtremò diſtinguentem ex mente La
pis,& Gemin.& Franc.in ca.ſi Abbatem.de electio.lib.vj.quo-
rum diſtinctio minimè tollit facultatem dicto legato abſoluẽ-
43 di. ¶ † Sicuti igitur Papa abſque dubio præſtare poteſt dictam
abſolutionem pariter etiam & ipſe legatus, & ex quo caſus iſte
eſt leuis, & in leuibus reſeruata Papæ non cenſentur denegata
legato de latere,ut punctaliter dicit Gemini. in c.j.col.ij.uerſi.
44 quæro an legatus.de exceſsib.præla.lib.vj. ¶ † Præterea aduer-
tendum eſt,quòd in iſtos religioſos, fuit fulminata excommu-
nicatio pro ſimplici contumacia,quo caſu, abſolutio ad caute-
lam poterit concedi etiam parte non citata, ut tenet Geminia.
poſt Spec.allegatum per eum in c.Romana.§.ſententias.de ſen-
ten.excommu.lib.vj.& comprobat Deci.alijs medijs in ca.qua
45 fronte.col.iij. in fine,uerſi.ſucceſsiue dominus Abbas.¶ † Et ſe
quitur Franc.de Cur.conſil.xx.col.fi. ubi adducendo deciſio.te
net abſolutionem ad cautelam debere concedi abſque proba-
tione,ſolum præſtita cautione canonica quando ſententia cen
ſuræ eſt nulla,ut etiam habetur per Fely. in c.ad noſtram.de iu-
46 reiurand.& in c.j.col.vj.& vij.eo.tit. ¶ † Vbi uult q iudex ſecũ
dæ inſtantiæ abſoluit excommunicatum a primo, prout abſol
47 uit capitulum ſede uacante,etiam parte non citata.† Hinc Ro-
ta in antiq.in tit.de ſenten.excomm.in vj.deciſio.dicit ad caute
lam poſſe quem abſolui,etiam ſi non alleget cauſas excommu-
48 nicationis. ¶ † Rota autem in antiquis in titu.de ſenten.excô-
49 mmunic.deciſio.iij.& iiij.tenet. † quòd extra curiam ſine aliqua
50 cauſæ cognitione poteſt impartiri abſolutio ad cautelam. † Et
quando dicitur excommunicationem proceſsiſſe poſt appella-
tionem,ſatis eſt producere appellationem, & inſtrumentum cẽ
ſuræ,ut per Innocẽn.& alios in dicto.c.ſolet, & in dicto.c.uene
rabilibus.& per Cano.in c.j.& c.apoſtolicæ,de exceptio.& per
Collectaneum in d.c.per tuas,col.iiij.num.xiiij.& per Rotam
51 in nouiſſ.in titu.de ſenten.excommu.deciſio.viij. ¶ † Hoc ſtan
te glo.ij.in c.j.de offic.deleg.lib.vj.dicit, legatum de latere poſ
ſe abſoluere excommunicatos,docto.ibi intelligunt de excom-
municatis propter manuum iniectionem in clericos,quod abſo
lutum eſt per capitu. pen.eo.tit.in antiq. & per d.c.ad eminen-
52 tiam.cum concord. ¶ † Dubitant ulterius quid de excommuni
catis ex alijs cauſis & Gemin.in d.c.j.col.ij. uer.in eadem gl.ibi
abſoluendo,& Francus ibidem col.j.uerſic.ſed in alijs excom-
municationibus,allegantes Io.An.dñt & ꝯcludunt,q pôt abſol
uere, qñ in tali abſolutione non eſt neceſſaria cauſę cognitio,
qđ propriè ſit uerificari in caſu nřo,in quo eſt neceſſaria,ut ſ. ꝓ
53 baui. ¶ † Ex quibus infertur clara reſolutio,ad obiectionẽ,quæ
poſſet fieri,quod excôicatus ab homine, non dẽt abſolui ab a-
lio,ẽt ad cautelã,quã ab excôicatore.c.ab excôicato.de reſcrip.
c.j.ubi Fely.c.præterea.ubi idem Fely.latius tangit.de offi.ord.
54 maximè col.iij uer.ex quibus dubito.† Vbi dicit legatum non
poſſe abſoluere allegando Gemi.in d.c.ſi Abbatem. & in d.c.j.
de exceſsi.prælat.& clarius hoc vř firmare Felyn. in d.c.ad emi-
nentiam.in fi.& in c.prudentiam.§. ſi uerò, & in c.paſtoralis.§.
55 cum autem.de offic.deleg.† Nam talis obiectio ceſſat, quando
ſumus in abſolutione quæ poteſt concedi ſine cauſæ cognitio-
ne & qñ ſumus in leuibus,ut eſt caſus præſens,& ẽt qñ ille q pe-
tit abſolui eſt ſubditus illi a quo petit, ex quo eſt eius ſuperior,
& qñ ad ipſum appellauit, ut ſuperius ſigillatim deductum eſt.
56 † Nam iſtis concurrentibus,talis excommunicatus ante omnia
eſt abſoluendus,ſi hoc petit,& ille a quo petit,debet abſolutio-
nem preſtare.c.cum contingat.de offi.deleg.& d.c.p tuas & d.
c.ſolet,& bñ facit tex.in d.c.uenerabilibus.in uer.idẽ eſt,& uer
ſi.ſed ſi ex cã,& uer.ſi uerò,& p Can.in d. c.apłicæ, & bene per
Collect.in d.c.per tuas,col.j.nu.vj.& in c. cũ deſideres,colu.ij.
nu.vij.de ſent.excom. Pariſ.Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Obtinens beneficium per ſimoniam, nullum ius, nec titulum ac-
quirit.*
2 *Simoniacus iſte inhabilis redditur, etiam ad alia beneficia, ſi non
fuit diſpenſatus,& nu.14.*
3 *Simoniacus ipſo iure excommunicatus eſt.*
4 *Excommunicato non poteſt conferri beneficium,nec prouideri.*
5 *Simonia uera,quæ dicatur.*
6 *Conditiones appoſitæ in collatione,quando dicantur ſimoniacæ.*
7 *Et quæ dicantur honeſtæ,uel continentes temporalitatem.*
8 *Conditio tollerata de iure communi, appoſita in collatione, illam
non uitiat.*
9 *Conditiones continentes temporalitatem, appoſitæ in collatione ſi-
moniam ſapiunt.*
10 *Pactiones illicitæ, appoſitæ in collatione, non continentes ueram
& puram ſimoniam, licet ſapiant ſpeciem illius, an inducat
nullitatem collationis, & priuationem beneficij, vel ipſæ vi-
tientur.*
11 *Pactio & conditio appoſita in collatione a iure reprobata,quam ſi
moniam inducat,& quem effectum.*
12 *Extrauag.Bonifa.octaui & Pau.ij. in qua ſimonia diſponant.*
13 *Tales extrauag.pœnales ſunt,conſequenter reſtringendæ.*
14 *Conſtitutio regulariter intelligenda eſt, in caſu uero, non ficto vel
improprio.*
15 *Ver.incurrat,an ipſo iure, & incontinenti inducat excommunica-
tionis pœnam.*
16 *Et quando,& quo caſu,neceſſario præcedere debeat declaratio.*
17 *Simplicitas etiam in materia ſimoniaca,excuſationem habet.*
18 *Conſuetudo etiam mala & iniqua,quandoque excuſat à pœna.*
19 *Pœna dictarum extrauag.non incurrnntur ſine dolo.*
20 *Legatus de latere,an poſſit reſeruare ſibi beneficia.*
21 *Legatus prædictus, reſeruando an poſsit apponere clauſulam decre
ti irritantis.*
Decretum irritans,afficit etiam ignorantes.
22 *Beneficium reſeruatum,non poteſt conferri per ordinarium,& ſi cõ
fertur,collatio redditur nulla.*
23 *Beneficium reſignari poteſt.*
24 *Abſolutio ad effectũ,valdè prodeſt illi,cui ſit ad obtinẽda beneficia.*
26 *Simoniam committens,licet non poſsit illud beneficium obtinere ea
uice,tamen ſuccedente alia uacatione eiuſdem beneficij,per inter
mediam perſonam poterit illud obtinere.*

CONSILIVM. XXIX.

1 CONTRA † ipſum d.Iacobum obijcitur,quod col-
latio ſibi facta a monialibus ſit ſimoniaca propter
ꝯditiones in illa appoſitas,quo fit ut ipſe tanquam
ſimoniacus in dicto beneficio nullum titulum neq;
ius acquiſiuerit.c.in ſimmatum.c.nobis fuit.c. conſulere. de ſim.
& quę plenè per gl.Io.And.domi. Anto.& alios in c.poſt tranſ
2 lationem.de renunci.† Et quòd peius,propter talem ſimoniam
effectus uidetur inhabilis, & ad illud beneficium, & ad alia ſi
prius ſecum diſpenſatũ non fuerit,ut no.Io.An.& do.Ant.in c.
ſi alicuius.de elect.& quæ plenè habenť,in c.de ſimoniaco.de ſi
mon.& quæ pleniſsimè notanť,in d.ca.poſt tranſlationem. Ad
3 † quod ẽt adduci poſſet q ſimoniacus ſit ipſo iure excommuni
catus.c.reperiuntur.j. q j. quod hodie expreſſum habemus per
Bonifac.octauum, in extrauagan.quæ incipit, excommunica-
mus,& per Pau.ſecundum in extrauagan.ſua ſub rub.de ſimon.
4 † Collatio aũt ſeu prouiſio facta excôicato,eſt ipſo iure nulla.c.
propoſuit.de cler.excô.miniſtr.& ibi Io.An.& do.Anto. & quę
plenè

5 plenè habentur in c.j.de reſcriptis,lib.vj.† Attamen iſtis nõ ob-
ſtantibus,ipſe do.Iacobus,in dicta cauſa obtinere debet,& ad-
uertendū eſt,ꝙ dicta collatio ipſi facta p moniales mō aliquo
non continet purā nec uerā ſimoniam, de qua plenè per docto-
res in rub.de ſimon.& per Hoſti. in ſumma eiuſdē tituli, bene
uerum dictæ moniales appoſuere aliquas cōditiones, quarū ali
quæ ſunt honeſtiſsimæ,aliquæ uidentur quodammodo illicitæ.
6 † Illa eñ cōditio de reſidendo, conformis eſt iuri cōmuni,toto
7 titulo,de clericis non reſiden.† Item,& alia de nō alienando ēt
honeſtiſsima eſt,toto titulo, de rebus eccleſijs nō alienādis , &
8 xij.q.ij.per totum.† Et qñ in collatione exprimitur ꝯditio per-
miſſa ea diſpoſitione iuris cōmunis,talis conditio,& pactio tol
leratur,nec illicita habetur,prout no.do.Ant.in c.cum M.Ferr.
col.xxxij.de conſtitut.uerſic. uenio ad ſextum,quem circa hoc
9 omnes ſequuntur. & habetur per Dec.conſi. cxviij. † Conditio
uero alia,ꝙ ipſe nō renunciabit dictum beneficium nec permu
tationem faciet in manibus alicuius,&c. Item ꝙ ipſe do.Iacob.
non efficeretur familiaris Pontificis,ſeu alicuius Cardinalis, li
cet iſtę duę uideantur aliquatenus illicitę,& continere aliquam
temporalitatem tamen non inducunt ueram ſimoniā,licet ſpe-
10 ciem ipſius ſapere uideantur. † Ex quibus infertur, ꝙ pactiōes
illicitę non cōtinentes ueram. & purā ſimoniā , licet tamen ſa-
piant ſpeciē ſimoniæ, non inducunt ꝙ ille cui beneficiū eſt col-
latum ſub talibus conditionibus illicitis , debeat beneficio pri-
uari,potius enim dictę conditiones illicitæ debent tolli,& uitia
ri,quā collatio facta ſub illis,ut tradunt doctores per illum tex.
in c.cum pridē.de pactis , & magis clare habetur per doctores,
11 in c.ſuper eo.& in c.conſtitutus.de tranſac.† Et Inno.ibi Ioan.
And.& alij maximè Abbas,in iij.notabili,uolunt, ꝙ illicita pa
ctio ſeu conditio a iure reprobata non inducit ſimoniam uerā
puram ſeu directam,ſed tantum ſpeciem ſimoniæ fictę,propter
quam fictam ſpeciem quis non debet priuari, quia talis ſpecies
ficta non punitur ad modum uerę,& purę ſimonię, ut per Ioa.
And.poſt Hoſtienſem & alios,in c.nemo.de ſimonia,& quę ha
bentur per doctores,in c.ueniens.eod.tit.quæ ita debent intelli
12 gi,& quę per Mode.in c. non ſatis.de ſimonia. ¶ † Infertur ex
prędictis,ꝙ ipſe dominus Iacobus , propter tales conditiones
illicitas,non uenit priuandus,nec fuit ipſo iure excommunica-
tus , dictæ enim extrauagan. Bonifac. viij. & Pauli ſecundi lo-
quuntur in ſimonia uera propria,& directa, non autem in con
uentione ſeu pactione illicita , ſapiente ſpeciem fictæ ſimoniæ,
13 uti eſt præſens caſus.† Quod oſtenditur clarè,quia dictæ extra
uag.ſunt pœnales conſequenter reſtringendæ , & non amplian
dæ rurſus intelligenda in ſimonia uera , & propria, non autem
in ficta, & impropria.c.odia c. in pęnis, de regulis iuris lib.vj.
14 † Tum etiam quia regulariter conſtitutio eſt intelligēda in ca-
ſu uero,& non ficto,& improprio.l.ſi uero.§. de uiro.ff.ſol. ma.
15 cum concord.† Ad quod etiam facit,nam licet dictæ extrauag.
ponāt uerbum,incurrat,quod tanquam executiuum uidetur ip
ſo facto & incontinēti iudicare,quem excommunicatum, & in
ducere excommunicationem , iuxta glo. in uerbo incurrat. in
16 clem.j.de uſu.† Tamen quando agitur uel excipitur , de pœna
priuationis iuris beneficiorum ſuorum ſeu inhabilitatis ad illa,
tunc neceſſaria eſt declaratio alias non pōt haberi pro priuato,
nec ut inhabilis ad beneficium obtinendum,ut habetur p Ge-
minia.in c.fęlicis.de pœnis lib.vj. & eſt doctrina Innocentij,in
c.qualiter.el ij.in fine uerſi.item nota.de accuſar.& facit tex. in
c.cum ſecundum.de hæreticis.lib.vj.& quæ ponit Bar.in l. eius
qui in prin.ff. de iure fiſci , unde cum in caſu præſenti nō fuerit
ſimonia pura & uera,tum ēt quia ipſe do.Iacobus,nō fuit aliter
declaratus nec priuatus , ſequitur neceſſario ꝙ ipſe mō aliquo
nō incurrit pœnas, de quibus in dictis conſtitutio. & alijs iuri-
bus ſuperius adductis in oppoſitum. Quinimmò ex talib.cōdi
tionibus appoſitis in dicta collatione licet illicitis dato ꝙ cōti-
neāt ſpeciē ſimonię , ipſe priuari nō dēt,ut eſt cōmunis ꝯcluſio
17 omniū doctorum in d. c. ꝯſtitutus.cum alijs ſ. adductis . † Ad
quod etiā facit nā dictæ moniales quadā ſimplicitate ductę ad
effectū reſidentiæ,cōditiones illas licet illicitas appoſuere, quo
fit ut talis ſimplicitas excuſationē mereatur ēt in materia ſimo
niæ,ut in c.cū uniuerſorum ibi,ſimplicitatis,de rer.permu.cum
18 ſimi.† Prout etiā,cōſuetudo quā dictæ moniales alias cōferen-
tes ad effectum reſidētiæ uſę ſunt , apponēdo dictas ꝯditiones,
quæ cōſuetudo ēt mala & iniqua excuſare dēt a pœna c.uenera
bilis.ubi gl.& doct.de ꝯſuetud.per gl.& ſcribētes in c. ſane. de
temp.ord.p Bar.in l.j.ff.quod quiſq; iur.& p Mod.in c.nō ſatis.

19 de ſim.† Patet itaq; ipſum do.Iacobum nō doloſe acceptaſſe di-
ctas ꝯditiones , quo fit ut carēs dolo non incurrat pœnas ſupra
dictarum ꝯſtitutionum , emanatarū contra cōmitientes ſimo-
niā,debent eñ intelligi ſi dolo malo cōmiſſa fuit, & nō aliter,
ut p Bal.& doct.in l.fi.ff.quod quiſq; iur.& in l.cum aūt excipi
20 tur.ff.de edil.edic.& p Mod.in l.fi.ff.qui ſatiſd.cog.¶ † Secun
dò principaliter aduertendū eſt. ꝙ antequā dictę moniales fece
rint dictā collationē de dicto bñficio . Legatus ſanctiſsimi dñi
noſtri reſidēs in dominio Venetorum,uirtute poteſtatis & facul
tatis ſibi a ſanctiſsimo attribut . reſeruauit ſibi dictum benefi-
ciū,quod facere potuit.c.præſenti.c.deliberatiōe.de offic.lega.
21 li. vj.† Vlterius in reſeruatione appoſuit clauſulā decreti irritā
tis,quod decretū affecit ipſas moniales ēt ignorātes.c.dudū. de
pręb.lib.vj.c.tibi qui.de reſcrip.c.ſi eo tpe.de electio.c.pen.de
22 præb.lib.vj.† Quo fit ut per dictā reſeruationē & decretū,mo-
niales ipſę non potuerunt conferre, cōſequenter collatio p eas
facta reddit nulla,iuribus pręallegatis,maximè per glo.in d.c.ſi
eo tpe.& per Thomā faſt.cat.xxj dubio.xlij. Si pro quia colla-
tio facta monialib.fuit & eſt nulla,& uirtute dictę reſeruatiōis
& decreti,collatio de dicto beneficio p legatū facta fuit dom.
Dominico eius capellano ſequit ꝙ dicta collatio capellano fa-
cta fuit & eſt ualida,cum eñ dictum beneficium uacauerit per
obitū Marci Antonij,& p dictā uacationē moniales ꝯtulerint,
& nulliter,rurſus & legatus poſt reſeruationē & decretū ꝯtule
rit eius capellano & bene,& collatio per dictū legatum facta ſit
ualida ut ſupra , nō eſt amplius diſputādum de dicta uacatione
cauſata p obitū dicti Marci Antonij,nā cum per eius mortē,le-
gatus cōtulerit eius capellano beneficiū p̃dictum reperitur ple
23 nū & nō uacās,uirtute dictę collationis.† Quo fit ut omiſſa di-
cta uacatiōe per mortē Marci Antonij & dicto beneficio exiſtē
te pleno in poſſe dicti capellani ipſe capellanus uerus rector ac
cedēte auctoritate ſuperioris , bene potuerit dictum beneficiū
reſignare in fauorē dicti do.Iacobi prout reſignauit, toto titu-
lo de renuncia.& cū dictū beneficium uacauerit nouiter per re-
ſignationem dicti capellani,& tali mō uacans fuerit collatum
ipſi do Iacobo, qui uirtute dictæ collationis nouæ,poſſeſsiōem
24 cępit,merito obtinere dēt,per iura uulgaria & cōmunia.† Qui
bus nō hēt obſtare ſi diceretur, ꝙ nō potuit ſibi de nouo proui
deri de dicto beneficio,in quo cōmiſit ſimoniā ut ſ.Nam tollit
obiectio plurib.modis,primo quia nō fuit uera ſimonia, ut ſu-
pra dictum eſt , ſecundo quia nō fuit ipſo iure excōmunicatus,
ut ſup.eſt demōſtratū,tertio quia a legato fuit abſolutus ad ef-
25 fectum,† Quæ abſolutio ſibi ſuffragatur.c.ad ad eminentiā.de
ſen.excom.& eſt regul.cācell.ſub rub.clauſula abſolu.nō ſuffra
26 gatur. ¶ † Quartò tollitur obiectio ex pulchre no.per Abb.poſt
alios in c.pe.de elect.in ij.notab.& per Mod.in c. de ſimonia-
co.col.ij.uer.tertia ꝯcluſio.de ſimonia. quib . in locis ꝯcludunt
& uolunt ꝙ licet cōmittens ſimoniā ad habendū beneficium ,
nō poſsit illud beneficium obtinere illa uice & illa uacatiōe,ta
men ſuccedēte alia uacatiōe eiuſdē beneficij per intermediam
perſonā bene pōt illud obtinere , in caſu p̃ſenti , eſto ꝙ ipſe do.
Iacobus per uacationē inductā per mortē do.Antonij nō po-
tuiſſet obtinere dictum beneficium ēt ſi alius ſibi cōtuliſſet.Ta
men quia dictū beneficium per intermediā perſonā.d.Capella-
ni uacauit p eius reſignationē,ut ſupra uirtute dictæ nouę uaca
tionis, & accedente dicta intermedia perſona , bene potuit di-
ctum beneficium cōferri ipſi do.Iacobo non obſtante collatio-
ne ei facta per dictas moniales,iuribus,de quib.ſ. ¶ Concludi
tur ex præmiſsis ꝙ ſiue conſideretur collatio facta a monialib.
per mortē dicti Marci Antonij ſiue conſideretur collatio facta
eidē dom.Iacob.per legatum propter reſignationē eius Capel-
lani,utroq; caſu obtinere debet,& ab impetitione facta per ip-
ſum aduerſarium. Pariſ.Pad.

SVMMARIVM.

1 *Quando de uno dubitatur,reliqua præſumuntur habilia.*
2 *Simoniaco nullum quæritur ius ſuper beneficio in quo ſimoniam cō
miſit.*
3 *Reſignatio facta ſub conditione continente tēporalitatem , & unio
inde ſecuta,an ſubſiſtant ſi geſta fuere auctoritate Pontificis.*
4 *Conditiones conſiſtentes in temporalitate, ſunt probibita tanquam
ſimoniaca,non quia ſimoniaca.*
Et ita probibita ſunt iure poſitiuo,in quo papa diſpenſat.
5 *Papa auctoritas nedū præcedens,uerum & ſubſequēs purgare pōt*

tale uitium pactionum illicitarum, & nu. 6.

7 *Papa in beneficialibus pleniſſimum habet poteſtatem. & nu. 48.*

8 *Approbatio pactionum facta ab executore apoſtolico, cenſetur facta ab ipſa ſede apoſtolica.*

9 *Forma tradita per pontificē ad unguē ſeruanda eſt per executorē.*

10 *Beneficium unitum alteri, deſinit habere nomen, et ſolum conſideratur beneficium cui fit unio.*

11 *Eo maximè ſi beneficium unitum erat ſuppreſſum & extinctum.*

12 *Præſtationes quando præſumantur plures, uel tantum unica.*

13 *Expreſſio eius quod tacitè ineſt, quid operetur.*

Si pactiones conceſſæ à iure exprimuntur, an uitient,

14 *Tales pactiones illicitæ, non continent purum & meram ſimoniã, ſed ſolum ſpeciem illius.*

Tales pactiones, an uitient collationem.

15 *Extrauag. Boniſa. 8. et Pau. loquētes de ſimonia, in qua uerificētur.*

Et quia pœnales, reſtringendæ ſunt.

16 *Conſtitutio intelligi debet in caſu uero, non ficto, & improprio.*

17 *Non debet quis decipi uerbo, uel facto pontificis, ſeu executoris ipſius.*

18 *Pœna conſtitutionum ſine dolo non incurrantur.*

19 *Principalis penſio attēdēda, et non ea quæ ueniunt in augmentū.*

20 *Et de omnibus alijs acceſſorijs, iudicandum eſt, ut de principali.*

21 *Poſt adeptum beneficium, poteſt conſtitui aliquid in tēporalitate, & omnino ut ſit præſtandum.*

22 *Et quid ſi fuit conſtitutum ante adeptum beneficium.*

23 *Pactiones factæ poſt literas pontificis, an uitient collationem.*

24 *Et quid ſi eadem die facta fuit reſignatio, unio, & conſtitutio, ac pactio.*

25 *Et quid ſi tales conuentiones fuere factæ in euentū quo ſequeretur unio, & approbatio, a ſede apoſtolica, & eius executoribus.*

26 *Si partes dicunt ſolā penſionē ſi papa appoſuerit licitè hæc agnoſ.*

27 *Clauſula in fine poſita, declaranda uenit ex præcedentibus, ne ei dicatur correctio.*

28 *Clauſula præſtationis iuramenti quòd nulla ſimoniaca interceſſerit cōuentio &c. qualiter intelligi debeat, et de quib. conuentionibus.*

29 *Exemplis maiorum quando ſit iudicandum & ſtandum.*

30 *Clauſula ex certa ſcientia, et de plenitudine poteſtatis maximi ſunt effectus.*

31 *Priuilegium nullam faciens mentionem de litis pendentia, an ſit ſurreptitium.*

32 *Priuilegium non debet præiudicare iuri tertij.*

33 *Res iudicata, tollit omne ius prætenſum aduerſarij.*

34 *Res iudicata finem imponit liti.*

35 *Non entis, nullæ ſunt qualitates.*

36 *Res iudicata tollit pendentiam litis.*

37 *Fatalia, an currant propter paupertatem.*

38 *Paupertas occurrens in primo anno, facit ut fatalia non currant, et ꝙ concedatur ſecundus annus ipſo iure, abſque aliqua reſtitutione.*

Impedimentū paupertatis urgens in ſecundo, et tertio anno, nō impedit curſum fatalium, uerum operatur ut detur reſtitutio in integrū.

39 *Et ſi conceditur reſtitutio in integrum, tamē non tollit ius quæſitū.*

40 *Reſtitutio in integrum non eſt in conſideratione cum depēdeat à uoluntate principis.*

41 *Priuilegium concernens gratiam, ualet, etiam ſi in eo nulla ſit facta mentio de litis pendentia.*

42 *Diſpenſatio facta lite pēdente, ualet, licet de ea nulla ſit facta mētio*

43 *Et quid ſi talis gratia præiudicaret impetranti beneficium.*

44 *Gratia facta poſſeſſoribus, an ualeat, licet in ea nulla ſit facta mentio litis pendentia.*

45 *Priuilegium habens clauſulam, ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, & alias derogatorias, multos producit effectus.*

46 *Priuilegium poteſt obtineri lite finita, eſto quod de lite nulla ſit facta mentio.*

47 *Per dictas clauſulas, an tollatur ius tertij ſine aliqua citatione.*

Et quid in materia beneficiali.

49 *Regu. cancell. de iure quæſito non tollendo, qualiter intelligatur & quo caſu procedat, & num. 50.*

CONSILIVM XXX.

IN CAVSA vertente inter Priorem & cōuentū monaſterij ſancti ſaluat. de Bononia ex una, & Angelum de Leonoris doct. Bononien. ex altera, ſup monaſterio ſanctæ Ceciliæ de Ceruaria unito dicto monaſterio ſancti Saluat. propter ceſſionē & reſignationē facta per quendā Thomā tunc Abbatē dicti monaſterij ſanctæ Ceciliæ breuiſſimè ſola ueritate attenta, adducā quæ occurrunt & quia difficultas tota pendet, an dicta ceſsio, & reſignatio, & cōſequenter dicta unio, fuerit & ſit ualida & canonica, an uero uitioſa ineſſicax & nulla, cum ex parte dicti Angeli cōtra prædicta, duo tantum obijciantur, uitium ſcilicet ſimoniæ, & non expreſsio ueri ualoris, quo fit ut reſpectu reliquorum quæ modo aliquo poſſent adduci cōtra ipſam reſignationē & unionē inſi-

1 ſtendum non ſit. † Nam cum ipſe Angelus ſuper iſtis duobus tantum inſiſtat, reliqua omnia præſumenda ſunt habilia & ualida argumen. l. qui teſtamento. ff. de teſtam. l. qui furioſum. C. qui teſtamen. fa. poſſ. cum ſimi. Et circa primum, quo ad caput ſimoniæ, negari non pōt, quin pacta & conuētiones initæ & factæ inter dictum quondam Thomam reſignātem, & d. Priorem, & fratres ſancti Saluatoris, non cōtineant conſiſtentia in tempo-

2 ralitate, ut ea ipſorum pactorum lectura oſtēditur. † Et qa talis reſignatio non fuit libera nec ſimplex ſed facta ea cā, ut dicto quondā Thomæ reſignanti darentur multa conſiſtētia in temporalitate, pcedēte inſuper tractatu circa pdictorū præſtationē inferri uidetur ꝙ & ipſa reſignatio, & cōſequēter unio eius uirtute facta fuerint & ſint ſimoniaca & nulla, & ꝙ dicto monaſterio & conuentui ſancti Saluatoris, nullum fuerit quæſitū ius. c. inſinuatum. c. nobis fuit. c. conſuluit. de ſimon. & per glo. Ioan. And. dominum Anto. & alios in c. poſt tranſlationē. de renunciat. & per Inn. in c. cum uniuerſorum. de rerum permuta. & p Archyd. in c. ordinationes prima quaſt. prima, potiſſimè ex his quæ habentur in extrauag. Boniſa. octaui incipien. excōmunicamus, & Pauli ſecundi, ſub rubrica de ſimon. & per gl. & doct.

3 in c. ex parte. de offic. deleg. cum concordātijs. † Tamen illis nō obſtantibus in præſenti caſu, contrariū eſt ipſa ueritas, eſto enim ꝙ reſignatio prædicta fuerit facta ſub dictis pactionib. continentibus dationem conſiſtentem in tēporalitate ex hoc tñ nec reſignatio, nec unio ſubſecuta poſſunt dici ſimoniaca, ita ꝙ ex illa nō fuerit acquiſitū plenum ius dicto monaſterio ſancti Saluat. ea potiſſimum ratione, qm̄ omnia prædicta proceſſere auctoritate & mandato Innoc. viij. ſummi pōtificis, qua auctoritate, ſtā te, & reſignatio & unio redduntur ualida, eſto ꝙ reſignāti propter reſignationē fuerint reſeruata aliqua cōſiſtentia in tēporalitate, nā hoc licitè fieri poterat auctoritate prædicta ſecundum dom. Anto. in c. ij. de arbit. adducentē text. in c. niſi eſſent de pben. & per Abb. & Moder. in c. nō ſatis. de ſimon. cum alijs accumulatis per Fely. in c. ad audientiā. il ij. col. ij. & iij. cōcluſio. ij.

4 & iiij. de reſcrip. & alias idem ego conſului. † Iſtę enim pactiōes continētes dationem & præſtationē conſiſtētem in tēporalitate eſſentur ſimoniaca, quia prohibita, non aūt ſunt prohibita quia ſimoniaca, quo fit ut iſta ſimoniaca quia prohibita ſint inducta cōſtitutiōe eccleſiæ, & iure poſitiuo, & ideo merito Papa pōt diſponere & inducere, ut nō habeant obſtare reſignāti nec illi in cuius fauorē fit reſignatio & qñ in pdictis interuenit auctoritas pōtificis purgatur & tollitur tale uitium ſimoniæ, eſto, ꝙ præceſſerit tractatus & cōuentio de reſignādo propter pſta-

5 tionē conſiſtentē in tēporalitate. † Auctoritas em̄ Papæ, nedum pcedens, ſed ēt ſequēs purgat uitium prædictum & pactiōes prędictas illicitas, ſecundu gl. Imo. & ſcribentes cōmuniter in uerbo pactionis, in fi. in c. cum pridem. de pactis. & tex. in c. ea diligēti. in uerſi. uerū. de ſimo. & p Fel. in c. de cætero. coln. fi. de re iudi. & plenius per eundem in d. c. ad audientiā. col. ij. & iij. uer. ꝙ autem dicta conuentio, & uerſi. etiā ea quod ultimum. reſpon dentē dictis Abb. in repetit. c. extirpādæ. §. quia uero. col. ulti. & bene per Dec. in conſi. ccij. ad id plura. nu. ij. & iiij. dicentē Papam poſſe ſuper prædictis pactionib. continētibus temporalitatem diſpenſare, propter cuius auctoritatem tollitur uitiū ſimo-

6 niæ. † Et tales conuentiones ſunt ſeruādæ quia prohibitæ iure poſitiuo, ſuper quo Papa hēt plenitudinē poteſtatis. c. propoſuit. de pceſ. præb. † Et quia ſumus in beneficialib. in quibus hēt ple-

7 niſsimā poteſtatē diſponēdi, uti uult clem. j. in fi. ut li. pen. c. ij. de præb. lib. vj. cum uulgarib. quibus in iure ſtantibus, in facto ēt uera eſt cōcluſio, ꝙ in huiuſmodi pactionibus de quibus in præſentiarum agitur interuenit auctoritas pōtificis, & antequā pactiones eſſent initę, & poſt eas finitas, quo fit ut reddātur licitę, & uitium ſimonię remaneat purgatum, præceſsit em̄ cōuentiones prædictas auctoritas pōtificis Inn. viij. expreſsè mādātis executoribus de quibus in eius bulla, ꝙ deberent auctoritate apoſtolica recipere reſignationem in eorum manibus faciēdam per dictum Abbatē Thomam de dicto monaſterio ſanctæ Cæciliæ, qua recepta deberent dictum monaſterium unire monaſterio prædicto ſancti Saluatoris, & ulterius mandatur, quòd

debeant

debeant ꝯfirmare conuentiones propter dictã reſignationẽ fa-
ciendas, inter dictũ Abbatẽ Thomã, & dictũ priorẽ & conuen-
tum ſancti Saluatoris, ẽt ſi continerẽt temporalitatẽ, ut eſt uide
re ex uerbis dictæ bullæ, ibi tã in pecunia numerata, q̃ in poſſeſ
ſionib. ſiue alijs quibuſcũq;, qua renunciatiõe facta ſub dictis pa
ctis & ꝯuentionib. ipſi poſtmodũ & incõtinenti executores fe-
cere unionẽ ꝓdictã approbãdo auctoritate ſedis apoſtolicę prę
8 dictas cõuentiones. † Quæ approbatio, facta cẽſetur a ſede apo
ſtolica, & a dicto Inn. viij. id mãdante. c. ſanè quia. de of. deleg.
Cum ergo ꝯuentiones ꝓdictæ factæ fuerint inter ipſas partes,
præcedẽte auctoritate ſedis apoſtolicæ, & poſtquã fuerunt fa-
ctæ appareãt approbatæ eadẽ auctoritate firma & uera, rema-
net ꝯcluſio, ꝙ cõditiones & pactiones ꝓdictæ remãſerunt uali-
dæ & firmæ, & ꝙ omne uitiũ ſimoniacũ, & illicitũ, fuit purga-
tũ, per dictã auctoritatẽ ſummi Pontifi. ꝓcedenẽ & ſubſequen
9 tẽ, iurib. & auctoritatibus de quib. ſ. † Nec ꝓdictis obſtat, ſi dica
tur, ꝙ forma tradita ꝑ Inn. viij. nõ fuit ſeruata ꝑ dictos execu-
tores, dum unã penſionẽ præſtandã dicto. q. abbati Thomæ. de
bere ꝯſtitui ſuper fructib. dicti monaſterij, ſanctæ Ceciliæ, pro
pter quã non obſeruantiã, geſta ꝑ executores minime ualẽt. l.
10 diligenter. ff. mand. c. dilecta de reſcrip. † Nam tollit̃ obiectio,
ex his quæ tradunt do. de Ro. in antiq. deciſ. cclx. nota ꝙ bene-
ficiũ unitum, dicentes, ꝙ beneficium unitũ alteri, propter unio
nẽ deſinit habere nomẽ, & ſolũ ꝯſideratũ beneficiũ cui fit unio.
11 † Eo potiſsimè quia in caſu noſtro monaſteriũ ſanctæ Ceciliæ
erat ſuppreſſum & extinctũ, & iõ amplius non ꝯſiderandũ, ut ꝑ
Rot. in antiq. de reb. eccl. nõ alie. deciſ. x. & ꝑ Lap. in c. cũ perſo
næ. §. fi. col. ult. uer. In eo uero, de priuil. lib. vj. & per Anch. ꝯſil.
cix. Vnde nõ fuit prætermiſſa forma tradita per Inn. ſi pẽſio prę
ſtãda dicto Thomæ abbati, fuit ꝯſtituta, ut ꝓſtaretur ſuper fru-
ctib. d. monaſterij ſanctæ Ceciliæ, & ſancti Saluatoris, cũ uere
propter unionẽ & ſuppreſsionẽ dictũ monaſterium ſanctæ Ce-
ciliæ nõ ſit amplius in ꝯſideratione, ſed in omnib. ꝯſiderandum
ſit monaſteriũ ſancti Saluatoris, cui facta fuit unio. & ad cuius
cõmodum cedunt fructus. d. monaſterij ſanctæ Ceciliæ, & ſi ſol
uitur de fructib. monaſterij ſancti Saluat. iã ſolui uĩ ex fructib.
d. monaſterij ſanctæ Ceciliæ, qui quærunt̃ dicto monaſterio ſan
cti Saluato. quod ſolũ eſt in ꝯſideratione, propter unionẽ ꝓdi-
ctã. ¶ Minus ẽt obſtat ſi dicat̃ formã traditã per Inn. nõ fuiſſe
ſeruatã, ex quo noluit dicto abbati reſignãti ꝓſtari annuã tantũ
penſionẽ, dictæ aũt pactiones & cõuentio. cõtinet plures ꝓſta-
tiones, & non unicã. Itẽ continent nedũ annuã præſtationẽ, ſed
ẽt alia præſtãda unica uice tñ, quod non põt dici annuũ, ut pa-
tet in illa cõuentione, ꝙ ipſe abbas deberet exigere fructus, itẽ,
& debitores, necnõ & ligna aſportari, inſuper, ꝙ monaſterium
ſancti Saluat. deberet expedire bullã cuiuſdã capellaniæ ꝓprijs
ſumptib. quæ omnia nõ uident̃ contineri in bulla dicti Inno. vñ
& c. Nã tollitur obiectio. Primo quia Inno. uult ꝙ d. Thomę ab
bati reſeruet̃ habitatio in dicto monaſterio, & nomẽ, & titulus
abbatis, inſuper ꝙ ſibi poſsit ꝓſtari annua pẽſio quãtacunq; ſit,
ſecundũ ꝙ fuerit conuẽtũ inter ipſum Thomã, & priorẽ, & con-
uentũ ſanct. Saluat. ſiue conſiſtat in pecunia numerata, ſiue in
poſſeſsionib. ſiue alijs quibuſcunq;, & oẽs pactiones, & cõuen-
tiones inite inter ꝓdictas partes, unicã tantũ cõſtituunt penſio-
nẽ, conſiſtentẽ in plurib. rebus, ut patet ex tenore cõtractus ini
ti, ſuper dictis conuentionib. per quas ſatisfactum eſt intẽtioni
pontificis uolẽtis, & ꝑmittentis penſionẽ conſtitui, & ſup pecu
nia, & ſuper poſſeſsionib. & ſuper alijs quibuſcunq; quãtacunq;
eſſet, prout eſſet cõpoſitũ inter partes, quæ oẽs pręſtatiões ſub
unica tñ continent̃ pẽſione, & reſpectiuæ ad unũ effectum cau
12 ſandũ, id eſt unicã pẽſionẽ cõſtituendã fuere appoſitæ. † Et ꝯñr
nõ poſſunt dici plures, ſed unica ut in ſimili hẽ per Bar. & alios
13 in l. ſcire debemus. ff. de uer. oblig. † Et cõuentiões illę de aſpor
tãdis lignis, & de exigẽdis fructib. & debitorib. nõ ſunt illicitę,
nec arguunt aut inducunt ſimoniã, ex quo tacitè inerãt a iure,
& qñ exprimitur illud quod tacitè ineſt, nõ induciť ſimonia, ut
eſt gl. ij. in d. c. ad audientiã, & ibi Fel. col. vj. uerſi. exprimere, &
per Abb. in c. ſignificaſti. poſt gl. de electionib. cum alijs addu-
ctis per Fely. ubi ſupra, & per Dec. in conſi. cxviij. col. ij. num. v.
adducentem glo. & domi. Anto. in c. cum M. Ferra. de conſtit.
& plures alias deciſ. Poterat enim de iure permittente ſucceſſo
re, pro tempore præterito quo ipſe Thomas fuit abbas recolli-
gere fructus, & debitores inſuper & aſportare ligna inciſa, un-
de eſto ꝙ hæc fuerint expreſſa, tamen non inducunt pactiones
ſimoniacas nec illicitas. Ad quod etiã quia Innoc. viij. uult, om
ne quod fuerit cõpoſitum inter partes, debere ſeruari, & præſta
ri, & ipſis executoribus dictæ cõuentiones fuerunt notæ & ab
ipſis cõfirmatæ, & approbatæ, quo fit, ut auctoritate ꝓdicta red
dantur ualidæ, ut ſupra dictum fuit. ¶ Præterea aduertendũ eſt,
ꝙ licet aliquæ dictarum cõditionum, & pactionum, nõ ꝑtineãt
quid annuum, & cõſequenter uideantur aliquatenus illicitæ, &
continere temporalitatem, tamen nõ inducunt ueram ſimoniã,
14 eſto ꝙ uideãtur ſapere ſpeciem ipſius. † Ex quo infertur ꝙ tales
pactiones illicitę non cõtinẽtes ueram, & puram ſimoniam, li-
cet ſapiant ſpeciem ſimoniæ, nõ ſunt tantę efficaciæ, nec indu-
cunt effectum, ꝙ ille cui beneficium eſt collatum ſub talibus cõ
ditionibus illicitis, debeat beneficio priuari. Potius eñ dictę
cõditiones illicitæ debent tolli, & uitiari, quàm uitietur colla-
tio facta ſub illis, ita docto. per illum tex. in dicto capitu. quia
pridem, & magis clarè docto. hoc ponunt in c. ſuper eo. & in c.
conſtitutus. de tranſact. ubi Inn. Io. An. & alij maximè Panor. in
tertio notabili, dicunt ꝙ illicita pactio, ſeu cõditio a iure repro
bata, nõ inducit ſimoniam ueram, puram, uel directam, ſed tã-
tum ſpeciem ſimoniæ fictę, propter quam fictam, quis nõ debet
priuari, cum talis ſpecies ficta non debeat puniri ſicut uera, &
pura ſimonia, ut per Io. An. poſt Hoſti. in cap. nemo. de ſimo. &
in c. ueniẽs, & per Mod. in c. non ſatis, eo. tit. Ex quib. infertur,
ꝙ dictum monaſterium ſancti Saluato. non debet priuari tali
15 collatione propter dictas cõditiones illicitas. † Et extrauagan.
Boniſa. & Pau. procedunt, & loquũtur in ſimonia uera, propria,
& directa, nõ autem in ficta, que inducitur per dictas pactiones
illicitas. Tum quia ſunt pęnales, & ideo reſtringendæ. c. odia. c.
16 in pœnis, de regulis iuris, libro ſexto. † Tum etiam quia conſti
tutio intelligẽda eſt in caſu uero, nõ ficto. l. ſi uero. §. de uiro. ff.
ſoluto matrimonio. Tum quia inducunt pœnam priuationis ip
ſo facto, & ideo uerificantur in ſimonia uera, pura, & directa.
17 † Prout etiam idem dicẽdum quia dictus Prior, & conuentus
ſtante bulla Pontificis, & approbatiõe executoris, fecere dictas
cõuentiones, nõ aliter ualituras niſi eſſent approbatæ ab execu
torib. Et caſu quo unio nõ ſubſiſteret, redderẽtur decepti aucto
ritate executoris, & in cõſequentiam Pontificis, quod eſſe non
debet. l. j. C. de his qui uen. ęta. & ideo inducti tali auctoritate,
& ſimplicitate, excuſationem merentur etiam in materia ſimo-
18 niæ, ut in d. c. cum uniuerſorum. ibi ſimplicitatis. † Et quia do-
lo uerſati nõ ſunt, nõ debẽt incurrere pœnas dictarũ cõſtitutio
num, emanatarũ cõtra cõmittẽtes ſimoniã, arg. eorũ quæ habẽ-
tur ꝑ Bal. & doct. in l. ſi ff. quod quiſq; iuris. & ꝑ Moder. in l. ſi.
19 ff. qui ſatiſd. cogan. † Præterea conſiderãdum eſt, ꝙ principalis
pẽſio, erat in illis duca. c. alia uero promiſſa & præſtãda d. Tho-
mæ tẽdunt in augumẽtum dictorum cẽtum, & ueniunt ut acceſ
ſoria ad illa, de quo augumẽto iudicãdum eſt, ut de principali.
Et certum eſt ꝙ principalis pẽſio in cẽtum, eſt ualidiſsima, &
caret ſimonia, ut ſupra probatum eſt. vñ dicẽdum eſt. de omni-
bus alijs promiſsis, tẽdentibus in augumentum dictę pẽſionis
principalis, ita in terminis noſtris, dicit Dec. d. cõſil. cxij. col. j.
20 nu. ij. adducẽs iura & deciſ. ¶ Ad quorũ corroborationẽ facit.
Nam oẽs dictæ cõuentiones, & pactiones fuerunt factæ, & cõti
nent̃ eodẽ contextu, & unico inſtrumẽto, & iõ de omnib. alijs
iudicandũ eſt, ut de principali, quæ cum ſit ualida, ẽt alias red-
dit ualidas, arg. l. illud. ff. ad legem aquil. l. iã hoc iure. ff. de uul
21 ga. & pup. † Ad quod ẽt doctri. Io. And. Abb. & aliorũ in c. ue-
niẽs. el j. de teſti. uolentium poſt adeptam eccleſiam, poſſe cõſti
tui aliquid. cõſiſtens in temporalitate ẽt unica uice præſtãdum,
22 de quo etiã per Deci. in d. cõſi. cxviij. † Nec dicatur ꝙ iſtę pa-
ctiones fuerunt factæ ante reſignationem & unionẽ, quo tem-
pore nullũ ius erat quæſitũ Priori & cõuentui ſancti Saluatoris
quod ſecus erat in terminis. d. c. ueniẽs. ubi tales pactiones fue
runt factæ poſt ꝓſentationem, & electionẽ, & conſequẽter poſt
23 ius quæſitũ ad rẽ. † Nam aduertẽdũ eſt, ꝙ huiuſmodi pactiones
fuerunt factæ poſt bullã do. Innoc. & illius auctoritate, propter
quod ceſſat illud quod dicit Fely. in c. ueniẽs, in prin. dum addu
24 cit ea quæ habent in c. artaldus. viij. q. ij. † Itẽ fuerunt factæ eo
dẽ contextu, & parũ ante unionẽ, nã poſt ipſas ꝯuentiones, im-
mediate, & eadẽ die ſubſecuta fuit unio, quo fit, ut perinde ha-
beãtur, ac ſi factæ eſſent ſtatim poſt unionẽ, uel in ipſa unione
uel poſt ipſã unionẽ, & executores ipſi primo unierũt & demũ
approbauere dictas ꝯuentiones, vñ cum omnia prædicta fue-
rint facta unico contextu, & incõtinenti, uidentur eſſe facta tẽ-
pore habili, & ſic tempore quo ius erat quæſitũ, argum. eorum
quæ habentur in l. lecta. ff. ſi cer. pet. & in c. oſtie. de electio. & i

l.continuus.ff.de uerb.obl.& in l.hæredes palã.§.uno cõtextu.
ff.de teſtam. unde propter hanc contextualitatem ac uicinita-
tem actuum,illud quod ineſt uni actui,creditur ineſſe alij.l.pa-
tris,& filij.ff.de uulg.cũ alijs adductis per Iaſ.in d.l.lecta.ĩ ult,
25 notab.† Ad quod ẽt quia dicti Prior,& ɔuentus,non ſimplici-
ter fecerunt dictas ɔuentiones,ſed in euentum quo ſequeretur
unio facienda per dictos executores deputatos a ſede apoſtoli
ca, & ſic eas ɔtulerunt in tẽpus habile poſt ius quæſitũ in rem,
quo fit,ut reddãtur ualidę, licet factæ eſſent tẽpore prohibito,
propter collationẽ ad tempus habile, quod ſolum eſt ɔſiderabi
26 le,per tex.uulga.in l.in tẽpus.ff.de hære.inſti.† Et ita formali-
ter dicit Fely.in d.c.ad audientiã,col.iij. uerſi. non obſtat. Vo-
lens,ꝙ ſi partes dicant,ſoluã penſionẽ ſi Papa impoſuerit,ꝙ hoc
non eſt illicitum, ſed iuſtum, quia offerunt adimplere mãdata
apoſtolica,ita declarando dicta Abb. & Ana. in d. c. non ſatis.
Nec dicatur,ꝙ tempus quo fuerunt factę erat inhabile,& eo tẽ-
pore erant prohibiti facere dictas ɔuentiones. Nam ultra ſupe-
rius dicta hoc tollitur,uirtute bullæ Innoc. Volentis, ꝙ inter ip
ſas partes fierent ɔuentiones,de his quæ debebant pſtari,dicto
de quatenus eius prima petitio eſſet dubitabilis ſuper dictis lib.
l. ſatis reddita fuit lucida per. d. ſequentem declarationem, factã
59 ante lit. conteſt. quàm facere ſibi permiſſum fuit. † Et in ea facta
perſiſtere debet, per tex. Bar. & ſcrib. in d. l. edita. Vnde ſiue con
ſideretur iſta ſecunda intelligentia excep. datę ſunt pertinentes
ſiue conſideretur prima intelligentia, reſpectu poſſeſſorij, etiã
ſunt pertinentiſsimę, ex quo tendunt ad euacuandum ſcriptu-
ras per ipſum Archid. præſentatas. Nec ob. reg. de triennali, nec
tempus. lvij. ann. nec aſſerta res iud. quia tutum, ut ſuo tempore,
60 & loco oſtendetur. † Et pro nunc ſatis eſt oſtendiſſe except. da-
* tas eſſe pertinentiſsimas, & in puncto eſt doc. Bar.* cõmuniter
ab omnibus ibi approbata in l. ſi ex eo. §. fi. circa fi. ff. de acqui.
poſ. ubi uult, q excep. articuli, & probationes, de dominio, & ꝓ
prietate admittuntur, & ſunt pertinentes in iudicio, & cauſa in
terdicti, uti poſsid. & recuperandæ adducit Cy. in l. j. in fi. C. uti
poſsi. & tex. cum gl. in d. c. licet, ubi etiam per Ab. & ſcrib. & per
Alex. conſi. xlvj. col. pe. uol. iij. cum alijs ad id concord. & ſupra
fuit deductum. Pariſius Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus non reſidens in beneficio, non facit fructus ſuos.*
2 *Fallit quãdo beneficiatus eſſet priuilegiatus priuilegio clauſo in corpore iuris.*
Et quando abeſt pro euidenti utilitate eccleſiæ, & nu. 3.
3 *Abſentes, hoc modo habentur pro præſentibus, & dicuntur perſonaliter inſeruire eccleſiæ.*
4 *Abſentes hoc modo, non participant in diſtributionibus quotidianis à quibus etiam priuilegiati excluduntur.*
5 *Decima, & affictus, an dicantur diſtributiones quotidianæ.*
6 *Diſtributiones quotidianæ quæ propriè ſint, & dicantur, & alijs ſeq. & nu. xiij. & xiiij.*
Iura loquentia de diſtributionibus quotidianis, in quibus uerificentur, & nu. 7.
8 *Decima, & affictus qui ponuntur in communi groſſa, & ſemel in anno diuiduntur, an concedantur abſentibus priuilegiatis, & ſequent.*
9 *Capitulum, & canonici, ultra præbendas diſtinctas, poſſunt habere aliqua bona, quorum fructus diuidantur in fine anni.*
10 *Canonici noui, nouiter ſuperuenientes, an debeant de iſtis participare.*
11 *Frumentum, pecunia, & ſimilia, quæ diſtribuuntur canonicis ſingulis menſibus, uel ebdomadis, an debeantur etiam abſentibus priuilegiatis.*
12 *Acceſſiones ad ius canonia, debent iudicari, ut canonicatus.*
13 *Diſtributiones propriæ, quæ ſint, & quibus debeantur.*
14 *Et quid ſi redditus ponantur in communi, ut diſtribuantur ſingulis horis intereſſentibus.*
15 *Priuilegiati, an etiam debeant intereſſe, ut participent, & ſeq.*
16 *Fructus poſiti in groſſa debentur etiam abſentibus priuilegiatis, licet in eccleſia diſponatur, q dicti fructus nõ dentur niſi intereſſentibus. & nu. 17.*
18 *Diſtributiones quotidianæ, regulariter non dantur abſentibus. Fallit tamen in pluribus caſibus.*
19 *Abſentia quandoque excuſat, ab intereſſentia diuinorum, ita ut taliter abſentes, participent de diſtributionibus quotidianis.*
20 *Abſentia iſto caſu, qualiter interpretetur, & deſcribatur.*
21 *Abſentes, an poſſint participare de oblationibus, & quando.*
22 *Verbum, arbitrium, denotat arbitrium boni uiri.*
23 *Iudex quando debeat arbitrari, pro taliter abſentibus.*
24 *Canonicus non reſidens in eccleſia, propter aliquem defectum, an, & quo caſu participet de diſtributionibus.*
25 *Clericus in concernentibus utilitatem eccleſiæ, poteſt in iudicio cõparere, & aſſumere defenſionem.*
26 *Conſtitutio intelligenda eſt, rebus ſic ſtantibus & excepta ſuperiorum auctoritate.*
27 *Conſtitutio pœnalis, loquens in uno caſu, non debet extendi ad alium.*
28 *Præſens, & tacens, quando habeatur pro conſentiente.*
29 *Geminatio, multum operatur.*
30 *Renunciare quis poteſt iuri ſuo.*

CONSILIVM XXXII.

1 LICET Regulariter † Beneficiatus non poſsit per
cipere fructus, ſi non reſidet in beneficio, toto tit.
de cleri. non reſi. in antiq. & lib. vj. cum alijs uulga
2 ribus. † Tamen iſtud non procedit quando ille be-
neficiatus eſſet priuilegiatus priuilegio clauſo in corpore iuris
ut eſt quando abeſt pro euidenti utilitate eccleſiæ, ut not. in ca.
de cætero, & in c. ad audientiam, de cler. non reſi. & in c. j. eo. tit.
lib. vj. & in ca. cum omnes, de conſtit. Iſto enim caſu priuilegia-
tus, licet non reſideat, debet tamen fructus percipere, ut in di-
ctis

ctis iuribus & ratio aſsignatur per glo.in d.c.de cætero. & in d.
3 c.unico.†Nam iſti reputantur pro præſentibus,& dicuntur per
ſonaliter inſeruire eccleſiæ,argum.c.ſcito,vij.q.j.cum concord.
4 † Et licet iſta non uideantur procedere in diſtributiõibus quo-
tidianis, quas etiam priuilegiati non debent habere niſi interſint
diuinis,ut eſt tex.in c.fi.de reſcr.lib.vj.& in d.c.j.& in c.cũ
non deceat,de electi.lib.vj.& in c.licet, de præben.iu antiq. &
hoc conſiderato.d.Paulus canonicus non deberet participare
de dictis diſtributionibus,de quibus in præſentiarum uertitur
5 difficultas.†Tamen conſiderandum eſt,ꝙ dictæ decimæ,& affi
ctus de quibus dubitatur,licet largo modo dicantur diſtributio
nes,tamen conſiderandum eſt, ꝙ uere, & proprie non poſſunt
dici diſtributiones,ita ꝙ in ipſis locum habeat.d.c.cum non de
6 ceat,& d.c.unicum,cum concor.†Quod aperte patet, nam pro
prie,& ſtrictè illæ dicũtur diſtributiones quotidianæ,quæ actu,
intereſſentibus,diſtribuuntur. Aliæ uero quæ non actu diſtri-
buuntur,non dicantur proprie diſtributiones, & dicta iura di-
ſponentia priuilegiatis non debere aſsignari diſtributiones, in
telliguntur,& locum habent in illis diſtributionibus, ueris, &
7 proprijs,†quæ actu diſtribuuntur,non autem in alijs,glo.eſt in
uer.perceperint,in d.c.unico,quam ibi ſequitur Domi. de ſan-
cto Gemin.in §.qui uero,in ultimis uerbis,& facit in argumen-
tum.d.c.licet,quod ad iſtud propoſitum adducit gl.quæ puncta
liter hoc dixit,in uer.in totum,in uerſi.diſtributiones enim ꝓ-
prie,in extrauag.Ioan.xxij. quæ incip. non nullæ eccleſiaſticæ
perſonæ,& ponit Dec.aſsignando rationem,conſi.cclxxx.in ca
ſu propoſito,col.j.uerſi.ſed tamen,uol.ij.& col.pe.nu.v.Hoc ſtã
te,in Cathedrali eccleſia Vicentina,ſunt præbendæ, quæ habẽt
fructus ſeparatos,& diſtinctos,& ulterius ſunt decimæ,& affi-
ctus,fructus quorum ponuntur in communi, & in groſſa, qui
fructus tantum canonicis præbendatis dantur,& non alijs cle-
ricis,inſuper,& tertio ſunt aliæ diſtributiones ut oblationes,&
mortuaria,quæ actu diſtribuuntur,omnibus clericis intereſſen
8 tibus.†De dictis ergo fructibus communibus, ſpectantibus ad
canonicos tantum,& ſic de decimis,& affictibus, qui ponuntur
in communi groſſa,& ſemel in anno diuiduntur,participare de
bent priuilegiati,etiam abſentes,ut ſunt illi qui pro utilitate ec
cleſiæ ſe abſentauere,gl.eſt in terminis,in uer.receperunt, uerſ.
plus dico,in d.c.unico,quæ uult,d.c.& conſimilia iura non pro
cedere in iſta groſſa,& fructibus ipſius,quam glo. communiter
ſequuntur ibi ſcrib.& nullus eſt qui contra eam aliquid dicat,
& pro ea eſt deciſ.Abb.in c.olim,de uerb.ſign.in gl.ii.ubi enu-
merat dictas tres ſpecies fructuum,& concludit, ut ſupra abſen
tes ex cauſa iuſta participare in illa ſpecie diſtributionũ, de qua
in caſu noſtro,& comprobari poteſt ex his quæ dicit glo. prædi
cta in uer.receperint,uerſic. ſed quid dices, dum ponit intelle-
ctum ad d.ca.olim,& eſt conſimilis glo.in d.c.licet, & ibi Abb.
9 col.ij.uerſi.in ea.glo.†Dicens,ꝙ ſi ultra præbendas diſtinctas,
capitulum habet aliqua bona quorum fructus in fine anni diſtri
buuntur inter præſentes, abſentes priuilegiati de illis debent
participare,ut proprie eſt in caſu noſtro &concordat quod uult
10 Calder.conſi.xxj in eccleſia,ſub titu.de præb.†Dicens,ꝙ ſi prę
bendæ ſunt diſtinctæ, & ultra eas ſunt fructus groſſæ commu-
nis,qui conſueuerunt diſtribui ſingulo anno inter canonicos u-
nius eccleſiæ,ꝙ noui Canonici ſuperuenientes participant de il
lis, quia non ſunt diſtributiones quotidianæ ueræ, ſed ueniunt
ſub groſſa,adducit gl.in d.c.licet,& in c.unico, & alias deciſio-
11 nes.†Et facit quod habetur in d.extrauag.Ioan.xxij. §. præte-
rea.Vbi expreſſe dicitur,ꝙ quantitas bladi.ſeu ſimilium rerum,
ſeu ſumma pecuniæ quæ ſolet diſtribui canonicis ſingulis men-
ſibus,uel ebdomodis, debetur etiam abſentibus priuilegiatis,
ex quo non debent computari pro quotidianis diſtributionib.
Illæ enim proprie diſtributiones dicuntur, & dari non debent
prædictis abſentibus, quæ quotidie actu diſtribuuntur pro ho
ris diurnis,& nocturnis,& confirmatur ex his quę uult Calder.
in conſi.j.an diſpenſatio,in titu.de cler.non reſi.col.j.uerſi. præ
terea in eccleſia.Vbi dicit,ꝙ ſi in eccleſia ſunt præbendæ diſtin
ctæ,& ultra ſunt aliqua communia,ꝙ de illis participare debet
abſens priuilegiatus,quia de iſtis tanquam acceſſorijs iudican
12 dum eſt,ut de principali.†Potius enim acceſsiones ſunt ad ius
canoniæ,ut dicit Fely.in c.cum olim,in prin.de re iudica.& per
Cardi.conſi.liij.in fin.Quæ omnia bene deſeruiunt ad deciſ. ca-
ſus præſentis,ex quo dictæ decimæ & affictus ultra præbendas
diſtinctas ponuntur in groſſa communi, & ſemel in anno tan-
tum diuiduntur,inter canonicos tantum, & non actu ſingulis
13 horis.†Prout etiam quia de diſtributionibus proprie, quilibet
participat,prout intereſt in unoquoque actu, licet non interſit
omnibus,ut dicit Lap alleg.xliij.& Phil.Fran.in d.c.unico,uer.
ſtatuimus,in fi.quod ſecus in caſu noſtro,in quo participarunt
14 etiam actu non interuenientes.†Et per iſta tollitur, quod dicit
Oldr.conſi.cxviij.ex uirtute gratiæ. Nam ibi loquitur de ueris
diſtributionibus,quæ dantur es redditibus poſitis in communi
ſingulis horis,actu interuenientibus,quod ceſſat in caſu præſen
ti,ubi ſemel in anno diuiduntur, ergo non proprie diſtributio-
nes,ſed fructus,de quibus abſentes priuilegiati participare de-
bent,& quia etiam ultra hos fructus,ſunt aliæ diſtributiones in
dicta eccleſia quæ ſingulis horis actu intereſſentibus diſtribuun
15 tur.†Nec dicatur,quod dantur priuilegiatis,dum modo quod
interſint, ex quo debentur propter intereſſentiam, ut uidetur
ſentire conſtitutio dictæ eccleſię,unde tales fructus uidentur ſa
pere naturam diſtributionum quotidianarum, quæ debentur
propter intereſſentiam,& ſic non abſentibus priuilegiatis. d. c.
16 cum non deceat,& d.c.unico.†Nam tollitur obiectio ex nota.
per glo.in uer.perceperint,& in d.c.licet.Volentem,quod quan
do fructus in groſſa ſunt communes,debentur abſentibus priui
legiatis,licet in eccleſia diſponatur,quod de dictis fructibus nõ
detur aliquid non intereſſentibus,& ſic eſto ꝙ ſtatutum,ſeu cõ
ſtitutio requirat intereſſentiam in horis tamen quando non
ſunt propriæ diſtributiones,ſed fructus,in illis admittuntur pri
17 uilegiati,licet non interſint.†Et probatur ex alijs deciſi. ſupra
adductis,& facit ratio glo.poſitæ in d.c.unico.Volens, quod i-
ſti fructus,cum ſint ſeparati ab alijs quotidianis diſtributioni-
bus potius ſunt,ut fructus, quàm ut diſtributiones, de quibus
18 etiam abſentes priuilegiati participare debent. † Præterea ad-
uertendum eſt,nam tex.in d.c.unico,uer.qui uero,diſponit, ꝙ
licet regulariter abſentes non debeant participare de ipſis di-
ſtributionibus,proprie,& ſtrictè capiendo. Tamen excipiun-
tur aliqui caſus in quibus de prædictis participiant,etiam abſen
tes,inter quos eſt ille caſus,quando quis abeſt propter utilita-
tem eccleſię,& ſic eſt caſus noſter.Taliter enim abſens habetur
pro reſidente,& taliter,quòd de dictis diſtributionibus proprie
participat,ut diſponitur in d.uerſi.qui uero,& per Card. in cle.
19 ut hi qui,q.ix.de ęta.& qual.†Quando enim ob talem cauſam
ſunt abſentes,talis abſentia excuſat ab intereſſentia diuinorũ.
taliter,quòd participare debent de dictis diſtributionibus. etiã
ſi actu ſingulis horis darentur intereſſentibus,ut eſt conſi. Fed.
de Sen.ccxlvj de iure communi,& conſi. Calder.xvij.an Cano.
in titu.de pręben.Et a fortiori iſta comprobantur.Nam ſi quis
non poteſt intereſſe quia expulſus,& exititius,adhuc debet illas
percipere,etiam ſi ſui culpa eſſet expulſus, dummodo ad iſtud
non ſit ordinata,ita omnes ſcrib.in d.c.unico,& Cald.d. conſil.
20 xvij.†Et licet huic concluſioni uideatur obſtare tex.in d.c.cum
non deceat,& in d.c.fi.& gl.in uer.utilitas,in d.c.unico, reſpon
deat duobus modis.ut per eam,& Gemin.ibi ponat longam di
ſtin. An canonici ſunt abſentes a ciuitate,uel loco, ubi eſt eccle
ſia ut tunc non participent, ſecus ſi abſunt tantum ab eccleſia,
& ſunt præſentes in loco,tamen Philip.Fran.ibi in uerſi. qui ue
ro,col.j.in fi.& col.ultima,uerſi. & etiam quando reprobat hu-
iuſmodi diſt.optimis rationibus,& concludit poſt Arch. quòd
qualitercunque Canonicus abſit,ſiue ab eccleſia,ſiue a loco,dũ
modo quòd abſentia ſit pro utilitate eccleſiæ,debet participare
de dictis diſtributionibus,ſtante conſuetudine, prout mihi re-
latum eſt ad eſſe,& hoc idem ſequitur ibi Benedic.Capra, & Pe
tr.de Anch.col.ij.in prin.& in quinto notabili,& in prima op-
poſitione,& in iij.q.Et tali caſu iſte caſus fictus intereſſentiæ ha
bebitur,pro uero,concurrente ſumma æquitate, ut declarat ibi
Phili.Franc.poſt Petr.de Anch.& bene faciunt no.per Cardin.
conſi.liij.uerſi.dico quòd iſtæ quotidianæ diſtributiones, poſt
Bal.conſi.cccxliiij.& pro iſta,uol.v.& quæ ponuns Moder.pap.
in d.c.cum omnes,in prin.ubi in iſtis diſtributionibus conſue-
tudo eccleſię attenditur,ut per Gemin.in d.ca.primo, uerſicu.
ſtatuimus & omnes alios,& per Dec.d.conſil. cclxxx. in princi.
21 † Et tanto magis procedunt prædicta attenta conſtitutione di-
ctę eccleſię.xj.in ordine,diſponente,quòd abſentes pro ſeruitijs
eccleſię poſſunt participare dę oblationibus perinde ac ſi inte-
reſſent,quę oblationes ſunt proprie quotidianę diſtributiones,
& actu intereſſentibus dantur, quãto magis in iſtis fructibus q
ponuntur in groſſa communi,& non ſunt proprie diſtributio-
nes,ut ſup.dictum eſt.Et hoc idem ſuadet ex alia conſtitutione
eccleſię prędictę.xxiij.quę diſponit,abſentem pro utilitate ec-
cleſiæ

cleſiæ haberi ꝑ pſente & debere percipere de dictis diſtributio
22 oibus quo ſit ut ſimus in caſu claro. † Nec obſtant uerba dictæ
conſtitutionis ibi, arbitrio capituli &c. ex quo uerſic. arbitriũ,
denotat arbitrium boni uiri & non uoluntarium. l. ſi libertus. l.
hæ demum. ff. de oper. liber. l. fideicommiſſa. §. quamquam de
lega. iij l. thais. §. ſorore. ff. de fideicom. liber. cum alijs. uulgar.
23 † Et ꝙ bonus uir ita debeat arbitrari in fauorem abſentis pro
utilitate eccleſiæ probatur in d. c. de cætero. & in d. c. ad audien
tiam. & in d. c. unico. uerſi. exceptis. Et prædicta a fortiori proce
dunt in pecunijs de quibus abſentes tali caſu debent participa-
re, ex quo diuiduntur de menſe Decemb. & recolliguntur de af
fictibus, & ponuntur in communi groſſa, & nedum abſentibus
pro dicta cauſa debentur, ſed etiam hæredibus canonicorũ mor
tuorum, ut diſponit. xv. conſtitutio dictæ eccleſię, & comproba
tur, quia de menſe Iulij, uſque ad menſem Decemb. ipſe domi.
Paulus fuit præſens, in ciuitate Vicentina, & non interfuit eccle
ſiæ, prout etiam alij nõ interfuere, ea de cauſa quoniam eccleſia
24 erat interdicta. † Et ſi uoluiſſet intereſſe, minimè potuiſſet, ſtan-
te interdicto, quo fit ut canonicus debeat participare quando
propter aliquem effectum in eccleſia non poteſt fieri reſidentia
ut proprie dicit Feder. de Sen. in d. conſi. ccxlvj. uerſi. ſi ergo. &
Calder. d. conſi. xvij. uerſi. & hæc eſt ratio. ex quo etiam ſi noluiſ
ſet intereſſe diuinis non potuiſſet propter interdictum, quo ſtã
te, nihil poteſt ſibi imputari, & conſequenter participare debet
quod etiam ſuadetur, nam & alij canonici qui non interfuere
diuinis propter interdictum, participarunt de dictis pecunijs,
unde idem dicendum & iudicandum in ipſo. d. Paulo, per illam
regulam quod quiſque iur. ca. cum omnes de conſtitutionibus
toto tit. ff. quod quiſque iur. ꝙ modo ipſe domi. Paulus fuerit
abſens pro utilitate eccleſiæ notiſsimum eſt. Tum per ordina-
tiones reipublicæ Vicentinæ. Tum per literas reuerendiſsimi
Cardinalis Rodulphi, & aliorum prælatorum. Tum etiam per
literas reuerendiſsimi. d. Aud. Cameræ in quibus interdictum
dictæ eccleſiæ ſuſpenditur. Tum etiam propter litem, quã ſuo
periculo & expenſis agitare incepit in curia Romana, ut tale in
terdictum penitus tolleretur, quę omnia oſtendunt notoriam &
25 neceſſariam utilitatem ipſius eccleſiæ. † Nec dicatur quòd inui
tis canonicis & cap. prædicta fecit & ſe abſentauit, nam non ap
paret de contradictione capituli, immo & ſi appareret adhuc
eius abſentia dicitur iuſtiſsima. Nam quilibet clericus in con-
cernentibus utilitatem eccleſię poteſt comparere, & proſequi
& capere eius defenſionem, maximè quando alij negligunt. Et
etiam alijs inuitis. Et nedum quilibet de clero poteſt illud face
re, ſed etiam quilibet de populo, ut no. per Moder. in ca. dilecti.
de maiorita. & obed. & per Rotam in nouis deciſio. cccxxxiiij.
Alias in ti. de iudicijs xj. & deciſ. ccvj. Alias in tit. de re iudic. ix.
Et habetur per ſcrib. Mod. in c. prælatorum. col. ij. de accuſatio.
& per Rot. in antiquis deci. clix. Alias in titu. de iudi. xiij. Et eo
maximè ipſe domi. Paulus participare debet de dictis decimis
& affictibus quã etiam alij concanonici, qui non interfuere di
uinis participarunt, per illam regulam quod quiſque iuris. Po-
ſtremo non habet obſtare illud quod obijcitur ipſi. d. Paulo, ꝙ
ceciderit a iure ſuo. Ex quo ſine licentia maſſarij exegit aliquẽ
ex affictibus ipſius capituli, ut uidetur eſſe diſpoſitum in ultima
26 conſtitutione dictæ eccleſiæ. † Nam ceſſat obiectio eo quoniam
decimas exegit non auctoritate propria ſed de mandato reuerẽ
diſsi. Legati, quo caſu iſtud fieri potuit, non enim propria au-
ctoritate ſibi ius dixit, & dicta conſtitutio non comprehendit
hunc caſum. Ex quo ſemper cenſetur eſſe excepta auctoritas ſu
perioris, & conſtitutio debet intelligi quando propria auctori-
tate hoc faceret, & rebus ſic ſtantibus, ut plenè per Fel. in c. con
27 ſtitutus. de reſcri. & per Alex. conſi. lxxiij uol. iij. ¶ † Prout etiã
ceſſat obiectio, quia dicta conſtitutio eſt pœnalis & loquitur
de exigentibus affictum, & conſequenter, non de exigente deci
mas, regula in pœnis, regula odia. de reg. iur. li. vj. l. cum quidã.
28 ff. de libe. & poſthum. ¶ † Prout etiam tollitur, quoniam talis
exactio fuit facta præſente maſſario dicti capituli & non contra
dicente, & ſic habetur pro cõſentiente, & licentiam dante, regu
lã qui tacet de regu. iur. lib. vj. & pleniſsimè per Bar. & alios in l.
quæ dotis. ff. ſol. mat. & maximè quia contradicere de iure non po
terat, ut ſupra, minus etiam obſtat alia exactio per ipſum facta
de anno præterito, quoniam reuerſus patriam a ſtudio Bonon.
habuit licentiam a prædicto maſſario exigendi portionẽ ſuã mi
lij, & ſurgi tam de affictibus quàm de decimis, & pluribus uici-
bus licentiam illam conſecutus fuit, & uirtute illius exactionẽ
fecit, poſt quam exactionem, ſuper ea fuit facta concordia in-
ter ipſum & cæteros canonicos, quibus ſtantibus ceſſat diſpoſi-
tio dictæ conſtitutionis, tum attenta dicta geminatione iuxta
nota. in l. baliſta. ff. ad Treb. & per Mod. in l. j. in prin. ff. de offi.
29 ciui cui. ¶ † Tum etiam attenta concordia & remiſsione ſubſe
cuta, arg. no. in l. tranſigere. C. de tranſac. & cap. pen. de iniur. &
30 damn. da. cum alijs uulgar. ¶ † Poteſt enim quiſque iuri ſuo re-
nunciare. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & in terminis no
ſtris eſt deciſ. Card. in clem. ij. in prin. q. pen. in fi. uerb. de ui. &
honeſta. cler. ubi multa adducit maximè glo. in uerſic. utilitas.
in d. cap. unico. & bene faciunt quæ habentur & dicuntur de ca
ducitate, quæ poteſt remitti tacitè, & expreſſe, ut no. in cap. po-
tuit. de locatiu. & per Modern. in l. ij. C. de iure emphyteutico.

Pariſius Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ introductæ ſunt in fauorem cultus diuini*
2 *Et debentur intereſſentibus tantum.*
3 *Et pro ſeruitijs labore & onere impenſo cultui diuino.*
4 *Diſtributiones appellantur reddituus caſuales, & incerti, & ſunt extra corpus præbendæ, & non computantur in ualore nec in fructibus.*
5 *Nec computantur in decimis papalibus.*
6 *Nec ueniunt appellatione beneficiorum.*
7 *Diſtributiones quotidianæ ualde differunt a fructibus præbendarũ, & ab alijs diſtributionibus.*
8 *Percipientes diſtributiones quotidianas, illas faciunt ſuas, ut ueri domini.*
9 *Maximè quando actualiter fuerunt habitæ, & receptæ.*
10 *Percipientes tales diſtributiones, poſſunt de illis eorum arbitrio diſponere teſtandò. & inter uiuos, & nu. 11. & ſeq.*
11 *Quæruntur enim ex labore, & perſonali ſeruitio, & ex induſtria, de quibus ita quæſitis quiſq; diſponere poteſt.*
13 *Etiam, & per actum inter uiuos.*
14 *Et donando inter uiuos, & nu. 15.*
16 *Ver. diſponere, nedum per ultimam uoluntatem, ſed per actum inter uiuos uerificatur.*
17 *Qui omne dicit nihil excludit.*
18 *Dictio, quibuſcunque, ampla eſt, & generalis, & complectitur omnem actum.*
19 *Verba in contractibus, non debent cenſeri appoſita ſine effectu.*
20 *Ver. habet tempus præſens complectitur.*
21 *Expreſſum uerbis generalibus, dicitur comprehenſum in diſpoſitione.*
22 *Idem dicendum eſt, quando diſtributiones quotidianæ, fuere debitæ, licet actu non fuerint datæ, & aſsignatæ.*
23 *Inſeruiens eccleſiæ pro tempore quo inſeruiuit, eſt uerus creditor diſtributionum ſibi debitarum.*
Idem ſi fuerunt ſibi promiſſæ.
Soluere, & promittere uidentur à pari procedere.
24 *Obligatio non impeditur propter difficultatem actus.*
25 *Concluditur contra Decium in conſilijs ſuis, dubitantem de iſtis.*
26 *Clericus ab inteſtato, habet ſucceſſorem in bonis quæſitis ex induſtria, labore, & intuitu perſonæ.*
27 *Opinio obſeruata communiter, in iudicando tenenda eſt.*
28 *A communi ſententia non eſt recedendum,*
29 *Clerico ab inteſt. morienti, qui debeat ſuccedere, & nu. 30.*

CONSILIVM XXXIII.

IN ECCLESIA Cathedrali Bergomi in qua numerus canonicorum, & præbendarum eſt diſtinctus, uiget ſtatutum ſeu conſuetudo, quòd diſtributiones quotidianæ dentur ſeu diſtribuantur, ſolum canonicis intereſſentibus diuinis officijs, & partes nõ intereſſentium cedant lucro, & accreſcant intereſſentibus, & ꝙ canonicus de nouo intrans, teneatur reſidentiam facere per duos annos, antequam aliquid percipiat de ipſis diſtributiõibus quotidianis, & dicitur talis actus incanapatio. In tertio poſtea anno quo reſidet ſeu perfecerit, incipit percipere diſtributiones primi anni ad ratam reſidentiæ ſeu perſeruitutis illius anni, & ſic ſucceſsiue de anno in annum, ita quòd canonicus remanet ſemper creditor. d. menſe diſtributionum quotidianarum, pro perſeruitute. ij. anno. immediate præcedentium ita ꝙ tempore eius mortis, debet habere pro reſidentia, & pro ſeruitute ſua, diſtri-

butiones

butiones,ij.anno.præcedentium ſuam mortem.Iſtas tamen di-
ſtributiones quotidianas incanapatas.ij.an.quilibet canonicus
poteſt in uita exigere,ſi poſt duos annos poſt incanapationem
non reſideat, & ſi poſtmodũ reſideret de nouo haber inſeruire
per.ij.ann.antequam incipiat percipere diſtributiones quoti-
dianas,de quibus etiam prælati canonici,& minores prædeceſ-
ſores teſtati ſunt,ſi teſtari uoluerunt. Quidam modo do. Toni-
nus canonicus reſidens in pręfata eccleſia,deceſsit apud conſan
guineos ſuos inteſtatus,ann.1528.qui tamen iam multis annis
ante fecerat donationem inter uiuos do.Io.Pet.fratri ſuo nomi
natim de omnibus bonis ſuis,reſeruato tamen ibi uſuſructu in
illis,cum adiectione iſtius clauſulæ generalis,uidelicet, & dona
tionem facit pręfatus do.Toni.præfato do.Io.Pet.de omnibus
alijs,& quibuſcunque creditis,quæ habet ipſe do.Toni.donans
cum alijs perſonis,& contra alios quoſcunque, nulla facta men
tione de diſtributionibus quotidianis,quæritur modo cum tẽ-
pore donationis prædictæ ipſe do.Toni.iam haberet creditum
cum menſa capitulari diſtributionum quotidianarum duorum
annorum,an illud includatur ſub illa generali clauſula donatio
nis,de qua ſupra,ita ut peti poſsit eius uigore.& ſi ea dicta dona
tione peti non poteſt,quæritur ſecundo an ſaltem uenientes ab
inteſtato qui ei ſuccedunt in reliquis bonis non donatis,debeat
ſuccedere in iſto credito diſtributionum. An uero capitulũ, ſeu
1 eccleſia ipſa. ¶ †Huiuſmodi diſtributiões introductæ ſunt in fa
uorem cultus diuini,ut facilius canonici & alij minores conue-
nirent ad diuina,& in d.eccleſia dictus cultus augeatur, ut tra-
dit Abb.in c.licet.in ij.notab.de præbend. & bene facit text.in
2 clem.j.in fi.de reliquijs, & uenera.ſanct. †Et ideo inductum &
ſtatutum fuit,ut intereſſentibus tantum dentur, ut in d.c.licet.
& in c.unico.de clericis non reſidentibus lib.vj.& in c. de cæte
ro.eodem titu.in antiquis,& per gloſſ. in cap. fin.extra de mag.
3 ¶ †Intereſſentes ergo & reſidentes,ſuſtinentes onus & laborem
& diuino cultui inſeruientes, illas conſequi debent, eo modo
quo inſeruiunt & interſunt,& pro ſeruitio & labore ipſis conce
duntur,ſicuti militantes alij conſequuntur ſtipendia, & alij ope
rantes & laborantes ſalarium diurnum,ut dicit Gulicl.de Mon.
Laud.in extrauag.Ioan.xxij.Suſcepti.ſuper uerſi. conſueuit, &
ſuper uerſi.in totum.& Hoſt.& reliqui ſcrib.in c.fi.de pecu.cle
ri.& Oldr.conſi.cxviij.Virtute gratiæ,& probatur in d.c.unico.
de cler.non reſid.in vj.ubi omnes ſcrib.iſtud firmant.Prout etiã
facit Card.in clem.fi.q.xiij.de præben.& Gemi.conſi.lxxxv.Su-
per.j.dubio,col.iij.uerſic.certe hæc declaratio, & uerſicu.ſequ.
4 † Hinc eſt cum dentur pro ſeruitio & labore, ꝙ dicantur reddi-
tus caſuales, & incerti,nec attinent ad corpus præbendæ,& non
computantur in ualorem præbendarum,nec in ualore fructuũ.
ut dicit Oldra.dicto conſi.cxviij.& Ioan.Andr.in rubr.de con-
ceſsio.præben.& Ioan.de mil.in repertorio.in uerſic.gratia. qõ.
vij.cum alijs adductis per Fely.in c.ad aures col.pe. nu. xxxviij.
de reſcrip.ubi adducit plures deciſ.do.de Rota.prout etiam fa
5 cit Mod.in tracta.de charita.ſubſi.q.lxxvj.† Concludentes tales
diſtributiones non computari in redditibus beneficij,nec in e-
ius ualore,ita ut non ueniant quando imponitur decima papa-
lis,ut etiam firmat Gemin.in d.conſi.lxxxv.col.iij.uerſi.ſed ap-
6 pellatione,& uerſi.& ſeq.†Volens etiam illas non uenire appel-
latione beneficiorum,prout etiam firmat Mil. in dicto reperto
7 rio,in uerſi.diſtributiones.† Hinc eſt huiuſcemodi diſtributio-
nes multum differre a fructibus præbendarum,& etiam a diſtri
butionibus,quæ aliter conceduntur,ut probatur in ca. olim de
uerb.ſig.iuncto d.t.de cætero.& utrobique per docto.& iuncto
d.c.licet. ubi Abb.& reliqui,& ponit Fely.in c.Iacobus.in prin.
de ſimonia.& clare colligitur ex his quæ tradunt omnes ſcrib.
in d.c.unico.& in c.præſenti.de offic.ordi.lib.vj.& in d.c. fi. de
pecul.cleri.ubi pleniſsimè And.Barba.refert uarias opi.docto.
diſputantium,an & quando clericus faciat fructus ſuos, & poſ-
ſit de illis diſponere,tam inter uiuos,quàm per ultimam uolun-
8 tatem.†Et licet quo ad alios fructus,diuerſimodè doctores fue
rint locuti,tamen quo ad huiuſmodi quotidianas diſtributio-
* nes * communiter concludunt ꝙ illas percipientes faciunt ſuas
proprias,& ipſarum nanciſcuntur uerum dominium,ut eſt tex.
expreſſus in d.c.unico.quem adducit ibi Gemi.in uerſi. qui ue-
ro.in iij. notab.& Phil.Francus ibi,in ult.notab.dum text.ille
uult,ꝙ non reſidens percipiens diſtributiones non facit ſuas,
nec habet ipſarum dominium,ergo reſidens facit ſuas,& ipſarũ
nanciſcitur dominium,ut firmat idem Gemin.in d.conſi. lxxxv.
9 col.iiij.uerſi.in caſu.in prin.†Et demum in diſcurſu dicit, pro-
culdubio iſtud procedere,quando tales diſtributiones, re ipſa
& actualiter fuerunt realiter habitę, & receptæ,dubitat tamen
ibi quid quando non fuerunt realiter habitæ,& reſidentes erant
10 creditores ipſarum,de quo ſtatim dicetur. ¶ †Adeo enim tales
diſtributiones efficiuntur propriæ intereſſentium,ut de ipſis eo
rum arbitrio poſsint teſtari, ut dicebat Gulielmus de monte
Laud.ubi ſupra relatus a Geminiano in d.conſi.lxxxv.col.iij. &
d.c.unico.§.qui uero.in ij.notab & ibi hoc firmat Philip. Fran.
in ultimo not.allegando conſi.Oldrad.& deciſ.domi. de Rota.
prout facit idem Fran.in d c.præſenti.col.vj.uerſi.ſed bene po-
terit teſtari.& Benedict.Capra,utrobique, & Card. in d.clem.
fi.q.xiij.& Pet.de Anch.in d.c. unico.in ſexto not. dum ſe re-
mittit ad not.per ipſum in d.c.præſenti.ubi diſtinguendo.colu.
fi.uerſi.ſed hic occurrit dubium.iſtud firmat.Prout etiam facit
Barba.in d.c.fi.col.antepen.& Dec.d.conſi.cclxxx.in princip.
11 † Et licet Nicolaus de Vbal.in ſuo trac.de ſucceſ.ab inteſt.cler.
col.xiij.& ſeq.uerſi.vj.quæro adducat aliqua contra hanc com
munem concluſionem. Tamen ipſemet ibi fatetur hanc opinio
nem in iudicijs teneri,& communem obſeruantiam eſſe ſecun-
dum hanc opinionem,quod poſsit teſtari,& de illis diſponere,
ut refert & ſequitur Soci.conſi.xcj.Caſus ſuper quo col. iij. nu.
iij.Et in præſenti non oportet de hoc dubitari,cum ex themate
& facti narratione de qua ſupra,pro abſoluto iſtud habeatur, &
12 alias fuerit obſeruatum.†Et ꝙ de iſtis diſtributionibus ipſi cle
rici poſsint teſtari,& aliter diſponere ipſorum arbitrio,ſatis ſua
detur,nam ex labore & ſeruitio perſonali propter reſidentiam
& intereſſentiam illas quærunt,& ſic ea induſtria,& intuitu per
ſonæ & laboris ac ſeruitij,quo fit ut de illis poſsint eorum arbi-
trio diſponere,ſicuti poſſunt de alijs bonis ita quæſitis,eſto ꝙ ta
lia quæſita dependerent a dignitate clericali.c.quia nos.ubi ple
ne not.& in c.relatum.el ſecundo extra de teſtamen.tradit Bal.
& alij in auth.licentiam,C.de epiſ.& cler.Card.& Imol. in d.c.
fi,de pecul.cler.in pen.notab.& ibi Barba.col.j. & ad id faciũt
nota.per omnes,in d.c.in præſenti.& plura accumulant Alexã.
conſi.cxvj.Viſo chirographo.colu.fi.nu.v.uol.vij.prout etiã fa-
cit Soc.in d.conſi.xcj.col.iij.in j.dubio,nu.ij.& tertio,& col. v.
uerſi.circa ſecundum,nu.vj.Prout etiam plura adducit Cor. cõ
ſi.cccxiiij. Videtur in præſenti.col.iij.& ij.uol.iij.Sequitur ex i-
ſtis,quod ipſe dominus Toninus poterat de dictis diſtributio-
nibus duorum annorum incanepatis,ſibi debitis, pro præterito
ſeruitio teſtari,& a fortiori inter uiuos,de illis diſponere, & il-
las donare prout dedit,conſequenter talis donatio erit ualida
& firma, ſicut ualida & firma eſſet diſpoſitio, ſi teſtatus eſſet.
13 † Valet enim argumentum & illatio de contractibus ad ulti-
mas uoluntates,& de ultimis uoluntatibus ad contractus,quan
do utroque caſu eadem militat ratio,& de uno ad aliud non po
teſt diuerſitatis ratio aſsignari, prout eſt in caſu præſenti, & eſt
tex.& ibi omnes tradunt in l.quæ de lega.de lega.j. cum cõcor.
14 † Quinimmo & fortius,clerici magis de fructibus poſſunt di-
ſponere inter uiuos donando quàm teſtando,ut dicit Car.in d.
cap.fi.de pecul.cler.quem refert ibi Barba.col.mihi aj.uerſic. ſi
uero uult diſponere,& etiam firmant doctores in d.c.præſenti.
unde ſi permiſſa eſt teſtamenti factio,in iſtis quotidianis diſtri-
butionibus a fortiori,& proculdubio,permiſſa erit,& ipſa do-
natio inter uiuos,authentica multo magis.C.de ſac.ſan. eccleſi.
15 ea.cum in cunctis de electio. † Et quod inter uiuos de talibus
diſtributionibus & alijs quæſitis ex induſtria perſonæ, clericus
poſsit donationem facere,& donatio ualeat,tenet expreſſe Soc.
in d.conſi.xcj.col.v.uerſi.circa ſecundum,uol.iij.illa ratione quia
de iſtis põt ad libitum diſponere,& rei ſuæ quilibet eſt modera-
tor & arbiter,item quia ſi poteſt teſtari de illis ergo & eas dona
re,cum facilius clerico permittatur donatio, quàm teſtamenti
factio,ut patet ex nota.in c.ad hæc, extra de teſtamen. & de do
natione eſt tex.in auth.præsb.la.j.C.de epiſ.& cler. & alia ad-
ducit ibi Soc.dicens hoc procedere ſine aliqua dubitatione, &
ꝙ clericus poſsit iſta donare expreſſe tenet Corn.d.conſil.ccc-
xiiij.col.ij.& per totum,uol.iij.& ſentit Alex.d.conſi.cxvj. uol.
16 vij.†Et confirmantur iſta,nam docto. loquentes de iſtis diſtri-
butionibus dicunt quod clericus poteſt de illis teſtari & diſpo-
nere,ut affirmant in d.c.unico.& Gemi.d.conſi.lxxxv.col.iij.&
Card.in dicta clem.fi.q.xiij.Et ly.uerb.diſponere, referendum
eſt ad actum inter uiuos, Nam de teſtamento dictum erat per
illud uerbum teſtari,alias uerbum diſponere,fruſtratorium eſ-
ſet contra nota.in l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.ut leg.no, caue. &
ita in terminis noſtris ſuadetur. per tex.in d.c.ad hæc in illo uer

bo diſponere, ut ſenſit Soc.d.conſi.xcj.nu.vj. Nec prædictis ob-
ſtat, ſi dicatur de plano ſuperius dicta procedere, ſi tales diſtri-
butiones fuiſſent expreſſe donatæ uerum in donatione de illis
nominatim nihil dicitur, ergo donatę non uidentur. Nam ceſſat
obiectio ex illis uerbis, & quibuſcunque creditis, quæ ipſe do.
Toninus donans habet cum alijs perſonis, & contra alios quoſ-
cunque, per quæ uerba patet aperte do. Toninum fratri ſuo de-
diſſe quæcunq; credita quæ tunc habebat inter q̃ inficiari nõ po
17 teſt fuiſſe creditum præſens, ꝯſequenter illud datum fuit. † Nã
qui omne dicit, nihil excludit. ca. ſolitæ. de maio. & obed. ca. ſi
Romanorum, uerſi. dicendo, xix. diſtin. uulg. l. Iulianus. de leg.
iij. & ſic iſtud creditum non uidetur excluſum, quinimmo inclu
18 ſum, in ipſa donatione. † Tum etiã, quia illa uerba quibuſcunq;
& illa contra alios quoſcunque, ita ampla & generalia, tale cre-
ditum complectuntur, ut in ſimi. dicunt Moderni. allegan. plu-
res deciſ. in l. quædam. §. nihil. ff. de edendo, & in l. j. §. nunciatio.
ff. de no. ope. nunc. per Aret. & Moder. in l. Gallus. §. etiam ſi pa
19 rente. ff. de libe. & poſth. † Et etiam quia in contractibus nullũ
uerbum poteſt nec dẽt cenſeri appoſitũ ſine effectu operandi,
ut tradit Bal in rub. C. de contrah. empt. in ix. q. & Moder. pap.
20 plura accumulant in l. ait prætor. in prin. ff. de iur. iur. † Et etiã
quia ipſe do. Toninus tempore dictæ donationis, habebat tale
creditum, in quo illa uerba quæ habet denotantia tẽpus pręſens
optimè uerificantur & conſequenter iſtud creditum includunt
ita punctaliter in terminis noſtris concludit Soc.d. conſi. xvj. co
lu. v. & vj. nu. vij. viij. & ſeq. ubi plurib. rõnib. & deciſ. iſtud fir
mat, quæ uideri poſſunt & ulterius iſta confirmantur, nam cum
de iſtis diſtributionibus clericus uel canonicus poſſit ſuo arbi-
trio diſponere per teſtamentum, ut eſt communis concluſio, de
qua dictum eſt ſuperius, & iſtud procedat generaliter dummo-
do quod teſtamentum ſit factum, nec diſtinguitur an in teſta-
mento nominatim ſit prouiſum de iſtis diſtributionibus uel ne,
nam ad hæredem uniuerſalem deferuntur, ſi de illis aliter nomi
natim teſtator non diſpoſuit, & nullus iſtud inficiatur, pariter
ergo dicamus, quando facta eſt generalis donatio, ſub qua attẽ
tis uerbis comprehenditur tale creditum, ut illud donatum ui-
deatur, licet nominatim de eo non ſit dictum, prout eſt quando
ſit teſtamentum. Et ualidum ſit argumentum de teſtamento ad
21 donationem, ut dictum eſt. † Et quia expreſſum uerbis generali
bus comprehenſum etiam dicitur ad plenè notata, per Barto. &
alios in l. j. in ij. q. ff. de uulg. & pup. & per eundem, in l. ſi quis in
prin. teſtamenti, de lega. iij. argumento etiam eorum quæ habẽ
tur in l. j. §. & generaliter. ff. de legatis præſtandis. & in l. in frau-
22 dem. §. fi. ff. de teſtamento militari. ¶ † Nec contra ſuperius cõ-
cluſa habent obſtare ea quæ circa has diſtributiones actu & re
ipſa fuiſſent datæ, & aſſignatę, prout dicit Dec.d. conſi. cclxxx.
nu. j. & per totum, nam quando realiter & actualiter non fuerũt
aſſignatæ, ſed ſolum canon. & clericus deſeruiens remanſit cre-
ditor ipſarum ut eſt in caſu præſenti ipſe concludit conſideran-
do argumentum a nomine, ꝙ non debeantur, ſi redditus groſſę
non ſufficerent pro illis, qui de præſenti inſeruiunt, ex quo nõ
debentur diſtributiones ultra redditus qui percipiuntur ex cõ-
muni menſa, & ad dictos redditus diſtributiones debent limi-
tari & reſtringi, ita ut ſi non ſufficerent pro ſolutione illorum
qui de præſenti inſeruiunt & aliorum creditorum de præterito
ſeruitio non ſit ſatisfaciendum, ſed illis ſolum qui in præſenti
inſeruiunt, ne alias cultus diuinus deſeratur, ut diffuſius per eũ.
23 † Nam dico in caſu noſtro canon. inſeruientem fuiſſe effectum
uerum creditorem illarum diſtributionum pro duobus annis
præteritis, quo caſu illi debentur, cum a pari procedant ſoluere
uel promittere. l. ſi. C. ad leg. Falc. l. ſi patronus. §. j. ff. de don. &
paria ſint, ꝙ actu fuiſſent ſolutę, uel ꝙ debeant ſolui dummodo
ꝙ ſeruitium fuerit præſtitum ſecundum ordinationem eccleſię.
24 † Difficultas enim exactionis non impedit ipſam obligationẽ.
l. continuus. §. illud. ff. de uerb. obl & procedunt iſta quando in
ter prædicta non poteſt congrua ratio diuerſitatis aſſignari, ut
eſt iſto caſu, ut etiam ſenſit ipſe Dec.d. conſi. clxxx. in prin. & ab
ſurdiſſimum eſſet ac rationi incongruum, ꝙ qui ſeruitium præ-
ſtitit debeat ſuo ſeruitio fraudari cõtra omnia iura communia,
quo fit, ut licet actualiter non ſint ſolutæ diſtributiones, tamen
peti poſſunt & ſolui debent, prout alias fuit obſeruatum in d. ec
cleſia, ut patet ex themate ſuperius annotato, quãdo cano. poſt
duos annos, quibus inſeruiuit ſi non reſidet, poteſt in uita exi-
gere dictas diſtributiones incanepatas duorum annorum præ-
teritorum, unde ſi non exegit poteſt eius ſucceſſor uel donata-
rius illas exigere qui ſuccedunt in ius canonici, & quo ad hanc
exactionem illum repræſentant, & ſicut canonicus poterat ita &
& ipſi in auth. de iureiu. a moriente præſtito. in prin. & per totũ
ſi. C. & extra de don. & in caſu præſenti ceſſant rationes addu-
ctæ per Dec. in d. conſi. nam menſa communis eccleſiæ Cathe-
dralis Bergomi eſt ſoluendo & ſufficiens ut ſoluatur illis qui de
præſenti inſeruiunt & interſunt, & etiam ut ſoluantur diſtribu-
tiones creditoribus ipſarum, qui deſeruierunt pro annis duob.
præteritis, cum tales diſtributiones annorum præteritorum fue
rint incanapatę & ſic extent, ita ꝙ ipſarum facta ſolutione cre-
ditoribus non propterea defraudabitur cultus diuinus, ex quo
inſeruientibus de præſenti poteſt ſatisfieri, cum in menſa com-
muni adſint redditus ſufficientes, & pro ipſorum ſatisfactione,
& pro exactione creditorum præteritorum qui inſeruierunt, &
quibus pro duobus annis præteritis debentur diſtributiones
pro dicto tempore incanapatæ. ¶ Quo fit ut cum in caſu præ-
ſenti ceſſent omnes rationes adductæ per Dec. dicẽdum ſit eius
conſi. non obſtare, quinimmo potius facere pro hac concluſio
ne ac ceſſantibus rationibus, quibus motus fuit ad conſulen-
dum. uulg. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. cap. cum ceſ-
ſante. extra de appel. & ipſemet Dec. iſtud ſenſit in d. conſi ma-
xi. in fi. & patet ex alio conſi. doct. piſani, poſito inter conſi. De
ci. in ij. uol. in fi. quod ab ipſo Deci. fuit confirmatum in d. ſuo
conſil. Et licet diſtributiones ab actu nomen ſumpſerint, non
propterea ſi actu, & horerim non dantur, ſequi debet, ꝙ non
poſſint exigi, & ꝙ non debeantur, & ꝙ non debeat ſequi effe-
ctus qui reſultaret ſi actu darentur, ut experientia nos docet,
nam non dietim nec horerim actu dantur, ſed in fine menſis uel
ebdomadæ, uel quatuor uel ſex menſium, ſecundum eccleſia-
rum conſuetudinem, & obſeruantiam, quæ tanquam optima
rerũ magiſtra attendenda & ſeruãda eſt. c. quam ſit de elec. lib.
vj. ex quibus remanet abſolutum primum dubium, & quæſtio
25 formata in themate. ¶ † Quo uero ad ſecundum, & ultim. du-
bium & quæſtionem ſecluſa donatione prædicta dico, ꝙ ue-
nientes ab inteſt. & domi. Tonino ita ſuccedentes, poſſunt etiã
in iſto credito diſtributionum illi ſuccedere, nam cum tales di-
ſtributiones fuerint quæſitæ ex induſtria perſonali, & labore
diurno, & intuitu perſonæ, in illis domi. Toninus habet ſucceſ-
ſores ab inteſt. quos habet in alijs bonis per eum quæſitis eius
induſtris ſeruitio & labore, etiam ſi haberent dependentiam a
26 dignitate clericali † ut habetur in c. j. ij. & iij. de ſuc. ab inteſta.
ubi doct. omnes & in cap. ſi. xlj. q. ulti. & in c. quia nos. & ca re-
quiſiti. ubi gl. & omnes docto. plenè tradunt extra de teſtam. &
plenè habetur in d. c. fin. de pecul. cleri. ubi doct. omnes iſtud fir
mant adducentes iura & deciſ. concluſ. hanc probantes, ratio-
ne etiam uallatas concludentes eas tranſmitti, ad ſucceſſores.
ab inteſt. & ad id plura adducit Corne. conſiderando rationes
& deciſ. adductas per alios, in d. conſ. cccxiiij. col. ij & per totũ,
& magis in ſpecie iſtud firmat Soc. in d. ꝯſi. xcj. col. v. uer. circa
tertium, uol. iij. & bene faciunt quę accumulat Alex. in d. conſi.
cxvj. col. ſi. uol. vij. & q̃ hñr per illum text. in auc. licentiam. C.
27 de epiſ. & cler. & in. §. præsb. in auc. de eccleſ. titu. ¶ † Et opin.
iſta in iudicando teneri debet, nam ſecundum ea eſt communis
obſeruantia, quæ minimè alteranda eſt l. minimè. ff. de legibus
ut punctaliter dicit Nicolaus de Vbal. in d. tract. de ſucceſ. ab
inteſt. cler. col. xiij. & duab. ſequent. in ſexta quæſt. princip. uer-
28 ſicu. & hæc diſputationis cauſa. ¶ † Et licet ibi aliqua dicat in
contrarium, tamen non eſt ab iſta recedendum ut punctaliter
dicit Socin. in dicto. conſil. xcj. columu. tertia. nume. tertio. Et
facit illa trita & communis regula, ꝙ in iudicando non eſt a
communi opinion. & obſeruantia recedendum, ut per Abba. &
alios Modernio. in capitu. primo de conſtitu. column. penulti.
& in capit. nouimus. de uerborum ſignific. per Alexand. in con
29 ſili. xcv. Viſis. colum. ſecunda uolum. quinto. ¶ † Nec prædictis
obſtat textus in capitu. relatum. de teſtamen. & quæ tradit gl.
& doctor. in dicto cap. præſenti cum concordan. quibus uidetur
caueri, quòd clerico, ab inteſt. decedenti, debet ſuccedere eccle
ſia, ſeu collegium clericorum. ¶ Nam procedunt in fructibus
præbendarum & aliorum beneficiorum, & in alijs acquiſitis in-
tuitu eccleſiæ, non autem in huiuſmodi diſtributionibus quo-
tidianis, & alijs ſimilibus quæſitis canonico uel clerico ſuo la-
bore, ſeruitio perſonali, eius induſtria, & intuitu perſonæ, ut
dictum & concluſum eſt ſuperius rationibus. & deciſion. qui-
bus ſupra. Pariſius Paduæ.

S V M:

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopas an poßit uiſitare fraternitates, & loca pia, & per totum.*
Epiſcopus habet fundatam intentionem, quo ad omnes eccleſias, & loca religioſa, & pia, exiſtentia in eius diœceſi.
2 *Fallit niſi contrarium oſtendatur.*
3 *Epiſcopus poteſt uiſitare locum pium.*
4 *Fraternitas an dicatur locus pius.*
Locus pius dici uidetur in quo exercentur opera pietatis,
5 *Relicta alicui fraternitati pro animabus defunctorum, dicuntur relicta ad pias cauſas.*
6 *Fraternitas tenens hoſpitalitatem, an ſubſit epiſcopo.*
7 *Perſonæ commorantes in loco fraternitatis, uidetur miſerabiles, et ſuppoſitæ Epiſcopo.*
8 *Collegium leproſoram, eſt religioſum, & ad epiſcopum ſpectat ipſum uiſitare, & cognoſcere an bona deputata ad uſum perſonarum miſerabilium diſtribuantur ſecundum uoluntatem relinquentium.*
9 *Fraternitas conſtructa per laicos, non ſubeſt epiſcopo.*
Laici propria auctoritate, poſſunt conſtruere locum & fraternitatē & apponere modum & formam illam gubernandi.
10 *Locus prædictus, & fraternitas, non dicitur locus ſacer nec religioſus.*
11 *Epiſcopus in illo non habet inſtitutionem nec deſtitutionem.*
12 *Locus prædictus poteſt deſtrui ad nutum laicorum ædificantium, etiā ſi ibi eſſet oratorium ſeu altare.*
13 *Locus prædictus eſt priuatus non publicus.*
14 *Locus prædictus, non eſt ſacer nec religioſus, & nu. 18. & ſeq.*
15 *Esto ꝙ in tali loco, eſſet campanella, uel altare portatile.*
Locus religioſus. ſeu ſacer non conſtituitur ex prædictis.
16 *Locus prædictus dicitur priuatus, nec uenit appellatione pij loci.*
Nec poteſt uiſitari.
17 *Dicitur enim locus prophanus.*
18 *In tali loco ceſſant priuilegia conceſſa locis religioſis, & pijs.*
19. *Talis loci bona poſſunt ad libitum alienari, ſine ſolennitate, & numero. 25.*
20 *Fraternitates ita conſtructa non dicuntur loca pia.*
21 *De iſtis locis iudicandum eſt, ut de alijs prophanis,*
22 *Nec illis conceditur in integ. reſt. quæ locis pijs ſolet concedi.*
23 *Fraternitatis prædicta non ſunt loca pia, & relicta illis in ultima uolun. neceſſario requirunt ſolennitates iuris communis, nam non ſunt loca pia.*
24 *De legatis factis iſtis fraternitatibus, pōt detrahi quarta trebelli.*
26 *Sunt. n. loca ſecularia, licet legata eis facta ſint ad pium uſum.*
27 *Fraternitates battutorum, an ſint loca pia, & quo ad quæ.*
Epiſcopus ſuper iſtis locis, & bonis ipſorum, & adminiſtratoribus, nullam habet iuriſdictionem, & nu. 35.
Subijciantur enim iudici ſeculari.
30 *Epiſcopus non poteſt ſe intromittere ſuper redditibus dictorum locorum, nec contra adminiſtratores, & nu. 31.*
31 *Adminiſtratores dictorum locorum poſſunt ipſorum arbitrio diſtribuere bona, nec poſſunt ab aliquibus iudicibus etiam ſecularibus moleſtari.*
32 *Epiſcopus, ſuper dictis locis, non poteſt deputare nouos adminiſtratores.*
33 *Epiſcopus non habet ius uiſitandi dicta loca, nec exigendi procurationem.*
34 *Nec in dictis locis habet iura epiſcopalia.*
Viſitatio quæ lege conceditur epiſcopo.
35 *Viſitatio an poſſit fieri in loco in quo non eſt deputatus rector, ſeu capellanus perpetuus.*
36 *Iuriſdictio contra aliquos, an cenſeatur ex obſeruantia per aliquos actus adminiſtrata.*
37 *Collegium non moritur.*
38 *Epiſcopus an poſſit uiſitare talia loca mortuo ædificante priuato, ad effectum uidendi an relicta dictis locis bene diſtribuantur.*
39 *Loca prædicta dicuntur loca approbata, & collegia licita.*
Et ſunt capacia recipiendi relicta, & oblationes.
40 *Potiſſimum ſtante longæua conſuetudine.*
41 *Epiſcopus dominus temporalis, non poteſt ſe in iſtis intromittere.*
42 *Capitulum primum, de cenſib. lib. vi. Paragrapho deinde, cum ſi. in quo loco pio uerificentur.*
43 *Epiſcopus habet facultatem in iſtis locis priuatis uiſitandi, & inquirendi, ad effectum, ut uideat an ibi fiat illud propter quod locus ſint conſtructas, & an ibi exerceantur ea, ſecundum uoluntates relinquentium.*
44 *Quod procedit mortuo illo qui ædificauit, ſecus ſi uiuit.*
45 *Item procedit data negligentia deputatorum, & nu. 47.*
46 *Item procedit quando loca eſſent conſtructa auctoritate epiſcopi, uel eſſemus in dubio, alias ſecus.*
47 *Item procedit prout poſſet epiſcopus ſe intromittere pro alijs legatis relictis pro anima, & non alīter.*
48 *Et quid ſi legata ſunt relicta fraternitati ſimpliciter.*
49 *Quid etiam ſi adeſſet præſcriptio tanti temporis, in cuius contrariū non extaret memoria.*

CONSILIVM XXXIIII.

1 CIRCA † Reſolutionem præſentis conſul. uidetur
primo dicendum ꝙ ipſe. d. epiſcopus poſſit uiſita-
tare dictum locum, de iure communi habet funda-
tam intentionem id poſſe facere, cum omnes eccle
ſiæ, & alia loca religioſa, & pia exiſtentia in eius diœceſi. ad ip-
ſum, & eius adminiſtrationem pertineant. c. ſi quis epiſcoporū.
xvj. q. ij. c. omnes baſilicæ. xvj. q. vij. & magis proprie habetur in
c. de xenodochijs. & in c. ad hæc. de religio. domi. & in cle. quia
contingit. eo. ti. in clem. & no. in clem. per literas, de præben. cū
2 ſimi. † Qua diſpoſitione ſtante, niſi in oppoſitum aliud oſtenda
tur, ut in c. cum dilectus. de reli. domi. & in c. cum non liceat. de
præſcri. ipſe do. Epiſcopus poterit in dicto loco iura epiſcopalia
3 exercere. † Et ꝙ poſſit talem locum pium uiſitare, uidetur tex. in
c. j. §. deinde ibi, & alia religioſa & pia loca. de cenſi. lib. vj. & no.
4 Abb. in c. ſopitæ. & in c. uenerabili. & in c. fi. de cenſi. † Et ꝙ iſta
domus ſeu locus dicatur pius ſatis patet, quoniam ibi exercen-
tur opera pietatis, ut dicit Spec. in ti. de inſtrum. edi. §. nunc ali-
qua uer. & ſcias, & ponit Abb. proprie loquens de fraternitate
in conſi. xxxj. Ad claram reſolutionem, uol. j. cum alijs adductis
per Fel. in c. de quarta. nu. xiij. de præſcrip. & per Dec. conſ. lxxij.
5 col. iij. uerſi. iij. principaliter. uol. j. † Et potiſſimè iſtud ſuadetur
quoniam illa quæ relinquuntur dictæ fraternitati, pro animab.
defunctorum relinqui ſolent, conſequenter relicta dicuntur ad
6 pias cauſas, ut dicit glo. in l. ſi quis Titiu. de leg. ij. † Et etiam quia
dicta fraternitas tenet hoſpitalitatem, ut dicit Coro. conſi. ccc-
viij. Pro deciſione. col. iij. & iiij. uerſi. prout alias. uol. iij. & cōſi.
7 xviij. Circa hanc. col. v. uerſi. ideo ex his. uol. iiij. † Præterea per
ſonæ commorantes in dicto loco, & fraternitates ſunt perſonæ
miſerabiles, & conſequenter talis locus uidetur ſuppoſitus po-
8 teſtati epiſcopi. c. ij. de eccl. ædifi. ubi Inno. & alij dicunt, † ꝙ col
legium leproſorum eſt religioſum, & ad epiſcopum ſpectat ui-
dere inquirere & etiam uiſitare, ut bona dicti pij loci deputata
ad uſum miſerabilium perſonarum diſtribuantur iuxta uolun-
tatem relinquentium, & an ita fiat, epiſcopus inquirere & uiſita
re poteſt, ut dicit Fede. de Sen. conſi. ſuo. cxj. Quæſtio talis eſt.
col. ij. & Abb. in d. c. ſopitæ. in fi. & in c. fi. de cenſi. & in c. inter di
lectos, in fi. de don. ¶ Iſtis tamen non obſtan. In caſu præſenti,
ſtante ſupra ſcripta facti narratione contrarium eſt ipſa ueritas.
9 † Nam talis domus non fuit cōſtructa auctoritate epiſcopi, ſed
per ipſos priuatos laicos, qui propria auctoritate iure permittē
te, potuerunt ipſam ædificare & apponere modum & formam
prout appoſuerunt, ut eſt tex. formalis in c. ad hæc. & ibi Abb.
in j. nota. poſt Inno. de religio. domi. ubi adducit plura iura idē
probantia, & idem Abb. hoc firmat in d. c. inter dilectos. de do
na. & facit dicta clemen. quia contingit. cum alijs concordan.
10 † Ex quibus patet, talem locum nō eſſe ſacrum nec religioſum,
ut etiam not. communiter Can. in d. clem. per literas. de præbē.
& Bal. in auth. hoc ius porrectum. colu. ij. C. de epiſcop. & cler.
11 ¶ † Volens ꝙ in tali loco, epiſcopus non habeat nec inſtitutio-
12 nem, nec deſtitutionem. ¶ † Cum talis locus poſſit ad nutum
deſtrui ut dicit Abb. in d. c. ad hæc. & in alijs locis ſupra addu-
ctis, & glo. in d. cle. quia contingit. & Bal. in l. orphanotrophos.
C. de epi. & cler. dicit, ꝙ hoſpitale ita fundatum auctoritate pri
uati, non eſt perpetuum nec publicum, nec etiam formatum, li-
cet ibi ſeruet hoſpitalitas de facto, ex quo poteſt dominum pe
nitere, & idem uolt Bal. in l. ſi quis ad declinandam. uer. ſed iux
ta hic quæro. C. de epiſ. & cler. cum alijs adductis per Alexan. in
conſi. ix. Viſis in prio. uol. ij. & conſi. xc. Super eo. col. ij. uol. iiij.
uolentem talē locum eſſe priuatum, & non publicum potiſſimè
quia in eo nulla ſunt ſigna facientia publicum & religioſum.
Io.And.addo uel poſt ʒcti, quæ ſunt uerba Io. And.poſt Hoſti.
& eſt ſatis rõnabile, quia dato ꝯcurſo impetrationis reſultantis
ex uera uacatione, cum reſultante ex putatiua, ꝙ prima præfera
11 tur tanquam ueritas cedat præſumptioni, per iura uulg.† Ad qđ
illa præſumptio non oritur docto de uitioſo ingreſſu tollerati,
12 ut no.Io.And.poſt Hoſt.in d.c.illud col.iij.in prin.† Secundum
principale fundamentũ eſt, ꝙ ubi dicta reſeruatio & commẽda
facta Petro eſſent bonę, uel alias de earũ ualiditate q̃ri nõ poſſet
omnino prætenditur dictam unionem fuiſſe bonam & ſortitam
effectũ ſi nõ obſiſtere cõmenda.P.ſaltim incõtinenti cũ illa ceſ-
ſauit, qñ ius prælati nõ impedit unionẽ ualere, & ſortiri effectũ
eo iure ceſſante, ẽt ſi ab ordinario fiat, clem.ij.de reb.eccle.non
alien.ubi deciditur propterea nõ fore neceſſariam citationẽ præ
lati ſiue rectoris, dum unio fit, tanquã ei nõ præiudicetur, ut ibi
per gl.& alios.& nota.expreſſe Abb. in c.ſicut unire.in fine, pro
quo ṽr eſſe deciſ.uulga.quarta, quinta, & ſexta, de reb.eccle.nõ
13 alie.in antiq.† Dum uolunt ẽt nõ obſiſtere reſeruationẽ quo mi
nus unio ſortiatur effectum ea ceſſante, quia illa fit de proprieta
14 te, reſeruatio uero de titulo beneficij &c. † Et in caſu nr̃o reſer-
uatio nõ põt eſſe in ꝯſideratione, quia iam expirauerat tempo-
re unionis, per commendam factam. p. eum illa tm̃ ut. p. com-
mendaretur facta fuit, argu.c.cum ceſſante.& l.adigere.§.quam
uis.cum ſimi.& not.per Inno.& Abb.poſt alios, in c. inter dile-
15 ctos.de exceſſib. prælatorum. † Nec obſtat quod dicatur, unio-
nem fuiſſe nullam ipſo iure, propter falſitatem cauſæ, qua papa
ṽr moueri ſcilicet quod ipſe prioratus ea reſignatione Martini
uacaret, ex quo unio ad impetrationem, iuxta ꝯſiderationẽ mil.
16 in uerſiculo unio.§.j.† Tum quia hanc nõ reputo cãm inducti-
uam Papæ, propter illam clauſulam, ſiue alio quouis mõ, ſed cã
fuit ipſa eccleſia beatæ Mariæ ad cuius manualitatem perpetuo
dictus prioratus pertinebat, nedum unioni cõſentiebat, ſed pro
ea ſupplicabat, cuius perpetuum præiudicium habuit ꝯſiderare
papa, in perpetua unione, non autem temporale uacationis præ
17 ſentia.† Tum quia cum ipſe Martinus reſignans poſsideret cum
titulo ea eius reſignatione reſultauit putatiua uacatio, quæ non
releuat & eſt in ꝯſideratione iuxta alleg.Lap.de qua ſupra, ẽt ꝙ
nõ ſit diutina, & habeat ꝯcurſum tituli, ut ex aduerſo prætendit̃
ʒ nos, & tunc habemus intentum ex iſta ꝯſideratione. Aut non
releuat per ſupradicta & tunc habetur intentus ex primo funda
18 mento de quo.ſ̃.† Præterea dico ꝙ dictum Io.Mil.de quo proxi
me ſumit fundamentum ex doct.Ioã.And.in c. ij.de fil.præsby.
lib.vj.quam ipſe allegat. In quantum uult, quãlibet gratiam per
ſurreptionem ipſo iure uitiari, reputans ut deprehendi põt, lr̃as
unionis Papæ, æquiparari literis gratioſis, quia alias not. Io. An.
19 non eſſet in propoſito.† Sed deciſiones, q̃ uolunt unionẽ ex fal
ſa cã ipſo iure nõ uitiari, ut tertia in antiq. de reb.eccl.nõ alie.&
ſecunda in antiq.eod.ti. ſumunt fundamentum ex oppoſito, in
quantũ dicunt eã æquiparari ʒctui ſtricti iuris in quo dolus dans
cãm ʒctui nõ uitiat, ipſo iure, ſi æquiparat unionem ʒctui ſtricti
iuris. Idem eſt, ꝙ eſt æquiparare literis ꝯtentioſis, & iuſtitiæ, ut
firmat Io.An.in d.c.ij.dicens ꝙ ecõuerſo literæ gratiæ æquipa-
20 rantur ʒctui bonę fidei.† Et propterea forſan deciſ.Mil.tanquã
aduerſans dictis deciſ. nõ eſſet tuta, ſed ubi cũ dicta doctr.Mil.
eſſet ſtandũ in caſu nr̃o, nõ eſſet admittendũ, in quo ipſa falſa cã
non erat manifeſta ipſis ſupplicantibus & Papę, ſed occulta, &
21 ignota, cũ ipſe Martinus poſsideret ex titulo ordinarij. † Quid
enim ſciebat Martinus, & ipſa ꝯgregatio de reſeruatione in mẽ
te aut cõmenda Petri, ex quo poſſunt reputari doloſi in impe-
trando ut argueretur prætenſa ſurreptio. Tali enim caſu nõ pro
cederet dicta deciſ.ut no.ipſe Mil.ſe ipſum limitando ibidẽ qui
addit ad id Anto.de But.in terminis, in c.cũ apoſtolica.de his q̃
22 fi.a præla.uerſi.uenio ad glo.† Nec obſtat ꝙ dicatur, non ſumi
fundamentũ ea aduerſo ex defectu cauſæ ſed ex eo ꝙ Papa unit
tanquam de uacanti ubi nõ uacabat, quia dico ꝙ uere uacabat,
ſed cõmenda non facit ceſſare uacationẽ primã iuxta. c.ueniꝰ.
& ibi not. de elec. Et uidemus de ſtilo ſemper narrari in literis
23 cõmendę, quia eo mõ uacabat prius.† Nec quo ad hoc ṽr eſſe in
ꝯſideratione, ꝙ de titulo cõmendę ſit facienda mentio de impe
tratione quia id admitto in impetratione tituli ad beneficium,
tanquam illud repugnat titulo commendę, qm̃ utrunque tẽdit
ad adminiſtrationem & fructuum perceptionem, quæ duobus
deberi non põt, ſed non id concedo, in unione quæ nõ de titulo
ſed de proprietate diſponit, ut dicunt dictę deciſio. cui proprie
tati accedunt adminiſtratio & fructus ceſſante quodammodo
uſufructu commendatarij ſiue prælati, quemadmodum uſusfru
ctus ceſſante iure uſufructuarij cum proprietate ꝯſolidatur. de
24 uſufr.per totum.† Rurſus dr̃ ꝙ aut iſta ꝯſideratio uacationis in
Papa, fuit cauſa inductiua, aut non, ſi fuit, non uacauit ipſo iure
poſtquam ea non erat nota, ſed occulta iuxta doct.Ant.de But.
ut.ſ̃.dictum eſt. Aut non fuit cauſa inductiua, ſed impulſiua, &
ea non eſt in conſideratione, poſtquam non fuit doloſe expreſ-
ſa.c.cum ſuper literis cum materia, & iuxta uulga. deciſ. Vltimo
attendatur, ꝙ Martinus tractus in cauſam, deſijt finito anno ſui
prioratus, abſq; ſui dolo poſsidere, & alter ſurrogatus eſt, nec ip
ſa congregatio unquam fuit citata, circa quod quid expediat
fieri, iura ſunt uulgar.

Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Potior et magis prærogatiuus quis dicatur, an clericus cameræ apoſtolicæ, uel abbreuiator de maiori. & ſeq.*
Magis prærogatiuus, an dicatur, primo nominatus, uel reſpectu maioris adminiſtrationis.
Et quid ſi abbreuiator eſt deſcriptus, & adæquatus, inter familiares pontificis.
2 *Adæquatus alijs, ex quibus uerbis iudicetur.*
3 *Et quid ſi in priuilegio adæquationis, eſt clauſula, perinde ac ſi &c. uel clauſula, in omnibus & per omnia.*
4 *Princeps hanc adæquationem facere poteſt.*
5 *Verba illa, in omnibus & per omnia, deſcribimus & annotamus importans omnem ſubſtantiam & qualitatem.*
6 *Et excludunt omnem differentiam inter illa duo ſubiecta.*
7 *Clauſula, mandans ab omnibus iudicibus, ita iudicari, & diffiniri, quid importet.*
8 *Geminatio coniungit iuris intellectum ueritati.*
9 *Geminatio inducit electionem induſtriæ & ſcientiam illis ad quos refertur.*
10 *Indultum habet uim iuris ſingularis, reſpectu illius cui conceditur.*
11 *Præferendus eſt ille qui fulcitus eſt in prærogatiuis, pluribus qualitatibus ibi annotatis.*
12 *Idem in eo qui pluribus ſuffragijs eodem tempore eſt decoratus.*
13 *Originarius præferendus eſt alijs in beneficijs uacantibus in ſua patria.*
14 *Originis & patriæ cauſa quamplura indulta ſunt.*
15 *Doctoratus dignitas, multum attendi debet.*
16 *Scientia & literatura ualde conſideratur in beneficialibus, & in reliquis maximè quo ad prælationem.*
17 *Præferendus eſt illi, qui eſt magis qualificatus.*
18 *Et quid ſi prærogatiua conceſſa clericis, derogent indultis, & illis qui habent ad inſtar ſub quibuſuis uerbis.*
19 *Ex proœmio & narratiua, colligitur cauſa, & mens finalis concedentis.*
20 *Priuilegium conceſſum aliquibus, poteſt per papam concedentem tolli & ſubuerti.*

CONSILIVM XXXVIII.

LICET R. d. A clericus cameræ apoſtolicæ in hac cauſa canonicatus & præbendæ ex eo potiſsimū prætendat ſe potiorem. d. Io. literarum apoſtolicarum abbreuiatori, quod in regulis prærogatiuarum ſit pri-
1 mo nominatus. † Item quod maioris ſit dignitatis reſpectu maioris adminiſtrationis, iuxta. l. quoties. ff. de uſufru. iunctis not. per Io. And. in c. de multa. extra. de præb. præmiſsis tamen non obſtā. dictum. d. Io. omnino potiorē ac præferendū eſſe dico rōne ſuæ deſcriptionis, & adęquationis, inter familiares pontificis, ut ſic eadem rōne iure, ac priuilegio præferatur clericis, quo ueri familiares deſcripti eiuſdem Papæ illis uirtute prærogatiuarum, & deſcriptione præferuntur hoc demōſtratur ex ſenſu uerborum indulti, ibi, non ad inſtar ſed pariformiter. & ibi, in omnibus & per
2 oīa, & iunctis uer. deſcribimus & annotamus. Quæ uerba affirmant ipſum. d. Io. eſſe uerum familiarem deſcriptū, ſecundum ueritatē & proprietatē, quoniam dicta uerba ſunt expreſsiua ueritatis, & proprietatis, potiuſquam improprietatis & fictionis ſignificatiua, ut declarat Bar. in l. ſi is qui pro emptore. in iij. q. princ. cir. fi. ff.
3 de uſucap. † Iſtud etiam demonſtratur per uer. perinde, in bulla poſitum ibi, perinde ac ſi in primis literis, cuius natura eſt, maximè iunctis uer. in omnibus & per oīa, ut importet omnimodā ſimilitudinē, & totalē identitatē, ſecundum Bal. in l. ſed ſi. l. §. quod aūt. uerſi. perinde, quàm legit cū. l. utrum aūt. ff. de peti. hære. bonus tex. in l. mu-
4 lierē. C. de adoptio. & per doc. in l. j. de lega. j. cū ſi. † Ex ipſis enim uerbis, nouū ſubſtantiatū eſt negociū, quod fuit in poteſtate principis facientis, ut dixit Bal. in proœmio feud. in tertia diuiſio. uer. iij. dubitatur. ibi, nō tamen nego quin ea illia &c. præſertim ea quo utitur clauſula, ex
5 certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis. † Nā dicta uer. in oībus & per oīa, iunctis uer. deſcribimus & annotamus, importāt oēm ſubſtantiā & qualitatem antiquę familiaritatis, argu. tex. cū no. ibi per Ang. in l. ij. §. furioſus. ff. de iu. codi. & idem Ange. in l. in negocijs. ff. de reg. iu. & quod no. Bal. in l. oēs populi col. pe. uerſi. ſed pone quod ſtatuto. ff de iuſti. & iur. & in l. omnia priuile-
6 gia. C. de epiſc. & cleri. † Et enim dicta uerba ſunt tantę importantiæ ac ſubſtantiæ & effectus, quod inter duo ſubiecta, nō debet eſſe aliqua differentia, id eſt oī caſu iudicare debemus de d. Io. tanquam de uero & antiquo familiari deſcripto, hoc probatur per doctrinam Bal. in c. j. in titulo an agna. uel fil. defun. prout etiam
7 in fi. ſui indulti mādatur. † Ex quo enim Papa ita mādat ab omnibus iudicibus iudicari, & diffiniri, non pōt aliter fieri, cū neceſſe ſit iudicibus indultū iſtud tanquam legē imitari. l. j. §. hunc igitur. C. de iuſti. codic. confir. & ſi aliter fieret, id totū Papa annul-
8 lat, ut in fi. indulti exprimitur. † Et etiam eſt ulterius ponderandum quod illa uerba ſunt geminata, quo caſu coniungunt iuris intellectū ueritati, ſecundum Bal. in j. cōſti. digeſtorū col. iiij. §. fin. in l. j. ff. quod
9 quiſq; iur. & conſi. cclviij. Hunc eſſe uſurariū. † Nā per iſta uerba geminata, dicitur electa induſtria & ſciētia. d. Io. uerba. n. geminata relata ad perſonā dicuntur eligere induſtriā perſonæ, ſecundum Bald. per illū tex. in c. fi. ubi Abb. in fin. prin. extra de off. dele. Papa enim per illud indultū, fecit eū uerum familiarē, ac deſcripſit & notauit, nec potuiſſet amplioribus uerbis, & titulis uti, ad faciendū eum
10 talē qualē deſcripſit. † Iſtud enim indultū eſt quoddā ius ſingulare. d. Io. conceſſum quod operatur ut oīa quæ in eo ſcripta ſunt. habeantur & cenſeantur, ac ſi uera in bulla deſcriptorū forent deſcri-
11 pta argu. l. ij. §. codicillorū. ff. de iur. codi. † Eſt etiam eo magis præferendus, quia pluribus qualitatibus annotatis in prærogatiuis, fulcitus eſt, ideo magis præferendus, ut dicit imperator in l. iij. uerſi. nā ſi uſurpauerit, ibi, ſuper prouidemus unumquemq; ſecundum labores ſuos, ad meliores gradus & maiores dignitates producere. C. de off. præf. præto. afr. iuncta. l. ij. ibi, ut is gradus cæteros antecellat quē ſtipendia meliora, uel labor prolixior fecerit anteire.
12 C. de off. magi. off. † Cū enim eorū potior habetur, qui pluribus eodē tempore ſuffragijs decorati ſunt ait tex. in l. ſpurij. §. priuilegijs. ff. de decur. facit. l. j. & ij. ff. de alb. ſcrib. l. reſtituendę in fi. C. de aduo. diuer. iu. Nā Pōtifex memor bene geſtorū & antiquę familiaritatis & ſeruitutis dicti d. Io. dū in minoribus exiſteret, quod plurimū afficit, quod bene cōſiderandū eſt, ut dicit Imperator in l. cum propria ibi, tuamq; magnitudinē quę nobis ex ante geſtis optime cōmēdata eſt. C. de off. magiſt. mil. Papa indultū ſibi conceſsit.
13 † Secūda qualitas priuilegiata eſt rōne originis. d. Ioā. cuius eſt eccleſia. canonicatus & præbenda, ut dicit tex. in l. fi. ibi, ſed hi tantummodo. ut dictū eſt qui hic domicilium fouent. C. de of. præto.
14 Nā cā originis, ſemper prævalere debet. l. aſſumptio. ff. ad munici. gl. in l. ſi adoptionē. C. de adoptio. Et ideo quando eccleſia eſt paſtore deſtituta debet ſemper unus eligi de ipſa eccleſia, alias electio nō tenet. c. ne pro defectu extra de elec. & eſt rō, quia benemeritis peregrini & extranei, & qui ante ignoti ſunt, ad excluſionē eorū qui bene ciuiū ſuorū teſtimoniū merentur præponi nō debēt, ait tex.
15 in c. nec emeritis. l. aj. diſtin. † Tertia eſt qualitas doctoratus, quę magna eſt, ut in l. magiſtros. C. de profeſſor. & med. li. xij. & c. quāto.
16 de magiſtris. † Papa. n. miſeratus laborū. d. Ioānis quos paſſus eſt ut ad dictā dignitatē perueniret, quæ & quāta ſit colligit ex no. in tex. in auth. habita. C. ne fil. pro patr. uoluit ac ſibi condignū uiſum fuit ipſum. d. Ioannē præmijs principalibus remunerari. l. laudabile. C. de aduocatis diuerſ. iudic. Et iuſte quidē princeps facit, doctores præmiari cū eodē patrocinio, patriā parētes ſaluēt ac laborātiū ſuo munimine, ſpē, uitā, & poſteros defendunt. l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iud. & ideo imperatores nobiliſsimos appellat, propter eorū ſcientiā. l. prouidendū. C. de poſtulan. ubi no. quod ſcientia nobilitat de quo plenè per Bar. in l. j. C. de dignita. li. xij. Quarta uero qualitas eſt abbreuiatoria de parco maiori, quę principaliter & inter alias dignitates & officia, ro. cur. in prærogatiuis poſitis & prærogatiuatur, ut patet ex oībus clauſulis & prærogatiuis, unde licet ambo ſint pares in diligētijs & gratijs, & do. A. in prærogatiuis tanquā clericus camerę apoſtolicæ ſit primo nominatus. Tamen d. Io. ei præfertur, tanquā magis prærogatiuus, primo quia eſt uerus familiaris deſcriptus, ſecūdo quia antiquus familiaris. facit. l. j. ibi, antiquiſsimus quiſq;. ff. de albo ſcribē. tertio rōne eiuſdē originis. quarto rōne, doctoratus, quinto rōne abbreuiatorię ut dixi, quæ oēs qualitates ſunt ſingulę prærogatiuę in
17 regulis & conſtōnibus cancellarię. † Et ideo tanquam magis qualificatus, eſt illi præferendus, per d. l. iij. & d. l. ij. & alia iura prææl-
18 lega. † Non obſta. quod in regula prærogatiuante clericos, derogetur indultis, ſeu habentibus ad inſtar, ſub quibuſuis formis & uerbis, & clauſulis fortiſsimis derogatorijs &c. quia in eadē regula prærogatiuatur etiam abbreuiator, itē quia dicta regula non derogat prærogatiuis deſcriptorū, neq; loquitur de reſcriptis per indulta, modo hic caſus eſt omiſſus neq; loquitur de uiro multipliciter qualificato, argu. l. ſed & reprobari. §. j. uer. ualde diſciplinatos. ff. de excu. tu. unde cū dictum indultum conceſſum. d. Ioan. non

modo ȝcedatur ad inſtar, ſed ulterius progrediaẽ, ipſum deſcri-
beodo inter ueros familiares Papæ, non cenſetur ei derogatum.
Præterea dum Papa deſcribit. d. Io. tollit & derogat prærogati-
uis clericorum, & alio ȝ denominatorũ in regula excep. deſcrip.
ut apparet in narratiua & diſpoſitiua, & inſertio regulæ fuiſſet
ſuperflua, & inutilis, φ non eſt dicendum cum fuerit inſerta, &
15 narrata, ad iſtos effectus. † Et iſta narratio multum ꝓfert, quia per
eam demonſtratur cauſa finalis Papæ, φ ſenſerit & uoluerit nar
rando illam nam eius intentio fuit, ut illi derogaret. prout ex-
preſſè fecit. Nam iſtæ narrationes ſeu proœmia, oſtendunt cau-
ſam finalem, ut dicit Bal. in l. j. C. de iuſt. cod. confir. & in præ-
lud. feu. in ij. col. uerſ. tractatus ergo vr. ubi allegat tex. in l. fi. ff.
20 de hær. inſt. & illi eſt ſpecificè derogatum. † Eſt ergo ſublatum
priuilegiũ clericorũ cũ papa de eo expreſſam fecerit mentionẽ,
& illud tollat, per not. per Bal. in l. j. col. j. C. de iuſti. cod. confir.
Ideo qualitas clericatus cameræ, nullo modo præfertur quia quã
unum determinabile poteſt alia determinare, debet ea æquali-
liter determinare. l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pup. l. quãuis. C.
de impub. & alijs ſubſtit. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Regula cancellaria decernens beneficii reſignatum uacare per mortẽ ſi prouiſus infra ſex menſes &c. quando & quo caſu procedat, & locum habeat, & ſeq.*
Et quid ſi prouiſus realiter inſeruiuit eccleſia in diuinis, & miniſtra uit ſacramenta, & reliqua, nondum expeditis literis.
2 *In beneficijs non datur ſucceſſio.*
3 *Regula prædicta ob quam cauſa emanauerit, & nu. 1.*
Reſignans omittit ius & poſſeſſionem.
4 *Per prouiſionem, prouiſo quæritur ius in re.*
5 *Habens beneficium, non eſt uериſimile, pati alterum gaudere benefi cio & fructus percipere.*
Nemo præſumitur iactare ſuum.
6 *Hominum inſtitutum eſt, quærere, & non perdere.*
7 *Reſignans remanens in poſſeſſione, ex permiſſione pontificis, reſer- uantis illi perceptionem fructuum, nullam retinet præſumptionem fraudis.*
8 *Poſſeſſio potiſſimum in fructuum perceptione conſiſtit.*
9 *Permiſſio comprehendit cauſam ex qua producitur effectus.*
10 *Circuitus euitandus eſt.*
Habens poteſtatem percipiendi fructus, conuenientius eſt, ut ipſe ma nu propria percipiat, quàm per manus alienas.
11 *Conceſſio perceptionis fructuum, poſt reſignationem, intelligenda eſt cum illis qualitatibus, quibus percipi poterant ante reſignationẽ.*
12 *Fraus penitus ceſſat in actibus permiſſis a principe.*
13 *Poſſeſſor iuſtus dicitur, qui auctore prætore poſſidet.*
14 *Principis conceſſio, nec publicationem nec inſinuationem requirit, Et tollit diſpoſitionem dictæ regulæ.*
15 *Decretum prætoris, tollit ſuſpitionem fraudis.*
16 *Impune poſſidetur, quod principe auctore poſſidetur.*
17 *Suſpitio de qua in dicta regula, ex quibus proceſſerit, & ex quibus etiam tollatur.*
18 *Principe auctore, pœnam quis pati non debet.*
19 *Regulæ prædictæ diſpoſitio ceſſare debet, ceſſante cauſa dictæ regu- la introductiua.*
20 *Qui perdit ius & beneficium, poteſt quandoque illud adminiſtrare. Maximè permittente papa, & ſeq.*
21 *Rector habens beneficium mutuum alteri, deſinit eſſe rector, nec ali- quod ius habet, ſed ſolam adminiſtrationem retinet in una.*
22 *Subſtitutus adminiſtrat, & tamen ius aliquod non habet.*
23 *Poſſeſſio uera ĩ beneficialibus cõſiſtit in adminiſtratione ſpirituali.*
24 *Ius poteſt eſſe penes unum commoditas autem penes alium.*
25 *Duo eandem rem in ſolidum poſſidere non poſſunt.*
26 *Vbi ceſſant uerba legis, ceſſat illius diſpoſitio.*
27 *Familiaritatis iure concedi poteſt reſignanti habitatio, & fructuũ perceptio.*
28 *Rector alicuius eccleſia, ex quibus actibus adiũdicetur.*
29 *In dubio, quis actum gerere uidetur, nomine & iure ſuo, non alieno.*
30 *Publicare propriè quid ſit.*
31 *Publicatio facta inter miſſarum ſolemnia, uel ſermone aſtante popu lo ſufficiens eſt.*
32 *Res demonſtrari poteſt nedum uerbo, ſed re ipſa & facto.*
33 *Rector tolleratus a populo in adminiſtrando, optimã præſumptionẽ pro ſe habet.*
34 *Publicatio apud certiores, fruſtratoria eſt.*
Vt dicta regulæ ſatisfiat, quæ publicatio dicatur ſufficiens.
35 *Præſumptiones legis, liquidiſſimæ dicuntur probationes.*

CONSILIVM XXXIX.

1 AN · REGVLA † Decernens beneficiũ reſignatũ
uacare per mortem, ſi prouiſus infra ſex menſes, ex
cauſam, reſignationem non publicauerit, & poſſeſ-
ſionem petierit, & poſtmodum contingat reſignan
tem decedere in poſſeſſione beneficij his non impletis, locũ ob-
tineat in iſto, qui infra dictum tempus realiter poſſedit, eccle-
ſiæ in diuinis deſeruiendo, & eccleſiaſtica ſacraméta miniſtran
do, & cætera, ut uerus rector agendo, nondum expeditis literis
quibus dicto renuncianti reſeruabantur fructus in uita. Ad hoc
diffiniendum, dignoſcendum eſt φ regula requirens duo ſcili-
cet publicationem & poſſeſſionis petitionem ad ſingula conſti
tuenda ſingulis cauſis uidetur moueri potuiſſe ad publicationẽ
quidem, ut innoteſceret omnibus quorum intereſſet ad peten-
dum uero poſſeſſionem, ad excludendam fraudem de qua lator
ſuſpectus fuit, ne ſcilicet reſignans uellet uiuens potiri benefi-
cio, & per reſignationem noluerit ſibi prouidere de ſucceſſore
2 † cum id in beneficijs ſit prohibitum. cap. Moyſes. vij. q. j. c. j. de
3 præben. cum concor. † Nec autem ſuſpitio ex eo rectè ſuſcipi-
tur, quia cum reſignatione perdatur ius & poſſeſſio, ſm Inno. in
cap. in dubijs. & c. ſuper hoc. de renuncia. & no. decil. io no. lvij.
4 † Et prouiſione quæratur ius in re. c. ſin. de concel. præben. lib.
5 vj. c. pen. c. ſi tibi abſenti. de præben. eodem libro. † Non ſit cre-
dibile, φ poſt quæſitum ius in beneficio paſſus fuiſſet alterum
gaudere & reſidere in beneficio, quæ præſumptio ſcripto iure
fundata eſt in l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. uel Hy
po. & l. & qui ſub imagl. C. de diſtrac. pign. & l. ſi is qui. ff. de ac-
6 qui. hære. & quod per Cyn. in l. ij. C. de repu. hære. † Cum hoc
concurrat hominum inſtitutum ad acquirendum & non per-
dendum. l. cum de indebito. ff. de pro. c. ſuper hoc. de renun. l. ſi.
7 C. de alim. pup. præſtan. † Ceſſat autem in caſu noſtro dicta præ
ſumptio. quia non poteſt intelligi in fraudem manſiſſe in poſ-
ſeſſione qui expreſſa permiſſione Papæ id gerit, nam cum per-
miſſa eſſet perceptio fructuum uſque ad mortem reſignantis,
hoc ipſo fuit permiſſa perſeuerantia in poſſeſſione in qua conſi-
ſtit perceptio fructuum. l. qui ſcit. §. in alieno. ff. de uſur. & quod
8 in l. iij. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſ. † Ita φ permiſſio effe-
ctus, comprehendit cauſam ex qua ille effectus producitur. l. ad
9 legatum. ff. de procu. cum ſimi. & demonſtrat Inno. in iuramen-
10 to. in c. cum contingat. car. xvj. de iur. iuran. † Cui conuenit ra-
tio euitandi circuitus percipiendi per prouiſum, & reſtituendi
renuncianti, φ contra mentem legis. l. dominus teſtamento. ff.
11 de condi. inde. clem. auditor. de reſcr. † Et cum perceptio fru-
ctuum ſit conceſſa, reſeruando illam, & conſequenter proro-
gando antiquum ius percipiendi intelligi oportet ſub his qua-
litatibus & modis quibus licebat, nullo penitus immutato, ar-
gum. l. iiij. in princip. & quod ibi per Bart. ff. de dam. infe. l. ſed ſi
manente. ff. de præca. & in c. hi. de præben. libr. vj. alioquin non
12 eſſet reſeruatio. ſm glo. in d. c. hi qui. † Cum igitur princeps in
hoc cauerit per regulam, ne fraus committeretur, nõ poteſt in-
telligi fraudatus ab agentibus per eos actus quos expreſſe per-
miſit. l. non uidetur. ff. de regu. iu. l. cum donationis. de tranſa. l.
uenditorem. C. de reſcin. uend. ad hoc tex. in l. qui autem. §. præ
terea ibi. nemo enim uidetur fraudare eos qui ſciunt & conſen-
13 tiunt. ff. de his quæ in fraud. credi. † Si igitur eſt iuſta poſſeſſio,
quæ auctore prætore obtinetur. l. iuſte poſſidet. ff. de acq. poſ. l.
Pomponius. §. ſi. co. ti. longe magis, quæ auctore principe, qui
omnia ſupplet omnia perficit. l. omni teſtamentorum. C. de te-
14 ſta. † Et cuius conceſſio publicationem aut inſinuationẽ, alias
neceſſariam excludit, & omnino extra probationem exiſtit. l.
ſancimus. C. de dona. l. dona. quas diuus. C. de dona. int. uir. l.
cum multę. C. de boniſque libe. & proſequitur egregie Oldr.
conſi. ccxxxj. ut eius, column. ij. & conſilio. cciij. Allegarunt cir
15 ca princip. † Et ſi decretum prætoris tollit fraudis ſuſpitionem.
l. prima. C. de præd. cũria. libr. x. ubi Barto. longe magis quàm
princeps directe concedit. Itaque iniquum eſſet dicere non im-
pune poſſeſſum, φ princeps uoluit poſſideri argumen. tex. in di
16 cta. l. quia autem. §. apud Labeonem. † Et cum ſuſpitio cau-
17 ſata † & ſuſcepta a conditore regulæ, ſit de actibus & conuen-
tionibus occulte inter agentes præter ipſius conſcientiã nõ aut
de his qui ſe auctore omnino fiant ad hoc text. in d. §. apud La-
beonem,

beonem,ibi,hoc enim edictum, ad actus pertinet in quibus prę
18 tor ſe non iotromiſit. † Ne alioquin ſub clipeo & promiſsiune
19 principis, pœnam ferat. l.Gracchus.C.de adult. † Itaq; excluſa
eſt cegulę diſpoſitio,ceſſante illius rōne.l.adigere.§.quamuis.ff.
20 de lu.pat.l.ꝙ dictum.ff.de pact.c.cum ceſſante.de appel.† Non
obſtat ſi quis dicat iniquum eſſe ut qui perdit ius & omnino be
neſicium adminiſtret,& de facto abſoluat in pernitiem anima-
rum,quia tollitur hoc, nā ſatis canonicè abſoluit quia Papa per
mittente ut.ſ̄. cum ipſe poſsit dare facultatem abſoluendi etiā
21 non curato,iuxta glo. in cle.j.de priui.† Nec eſt nouum ut poſt
ius & proprietatem amiſſam,adminiſtret huiuſmodi ſpiritualia
in uita ut eſt uidere in rectore,cuius uiuentis beneficium eſt uni
tum,qui hoc ipſo deſinit eſſe cector, & ius aliquod in beneficio
cetinere non dicitur & tamen iuris permiſsione adminiſtrat ue
22 concludit Oldr.conſi.cclvij.Factum tale eſt.col.xitj. † Sicut &
Sobſtitutus per curatū in adminiſtcatione eccleſiæ adminiſtrat
auctoritate cuiuſcunque ſuperioris non ſolum epiſcopi permit-
tentis,ut poſt Inno.& Hoſt.concludit gl.pen.in c.licet cano.de
23 elect.li.vj. Prout & ius rei poteſt eſſe penes unum & commodi
tas tenendi penes alterum.l.neceſſario.§.fi.ff.de peri.& commo.
rei uend.& l.arboribus.§.ſi uſuſruc.& l.licet.de uſufr. & c.ſi pro
pter.de reſcri.lib.vj.& quod in c.ſi tibi conceſſo de præben. eo.
24 lib. † Tollitur etiam quia præſupponitur ꝙ poſt ſignaturam &
conſenſum , ſemper omnia egit do. R. prouiſus ut uerus rector.
Ita ꝙ ceſſat dictus obiectus , quia ipſe poſſedit ſpiritualia,& ēe
temporalia,eum in adminiſtratione ſpiritualium conſiſtat uera
poſſeſsio,ut not.in c.commiſſa.in gl.& per Ioā. And.in nota.de
elect.lib.vj.& quod per Inno.in c.literis.de reſti.ſpol.Et hoc ēt
excludit regula,quia uerum eſt domi.R.ex reſignatione proui-
ſum,uere poſſediſſe,& adminiſtraſſe & ꝯñr non.P. reſignantem,
25 cum duo non poſsint eandem rem † in ſolidum poſsidere.l.iij.
§.ex ꝯrio.ff.de acqui.poſ. l. ſi ut certo.§.ſi duobus uehiculum.ff.
26 commoda.† Igitur ceſſantibus uerbis regulę in caſu noſtro ceſ-
ſat illius comprehenſio.l.iiij.§.totiens.ff.de dam.infec.l.ſi uero.
§.de uiro.ff.ſol.ma.c.indemnitatibus.§.ſed cum eas.de elect.li.
27 vj. † Nec obſtat,ꝙ renuncians fuerit permiſſus habitare in do-
mo beneficiali, quia nō inconuenit, illi cui ſructuum perceptio
permiſſa eſt & alioquin non tam arcte conſtitutio intelligen-
da eſt,ut iure familiaritatis non licuerit id concedere, arg.l.qui
iure familiaritatis.ff.de acq.poſ.illi præſertim qui ſic renuncia-
uit , eſto etiam ꝙ rō publicationis requiſitę fuerit ut innoteſce-
ret alijs quorum intereſt,nō potuit certius id cauſari,quam per
quotidianam adminiſtrationem ſpiritualium in eccleſia ubi re-
ctor egit, & prædicauit & populum benedixit & inſtruxit conti
28 nue,ēt diebus ſolennibus aſtante multitudine populi † quare ſa
tis notorium & manifeſtum eſt redditum præfatum eſſe recto-
rem , qui per hos actus qui circa ius & nomen rectoris fieri ne-
29 queunt, publicè rector apparuit. † Cum nec alieno nomine po
30 terat intelligi agere ſed ſuo iure l.& magis. ff. de ſolu. † Itaque
cum publicatio non ſit aliud quàm publice palam facere. l. ſed
31 ſi pupillus.§.præſcribere.ff.de tributo. † Et ſatis dicitur legiti-
me publicatum,ꝙ infra miſſarum ſolennia.uel dum ſermo habe
retur, & prædicatur in eccleſia aſtante populo eſt publicatū iux
ta gl.in cle. j.in uerſi.eas de ſepultu. & in cle.j.in uer.ad diuina.
de foro cōpe.& in cle.eam ſuper uer.ſolennitati.de electio.Lon
32 gè magis ſi coram in eccleſia.ipſe idem ſacra † & diuina fecit &
tractauit ac prædicauit cum ſic facto quam uerbo implere , &
magis res demonſtratur facto,quàm uerbo.l.Paulus reſpondet.
ff.rem rat.ha.cum ſimi.cū ueritas magis oculata fide, quam per
aures animis hominū infigatur ut dicit text. in §.hactenus inſt.
de grad.Et Horat.animos ſegnius arctat dimiſſa per aures , q̄ q̄
ſunt oculis ſubiecta fidelibus.& iuxta illud , certior aure arbi-
ter eſt oculus,& Hieronymus ad filiolam,plus intelligitur ꝙ o-
culis uidetur. quam ꝙ aure percipitur. Nec obſtat quod in pu-
blicatione non ſint exhibitę literæ,aut renunciatio quia cum pu
blicatio exigatur ad purgandam ſuſpitionem celantium renun-
ciationem,non pōt melior manifeſtatio quam poſſeſsione ma-
nutenuta cum alioquin ſit ꝯ oēm uerisſimilitudinem † ꝙ popu-
33 lus ſuſtinuiſſet adminiſtran.ut rectorem,niſi comperiſſet talem,
ſm Hoſt.& Io.And.in c.illud.de præſumptio. † Et ꝯñr ceſſauit
34 neceſsitas alterius publicationis apud certioratos.l.j.in fin.ff.de
actio.empt.& d.clemē.cām. in fine,& ita in dubio receptum eſt
in palatio in publicatione quæ requiritur per aliam regulam ad
acceptandum,uirtute gratiæ, & hoc ſatisfaciat etiam ubi publi-
35 catio exigatur in hoc,ut alijs innoteſceret, ut ſ̄.dixi. † Cum nō
ſit uerisſimile alios ſuſtinuiſſe adminiſtrantem ſi non compertū
habuiſſent eum eſſe rectorem,& iuris præſumptiones ſint liqui-
diſsimę probationes.l.licet imperator. de legat.j.l.ſi quis locu-
plex.ff.de manum.teſt. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio conceſſa cardinali de beneficijs prouidendis , qualiter interpretari debeat, & ſeq.*
Copula,&,quo ordine dicatur copulare.
2 *Ordo ſcripturæ,attendi debet.*
3 *Decreti natura eſt,ut ſequatur diſpoſitionem præcedentem.*
4 *Dictionis,alijs,eſt natura importare diuerſitatem.*
5 *Conceſsio prædicta prohibet uicarijs,ante nominationem cardinalis ne conferant alijs quàm nominandis.*
Beneficiorum uacatio,diuturna tollenda eſt.
6 *Decretum,an & quando liget ignorantes.*
Geſta per reuocationem poteſtatis conceſſa ante notitiā,an ualeāt.
7 *Priuilegium in quantū fieri pōt reduci debet ad terminos iuris cōis.*
8 *Dictio,huiuſmodi,denotat præcedentem qualitatem .*
Decretum prædictum quam prohibitionem inducat.
9 *Dictio,itaque,refertur ad præcedentia continuatiuè .*
10 *Ordinarius poteſt conferre alias beneficiato.*
Idem facere poteſt uicarius epiſcopi conceſſa ſibi facultate conferendi idoneis,& nu. 11.
12 *Idoneus quis dicatur,& duobus ſeq.*
13 *Et de quibus perſonis uerba, idoneis, intelligantur, & de qua idoneitate.*
Et an tale nomen intelligatur ſecundum ius commune.
14 *C.is cui.de præben.lib.6.in quo iudice procedat.*
15 *Canonicatus per conſuetudinem poteſt obtineri cum beneficio.*
16 *In eccleſia regulari , non poteſt quis dignitatem obtinere , niſi ſit profeſſus .*
17 *Diſpoſitio.d.c.is cui.in quo beneficio procedat.*
18 *Beneficium ſufficiens,qualiter intelligatur.*
19 *Vicarius epiſcopi an poſſit eſſe canonicus regularis.*
20 *Clericus coniugatus cū uirgine, an poſſit eſſe ſubexecutor in expectatiuis,& prouidere expectanti.*& nu. 31.*
Simplex clericus,poteſt iſta facere.
Deciſio Io.mona.in c.ſtatutum.de reſcri. lib.vi.quo caſu procedat.
21 *Clerico coniugato , duo tantum priuilegia reſeruantur, in reliquis ut laicus reputatur .*
22 *Conferre beneficia non eſt conceſſum laicis, & num.23.& 29.*
23 *Matrimonium reducit clericum ad inſtar meri laici.*
24 *Clericus tranſeundo ad matrimonium explicat actum contrarium clericatui,& renunciare uidetur priuilegio cleri.*
25 *Clericus coniugatus non poteſt eſſe officialis , ſeu uicarius epiſcopi.*
26 *Nec adminiſtrator rerum eccleſiæ,nec ſindicus uniuerſalis.*
27 *Prohibita laicis , cenſentur prohibita clerico coniugato, exceptis duobus caſibus.*
28 *Sententia lata a clerico coniugato,uti uicario eſt nulla.*
29 *Clericus coniugatus non poteſt conferre,& nu.21.*
Conferre quis alteri beneficium non poteſt , quòd per ſe non ualet retinere .
30 *Clericus per matrimonium ſubſequens,amittit beneficium quod habebat .*

CONSILIVM XL.

QVAMVIS Io.non fuerit nominatus per Cardina
lem iuxta formam breuis eidē Cardinali ꝯceſsi, di
cimus collationē ſibi factā ualere. Nā bene uult,ꝙ
Cardina. poſsit nominare perſonas idoneas, ipſis
1 officialibus & uicarijs eiuſdē Cardinalis epiſcopi † & ne alijs de
beneficijs hmōi prouideant,ēt cum decreto irritante,quicquid
aliter ſcienter uel ignoranter fieri contigerit prohibere poſsit
& ualeat, intentio ergo Papæ concedentis breue eſt, quod Car-
dinal. habeat primo nominare aliquos , ad aliqua beneficia , &
poſt nominationē apponere decretum cum prohibitione , tum
propter dictionem,& quæ copulat ordine ſucceſsiuo,iuxta not.
in l.Gallus.§.quidam recte. per Bart.ff.de liberis & poſthumis.
2 ¶ † Tum ex ordine ſcripturę.l.cum pater.§.penultim. de lega.
ſecundo , & quod habetur in capitu.cum dilecta de reſc. ipſis.
3 ¶ † Tum ex quo natura decreti eſt ut ſequatur diſpoſitionem
præcedentem,adeo ut dicat Geminianus in c.præſenti. de

legati,lib.vj.ꝙ ubi non habet locum diſpoſitio,nec etiam decre
4 tum. † Tum ēt propter illam dictionem, alijs, dum in fine dici-
tur quod Cardinalis poſsit nominare aliquos, & prohibere ne
alijs conferant ipſi uicarij, ſcilicet alijs quàm nominatis prius
eum natura dictionis prædictę ſit imponare diuerſitatem ut la-
5 te Gemin.in c.deinde.xxvj.diſtin. † Non ergo ſimpliciter con-
ceſſum eſt Cardinali ꝙ ante nominationem prohibeat uicarijs,
ne conferant alijs quàm nominandis, etiam ſi ignorantes prohi
bitionem conferrent beneficia. Tum quia per huc induceretur
diutina uacatio beneficiorum, ꝫ.c.ſecundum de ꝯceſsione præ-
bende ſi indiſtinctè poſſet etiam ante nominationem ſuper om
nibus beneficijs apponere decretum irritans,ignorantes ligans,
ſatis enim operatur priuilegium in hoc, ꝙ poſt nominationem
decretum cardinalis habeat ligare ignorantes, cum alias ſpecia
le ſit hoc in papa iuxta nota.per Gemi.poſt Lapum in c.ij.de p̄-
6 bendis,lib.vj.col.ult.† Et alias habeamus, ꝙ geſta per reuocatio
nem poteſtatis, ante notitiam ualeant, ut in c.audita.de reſtitu.
7 ſpol.& late Calderinus de officio delegati,col.iiij.† Priuilegium
enim inquantum fieri poteſt debet reduci ad terminos iuris cō-
munis,ut eſt tex.in c.ex parte.il primo de uerb.ſig. Io.And.in c.
dilecti.de foro competenti Inno.in c.dudum.de priuilegijs fa-
cit etiam quod nota.Inno.in c.dudum.de decim.& quod habe-
tur in l.ſi quā.C.de inoff.teſta. & in c. cām.de reſcriptis.Conte-
runt etiam uerba poſita in breui ſcilicet beneficia etiam per no
mina & cognomina uel aliter deſignando, quaſi quod nomina-
tio debeat fieri de certis beneficijs,& prohibitio inde ſecuta, ne
8 alijs conferant,de certis beneficijs debeat fieri. † Tum ēt per illa
uerba de beneficijs huiuſmodi quæ denotant præcedentem qua
litatem,ſ͡m Barto.in l.ſi quis ſuum.§.fi.de leg.ij.quæ nominatio
nō interuenit in caſu noſtro, quia ad beneficium de quo agitur
neminem Cardinalis nominauit, ergo cū uicario nil de iſto be-
neficio fuerit inhibitum,potuit conferre.Nec dicatur quod de-
cretū papę poſitū in breui habeat inducere gn̄alē prohibitionē,
quia papa ꝓhibeat, ne illi uicarij quib. id eſt ꝯmiſſum,id eſt,ut
habeant nominatis conferre, non ꝓnſint alijs de beneficijs hu-
iuſmodi,ſ certis, & ſpecificatis ad quæ iam ſint aliqui nomina-
9 ti,conferre,† Et hoc apparet ex illa dictione continuatiua,itaq;,
quæ refertur ad præcedentia.ut in l.ſi ad non.ff.de petitio.hære.
& Barto. in l. prætor. ff. de publicania alias eſſet totaliter au-
ferre poteſtatem uicarijs cōferendi, ex illa dictione huiuſmodi.
10 ¶ † Nam licet per facultatem conceſſam per epiſcopum uica-
rijs ſuper collatione beneficiorum ſint appoſita illa uerba,quod
poſsint conferre beneficia idoneis,tn̄ per hoc non prohibentur
ꝯferre beneficiatis ex quo non ſunt delegati a Papa ſed ab epi-
ſcopo. Nam ſicut ordinarius,non prohibetur ꝯferre alias bene-
ficiato,ut probatur in c.de multa.de præb & c.referente.& pro
bat tex.in cle.fi.de officio ordinarij.ut etiam expreſsè not. Lap.
& poſt eum Gemini.in c.is cui.de præben.li.vj.col.iij.uerſi.op-
pono Lap.Abb.& idem Lap.& poſt eum Gemi. in c.fi.de offic.
deleg.in diſtin.quam ibi refert in ulti.col.& ēt probat a ꝫrio ſen
ſu,in c.ordinarij.de officio ordinarij li.vj.Ita nec delegatus ordi
narij,ut eſt gl.in uerſi.habentibus,iuncto tex.in cle.fi.de officio
11 ordinarij. ¶ † Sicut ergo ſi commiſſa eſt ab epiſcopo uicario po
teſtas ꝯferendi,non intelligitur exceptum,quod non poſsit con
ferre alias beneficiato,ſic etiam ſi exprimatur,non debet intelli
gi prohibitum, & quod ꝯferatur perſonę non beneficiatę, quia
expreſsio eorum quæ tacitè inſunt nil debet operari , ut in l.iij.
12 de leg.j.& l.ꝯditiones.ff.de ꝯdi.& demon.† Et quod de dicta di
ctione,idoneis,no.Card.poſt Abb.in cle.cum ei qui. de ꝯceſsio
ne præbendę,col.ij.& doc.in c.fi de præſumpt.& not.in clem.j.
13 de off.deleg.ꝙ qn̄ dicta ꝯditio tacitè ineſt nil operatur. ¶ † Nā
uerba illa, perſonis idoneis , intelliguntur de alia idoneitate in
prouiſione ordinarij,requiſita a iure cōi, puta, ꝙ ſit moribus,&
ſcientia,& ætate iuxta.c.innotuit.de electio.& c.ſi forte.eo.tit.
14 & in c.fi.de præſumptionibus † quia uerbum idoneis, intelligiē
ſecundum ius cōe,ut dicunt glo.& Ioan.Monach.doc. in d.c.is
cui.quia loquitur tantum in delegato a Papa, ut tenet Lapus,&
poſt eum Gemi.in d.c.is cui.col.iij.uerſic.opponit Lap.Abb.in
quo ēt ſi nō ſit dictum & expreſſum uerbum,idoneis, delegatus
a Papa non vr̄ ꝙ poſsit ꝯferre alias beneficiato, ut tenet gloſ.in
uerſi.idoneis.& ibi doc.in d.c.is cui.Non mirum ſi ēt nō poſsit
qn̄ eſt expreſſum per rōnem gl.in d.c.is cui.in uerſi.non poteſt,
iuncta rōne,quam ponit gl.placet de præiudicio ordinariè pote
15 ſtatis,in clem.fi.de officio ordinarij.¶ † Attendatur ēt quod be
neficium ꝙ prius habebat eſt canonicatus qui de ꝯſuetudine ec
cleſię,inſimul debent obtineri cum dignitate ſ͡m not.per gl.ul-
timam in c.ſuper eo.de præbendis li. vj.& quod not.in c.gratia.
16 de reſcriptis li.vj.† Quia nō poteſt quidam obtinere in eccleſia
regulari dignitatem in titulum niſi ſit profeſſus, ut in c.cum ſin
gula.§.prohibendus. in uerſiculo conſueta. de præbendis.li.vj.
17 † Tum etiam quia ſi eſſet aliud beneficium quàm canonicatus ,
primum beneficium quod obtinuiſſet Ioā.ſi non eſſet ſufficiens
non habet locum dictū.c.is cui.ut dicit ibi gl. in uerſi. ſufficiēs,
18 † quæ ſufficientia debet iudicari ſecundum qualitatem perſonę
eiuſdem,qui eſt nobilis & licentiatus,iuxta.c.de multa.& quod
not.gl.xxj.q.j.c.j.& in c.cum adeo.de reſcriptis, & ibi doctores
19 ex quibus patet,quod non habet locum dictum.c.is cui.¶ † Su-
per illo autem dubio: An canonicus regularis poſsit eſſe uica-
rius epiſcopi,dicendum breuiter quod ſic,ut latè Gem.& Mod.
in c.ſi quis.lxviij.diſtin.in cle.ij.de reſcriptis. Io.de Imo.in c.ſi.
de cleri.ægrotan.& deciſi.iiij.in tit.de officio uicariatu. in deci
20 ſione. ¶ † Et quia dubitatur ut audio an clericus coniugatus cū
unica uirgine,potuerit ut ſubſecutor,prouidere ſeu conferre ex
pectanti de beneficio alias cadenti ſub expectatiua,& quod ſim
plex clericus in minoribus hoc potuerit facere non uidetur du-
bium,quia not.Ioannis Monaci.In c.ſtatutum de reſcriptis,lib.
vj.reſtringunt illum textum tanquam pęnalem & odioſum , ad
iudices contentioſę iuriſdictionis, non ad executores gratiarū,
ut not.Rot.in indiuiduo in deciſio.cclxiiij.Vbi alicui, & late di
ſputatur articulus iſte deciſio.cccclxxj.in antiquis. Vtrum.c.ſta
tutum.& Aegidius in deciſione.cclxiiij.ſimplex præsbyter.
21 † Sed an qualitates matrimonij & coniugij reddant ipſum inha
bilem,uidetur dicendum quod ſic,quia tex.in c. clerici.§.iu lite
ris.de clericis coniugatis reſeruat tantum duo præcipua clericis
coniugatis,uidelicet priuilegium uniuerſale canonis, ſi quis ſua
dente.ac etiam fori ubi de crimine ciuiliter uel criminaliter pro
cedetur,& hoc ſi in habitu & tonſura incedat,cæteris omnibus
priuilegijs amiſsis, & ſublatis, quæ alias clericia competunt,ex
quibus oſtenditur,ꝙ ea quę competunt clericis,præter iſta duo
22 expreſſa, cenſentur omnino ſublata.¶ † Et ſic poteſtas confe-
rendi quæ laicis interdicta eſt de iure communi.ca.dilectus. de
præb & in c.fi.de ꝯceſsione præbendæ,& quod not.xvj.q.vij.in
fine ſummę.& xcvj.diſt.c.bene quidem latè proſequitur Pet.de
Anch.in regula beneficium de reg.iu.col.ij.allegando quæ ſin-
23 gulariter no.Io.And.in c.ij.de præb.li.vj.† Quia ius ꝯferendi in
laicu regulariter eſt interdictū.unde ut dicit Io. And.in d.§.cæ
teris. & ibi Gemin. coniugium reducit clericum ad inſtar meri
24 laici † & eſt rō ut notatur in c.diuerſis fallacijs.& in ea.Ioan.de
Clericis coniugatis in antiquis quia clericus tranſeundo ad ma
trimonium,explicat actum ꝫrium clericatui.Ideo uidetur taci-
tè renunciare priuilegiu clericatus, ita ſingulariter dicit Ioā.de
Imo.in c.Ioannes.ubi etiam in ix.col.uerſi.circa quintam oppo
25 ſi.¶ † Tracta.an clericus coniugatus cum uirgine poſsit eſſe of
ficialis ſeu uicarius epiſcopi recitando.d.Io.And. Cel.& Flo.di
cit , ꝙ non quia præterquam in illis duobus reſeruatis cenſetur
26 ut laicus.† Et per hoc inferre ꝙ non poterit eſſe adminiſtrator re
rum eccleſiæ ſeu ſindicus uniuerſalis,quæ ſunt minoris faculta-
tis quàm poteſtas conferendi.allegat quæ habentur diſtin.xc.c.
27 iudicatum.xv.q.vij.c.in noua.† Ex quibus facit aliam illationē,
ꝙ omnia quæ ſunt prohibita laicis.de quibus in c.contingit de
arbitris,& in capitulo decernimus. de iudicijs erunt etiam pro-
hibita tali clerico coniugato,præterquam in illis duobus reſer-
28 uatis.¶ † Inferens etiam quod ſentētia lata ab eo,ut uicario epi
ſcopi, eſſet penitus nulla ergo neque poteſtas conferendi ,
29 ualeret c.fi.de officio uicaria.li.vj.¶ † Pro quo facit ratio quam
nota glo.in c.quanto.de conſuetudine.& dicit tex.in c. diaber-
tus prima quæſtione ſeptima, & in capitulo quod autem de iu-
30 re patronatus † ui ſelicet quod ille non poteſt conferre benefi
cium alteri,quod per ſe retinere non poſſet,ſed certū eſt quod
per coniugium & matrimonium,clericus perdit beneficiū iuxta
plenè nota.in c.primo, & capitulo diuerſis fallacijs.& capitulo
31 Ioannes ſuperius alleg.¶ † Ex quibus concludo,quod ſicut ipſe
primus executor,ſi taliter qualificatus eſſet, conferre nō poſſet,
ita neque ſubexecutor ab eo datus niſi ſit perſona habilis & ido
nea, non poterit talem collationem ſeu prouiſionem explicare,
pro quo eſt deciſio in terminis in antiquis. cxix. Executor da-
tus, unde breuiter tenendum eſt dictam collationem explicatā,
nulliter ex defectu poteſtatis conferentis prout etiam uidetur
ſingulariter not. Pet.de Anch.in dicta regula, beneficium de re
gulis iuris,lib.vj. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Vniendi poteſtas conceſſa uni, quando & ex quibus uerbis tributa cenſeatur, & ſeq.*
Vniendi poteſtas, an uideatur conceſſa conſtituto ad faciendum, & credendum uicarium ſimpliciter.
Clauſula generalis ſubiecta mandato præmiſſis aliquibus requirentibus mandatum ſpeciale an extendatur ad collationem beneficiorum.
Poteſtas conferendi beneficia, debet eſſe expreſſa.
Et an ueniat ſub illa clauſula generali, etiam ſi requireret mandatũ ſpeciale.
2 *Clauſula prædicta, non includit maiora expreſſis.*
3 *Vnire beneficia, magis eſt quàm conferre.*
Vnio non poteſt explicari per epiſcopum, ſine conſenſu capituli.
Beneficia conferre poteſt epiſcopus ſine capitulo, niſi conſuetudo cõtraria ſit.
4 *Prælati inferiores, poſſunt cõferre eccleſias ſubiectas eis pleno iure.*
Vnire autem non poſſunt.
5 *Implicatiua dictio, etiam, conferendi quæcunque beneficia, nõ inducit, nec implicat poteſtatem uniendi.*
6 *Vnio non poteſt fieri ſine conſenſu illorum ad quos ſpectat collatio beneficiorum.*
7 *Beneficium commendatum, non dicitur uacare per mortem commendatarij, ſeu alio modo.*
8 *Beneficium uacans per reſignationem, non poteſt conferri tanquam uacans per obitum.*
9 *Beneficium quando dicatur uacare per reſignationem.*
Reſignatio ut poßit habere effectum, infra quod tempus debeat expediri.
10 *Tempus currit negligenti prælato, ut collatio ad ſuperiorem deuoluatur.*
11 *Procuratoris negligentia ſeu patronorum, an & quando deuoluat collationem ad ſuperiorem.*
12 *Aſſertioni Cardinalis, an ſit ſtandum, & alijs ſeq.*
Actus geſtus a perſona prouida, & honeſta, præſumitur iuſtus, & factus in caſu poſſibili.
13 *Tollitur autem præſumptio iſta ex factis contrarijs.*
14 *Clauſula, conſtito ſummarie de aſſertis, inducit conditionem, & de illis debet conſtare, & aliter geſta redduntur nulla.*
15 *Forma data a lege mortua, ſeu uiua ſeruari debet, & actus geſtus ea non ſeruata, redditur nullus.*
16 *Aſſertioni Cardinalis ſtandum non eſt, ſi conſtat de contrario.*
17 *Appellatio non eſt neceſſaria ab actu nullo, ſed ſolũ ab actu iniuſto.*
18 *Aſſertio Cardinalis intimata non tollit quin poßit dici nulla.*
19 *Decretum interpoſitum contra ius partis, eſt ipſo iure nullum, & numer. 20.*
Decretum interpoſitum in monitorio continente clauſulam, conſtito de aſſertis, eſt ipſo iure nullum, ſi de illis prius non conſtat, & alijs præceden. & ſeq.
20 *Sententia lata contra ius partis, non eſt ipſo iure nulla.*
Differentia eſt inter decretum, & ſententiam.
21 *Decretum contra formam datam, ac lege uiua emanatum, eſt ipſo iure nullum.*
Delegatus proferens ſententiam iniuſtam, cenſetur nulliter iudicare contra formam mandati.
Declaratoria, & cenſura emanata uirtute decreti nulli, etiam nulla iudicantur.
22 *Iuriſdictio tributa alicui ſub certa forma, illa non ſeruata ſi procedi tur, nulliter procedi cenſetur.*
23 *In excommunicatione, declaratione, & cenſuris requiritur plena probatio.*
Compromiſſi prorogatio quando fieri poſſit, ut laudum inde latum ualeat.
24 *Non comparens, nec parens cenſuris, uel ſententiæ excommunicationis ſuperioris an dicatur contemnere, & quando.*
25 *Cenſurarum ſententia, an ſemper & omni caſu ſit timenda.*
26 *Et quid ſi lata eſt contra formam mandati, & delegationis facta.*
27 *Conſenſus an dicatur ſuppleri per non contradictionem.*
Iuriſdictionis defectus an ſuppleatur non contradicendo.
28 *Sententia cenſurarum non tranſit in rem iudicatam.*
29 *Maximè quando ſententia cenſuræ lata eſt per uiam præcepti ſeu monitorij cauſa non cognita.*
30 *Delegatus in quo loco debet ſententiam proferre, & nu. 34.*
31 *Habitatio ſolita quæ dicatur, & nu. 32. & 33.*

CONSILIVM XLI.

EX his quæ in facto deducuntur, nihil concludens al
legari uideo per aduerſarios, quo minus gratia ſi
neutri domini. D. canonizari debeat, quatenus eñ
ad prætenſam unionem, quam deducit. d. F. reſpon
detur ꝙ illa fuit nulla ex defectu poteſtatis ipſius uicarij unien-
tis, licet. n. a procuratore epiſcopi ꝯſtituto ad faciendũ & crean-
dum uicarium, dum cõſtituit ipſum eidem dediſſet poteſtatem
uniendi, tamen talem poteſtatem in ipſum uicarium non tran-
ſtulit, ex quo hoc in mandatis non habebat procurator, ut uide
1 ri põt in ſuo procuratorio. † Nec eſt dicendum ꝙ ſatis in dicto
procuratorio ueniat dicta poteſtas uniendi, propter clãm gene
ralem ſubiectam, præmiſſis aliquibus, requirentibus mandatũ
ſpeciale, prout inter alia premittitur poteſtas cõferendi benefi-
cia, quæ eſt de requirentibus ſpeciale mandatum, iuxta. c. fin. de
officio uica. li. vj. cum ſimi. quamuis. n. gl. in c. ij. eo. tit. uelit tũc
uenire etiam alia quæ requirunt ſpeciale mandatum per text. in
c. quid ad agendum. §. j. de procu. li. vj. ubi caſus, tñ hoc limitatur
per docto. niſi ſint maiora expreſſis, quia talia non ueniunt per
2 clem. non poteſt eod. titu. † Sed unire beneficia, eſt quid maius
3 quàm illa cõferre, ergo &c. † Patet ꝙ ſit quid maius, quia unio
per epiſcopum non põt explicari ſine conſenſu capituli. c. paſto
ralis in fine, de donationibus & per doct. in c. ſicut unire. de ex-
ceſſione prælatorum. ſed conferre beneficia põt ipſe ſolus, niſi
habeat omnia communia cum capitulo, uel niſi aliud ſit de con
ſuetudine, ſm Hoſt. in ſumma de his quæ fiunt a præla. ſine con
ſen. cap. §. j. in uerſi. collationibus ergo beneficiorum. & plenius
4 de elect. §. quis poſſit eligere. uerſi. quid de præbendis. † Ex eo
etiam probatur ꝙ unire ſit quid maius quàm cõferre, quia infe-
riores prælati qui habent ſibi pleno iure ſubiectas aliquas eccle
ſias, non eſt dubium ꝙ ipſas cõferre poſſunt, not. in c. cum plan-
tare. de priuileg. & tamen tales eccleſias non poſſunt unire, ut
5 habetur in d. c. ſicut unire. † Et implicatiua de qua in dicto pro-
curatorio, ibi, ac etiam ꝯferendi quæcunque beneficia &c. non
facit comprehendi unionem, implicat enim minora expreſſis,
ſiue ea in quibus eſt minor rõ, quam in expreſſis non maiora, ut
per Bart. in l. j. ff. ſi quis ius dicen. non obtempera. & per Alex.
6 conſi. xxiij. uol. iij. † Aliud etiam adhuc uiget ꝯ aſſertam unionẽ
nam ſi collatio dictę parrochialis, ut prætenditur ſpectat ad col
lationem canonicorum ſancti Martini, ſine eorum ꝯſenſu non
potuit talis unio fieri, per c. primum. §. ad hęc. de ſtatu mona. in
cle. & per gl. in uerſi. rector. in cle. n. ſecunda, de rebus eccl. non
alienandis. & ibi doc. & abſque ꝯſenſu non potuit uniri dictę p̄-
bendæ, prout unita prætenditur, argumento dictæ cle. ij. & not.
7 in d. c. ſicut unire. † Quantum autem attinet ad collationem in
qua ſe fundat. d. Ioã. etiam reſpondetur eandem non ſubſiſtere,
nec obſtat ipſi. facta enim fuit dicta collatio de dicta parrochia
li tanquam uacan. per obitum Ioã. quod minime eſt uerum, aut
enim tenuit comẽda facta ipſi Io. per uicarium epiſcopi, aut nõ
tanquam contra indultum Reuerendiſſimi Cardinalis, & etiam
epiſcopi non extenderet ſe ad comendanda beneficia ſpectan-
tia ad collationẽ alterius, niſi uacarent p obitum, ſi comenda te
nuit, & parrochialis non dicitur uacaſſe per mortem comenda-
tarij, ſed alio modo, & ſic per reſignationem Marci, per not. per
doctores poſt Federicum de Senis in tractatu permutatio. & in
c. nemo deinceps. de electionibus, lib. vj. & per Romanum cõſi.
eccl. In caſu prępoſitę conſultationis. ad hoc etiam nota. in cle-
8 mentina prima, ut lite pendente. in glo. in uerbo collato. † Si ue
ro comenda non tenuit, prout pars aduerſa affirmat, & adhuc
dicta parrochialis uacauit per reſignationem dicti Marci, ſed
tanquam uacans per reſignationem Marci collata non fuit, ſed
tanquam uacans per obitum Ioan. ut proximè dictum fuit er-
go &c. ad hoc nota. per Lapum allegatione. lxxviij. quæſtio. iiij.
9 † Nec obſtat ſi dicatur quòd etiam non uacauit per reſignatio
nem Marci, quia non tenuerit reſignatio, ex quo non fuit facta
in manibus ſuperioris, quia ſuperior, ſi uerum eſt quod præten-
ditur de collatione dictæ parrochialis ſpectan. alias ad d. cano-
nicum de præben. ſancti Martini erat dictus canonicus ergo ad
eius præiudicium tenuit reſignatio, & ſic dicitur per eius reſi-
gnationem uacaſſe iuxta nota. in c. quod in dubijs. de renuncia
tionibus, inſuper eſto ſine præiudicio, quòd d. canonicus contu
liſſet dictam parrochialem tanquam uacantem per obitum, uel
quouis alio modo, &c. & quòd ad ipſum ſpectaret alias collatio
tamen in caſu iſto dici poſſet ꝙ ſua collatio non ualuiſſet, tan-
quam

quam collatio deuoluta fuerit, in dicta uacatione, nec per dictā
reſignationem & commendam cum ſaltim ultra ſex menſes nõ
fuerit colorata ſtante diſpoſitione dicti. c. nemo. & adhuc infra
10 ſex menſes ẽt non colorata. ¶ † Et non uŕ excuſaſſe ipſum cano
nicum ad quem dŕ ſpectare collationem, qui uidens aliū quàm
priorem in poſſeſsionem & non inſtitutū a ſe debuit perquire-
re quo iure eſſet in tali poſſeſsione, & non perquirendo uŕ tem-
pus ſibi curriſſe tāquam negligenti per notata in c. ij. de ꝯceſsio
11 ne præbendę, & in c. quia diuerſitatis eo. ti. ¶ † Nec dicta Lap.
in allegatio. ſ. adduct. obſtāt quia termini ſunt prorſus diuerſi,
in caſu. n. ſuo, iuſtiſsima fuit ignorantia patronorum ſuper hoc,
tñ in præſenti caſu non eſt inſtādum, ex quo ut fuit præmiſſum,
collatio facta fuit tanquam de uacan. per obitum, non alio mõ.
12 ¶ † Circa aliud dubium datum in eadem cā, ꝙ monitoriū nul-
lum exiſtat, dŕ ꝙ licet magna fuerit auctoritas dictorum Cardi
nalium affirmantium eis ꝯſtitiſſe ex teſtium & iuriū productio
ne de narratis in cõmiſsione & propterea actus qui alias prima
fronte præſumitur iniuſtus, tñ ex quo aliquo certo caſu iuſtifica
ri põt, ſi eſt geſtus a perſona prouida & honeſta præſumitur iu-
ſtus & factus in caſu poſsibili, ut eſt text. nota. & ibi ponderat
Abb. in primo notabili in c. niſi eſſent de præbendis in princ. &
allegat notata per Inno. in c. j. de cleri. peregr. & facit quod not.
13 Ang. in l. ea quidē. col. xxxvj. C. qui accuſ. nõ poſ. ¶ † Quia uero
hæc præſumptio facile eliditur ex facto ʒrio, & ex cæteris actita
tis in cā idcirco dicta p̄ſumptio annihilatur, quia p̄ſumptio for-
tior tollit minus fortem. l. diuus cum ſi. ff. de in integ. reſti. nam
ꝯceſsio aduerſarij narrat plura grauia & prouocantia ipſum Põ
tificem ad ꝯcedendum, & tñ Papa cõceſsit ꝯſtito ſummariē de
14 aſſertis. † Quæ uerba ſonant in ꝯditione ſiue in modum formę
ſi de narratis ante monitorium ſummarie minime conſtiterit oīa
ſunt nulliter geſta. c. ſi. ibi cum igitur mandatū ſe ad alia nõ ex-
tendat, & c. mandamus tam inſtitutionem huiuſmodi quàm ex-
communicationis ſniām deinceps non tenere, & ibi ponderat
15 Abbas eẋ de præbendis. ¶ † Nam ſiue detur forma a l. mortua,
ſiue a uiua, id eſt a principe uiuente, & non ſit ſeruata ſubiacet ip
ſe actus ſic geſtus uitio nullitatis & oīa inde ſecuta ſunt ſimili-
ter nulla, & eodē modo reuocanda iudicio nullitatis, tex. & glo.
in c. fides. x. diſt. & glo. in cle. j. in uerbo donec. de re iudicata, &
tex. ubi Inno. & Ant. de But. in c. ex inſinuatione. de procurato-
ribus, & c. cum dilecti. de empt. & uend. cum igitur neq; ex arti
cularis per impetrantem nec ex inſpectione compromiſsi & lau
di potuerit ꝯſtare, de narratis in commiſsione, plene uel ſemi-
plene ſed potius oīa ex ſui inſpectione apparent nulliter eſſe ge
ſta uidelicet laudum poſt diem compromiſsi latum, & uiolatio
pacis, nedum nõ fuit articulata, & ꝯñr teſtes ſuper ea depoſuiſſe,
nõ pręſumuntur, ſed nec ipſa pax fuit producta, ſed tñ poſt de-
cretum monitoriū fuerint producta quędam capitula pactorū,
q̄ ꝯuentiones & pacta ab ipſiſmet ʒheotib. nõ pax nuncupatur.
prorogationes ẽt compromiſsi, licet nullę ſint, tum quia a non
procuratoribus factę, tum quia poſt terminum compromiſsi ex
piratum, tum quia corā ipſis Cardinalibus minime fuerunt pro
ductę tempore decreti monitorij non potuere iuſtificare ipſum
16 monitorium ſic decretū. ¶ † Et ſic apparet ꝙ aſſertio Cardina
lium redditur minus uera & ualida, propterea illi nullatenus eſt
ſtandum uel pro ea p̄ſumendum cū cõſtet de ʒtio ex actis iuxta
gl. fi. in c. ſicut. extra de ſent. exco. & ponit Ang. conſi. clxxxij. &
Rot. de proba. deciſ. ccxiiij. in antiquis, non ob. ꝙ d. dictorum
aſſertionis & geſtorum per Cardinales habuerit notitiam & co
piam, quia fuerunt intimatę perſonaliter, & tñ ab illa intimatio
17 ne non appellando uĩr ſibi p̄iudicaſſe, &c. ¶ † Nam rńdetur ab
actu nullo, non eſſe neceſſariam appellationem, & ubi nõ inter-
ponitur non p̄iudicat quia tñ interponitur ab actu iniuſto, nõ
aũt nullo tex. eſt in l. j. §. ſi quis tutor. ibi, ſed ſi fuerit repulſa tũc
demũ appellare debet, cæterũ ante fruſtra appellator. ff. qñ ap-
18 pel. ſit. ¶ † Præterea nihil prohibet quo minus poſt falſam aſſer-
tionē Cardinaliū, & nullā, ut patet ex actis, licet intimatā nõ poſ
ſit peti declaratio per uiā nullitatis ſuper ipſis cenſuris ſic fulmi
natis ſm Io. And. in c. licet. in uerbo euitari de ſent. exc. li. vj. p̄-
ſertim cū dicta aſſertio tñ faciat aliqualē p̄ſumptionē, q̄ tñ ex
actis eliditur ut dixi quia ueritas p̄ualet opinioni. l. illicitas. §. ue
19 ritas. ff. de off. p̄ſi. cū ſi. † Itē quia decretū monitorij, ubi interpo
nitur ʒ ius partis, eſt ipſo iure nullum tex. eſt no. in l. Sciẽ egreſ-
20 ſę. ff. de tut. & cu. da. ab his. & l. ſi putas. C. de pet. hęr. ¶ † Et di-
cit Alb. in l. ſi. ff. de iu. & iu. ꝙ licet alias ſnīa ʒ ius partis ſit iniu-
ſta, tñ decretū ʒ ius partis eſt ipſo iure nullū, per dicta iura, alle-
gat duas rõnes differentię, prima quia ſnīa fertur p̄ſentibus par-
tibus, monitoriū uero partibus abſentibus, itē decretū monito-
rij debet interponi cā cognita, ergo ſi aliter fit tanquam ʒ ius
eſt ipſo iure nullum, non ſic in ſnīa, ut ibi latius per eū, & ſic om
ni caſu decretum monitorij fuit nullū & multo magis iſto caſu
cum fuerit data forma a lege uiua, & illa non ſeruata fuit decre
21 tum. † Fortius dicebat Ott. & Hoſt. in d. c. ſi. de preb. ꝙ delega-
tus qui tulit ſnīam iniuſtam, cenſetur ſemper nulliter iudicare,
quia ſemper ʒ formam mandati dŕ facere iniuſte iudicando, &
licet aliqui mordeant illud dictū, tñ in caſu noſtro plana eſt om
nium ſnīa, pp formā p̄cedentem uidelicet ꝯſtito de aſſertis quo
caſu oēs doctores ꝯcordant. ¶ Quantum attinet ad dubiū, ꝙ de
claratio & inde ſecuta ſint nulla, uŕ eius deciſio dependere a pri
mo dubio, tū quia declaratio & appoſitio interdicti erat ʒ for-
mam mandati cū non ꝯſtiterit plenè de narratis in ꝯmiſsione,
tum ẽt quia dum petitum extitit derogari extrauagā. Bonifacij
octaui. q̄ incip. proinde fuit ꝯceſſum ꝯſtito de aſſertis & ſic ſimi
liter in modum formę uel ꝯditionis, & tñ non ꝯſtito de illis pro
22 ceſſerunt ad declarationē, & alia inde ſecuta. ¶ † Itē ubi alicui
ex aliqua cā noua tribuitur iuriſdictio ſub certa forma qua non
ſeruata iudex ad ulteriora procedit nulliter procedit & decla-
rat, iuxta glo. in cle. j. de iure patro. extra. & Roma. cõſi. ccxxvj.
23 ¶ † Item dato quod in decreto monitorij, non fuiſſet neceſſaria
plena probatio in excommunicat. tñ & in declaratione ſecus ſe
cundū Bar. in extrauag. ad reprim. in uerſi. ſummarie. tex. & glo.
in cle. ſæpe. de uerb. ſig. Item prorogationes duplici de cā ut di
xi in primo dubio, ſunt nullę, hæc aũt declaratio, & inde ſecuta,
nullum habent fundamentū, tum ex p̄dictis, tum quia ꝯſtat lau
dum fuiſſe nullum prorogationes ẽt nullas a non procuratore
aduerſarij factas, & poſt terminum ꝯpromiſsi expiratum laudū
non apparet intimatū procuratoribus neq; principalibus, pax
non fuit articulata neq; probata, ſimiliter nec eius uiolatio, idē
de periurio, de quo non ꝯſtitit cū eẋ diem ꝯpromiſsi fuerit lau-
dum latum de diſsipatione bonorum, ſimiliter nihil cõſtitit, &
ſic cum p̄dicta minime fuerint probata & liquidata Cardinales
proceſſerunt cā nõ cognita, & ſine probationibus neceſſarijs cū
tam ex iuris cõis diſpõne, quàm ex forma data in reſcripto, ꝯſtā
io de aſſertis, debeat de p̄miſsis oībus plene ꝯſtare, ante excõica
24 tionē & declarationē p̄dictam. ¶ † Nec obſtat ꝯtemptus in non
ꝯparendo, quia ex eo ſolo nõ dŕ quis ꝯtemnere, ꝙ nõ paret cẽſu
ris uel ſnīæ excommunicati ſuperioris niſi aliud de meritis cau
25 ſæ appareat, ut uolunt gl. & doc. in c. de libellis. xx. diſt. ¶ † Non
obſtat ſi obijciatur, ꝙ ſnīa cenſurarū, ſiue nulla ſiue iniuſta par-
te nõ appellāte teneat iuxta. c. illud. per Innocentiū de clericis.
excõica. mi. quaſi per non ʒdictionem uel nõ appellationē par-
tis uideatur ratificata ſnīa quamuis nulla & ꝯñr dici non poſsit
26 de nullitate dictarū cenſurarum. † Quia rñdetur illud uerum,
niſi ſnīa & monitorium eſſent lata. & decretum ʒ ſtudioſam for
mam ipſius mandati delegantis, q̄ ꝯcernāt nõ mõ habitum, ſed
ẽt expediunt iuriſdõni, propter ꝯditionē adiectam, qm̃ tũc defi-
cere cẽſetur tam ꝯſenſus partis ʒ quam fertur, ſed ẽt intẽtio de-
legantis, & iõ tunc per nõ appellationem; uel nõ ʒdictionē par-
tis, ſnīa non firmatur, ſed ſemper erit nulla, quia deficit cā effi-
ciens, & cā formalis, ſm Hoſt. & Anton. de But. & magis cõiter
doctores ſm Butrigarium in ca. prudentiam. de officio delegat.
27 † Nam licet per non ʒdictionem uideatur ſuppleri defectus cõ
ſenſus, non tñ ſuppletur defectus ſtudioſę formę datę a Papa,
dum dicit ꝯſtito de aſſertis, partes enim hoc facere nõ poſſent,
tacite nec expreſſe, quia cenſetur defectus iuriſdõnis, prout etiā
tenet Pet. de Ancb. ꝯſi. ccxcviij. & Inno. & docto. in d. c. pruden-
tiam. nam illa uerba ꝯſtito de aſſertis, non modo concernũt ius
partis, ſed etiam iuriſdictionem concedentis, & illius facultatē
ac iuſtificationem, cum alias Papa in eundem dictam iuriſdõnē
non dediſſet, niſi conſtitiſſet de periurio, & uiolatione pacis. c.
nouit. de iudicijs. & ideo tales defectus partium prorogatione
28 uel taciturnitate, aut non ʒdictione iuſtificari nequeunt. † Ad
prædicta facit, quod dicimus regulariter, ſentẽtias cenſurarum
propter periculum animarum non tranſire in rem iudicatam. c.
29 conſanguinei, ubi doct. communiter, de re iudicata. † Præſertim
ubi ſententiæ cenſuræ ſunt latę per uiam præcepti ſeu monito-
rij ſine cauſæ cognitione, prout ꝯtingit in caſu noſtro, ut eſt gl.
ſin. communiter approbata in c. ex parte. il primo. de uerb. ſign.
& not. Antonius de Butrio in cap. ab excommunicato. col. xij.
30 de reſcriptis. † Ad ultimum dubium dico ꝙ licet probetur Car
dinalem habuiſſe habitationem apud ſanctum Petrum, & de-
legatus

legatur alio loco poſſit ſententiare, ſm gl. Bar. & alios in l. fi. ff.
31 de iuſt. & iure. & Bar. in l. v. C. quomodo & quando iud ea. † Et
uerb. ſolitę, uerificetur una uſce. l. j. C. quomodo & quando iu-
32 dex. l. mella ait. §. j. ff. de alimen. & cibarijs legatis. † Tamen
qn in citatione eſt expreſſus locus, uidelicet ſolitę habitatio-
nis, & agitur de re ualde præiudiciali, non ualet ſententia, quia
in tali re non licet uagari, ita ſentit Barto. in l. dies cautionis. §.
prætor ait. ff. de damno infecto. per illum tex. ibi, degit. & Spec.
in tit de competen. iudi. adito. §. j. uerſic. ſed nunquid. † Iccirco
33 ſentiunt q debet intelligi de loco ubi maiori parte anni habita
bat. l. cum delanionis. §. Sabinus. de fundo inſtructo. clemen. cau
ſam. & ibi gl. de electio. † Sed Cardinalis præfatus pro maiori
34 parte anni degebat, & ſolebat habitare alibi ergo &c. Et illud
domicilium ſancti Petri erat potius diuerſorium ad quietem
poſt finitum conſiſtorium, & ſic non ad reſidentiam faciẽdam,
ſed ex quo pro cauſa huiuſmodi elegerat tribunal in certo loco
ſpecificato, non debuit mutari, & ſi mutabatur, debebat muta-
tio intimari partibus, ut ſcirent ubi comparendum eſſet alias
non ualuit. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Indultum conceſſum epiſcopo, de conferendis triginta beneficijs, an præiudicet regulæ de quatuor menſibus conceſſis ordinarijs, & alijs ſeq.*
Conceſſa fauore alicuius, non debent inducere reſtrictionem.
2 *Exceſſus modicus & paruus, ex quibus conſideretur.*
3 *Motus proprius tollit ſurreptionem.*
4 *Obedientiæ præſtatio, facienda Pontifici fauorabilis eſt, cum eius contrarium ſit odioſum.*
5 *Priuilegia & gratia mera, reſtringendæ ſunt.*
Alternatiua conceſſio, an ſit fauorabilis uel odioſa, & alijs præcedentibus.
Diſpoſitio reducens rem ad primæuum ius fauorabilis eſt.
Quando conceditur aliquid per quod ſit reductio ad ius commune, non ſonat in priuilegium.
6 *Nec iſto caſu erit neceſſaria clauſula derogatoria, alterius conſtitutionis habentis clauſulam derogatoriam.*
7 *Falſa expreſſio, quando & quo caſu uitiet conceſſionem, & nume. 8. & 9.*
8 *Numerus pluralis, an uerificetur in ſingulari, & nu. 9.*
Si plura narrantur in commiſſione, ſatis eſt quòd unum ex illis uerificetur, & ſeq.
10 *Conceſſum aliquibus ex cauſis, non ita de facili præſumitur ſublatũ.*
11 *Breue an cenſeatur ſuſpectum, propter retectionem alicuius commiſſionis.*
Et quid ſi papa atteſtatur, ſe aliquid rectè conceſſiſſe, an denuo uideatur id concedere.
12 *Clauſula quod tenor haberi debeat pro expreſſo, an operetur, quando de alia conceſſione facienda eſſe: expreſſa mentio.*
13 *Et quid ſi derogatio ſit per modum legis.*
Si in gratia alternatiuæ apponitur illa clauſula, non ualeant expectatiuæ, niſi in eis ſiat expreſſa mentio de alternatiua quid operetur.
14 *Clauſula, ſtatum cauſæ habentes pro expreſſo, an uerificetur in æquipollenti.*
Confirmans in uirtute ſua, quos defectus tollat, et unde tale uerbum deriuetur. & nu. 15.
16 *Facilius derogatur clauſulæ ſimplicis derogatoriæ, quàm clauſulis fortioribus derogatoriarum derogatorijs. & nu. 7. & 15.*
17 *Clauſula, non obſtantibus priuilegijs ſub quacunque uerborum forma conceptis, quid importet.*
18 *Clauſula, pro expreſſo habentes, an deroget priori diſpoſitioni habenti fortiores clauſulas.*
Clauſula, tenore habito pro expreſſo, refertur ad principalem diſpoſitionem non autem ad uerba derogatoria, contenta in illa, & idem in clauſula non obſtan. priuilegijs &c. nu. 19. & 21.
20 *Religio conſideranda eſt, & fauore proſequenda.*
21 *Præfatio, & proœmium conſiderantur.*
22 *Qui utitur generalitate, & ſcienter, an dicatur doloſè uerſari.*
23 *Clauſula illa, cum derogatione literarum latiſſime extendenda, qualiter intelligatur & interpretetur.*
24 *Et ad qua extenſio fieri debeat.*
25 *Gratia binę conceſſa motu proprio, qua illarum ſit præferenda.*
26 *Motus proprius, non tollit defectum intentionis.*
27 *Clauſula, pro expreſſis habentes, procedit quando in prima diſpoſitione, non ſunt clauſulæ, geminatæ, & fortes derogatoriarum derogatoriæ.*

CONSILIVM XLII.

QVANTVM Ad alternatiuam, dicendum eſt, minime ſublacere uitio ſurreptionis quamuis nõ fuerit in alternatiua expreſſum, prius per papam conceſſum fuiſſe indultum de ↄferendis triginta beneficijs, quia qñ Papa conceſsit indultum prædictum cogitauit epiſcopum gaudere ultra dictum indultum, regula de quatuor mẽſibus ordinarijs conceſsis tempore expectatiuarum, alias ſi aliter diceremus, nõ gratia ſed reſtrictio fuiſſet inducta, ꝫ. l. quod
fauore. C. de legi. l. ſi mancipia. ff. de fundo inſtructo. & c. quod
1 ob gratiam. de regu. iur. li. vj. † Patet ergo q in ↄceſsione alterna
tiuę, modicum plus conceſsit, uidelicet, duos menſes, pluſquam
2 regula de quatuor menſibus conceſsis, † q autem talis exceſſus
dicatur modicus, ſatis patet ↄſtare ea perſona ↄcedentis, & per
ſona cui cõceditur, utpote oratori regis, ↄceſſum ẽt ex perſona
donantis & donatarij, arguimus, ſi n donũ ſit grande. c. & ſi que-
3 ſtiones. de ſimo. & in l. & ſi ſuſceptum. cũ ibi not. ff. de iudi. † Eo
maxime, quia alternatiua eſt motu proprio cõceſſa propter qđ
ceſſat ſurreptio. c. ſi motu proprio de præben. li. vj. Et conceſsio
facultatis. xxx. beneficia conferendi fuit modica, quia ↄceſsio.
xxx. beneficiorum in terra ubi ſunt pluſquam duo milia, cenſe-
tur modica. † Nec põt allegari defectus intentionis, tum per prę
4 dicta, tum etiam quia credendum eſt papam, talia & maiora cõ
ceſſurum pro epiſcopo, qui orator regis uenit ad præſtandum
obedientiam, cum. n. ſuum ↄtrium ſit malũ & deteſtabile. xxiiij.
q. ij. c. ſciſma. obedientiæ præſtatio quæ eſt eius ↄtrium debet mul
tis fauoribus affici, quia ↄtriorum eadem eſt diſciplina, c. intelle
cto. de iure iur. & in l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. facit ẽt
fauor religionis. l. ſunt perſonę. ff. de relig. & ſum. fune. ſumma
etiam eſt ratio. † Nec obſtant not. in c. ueniens. de præſcri & in
5 c. ij. de fil. præsby. lib. vj. quia ubi doct. loquuntur quando ſunt
duo priuilegia, uel duę gratię merę. At in caſu noſtro, cõceſsio
alternatiuę non eſt mere gratia, quia per alternatiuam reuerti-
tur ad ius commune, ne ordinarij tantum grauentur. iuxta not.
in c. ij. & iij. de præben. li. vj. & ẽt res de facili reuertitur ad ſuã
naturam. c. ab exordio. xxxv. diſtin. & in l. ſi unus. §. pactus uerſi.
6 quod in ſpecie dotis. ff. de pactis. ¶ † Vnde dicebat Fulgo. conſi.
clv. q licet in canone edito in cõſtitutione cenſeatur contineri
clã derogatoria, tamen qñ conceditur aliquid, per quod reuerti
tur ad ius commune, non opus eſt derogatione. Ad id aũt quod
dr̃ de breui conceſſo eidem Epiſcopo, in quo Papa atteſtatur,
nolle derogare alternatiuę per expectatiuas ↄceſſas uel in poſte
rum ↄcedendas debere Epiſcopũ uerificare quod expreſsit, uide
licet, q nõnulli ſe iactant gratias expectatiuas ſe habere in mẽſi
bus alternatiuę, cũ tñ nõ reperiatur niſi de uno ſpectãte, primũ
dico q non expreſsit Epiſcopus q aliqui haberẽt gratias expe
7 ctatiuas, ſed q nõnulli ſe iactabant habere. † Præterea nõ ſemper
falſa expreſsio uitiat, ſed illa tñ quæ difficultaſſet principem ad
ↄceſsionem inata. c. ſuper literis. in fine de reſcriptis, ſm Pet. de
8 Anch. conſi. cxxxvij. † De natura & efficacia. & quod not. do. de
Rot. in deciſ. cccl. illa falſitas. in titu. de reſcriptis in antiquis, &
alia deci. eod. titu. in antiquis. Papæ ſupp. & deci. lxxxiij. ſi quis
narrauerit no. in ti. de reſcriptis. Licet. n. dixerit plures expectãtes
expectatiuas ſe iactare habere in mẽſibus alternatiuę tñ ſufficit
ꝓbare de uno ſicut alias dicit deci. Rot. lxviij. in ti. de reſcriptis
in no. licet plura. q ſi aliqua narrentur in ↄmiſsione quorũ ali-
qua ſint uera, aliqua falſa ualebit cõmiſsio ſi ex ueris põt ſequi
effectus, & ad idẽ deciſ. Rot. in antiq. xv. ſi plures. & Bellemo. de-
ciſ. xxviij. licet plura. & Lap. allegat. xxiiij. per c. ex parte. il j. de
9 reſcriptis. † Facit ẽt quia pluralitas reſoluit in ſingularitatẽ ut hr̃
in l. falſa demõſtratio. in fine. ff. de ↄdi. & dem. & in c. oẽs leges.
prima diſtin. & quod hr̃ per Gemin. in c. j. de rer. permut. lib. vj.
poſt Io. And. q ille tex. loquens in plurali, habet locum ẽt ſi tñ
unus eſſet expectans, & multo magis in propoſito, quia Papa in
breui fundat ſe, q nõ intendit grauare in menſibus alternatiuę,
quia ſatis eſt grauatus in alijs ſex mẽſibus Papæ, imo creditur q
ſi quæ ſunt in præſenti expectatiua cõditionaliter loquendo q
10 non intendit derogare alternatiuę, † uel ſi in poſterũ aliquę ex-
pectatiuę ↄcederent ſentiẽs caſum quo de pñti nõ eſſent expe
ctatiuę & ſic apparet, q nõ ſe fundat ĩ narratis, & ſic ceſſat rõ cle
mentinæ

mentinæ primæ de probationibus,non.n.de facili debent cenſe
ri ſublata alternatiue, pro oratione ad inſtantiam unius priuati
11 expectantia facit regu.doc.& quod hr.aav.q.ij.in ſumma.† Bre
ue aũt prædictum non põt cenſeri ſuſpectum, quia Papa in reie
ctione cuiuſdam commiſsionis aduerſarij atteſtatur tale bre-
ue recte ꝯceſſum,iõ uideri ac ſi ſecũdo breue ꝯceſsiſſet,argõ no.
per doc.in c.porrecta.de ꝯfir. uti.uel inuti. & iõ nõ eſt ꝯ uerba
Papę diſputandum cle.j.de proba.& quod not. in c.ſi motu pro
prio de præb.arbitror tñ non opus eſſe recurrere ad breue,quia
ẽt abſque breui dico gratiã & expectatiuã aduerſarij non ſuffi-
cienter derogaſſe alternatiuę,nam in alternatiua ꝯtinentur hu
iuſmodi uerba,non obſtan.expectatiuis, &c.ẽt ſi in eis ꝯtineren
tur clæ derogatoriarum derogatoriæ fortiores & efficaciores.in
expectatiua aũt quamuis principalis diſpoſitio dictæ gratiæ al
ternatiuæ in parte narretur,tñ non exprimuntur clæ derogato-
riæ,ac illę quæ derogant derogatoriarũ derogatorijs,q̃ ſunt po
ſite in alternatiua , imo ſimpliciter dr̃ tenore alternatiue habito
12 pro ſufficienter expreſſo.† Conſtat enim ꝙ qñ tñ eſſet in alter-
natiua iſta clã non ualeant expectatiuę, niſi de alternatiua ex-
preſſam faciant mentionem , ꝙ tunc ſufficerẽt illa uer.non ob-
ſtan.alternatiua,cuius tenor haberi debeat pro expreſſo, ut iſto
caſu procedit,quod not.Bal.per illum tex.in l.omnis.C.de pſc.
13 aaa.anno.† Præterea tex.ille procedit qñ fit derogatio per mo-
dum legis,iuxta ea q̃ ponit Bar.in extrauagã. ad reprim.in uer.
non obſtan.poſt principium,& quod not. in propoſito Paul.de
Ca.ꝯſi.lv.Paſſus iſte.col.a.uerſi.ij.not.dum rñdet ad elementinã
primam,in fine de ſepul. quia ex quo lex fit ad utilitatẽ publicã
præfert priuatę.l.unica.§.pen.C.de caducis tollendis.& in dicto
caſu qñ cũ alternatiua poſita fuiſſet tñ illa clã,nõ ualeant expe-
ctatiuę niſi in eis fiat expreſſa mentio de alternatiua. in expecta
tiua aũt eſſet dicta clã,pro expreſſo habentes & ꝙ dicunt dom.
de Rot.deciſ.ccxiiij.ſi cã cõmittatur.q̃ eſt in titulo de reſcriptis
in no.ut licet ſit de proceſſu cauſæ faciẽda mentio ꝙ ſufficit illa
clauſula in cõmiſsione,ſtatum cauſæ,pro expreſſo habentes.
14 ¶ † Quia tunc ſatisfit per æquipollent formæ,quam uoluit de-
rogans obſeruari qui permiſit iſto caſu derogari poſſe,ſic ẽt pro
cedit quod uo.Ant.de But. ꝯſi.lj.itẽ quia ibi loquitur,qñ in cõ-
ceſsione legati erat derogatio,licet nõ poſsit legatus derogare,
& acceſsit Papæ ꝯfirmatio quia licet in ꝯfirmatione nõ eſſet de-
15 rogatio referebat ſe ad diſpõnem legati.† Cuius defectus intẽd
debat ꝯfirmans tollere,quia ꝯfirmat in uirtute ſua & alterius cõ
firmat,quia ꝯfirmare dr̃ a con,quod eſt ſimul, ut elegãter tradit
Bal. ꝯſi.ccclxxxvij.Verba Papæ uolu. iij. Præterea non loquitur
qñ in prima diſpõne eſſent clæ tam fortes ſed in caſu alternati-
uæ prædictæ , ubi eſt geminatio derogationis per clauſulas for-
tes, uidelicet illas non obſtantibus expectatiuis,ẽt ſi in eis eſſent
clæ derogatoriarum derogatoriæ fortiores & efficaciores,uidet
derogans proteſtari nõ poſſe derogari in aliquo caſu,uel ſi poſ-
ſit oportet,ꝙ ſpecialiter tollatur talis efficax clã.iuxta.c.ex lr̃is.
de dolo & ꝯtuma.& quod not.Pau.de Caſt.d.ꝯſi.lv.Paſſus iſte.
16 maxime prope finẽ ubi dicit,† ꝙ facilius derogatur clæ ſimpli-
ci derogatoriæ quàm clauſulis fortioribus uidelicet derogato-
riarum derogatorijs,qui ẽt pro hac opinio. allegat Bar.in l.ſi qs
in principio teſtamenti.de legatis.iij.col.iiij.uerſi.quid ſi uerba
derogatoria,&c.ad quam ſnĩam cõem,accedit ẽt Raph.Cum.in
d.l.ſi quis in prin.col.pe.uerſi.itẽ ubi dicit,ex quo dicebat Bar.
17 in l.ſi quis in princ. † ꝙ licet qñ in teſtõ eſt ſimplex derogato-
ria,ſufficit dicere non obſtante tali teſtõ manu talis notarij ſcri-
pto ſecus ſi derogatoria eſſet fortior ſimplici derogatoria , & in
hoc ſequuntur ſnĩam Bar.cõiter doc.in l.ſi mihi & tibi.§.in lega
tis.de lega.j.& Sal.in l.ſancimus.C.de teſtamentis.quicquid di-
cat Bal.in l.humanum.C.de legibus . per quæ apparet non eſſe
curandum , ꝙ aduerſarius in expectatiua fecerit mẽtionem per
quem pontificem alternatiua ſit ꝯceſſa, unde licet illa uerba nõ
obſtantibus priuilegijs ſub quacunque uerborum forma conce
ptis,importent tñ ac ſi eſſent ſpecificata,ſm Bald in l.omnis.in
tex.C.de præſcripti.aaa.annor. dum exemplificat de teſtõ,& tñ
qñ in diſpoſitione præcedenti,eſt clã derogatoriarum derogato
ria,non ſufficit dicere non obſtante priori diſpoſitione ſub qua
cunque uerborum forma concepta,ut inquit Pau.de Caſt.d.ꝯſi.
18 lv.Imo expreſsius uoluit Cardin.conſi.cxxxvj.Factum ſic ſe ha-
bet.col.pen.uerſic.indulto autem. iuncta reſponſione quã ponit
in ulti.col.ad aliud. cum dr̃,ꝙ etiam clã pro expreſſo habentes.
non derogat priori diſpoſitioni fortes clauſulas habenti , qñ ẽt
in alternatiua dicitur non ualeant expectatiuę,etiam cum clau-
ſulis derogatoriarum derogatorijs,præſuppoſito etiã ſi expreſſe
& de uerbo ad uerbum de principali diſpoſitione faciant men-
tionem in derogatione,illa enim uerba,tenore alternatiuę habĩ
to pro expreſſo.referuntur ad principalem diſpoſitionem alter-
natiuę,non autem ad uerba derogatoria in ea ꝯtenta,cum nunc
in genere nunc in ſpecie de uerbis derogatorijs fiat mentio , ut
de illis uerbis, non obſtantibus priuilegijs ſub quacunque uer-
borũ forma ꝯceptis.ꝙ non referãtur ad clauſulas derogatorias,
ſed tantummodo ad principalem diſpõnem,tradit Pau. de Caſ.
conſi.cccxv. Quoniam adiectione.q̃ uerba æquiparauit Bald.in
d. l. omnis. ut ſupra dixi in illis uerbis cuius tenor pro expreſſo
19 haberi.† Aliàs ſequeretur ꝙ per eaſdem clauſulas per quas dero
garet ſimplici clauſulæ derogatoriæ derogaretur clauſulæ for-
tiori,uidelicet derogatoriarum derogatorię, quod eſt ꝯ notata
per Bar.in d.l.ſi quis in princ.& per Pau.d.conſi.lv.cum alijs.ã.
allegatis.pone enim ꝙ in alternatiua nulla eſſet derogatoria,&
Papa in narrando tenorem alternatiuę,ne totum tenorem tene
tentur exprimere dixiſſet illa uerba , tenore alternatiuæ habito
pro expreſſo,igitur in caſu noſtro requiritur magis ſpecifica de
rogatio , eo maximè ꝙ non eſt facta mentio de præfatione, ſeu
20 proœmio dictæ alternatiuæ.† In proœmio dictæ alternatiuę Pa
pa dicit,ſe pro ambaſciatore qui pro unione eccleſiæ,& pro præ
ſtanda obedientia pro rege uenit, talem alternatiuam ꝯcedere.
Summa eſt.n.rõ ut ſuperius in alio articulo dixi q̃ pro religione
21 facit.l.ſunt pſonæ.ff.de relig.& ſum. fune. † Prætatio.n.eſt ꝯſi-
derãda.l.ſi.ff de her.inſti.& pro ambaſciatore gloſa & iura alia
multũ fauent.l.ſi.ff.de legatis.ubi dicit tex.ꝙ legati ſancti hñr.
Si enim papa noluiſſe uere derogare alternatiuę,ſicut fauorabi-
liter ingeminauit tot clauſulas in alternatiua, ſic eas in expecta
tiua poſuiſſet,prout eſt de ſtilo, qñ fauorabiliter derogatur clau
ſulis tam fortibus,ſicut alias ꝯſiderat Pau.de Caſt.in d.ꝯſi.lv.in
x.col.non enim occupaſſet membranas tantum talis ingemina
tio clauſularum ſicut ferè de uerbo ad uerbum, in multis princi
palis diſpoſitionis alternatiuę expreſſa facta mentio,igitur cre-
ditur circumuentus.c.cum olim.de re iudicata.Ex quo ſine cau
ſa ꝯceſsit expectatiuam cum derogatione alternatiuę,ut ex alijs
conſiderat Cardi.in d.ꝯſi.cxxxvj.in prin. col.antep. Sicut enim
in expectatiua tenorem principalis diſpoſitionis alternatiuę ex
preſsit,ſic potuit exprimere clauſulas illas fortiſsimas,uidelicet
illas, non obſtan. expectatiuis etiam ſi in eis eſſent clauſulæ de-
rogatoriarum derogatoriæ,& fortiores,& efficaciores,ſed ideo
expreſsit uerba tñ generalia, cum tñ ſciret tales grandes clauſu
las in alternatiua ineſſe, ut facilius circunſcriberent papã,quod
etiam ex eo deprehenditur, ꝙ etiam in ſupplicatione non fecit
mentionem de alternatiua,ſed ſub uolucro uerborum illorum,
uidelicet non obſtantibus literis per papam conceſsis,ſuper fa-
cultate conferendi.aaa.beneficia,& quocunque & qualiscunq;
ad eius collationem &c. quæ in certis menſibus tunc expreſsis
uacare cõtingeret, fecit mentionem de literis,non nominando
22 eas ſub nomine alternatiuę. † Et ſic uidetur dolo uerſatus, uſus
tanta generalitate cum non eſſet ignorans.argu.l.ſi quæro.ff.de
act.emp.& ibi Bar.Pau.de Caſt.& doctores in l.ſi quis cũ aliter.
ff.de uer.ob.& quod hr̃ in l.j.§.ſi.ff.de act. empt.& l.quæritur.
§.ſi uenditor.ff.de ędil.edic.& quod not.Spe.in ti.de empt.& uẽ
di.§.nunc uidendum.uerſi.quid ſi uenditor equi.& uerſi.quid ſi
23 uendo tibi.& Abb.in c.iniuſtum.de rerum permutatione. † Et
per eaſdem rationes dico,illa uerba poſita in literis ſupplicatio-
nis expectatiuæ.Et cum derogatione dictarum literarum latiſsi
me extendenda, minime obſtare , tunc per prædictas rationes ,
tum quia etiam ſi in literis alternatiuę fuiſſet tantum ſimplex
clauſula derogatoria adhuc in ſupplicatione poſita eſſent illa
uerba,& cum derogatione latiſtime extendenda,extenditur e-
nim derogatio cum exprimuntur clauſulæ derogatoriæ , & di-
ſpoſitio exprimitur latè extenſa , ſed nos ſumus in derogatione
derogatoriarum derogatoriæ latiſsimè extendenda, quod papa
non conceſsit quia conceſsit derogatorię extenſionem,dummo
do non tranſeat in aliam ſpeciem,quia extenſio ad aliã ſpeciem
non habetur,iuxta nota.in l. ſi quis ex conſenſu.C.de epiſcopa
24 li audientia.† Eo maximè quia in generali ſermone,non ueniunt
ea quæ uerisimiliter non ueniunt conceſſa.c.in generali. de offi
cio uicarij.libr.vj.nunc bene exprimitur in dicta ſupplicatione,
ꝙ epiſcopo fuit conceſſa alternatiua , propter quæ , & propter
prædicta,& quia conceſsit priuato ignoto,qui nunquam fuit in
curia Roman. ſine cauſa quod noluit concedere proprijs do-
meſticis & familiaribus Papæ,iõ Papa creditꝛ circumuẽtus in de-
rogando

rogando conceſſioni ambaſciatori factæ. cap. cum olim. de re
25 iudicata. † Nec obſtat ꝙ expectatiua aduerſarij ſit conceſſa mo-
tu ꝓprio qa ēt gratia alternatiuę eſt ꝯceſſa motu ꝓprio, & am
baſciatori regio, pro p̄ſtanda obediētia, & eſt prior ergo potior
26 regu. qui prior. de regu. iur. lib. vj. † Tum etiam quia in alternati
ua motu proprio conceſſa Papa proteſtatur ꝙ non ualeant ex-
pectatiuę in futurum concedendę, etiam ſi eſſent motu proprio
conceſſæ. igitur ſtandum proteſtationi Papæ. l. j. §. item ſi prædi-
xerit. ff. nau. caupo. ſtabu. tum etiam quia Papa proteſtatur ſe al
ternatiuam irreuocabilem concedere, motus etiam proprius li-
cet tollat ſurreptionem non tamen tollit defectum intentionis,
ut not. per doc. in c. ſi motu proprio. de præben. lib. vj. & glo. in
in clemen. ſi Romanus. co. tit. & deciſio. ſexta, in tit. de præben.
in no. item licet motus proprius. & glo. in uerb. directas. in cle-
mentina per literas eodem tit. qui defectus intentionis colligi-
27 tur ex ſupra dictis. † Et attendatur ꝙ ſtilus curię qui conſueuit
ponere in derogantibus dictam clauſulam pro expreſſo haben-
tes. procedit quando in prima diſpoſitione non ſunt clauſulæ
ingeminatæ, & fortes derogatoriarū derogatorię ꝑ pręallegata,
imo de ſtilo eſt quando fortiter uult derogare ingeminare clau
ſulas, tunc autem procedit dicta clauſula, pro expreſſo habētes,
quando tenor principalis diſpoſitionis eſſet exprimendus, ne
membranas occupet, tamen & pernotabiles clauſulæ ſunt expri
mendę per c. ex literis. de dolo & contuma. & in ſpecie tradit
collecta. in c. cauſam. il. ij. de iudic. ex quibus infertur non bene
derogatum alternatiuæ. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, an poſſit conſtitui ad conſentiendum penſioni imponenda ſuper tali beneficio, quod adhuc non erat conſtituentis, ſed debebat conferri. & ſeq.*
2 *Seruitus poteſt imponi futuro ædificio.*
3 *Actus poteſt confirmari ex cauſa ſuperuenienti.*
4 *Maxime quando actus requirebat tempus ex natura rei.*
5 *Et ſi erat conditionalis ſi beneficium conferretur.*
6 *Vbi defectus non eſt in perſona ſed in re attenditur tempus quo extat conditio.*
7 *Conſuetudo dictans aliquem non poſſe agere per procuratorem niſi habeat priuilegium, quo tempore priuilegium debeat obtineri.*
8 *Semper attenditur ubi eſt quando procurator exercet actum, ut dicto tempore, & loco uideatur conſtituens actum exercuiſſe.*
9 *Maxime quando incontinenti, illa facienda erant.*
10 *Proximus accingi, habetur pro accincto.*
11 *In permutatione beneficiorum, tractatus ſolent interuenire.*
12 *Beneficium ſuum, quod proprie dicatur, & nu. 13.*
15 *Mandatum procuratoris, trahitur ad futurum, quando conſtituens de præſenti non habet aliquid ſuper quo illum conſtituat.*
14 *Procurator cōſtitutus ad lites ſuas, an poſſit exercere futuras, ſi de præſenti conſtituens nullas habet.*
16 *Falſa demonſtratio non uitiat, quando de corpore conſtat. & numero. 17.*
17 *Si mandatur certum beneficium conferri, ad collationem epiſcopi ſpectans, ualet mandatum, eſto quod non ſpectet ad collationem epiſcopi, ſi de corpore beneficij conſtat, ſecus ſi mandatū eſt generale.*

CONSILIVM XLIIII.

1 SEXTADECIMA † Menſis Decembris facta
eſt in partibus permutatio, eodem menſe pręceden
ti die, ſcilicet. xv. unus ex permutare uolentibus cō
ſtituit procuratorem ad conſentiendum penſioni
in Roma. cur. imponendæ ſuper tali beneficio, quod ſuum ap-
pellauit, & erat die ſeq. uidelicet. xvj. permutandum, & ſibi con-
ferendum. Quæritur an ualuerit talis conſtitutio procuratoris
attento quod tempore conſenſus præſtiti erat ipſius conſtituen
2 tis dictum beneficium. † Breuiter puto ualere talem conſtitu
tionem procuratoris, primo ex illa ratione, quod ſeruitus poteſt
imponi futuro ædificio. l. ſi ſeruitus. §. futuro. ff. de ſerui. urb. pre
3 di. & in l. Labeo. ff. de ſerui. ruſt. præd. † Item quia ſolet actus
confirmari ex cauſa ſuperuenieti, nam uidemus quòd ſi rem alie
nam dedi pignori, poſtea factus ſum dominus, pignus conuale-
ſcit. l. rem alienam. ff. de pigno. act. l. ſi quia alienam. ff. de actio.
empt. & quod habetur. l. ſi a Titio. ff. de rei uend. ſed in caſu no-
4 ſtro, fortiori ratione, † quia cum præſtatio conſenſus erat fa-
cienda Romæ, iam ex natura rei, fuerat tempus, quo poſſ.t epi-
ſtola illuc uenire argu. l. ſi mihi & tibi. §. primo. & l. iij. §. ſi qui
5 ita ſtipuletur. el ſecundo. ff. de eo quod certo loc. † Sufficit igi
tur quòd tempore quo actus debet per procuratorem exerceri,
maxime quando eſt conditionalis, quia ineſt illa conditio ſi Pa-
pæ placuerit impoſitio penſionis. iuxta. c. niſi eſſent. de præben.
libr. vj. quòd res ſeu beneficium ſit illius tempore quo conſen-
6 ſus per procuratorem eſt præſtandus. † Ad quod optime facit.
l. exiſtimo. & l. ſi rem meam. ff. de uerbo. obligatio. in ratione ſui
quia ubi eſt defectus non in perſona ſed in re attendimus tem-
7 pus quo extat conditio ut ibi declarant doct. † Per quam le-
gem ſatis ad propoſitum dicebat ibi Petr. de bell. pert. prout ibi
referunt Moder. quòd ſi eſt conſuetudo in antiqua terra, quòd
quis non poſſit agere per procuratorem niſi habeat priuilegiū,
quòd ſi primo conſtituit procuratorem poſtea impetrauit priui
legium ſufficit quòd tempore quo procurator agit ipſe conſti-
8 tuens habeat priuilegium. † Semper enim attendimus ubi &
quando procurator actum exercet, ut dicto tempore & loco ui-
deatur dominus exercuiſſe actum ut not. glo. in uerb. collato. in
clementina prima ut lit. penden. & probatur in l. ſi ut proponi
9 tur. de fideiuſſor. cum ibi nota. per docto. † Accedit ad prædi
cta quòd quia res incontinenti erat fienda domini & ſic benefi
cium die ſequenti erat ex cauſa permutationis conferendum il-
li, qui die præcedenti conſtituit procuratorem ad conſentiendū
penſioni, & quia incontinenti fienda unico contextu dicitus fa
cta & conſtitutio procuratoris & permutatio argumento. l. le-
cta. uerſicu. dicebam. ff. ſi cert. peta. & l. item quia. ff. de pact. &
c. officij. de electio. facit. l. ſed ſi maritus. ff. qui & a quib. & l. ſed
& Iulianus. §. ſed & ſi ab initio. ff. ad Macedonian. & l. ſi uentri.
10 ff. de priuileg. credit. §. in bonis. † Facit quod dicimus ꝙ pro-
11 ximus accingi habetur pro accincto. l. pen. ff. de mil. teſta. † Eo
maxime quia ſolent in permutatione interuenire tractatus, &
quidem licite, ut dicit glo. in uerſicu. uolentibus. in clementina
12 prima, de rer. permuta. † Nec obſtat quòd appellauit benefi-
cium ſuum, quia dico quòd ex quo non habebat aliud benefi-
cium, quod uocaretur eo modo quo eſt nominatū, & quod per
deſignationem & permutationem factam eſt certum, & ſi con-
ſtitit de corpore argumento. l. certum. ff. ſi certum peta. & quod
13 not. docto. in cap. ſignificantes. de reſcriptis. † Appellatio il-
la meum beneficium trahitur ad futurum, ex quo non reperitur
aliud argumento. l. fundus qui locatus. ff. de fun. inſtru. & quod
per illum textum dicunt doc. in l. item ad litem. ff. de procur. ut
14 ibi tradunt Bald. Ang. & Alberi. poſt Gulie. & Iaco. But. † Quod
ſi conſtituo procuratorem ad lites meas & de præſenti nullas
habeo lites, quòd mandatum trahetur ad futuras, hoc idem te-
net deciſ. prima in no. in titulo de procur. in fin. in quadam ad-
15 di. † Nec eſt curandum de falſa demonſtratione, illa uideli-
cet, ꝙ appellatum eſt per uerba de præſenti beneficium meum
& per uerba de præterito appellauit beneficium permutatum
quia ex quo ex nomine beneficij & eccleſiæ in qua eſt & dioce-
ſis, & ſic ex triplici uel quadruplici demonſtratione, quia nomi-
nata eſt perſona cum qua fienda erat permutatio, & ſic plures
demonſtrationes ueræ uincunt pauciores. l. prima. §. fina. ff. de
do. prælega. & argumento nota. in ca. in noſtra. de reſt. maxime
ex quo non probatur quòd aliud beneficium uocatum eſſet per-
mutatum iuxta nota. per Pau. de Caſtr. & Modern. in l. ſi in no-
16 mine. C. de teſta. † Præterea quando conſtat de corpore falſa
demonſtratio non uitiat, ut eſt deciſi. Rot. in antiquis in titulo
de reſer. lxxxij. quidam obtinuit quam ſequuuntur doct. in cap.
17 ſignificante de reſcr. † Eo maxime quia non in genere dictū
eſt de poteſtate conſentiendi impoſitioni penſionis ſuper meo
beneficio ſed in ſpecie ſuper tali beneficio, ad quod optime fa-
cit, quod not. poſt Stepha. Ioan. de Imo. in clementina ſi benefi
cio. colum. ſecunda, uerſicu. quæritur Stephanus. ubi dicit ꝙ ſi
conſtat de corpore beneficij & in ſpecie mandetur certum be-
neficium conferri, quamuis falſo dicatur ad collationem Epi-
ſcopi ſpectare ꝙ ualet mandatum, ſecus ſi in genere de benefi-
cio ſpectante ad collationem Epiſcopi, ea quibus apparet, ꝙ ua
lide fuit impoſita penſio in uim dicti mandati. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratio poteſt obtineri ex actu principis abſque diſpenſatione ſi non eſt prælatura.*
2 *Maxime quando talis adminiſtratio eſt reuocabilis ad nutum ut ſunt commenda ordinis Hieroſolimitani.*

Prælatura

Prælatura quæ propriè dicatur.

Prioratus dicti ordinis, an habeat adminiſtrationem & iuriſdictionem.

3 *Prioratus regularis ad nutum amouibilis dicitur, quando non eſt curatus uel conuentualis.*

4 *Clericus an ſit probandus per diſpenſatum ad promotionem ordinis & profeſſionis faciendæ.*

In ordine militum ſancti Ioannis Hieroſolimitani recipiuntur etiam laici.

5 *Diſpenſatus quòd poßit promoueri ad omnes ordines & ad quæcumque beneficia, &c. an comprehendantur regularia iſtius profeßionis ſeu religionis, & nu. 6.*

Beneficij appellatione comprehenduntur hoſpitalia.

In mandatis de prouidendo comprehenduntur tantum beneficia conſueta dari laicis.

Et quid in diſpenſatione pluralitatis & in diſpenſatione capacitatis.

Clauſula, perinde ualere, quem effectum producat, & nu. 7.

7 *Clauſula illa, etiam & perinde ac ſi quem effectum producat.*

8 *Papa ad ualiditatem actus a ſe geſti poteſt fingere in primis literis fuiſſe expreſſum quod uere non fuit expreſſum.*

9 *Clauſula in omnibus & per omnia, cuius efficacia ſit.*

10 *Contra illud, quod fingit Papa non admittitur probatio in contrarium.*

11 *Regula quod diſpenſatio non ſuffragatur niſi literis deſuper confectis, quo caſu procedat.*

In quantitate rei non requiritur tanta ſolennitas, ſicut in ſubſtantia, & num. 12.

13 *Refectio actus facilius permittitur, quàm noua conceßio.*

14 *Regula quòd non ualeat acceptatio uigore gratiæ expectatiuæ, literis non expeditis quando & quo caſu procedat.*

15 *Papa conferens beneficium inhabili ſcienter uidetur cum illo diſpenſare.*

16 *Feudi inueſtitura pro te & filijs habilitat ſpurios, ſi de illis inueſtiens notitiam habebat.*

17 *Papa prouidens de Epiſcopatu ſpurio ſcienter uidetur ſecum diſpenſare.*

18 *Idem ſi ueroſimiliter ſcire præſumebatur.*

19 *Ad defenſionem quis uti poteſt pluribus titulis & gratijs.*

20 *Milites Hieroſolimitani, quibus intendere & uacare debent.*

21 *Ignorantia generalium conſuetudinum prorſus excluditur.*

22 *Clauſula perinde ualere, latißima eſt, & plures producit effectus.*

23 *Clauſula motus proprij, & non obſtan. multum operatur.*

24 *In ingrediente ordinem prædictæ religionis, an neceſſario debeat eſſe nobilis.*

CONSILIVM XLIIII.

PRO. D. Hieronymo poſſeſſore prioratus, multa faciunt, primo quia creatus & armatus miles a Pôtifice, item quia idem Pontifex profeſsionem ordinis. ſ. Io. Hieroſo. per eundem Hieronymum in manibus eiuſdem emmiſſam admiſit & habitum per priores geſtari ſolitum exhibuit, quare ſtante prædicta conceſsione & actu
1 principis † potuit abſque diſpenſatione obtinere adminiſtrationem regularem quando non eſt prælatura ut in c. j. per doct. de fil. presb. præcipue quando eſt remouibilis ad nutum, ut ſunt cô
2 mendę Iſtius ordinis, quæ dantur tantum ad meliorandum. † Et qa prioratus iſte nô habet ſeu dr̃ habere adminiſtrationẽ nec iuriſdônẽ non dr̃ prælatura, ut not. doc. in c. cum ab eccleſiarum. de offic. ordina. † Et habemus quòd prioratus regularis dicitur
3 ad nutum amouibilis quando non eſt curatus uel non eſt conuentualis, ut eſt deciſ. Belle. cciij. facit quod tradit Fed. conſilio. cxxxij. & cxxxv. & quod habetur in c. cum ad monaſterium. §. talis. de ſta. reg. & cle. j. §. ad hoc. e. ti. & mil. in uer. bñficiũ circ. fi.
4 §. bñficia regularia. † Probare aũt clericatum non tenetur, ex quo eſt diſpenſatus ꝙ poſſet promoueri ad ordines & tempore emiſsionis profeſsionis erat in poſſeſsione clericatus per deciſ. Rot. ix. in anti. in ti. de cau. poſ. & x. xiij. de prob. in anti. & quod not, Inn. in c. ſuper his. de accuſ. & in c. illud & ibi doct. de præſump. & Moder. in c. ſicut. de re iud. maxime ex quo in diſpenſatione eſt etiam ſibi conceſſum, ꝙ non teneatur facere mentionẽ de defectu natalium, præſertim, quia in fratres milites dicti ordinis hoſpitalis ſancti Ioannis etiam laici recipiuntur & admit-
5 tuntur. † Secundo conſiderandum, ꝙ eſt ſecum diſpenſatum ꝙ poſsit promoueri ad omnes ordines & ad quæcunque quæcunque & qualiacunque beneficia, non diſtinguendo, an ſint regularia ſiue ſecularia, etiam dignitates & adminiſtrationes in quibuſcunque eccleſijs, Metropolitan. cathedralibus, ſeu collegiatis etiam maiores & principales, ideo etiam regularia illius profeſsionis, ſeu religionis quam profeſſus eſt comprehenduntur quia hic eſt ſola habilitas, & appellatione beneficij comprehenduntur hoſpitalia, ut in gl. in uerbo beneficijs. in clementin. diſpendioſam. de re iudica. & Federicus in tractatu permuta. col.
6 ix. † Cum non ſimus in mandato de prouidendo de beneficio, quia tunc intelligeretur de clericis dari conſueto, ut in clemẽti. per literas. de præb. in e. cum de beneficio. eo. tit. li. vj. nec in diſpenſatione pluralitatis, ſed in capacitate. Poſtremo & potiſsimo fundamento iuuatur Hieronymus propter clauſulam, perinde ualere. In qua Papa dicit, ꝙ prima prouiſio ſeu literæ primæ prouiſionis prioratus facti per eundem Papam etiam ualeãt, & perinde ualeãt & oĩa inde ſecuta, & ꝓceſſus habiti ꝑ eaſdẽ, & profeſſionis emiſsio ab eadem data, ſuffragent in oĩbus & ꝑ omnia perinde, ac ſi in eiſdem literis de natalium, & ætatis defectibus, expreſſe mentio facta fuiſſet, & diſpenſatum, & indultum
7 fuiſſet. † Ponderanda ſunt illa uerba, etiam & perinde ac ſi ex-
8 preſſa mentio in literis primis facta fuiſſet. † Papa enim ad ualiditatem actus a ſe geſti, poteſt fingere in primis literis expreſſum, quod non expreſſum eſt, ut tradit optime Ant. de But. côſi. ij. Viſis literis legitimationis. col. ulti. per no. in c. j. de tranſactionibus. & in c. illa. de electio. & quod not. in e. ſi motu proprio.
9 de præben. li. vj. † Et illa uerba ſunt ponderanda, in omnibus & per omnia. l. ij. §. furioſo. ff. de iure codicil. & etiam illa uerba, ab
10 eadem data ſuffragentur. † Præterea ex quo Papa fingit expreſſum, non admittitur probatio in contrarium, ut in cle. j. de probationibus. Contra. n. fictionem non admittitur probatio in cô
11 trarium, ut no. gl. in l. ſi duo. ff. de acqui. hęre. † Ex quo infertur, ꝙ regula, ꝙ diſpenſatio non ſuffragetur niſi literis deſuper confectis non habet locum in iſto caſu. ex quo etiam & perinde ua-
12 lere fingitur, ac ſi in primis literis fuiſſet expreſſus defectus. † Facit etiam quod dicimus, ꝙ in qualitate rei non requiritur tanta ſolennitas. ſicut in ſubſtantia, ut not. Bart. in l. cum proponebatur. de lega. ij. per l. hæredes palam. §. ſed ſi notum. ff. de teſta.
13 Et quod dicimus facilius permittitur refectio actus quàm noua conceſsio, ut in l. j. §. opus nouum. & §. quia ædificium. ff. de operis noui nunciatione. & quod not. glo. in e. iudęi. & in c. con-
14 ſuluit. iuncto tex. de iudęis. † Et quod dicit deciſio. Rot. in titu. de præbẽdis, in no. xvij. Licet in reformatione. Ideo ſemper fuit practicatum in Rota, ꝙ regula, ꝙ non ualeat acceptatio & prouiſio uigore gratię expectatiuæ literis non expeditis, ut nô procedat ſi defectus gratiæ expectatiuæ cuius literę ſunt expeditę ſuppletur per perinde ualere, ſuper quo non ſunt literæ expeditæ, quia dictæ regulę ſunt exorbitantes a iure communi, per not.
15 per doc. in proœmio ſexti. ¶ † Vltimo prodeſt diſpenſatio Hieronymo, uidelicet, certa ſcientia Papę qui eum ſciebat eſſe ſpurium, quia ex quo ſibi contulit prędictum Prioratum ei quẽ ſciebat ſpuriũ, uidetur ſecum diſpẽſaſſe, facit deciſio Rot. cccxxxij. Licet curia. in tit. de reſcriptis, in nouiſsimis, ubi patet ſufficere ꝙ Princeps ſciat, licet certa ſcientia non exprimatur in literis.
16 † Facit etiam quod dicit Bal. in l. tanquam. col. x. uerſi. x quæro. C. de fideicommiſ. ꝙ inueſtitura feudi pro te, & filijs, includit,
17 & habilitat ſpurios, ſi de ipſis ſciebat inueſtiens. † Facit quod dicit idem Bald. in l. imperialis. C. de nuptijs. ꝙ ſi princeps prouidet de epiſcopatu ſpurio quem ſciebat ſpurium, uidetur ſecum diſpenſaſſe & ſequitur Io. de Anania in c. ſecundo, de ſciſmaticis. faciunt multa quæ accumulant Moderni. in c. cum inter. de
18 exceptionibus. † Et non ſolum quando Princeps ſcit, dicitur diſpenſare, ſed ſi eſt uериſimile ꝙ ſciat, ut not. Bar. in l. ſecunda. C. ſi ſeru. uel lib. ad decurio. aſpi. libro. x. Et ſi dicatur ad quid opus fuit habere perinde ualere, dico ꝙ ex abundanti cautela. l. ſi te-
19 ſtamentum. C. de teſtamentis. † Et quia quis pręſertim ad defenſionem poteſt uti pluribus titulis & gratijs. c. poſt electionem. de conceſsione præbendę, & Lap. allegatione ultima. & Calde-
20 rinus de electionibus. conſi. vij. † Non obſtat etiam ſi dicatur, ꝙ auctor ſeu prædeceſſor in derogando bullę non facit mentionẽ de cauſis propter quas Papa conceſsit priuilegium Rodianis, ſcilicet, propter ſtrenuam perſeuerantiam pugnandi, cum ſanguinis effuſione contra turcas pro fide catholica, nam ad hoc reſpondetur adducendo auctoritatem Cardina. in conſi. lij. Dominus Gregorius Papa. colum. ij. uerſicu. v. allegando. l. fin. ff. de hæredibus inſtituendis. dicebat ꝙ debebat fieri mentio de cauſa motiua religionis inductiua, & tamen in fine dicti côſilij. uerſic. item

ſic.item etiam, dicit ꝙ ex quo fit mentio ominando nomẽ Pa-
pæ, qui ꝯceſsit tale priuilegium puta dicendo, non obſtante pri
uilegio Ciſtercien. per Gregorium undecimum conceſſo. tunc
ex quo Papæ uidetur conſtare de priuilegio, non eſt opus face-
re mentionem de cauſis, quod maxime procedit in caſu noſtro,
quia ex generali conſuetudine toti mundo nota, Papa ſcit iſtos
Rhodianos, intendere pro fide catholica, armis, & propterea eis
21 priuilegia conceſſa. † Facit quod habetur in deciſione antepen.
Extra rotam. in tit. de reſcriptis in no. & quod dicit Bal. in rubr.
de conſue. rec. feu. ꝙ non licet ignorare generales conſuetudi-
nes, quæ principi etiam præſumuntur notæ, ut tradit Bal. in l. ij.
C. qui ſit longa conſuetudo, & quod ſupra de certa ſcientia di-
ctum eſt, & facta eſt mentio de priuilegio per Papam ꝯceſſo, &
22 de eius ſubſtantia. † Item ex quo in bulla perinde ualere, eſt cl'a
latiſsima, quæ nedum ſtabilimenta uſus & priuilegia hoſpitalis
Hieroſoly. tollit, ſed etiam prioratuum ab eo dependentium, ſa-
tis uidetur ex hoc non requiri ꝙ Hieronymus fuerit nobilis,
propter dictas clauſulas. per nota. per dominos de Rota in deci
ſione prima, In tit. de præbendis, inno. maxime, ex quo eſt clau-
ſula, motus proprij, iuncta cum alia non obſtan. ita ſpeciali.
23 † Prout Lapus In allegatione quam refert Geminia. in c. ſi pro
pter. col. pen. & ultima. & quod not. Philip. Franc. poſt dominũ
Benedictum in c. ſi cui. de præbendis, libr. vj. dum etiam allegat
dictam deciſionem & quod not. Roma. conſi. ccxxvij. Iſtę ſunt
24 rationes. col. pen. † Ex quo talis qualitas non requiritur ex feu-
datione, ut tradit dicta deciſio. & Pet. de Auch. conſi. aia. Præ-
ſertim quia hactenus non eſt productum aliquod ſtabilimen-
tum, uel priuilegium requirens hanc qualitatem, quòd debeat
eſſe nobilis. Pariſiua.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium redditur nullum ex defectu iuriſdictionis, & nu. 5.*
Reſcriptum ſurrepticium & obreptitium, reddit proceſſum nullum.
2 *In reſcripto attenditur data, et illud non alterant, quæ accidunt poſt datam.*
3 *Maximè quando reſcriptum non tendit ad præparationem cauſæ, & ad determinationem illius.*
Quando in reſcripto committitur executio nulla præcedente cognitione ſeu excuſſione ipſo iure cenſetur nullum.
4 *Obligatio tollitur mediante ſolutione.*
5 *Clauſula, ſi conſtiterit, appoſita in reſcripto, illud reſoluit in conditionem.*
6 *Iudex datus ſub conditione, non cenſetur habere iuriſdictionem, niſi prius conditio fuerit purificata.*
7 *Clauſula, ſi conſtiterit, tradit formam in procedendo, qua omiſſa, omnia redduntur nulla.*
8 *Plura copulatiuè expreſſa, probanda ſunt, ut diſpoſitio in qua exprimuntur, effectum ſortiatur.*
9 *Teſtes producti parte non citata fidem non faciunt.*
Quando cauſa committitur cum clauſula, conſtito de aſſertis, partis citatio neceſſaria eſt.
10 *Omnia omiſſa in ſupplicatione intelliguntur denegata, etiam ſi non fuerint cancellata per ſignantem.*
11 *In extenſione commiſſionis, qualiter cancellaria procedat.*
Et quid uideatur conceſſum per dictionem, ſummariè, abſq; adiunctione copulæ, & nu. 2.
In ſummaria cognitione, requiritur partis citatio.
Monitorium iniuſtum & iniquum & non iuſtificatum ſuſtineri non poteſt.
14 *Liber quis dicatur.*
15 *Ver. penitus. quid importet.*
16 *Ver. transferre. quid ſignificet.*
17 *Ver. abſoluimus & liberamus. quem effectum producat.*
18 *Ver. prorſus. totalem extinctionem ſignificat.*
Penſionis tranſlatio, qualiter interpretanda ſit & fieri debeat & præceden.
19 *Dignitas eccleſiæ ſemel extincta an poſſit renocari uel de nouo conſtitui, & nu. 20.*
21 *Semel extinctum non poteſt reuiuiſcere.*
Penſio quando dicatur renouata ſeu noua.
22 *Regula prohibens de nouo conſtitui ſeu ſuſcitari penſiones extinctas qualiter intelligatur.*
23 *Penſio pro quo tempore, & quo die ſit ſoluenda per poſſeſſorem beneficij.*
24 *Reſcriptum principis, non debet interpretari in grauamen & præiudicium tertij, & nu. 23.*
Sed ut minus lędatur ius commune.
25 *Clauſula, perinde, ad quæ ſit referenda.*
26 *Exactio fieri non poteſt, ante terminum, & diem ſolutionis.*
conſi. cxxxiij. Viſo proceſſu, uol. j. & conſil. cccx. Viſis diligen-
ter, uol. ij. ubi plura adducens poſt alios dicit cauſam matrimo-
nialem eſſe grauem, & in ea debere recipi teſtes omni exceptio-
ne maiores, & potiſſimè quando agitur ad diſſoluendum ma-
trimonium, ut eſt caſus præſens, eo etiam quia aſſertum matri-
monium quod ipſa Lucia dicit contractum fuit clandeſtinum,
contra quod iura inſurgunt toto titulo de clandeſti. deſpon. cū
ſi. Hoc ſtante, diſcurrendo per omnes probatiōes adductas, p.
ipſam Luciam non inuenio quòd in aliquo ſufficienter proba-
uerit ſuam intentionem, & primo Bernardinus de Bergamo ca
ballarius primus teſtis productus per eam deponit quòd ipſe
Ioan. dixit eidem Bernardino præſente ipſa Lucia, uolemo, cā-
biar moglieta, & etiam dicit quòd nominabat eam uxorem, &
5 quod habitabat, & dormiebat cum ea. † Iſtius teſtis depoſitio
non concludit aliquid, primo quia illa uerba, uolemo cambiar
moglieta, ſunt uerba iocoſe, & tripudiando dicta, quæ nihil in-
ducunt. c. cum ueniſſent, de inſt. & inſt. de teſta. mil. §. planè. uer
6 ſi. cæterum. † Præterea ſunt uerba enunciatiua, propter aliud di
cta, & ideo nihil probant, ut in fortioribus terminis dicit Alex.
conſi. cliiij. Viſis, & narratis, col. pen. & clarius conſi. clv. Alias
conſultus, col. j. uol. v. & clarius per Dec. conſi. cccx. præalleg.
uol. ij. & iſtis etiam medijs excluditur dictum. d. Mariæ de Cre
ua, quæ fuit uxor. d. Bernardini de Bergamo, quę uidetur eſſe
conteſtis, cum d. Bernardino, circa illa uerba, ut aſſeritur prola
ta per ipſum Ioannem, uidelicet uolemo cambiar moglieta, ex
quo ſunt uerba iocoſe dicta, & enunciatiua, & nihil probāt cir-
7 ca ſubſtantiam matrimonij, ut dicitur ꝯcti. † Præterea, & fortius
dico ꝙ licet ipſe Ioā. pluries, & pluries nominaſſet & appellaſ-
ſet, do. Luciam uxorem, ut uidentur dicere aliqui teſtes per ip-
ſam producti ſingulares tamen, adhuc ipſa nominatio, non pro
bat mat̄rium eſſe ꝯctum, maxime qn̄ hoc tendit in p̄iudicium al
terius matrimonij, ita dicunt oēs doc. in c. illud. extra de p̄ſum.
& Bal. in auth. ſi quis in aliquo col. ij. C. de eden. & Alex. ꝯſi. cij.
Repetitus. col. iij. & conſi. præce. col. ſi. & conſi. cliij. Viſis & nar
ratis. col. pe. uol. v. & per Dec. d. conſi. cxxxiij. & plenius. d. cōſi.
8 cccx. col. pe. in ſi. † Vbi uult poſt Alex. in d. conſi. ꝙ nominatio
facta de muliere pro coniuge nedum ſimplici uoce, ſed etiam
in inſtr̄o publico, non inducere probationem matrimonij, etiā
ſi ille qui nominat carnaliter cognouiſſet dictam mulierem, &
cum eo cohabitaſſet, & hoc per tex. in d. c. illud. & per ea quæ
uult Inno. in c. ex parte. m. de teſt. ſpo. col. ſi. ubi inquit, ꝙ adul
teri & fornicatores, ut celent peccatum quandoq; uocant ſe cō
9 iuges. † Et ſic uult quòd non ſufficit concubitus, nec etiam ſuf-
ficit ꝙ ſe uocent ꝯiuges, & Io. An. & Hoſti. in d. c. illud. dicunt,
ꝙ etiam non ſufficit ꝙ tractauerint ſe ut ꝯiuges iacendo in eo
dem lecto, in eadem domo, & menſa, & hoc maximè qn̄ agitur,
ut retractetur aliud mat̄rium, ut eſt caſus præſens, & hoc dictū ſe
quuntur alij doc. in d. c. illud. & Alex. d. conſi. d. col. iiij. uer. præ
terea uol. v. & ex iſtis ēt tollitur, ꝙ idem teſtis dicit, ꝙ inſimul
habitabant & dormiebant & ſe tractabant ut uir & uxor, quia
omnia iſta non probant mat̄rium, ut pleniſſimè per Alex. d. ꝯſi.
10 cl. & cij. col. iij. uol. v. † Vbi fortius uult, ꝙ etiam ſi concurreret
fama uicinię adhuc prædicta non probarent mat̄rium eſſe cōtra
ctum, qn̄ agitur de præiudicio alterius matrimonij ut eſt in ca-
ſu præſenti, dicens, quod ad minus tractatus ille debuit eſſe per
decem annos, quorum neutrum eſt in caſu noſtro, quia talis co
habitatio fuit per annū, ſeu circa, nec probatur de fama uicinię,
ut idem Alexā. tenet conſilio præcedenti, & pluries hoc repe-
11 tit. d. c. conſi. clj. & cliij. col. pe. uol. v. † Et bene facit ꝙ uult idē
Alex. ꝯſi. clv. Alias conſultus. eodē uol. & ſequitur Dec. d. conſi.
cccx. & cōſi. cliij. In effectu quæritur. col. ij. nu. ij. uol. j. ubi uo-
lunt qđ talis cohabitatio & cōuerſatio, magis probant fornica
12 tionem, q̄ mat̄rium adducendo alias deciſiones. ¶ † Nec ēt ob-
ſtat ꝙ d. Bernar. dicat ꝙ iudicio ſuo, tenet inter prædictos fuiſ-
ſe mat̄rium, quia teſtis deponēs de iudicio ſuo, non probat, nec
ita deponenti eſt credēdū, quia uidetur iudicare, & nō depone
re, iuxta not. per Bat. in l. qui teſtō. §. ſi. de teſt. & ponit Ang. in
l. ſciendū. in repe. col. ij. de uerb. & Alex. conſi. lxxiiij. Viſo teſta-
mento. col. iij. uol. j. cum alijs allegatis per Dec. conſi. cclvj. in
cā inquiſitionis. col. iij. in v. uol. ij. & per Iaſ. in rub. col. ij. ff. de
iure iur. ꝙ etiā fortius ſuadetur, quia ad ita iudicandū & tenen-
dum, & teſtis ipſe mouetur cauſis ſuperius adductis, ex quibus
uerum iudicium non reſultat, ut ſ. probatum eſt. & dicit Deci.
13 in d. conſi. † Ex eo maxime teſtis prædictus uenit reijciēdus, qm̄
in pluribus eſt ſingularis, nec habet conteſtem in loco, & tēpo-
re, & ideo nullā fidem facit. c. cum dilecti. c. bonæ. de electio. c.
licet cauſam. de probationib. Et tn̄ probat unus, quàm mille
ſingulares, ſm̄ Bal. in l. ut iuriſiurandi. col. iij. C. de teſtib. & ibi
dicit ꝙ plures teſtes ſingulares minus probant q̄ unus ſolus, &
maxime in caſa matrimoniali, ut per Alex. in conſilijs. ſ. addu-
ctis, & Dec. d. cōſi. cxxxiij. & ccc. Satis ergo patet dictū Bernar.
primū teſtem, nihil probare, & in nullo nocere ipſi Ioanni. Secū
dus teſtis productus per eandē Luciā eſt ſer Benedictus de cy-
rago, qui nihil penitus probat. Tum quia eſt ſingularis, & de lo
co & tpe non habet conteſtē, ut dictū eſt contra p̄cedentem te-
14 ſtē. † Tum etiam quia apparet receptus & examinatus ipſo Ioā-
ne, ſeu eius procuratore non citato, ad uidendum iurare ipſum
teſtem, quo ſtante, talis receptio & examinatio fuit, & eſt ipſo
iure nulla, & nihil penitus probat, per tex. apertum in c. in no-
mine domini. extra de teſtibus. cum concord. ibi allegatis. per
gloſ. & omnes ſcrib. Præterea teſtis ipſe deponit de iudi-

cto ſuo, quæ depoſitio nulla eſt, ut fuit dictum. Item deponit de
conuerſatinoe cohabitatione in lecto, & menſa, ipſius Io. cū. d.
Luciæ, quæ omnia non probant ſubſtantiam matrimonij ueri,
15 & modo exiſtentis. † Item quia depouit audiuiſſe a matre, & fra
tre, ipſius Luciæ, ꝙ dictus Ioānes erat eius maritus, quæ depoſi
tio ultra ſingularitatem non probat, quia eſt de auditu. l. teſtiū.
& ibi ſcrib. C. de teſtib. c. tam literis. extra de teſtib. l. ij. §. idem
Labeo. ff. de aqua plu. arc. & per Alex. d. conſi. cl. col. viij. Potiſ-
ſimè quia dicit ſe hoc audiuiſſe a matre, & fratre ipſius Luciæ,
qui ſunt ſuſpectiſsimi, & fidem non faciunt, etiam ſi principali
ter examinati eſſent. c. ſuper eo. il. ij. de teſti. & per Alex. d. conſi.
16 cliiij. & per Dec. d. conſi. cccx. † Prætetea. d. teſtis depouit, ꝙ ip
ſe Io. tetigit manum cuidam religioſo, tanquā de domo, & ut
affini. Tale. n. dictum nihil ualet, tum quia in hoc teſtis ipſe eſt
ſingularis, tum quia non dicit ipſum Io. declaraſſe ob q̄ cauſam
tāgebat manum dicto religioſo, & iō talis probatio eſt dubia,
& non ꝯcludens. Præterea talis actus manus non probat matri-
monium eſſe contractum, quia potuit eā tangere, qm̄ ibi cōuer
ſabatur, & practicabat. ut cōiter fit, & in proprijs terminis hoc
tenet Alex. d. conſi. cliij. col. vij, uer. non obſtat. uol. v. ubi dicit
teſtem deponentē illum qui prætenditur maritus dicentē, que-
ſta e mia moglieta. & facientem tangere manum illi aſſertę mu
lieri, propter hoc nō probari mařium. Tertius teſtis productus
per Luciā eſt presbyter Iacobus qui in nullo probat, tum quia
eſt ſingularis. & non habet conteſtē, in loco, & tēpore, ut patet
ex eius depoſitione, iunctis depoſitionib. de quib. ſ̄. tū quia ap-
paret receptus & examinatus, ipſo Io. non citato, quæ examina
tio nulla eſt, tum ēt quia deponit de cohabitatione. d. Luciæ, &
Io. per annum tm̄, quæ cohabitatio nihil facit, ut ſ̄. dictū fuit.
Item quia deponit de tactu manus, quæ depoſitio non ꝯcludit,
tum quia in hoc eſt ſingularis, tum ēt quia talis tactus manus
non probat mařium, ut fuit deductum. Item dum ipſe teſtis de-
ponit ſe dixiſſe ipſum Ioannē eſſe maritum. d. Luciæ, & ipſa Lu
cia dixit Io. eſſe ſuum maritum, p̄ſente ipſo Io. & nihil dicente.
17 † Hæc depoſitio in nihilo prodeſt. tū quia in hoc teſtis ipſe eſt
ſingularis, tum ēt quia ꝯfeſsio alicuius dicentis contraxiſſe ma-
trimonium cum tali, non probat mařium fuiſſe ꝯtum, niſi uere
ꝯctum probeť, maximè in præiudiciū alterius matrimonij, ita
Alex. ad id plura adducens. d. cōſi. cl. col. viij. & conſi. clj. col. ij.
& col. fi. & plenius. d. conſi. cliij. col. vij. in fi. & clarius iſtud te-
net Dec. d. ꝯſi. cxxxij. in prin. & col. fi. in prin. & in d. conſi. cccx.
Quartus teſtis eſt. d. Maria quæ fuit uxor Bernardini primi te-
ſtis, & deponit de illis uerbis dictis Bernardino ab ipſo Io. uide
licet, voli cābiar mogliere, qui teſtes propter dicta uerba prola
ta ab ipſo Ioan. nihil probant, quo ad ſubſtantiā matrimonij, ex
quo iocoſe & tripudiādo fuere dicta, & enunciatiuè fuere ꝓla-
ta, propter aliud, & ſic cā ioci, nō aūt ad effectum probādi aſſer
tum mařium, & ideo non cōcludunt, ut fuit plene dictum ſupe
18 rius circa primū teſtem. † Item dum ipſa deponit Io. dixiſſe, qđ
promiſerat accipere in uxorē. d. Luciam nihil ēt probat, quia in
hoc eſt ſingularis. † Item quia confeſsio p̄dicta fuit facta abſente
Lucia prædicta, & ſic nihil probat c. cautio. ubi plenè Fel. extra
de fid. inſt. & per alex. d. cōſi. cliij. col. fi. in prin. Item quia dicta
uerba tendunt promiſiſſe ipſam accipere in futurum, & ſic de-
notabant ſponſalia futura, non aūt mařium contractum. Pari-
ter dum ipſa teſtis dicit, ꝙ ipſe Io. nominabat d. Luciam uxorē,
& quod conuerſabatur cum ea, & cohabitabat, dormiendo, &
comedendo. Hæc oīa non probant matrimonium ꝯctum ut ſ̄.
deductum eſt. ¶ Ex quib. infertur ꝙ confeſsio ipſius Ioannis fa
cta per eum, reſpōdendo poſitionib. d. Luciæ, in qua dicit ſe ha-
bitaſſe, & cōuerſaſſe cū ipſa Lucia, ac eā carnaliter cognouiſſe,
ac ipſam amaſſe nullo pacto probat mařium contractū, ex quo
ipſe Io. dicit hoc feciſſe cum d. Lucia, tāquam amica & amaſia,
non tanquā eius uxore, & cohabitatio, ac conuerſatio, non pro
19 bant mařium, ut ſ̄. deductum eſt. ¶ † Nec ēt concubitus, nec co
20 pula carnalis illud probat. l. nuptias. ff. de reg. iu. ¶ † Et munu-
ſcula ꝑ ipſum data dictæ Luciæ minus probāt mařium, ex quo
illa ſunt ſigna præcedentia ad uenerē, & ſic ad coitum illicitū,
non aūt ad coitum ꝯiugalē, ut colligitur ex dictis ꝑ Bar. poſt gl.
in l. capite. v. ff. de adult. & per Angel. in trac. de maleſi. in uerſi.
21 che mi hai adulterato la mia dōna. ¶ † Et quod ipſe Io. cōfitea
tur ſe adamaſſe d. Luciam, minus probat mařium contractum,
quia talis amor illicitus non probat nuptias, ut punctualiter di
cit Deci. d. conſil. cxxxiij. colum. iij. & iiij. Poſtremo contra ip-
ſum Ioannem adducta eſt in teſtem Lucretia mater dictæ Lu-
ciæ quæ deponit ſe præſente, & non alijs ipſum Ioannē in actu
Venereo deſponſaſſe dictam Luciam per uerba de præſenti, cu
ius teſtis depoſitio in nullo nocet ipſi Ioanni, primo quia eſt ſin
gularis, ut ipſamet Lucretia dicit, & conſequenter dictū unius,
22 erit dictum nullius, ut ſ̄. allegatum eſt. ¶ † Secundo eius depo
ſitio tollitur eo quoniam dicit talem deſponſationem fuiſſe fa-
ctā in actu Venereo, & ſic penitus illicito & turpi ac inhoneſto.
propter quæ non continet ueroſimile, & ideo reijcienda capitu
lo quia uerisſimile. de præſumptio. l. non eſt uerisſimile. ff. quod
metus cauſa. Tertio ruit eo quoniam ipſa Lucretia dicit ipſum
Ioannem deſponſaſſe dictam Luciam per uerba de præſenti ſe-
cundum quod deſponſauerat aliam ſuam uxorem per quæ uer
ba non ſimpliciter deſponſauit, ſed conditionaliter ſecundum
quod aliam deſponſauerat, quę uerba relatiua ad aliam deſpon
ſatam, non ſunt hucuſq; uerificata quia non docuit per ipſum
Ioannem aliam uxorem fuiſſe deſponſatam per uerba de præ-
23 ſenti. ¶ † Et talia uerba relatiua intelligi debent ſecundum re-
lata, quæ ſi non apparent diſpoſitionem non inducunt. l. aſſe to
to. ff. de hæredibus inſtituen. auctenti. ſi quis in aliquo documē
24 to. C. de edendo. † Quarto & fortius depoſitio ipſius Lucretiæ
nihil facit ex quo inſimul cohabitat cum ipſa Lucia, in eadē do-
mo & inſimul uiuunt & ideo eius dictum non eſt integrum. l.
ſecunda. C. de teſtibus capitulo in literis. extra eodē, & ibi Ab.
in tertio notabili, dicit talem teſtem habentem talem qualita-
tem non debere recipi, ex quo non facit nec indicium nec præ-
25 ſumptionem aliquam. ¶ † Quinto & fortius talis depoſitio ni-
hil ualet ex quo dicta Lucretia eſt mater dictę Lucię, inter quā
& Ioannem eſt magna diſparitas reſpectu bonorum & diuitia-
rum, & ideo in cā matrimoniali nō debet recipi c. ſuper eo. ll. ij.
extra de teſtib. ubi oēs ſcribentes hoc tenent, & c. uidetur. extra
qui matri. accu. poſſ. & per Alex. conſi. cliiij. colu. j. uol. v. ex quo
ſi admitteretur in teſtem in facultate matris & conſanguineo-
rum eſſet deſponſare & dare nuptui filiam cuicunque maximo
uiro, adducit ad hoc plures deciſiones ut ibi per eum, & idem
uoluit ipſe Alexander, conſilio. clij. colum. vj. uerſiculo nec ob-
ſtat. uolumine v. dicens matrem non recipi in teſtem in matri-
monio filiæ quando ex tali matrimonio accedit honor uel in-
crementum filiæ, adducit iura & auctoritates, ut per eum, & idē
clarius ſequitur & firmat Dec. dic. conſil. cxxxiij. & cccx. ubi ad
id adducit concludentem rationem, ex quo agitur de honore
ſeu dedecore filiæ & eius iniuria, cū aſſerat ſe carnaliter cogni-
tam & redditam prægnantem, quæ iniuria, & quod dedecus cō
cernit nedum ipſam Luciam ſed matrem & totam familiam, &
ideo teſtificari non debet, ex quo agitur de intereſſe & dedeco-
re proprio ſecundum Bar. in l. lege Cornelia. ff. de iniurijs. cum
26 alijs plenè adductis per eum. † Ad quod etiam facit quia ipſa
Lucretia deponēdo de aſſerto matrimonio, tractat de ſua exone
ratione ex quo negligens fuit permittens filiā cognoſci carna-
liter, & iō eius depoſitio eſt ſuſpecta, ēt iſto capite, ſm̄ Alex. ad
id plura allegantē. d. conſi. cliiij. col. ij. uer. præterea. uolu. v. &
ſm̄ Dec. d. conſi. cxxxiij. & cccx. & potisſime. d. Lucretia nullā
fidem facit, ex quo deponit, ut dirimatur mařium pręſens, exi-
27 ſtens inter Ioannem & ſuam præſentem & uerā uxorem. † Nec
ſupradictæ cōclu. habet obſtare, ſi dicatur ꝙ dicta ſuperius pro
cedunt conſiderando unūquemq; teſtem de per ſe, ex quo non
probat, nec fidē facit, tm̄ ſi iungantur inſimul tunc bene fidē fa-
cerent ex quo fides unius adiuuat & ſuppletur ꝑ fidē alterius,
ſm̄ Bal. & alios, in l. ſi quis ex argentarijs §. j. ff. de eden. & per
Rom. conſi. cccccxxxvj. In caſu propoſito. in fi. & Alex. conſil. v.
In cā. col. iij. uol. j. & conſi. clxxxix. Abunde. poſt principiū. uol.
ij. & ubi pluries, & Soc. conſi. xciiij. In cā. col. ij. uol. j. & Deci.
conſi. cxxxiij. col. fi. & Barb. conſi. ij. uol. iij. & conſi. xvj. uol. iiij.
Nam tollitur obiectio, tum quia in caſu præſenti, nulli alij ſunt
teſtes idonei, & ideo ſumus extra doctri. Bald. & quia non ſunt
alij, & defectus iſtorum quinque non poteſt ſuppleri, quia non
entis non poſſunt eſſe qualitates & cōſiderationes, l. eius. qui. in
prin. ff. ſi cer. pe. Secundo tollitur obiectio trib. alijs modis poſi
tis per Dec. d. conſi. cxxxiij. col. ij. in fi. & col. iij. & d. cōſil. cccx.
28 † Minus ēt obſtat ſi dicatur ꝙ probationes adductæ per ipſam
Luciam conſiderando unamquāque de per ſe non probant, & ſi
ita procedunt dicta ſuperius, ſed conſiderando & iungēdo di-
ctas probationes inſimul bene probarent per illā regulam, quæ
habet, ut quæ non proſunt ſingula, &c. ſecundum glo. & ſcrib. in
l. inſtrumenta. C. de prob. & per Bar. & alios in l. admonendi. ff.
de iure iur. ubi ſemiplenę probatiōes iunguntur, ad faciendum
unam

unam plenā & perfectam, & per doct. in c. ueniens. il. j. extra de
29 teſtib. & in c. cū cauſam. ubi Fely. extra de prob. ¶ † Obiectio
tollitur ex quo procederet qō unaqueq; probatio, de per ſe eſſet
perfecta, ſecus aūt eſt, qñ unumquodq; de per ſe eſt imperfectū,
quia tunc non iūguntur, nec iſto caſu procedit regula ſuperius
dicta uidelicet ſi non proſunt ſingula, &c. ita Bal. & ſcribentes
in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. j. & in l. ſpadonem. §. iiij. ff. de ex-
cuſa. tut. & do. Ant. & alij in c. licet. extra de teſtib. & Fel. in d. c.
ueniens. & d. c. cum cauſam. & Alex. hoc uoluit in plurib. conſi-
lijs adductis per Mod. in l. unius facinori, &c. §. teſtes tot quen-
di. col. ij. ff. de quæſtionibus. & in puncto idem uoluit Alex. d.
conſi. cl. colum. fin. & conſi. ſequenti. uolu. v. ubi propriè loqui
tur in cauſa matrimoniali, & poſtremo hoc tenet Iaſ. adducen-
do alias deciſiones in d. l. admonendi. carta. xxiiij. colu. j. uerſic.
iſtam concluſionem notabiliter limita. dicens ꝙ ad hoc ut ſe-
miplenæ probationes poſſint iungi & probent, neceſſe eſt quod
unaqueq; de per ſe ſit perfecta, alias ſecus, ex quo duo imperfe-
cta non poſſunt iungi ad faciēdum unum perfectum, ſed ſic eſt
ꝙ ſingulæ probationes adductæ per ipſam Luciam, de per ſe cō
30 ſideratæ, ſunt imperfectæ, ut ſ. ideo iungi non poſſunt. ¶ † Mi-
nus etiā obſtat prædictis ſi dicatur ꝙ aſſertæ probationes de-
bent ſufficere, eo qñ ſumus in caſu, in quo ueritas aliter haberi
non pōt. quo ſtante alias inhabiles debent admitti in defectū
talis probationis, eſto, ꝙ alias non admitterent. l. cōſenſu. C. de
repu. c. uenicos, il ij. extra de teſtib. & per doc. in c. iij. loco. extra
31 de prob. † Huiuſmodi obiectio tollitur, ex quo procederet qñ
eſſemus in caſu & actu ex cuius natura alij teſtes ueriſimiliter
non poſſunt interuenire, ſecus aūt ſi ſumus in actu in quo ueri-
ſimiliter poſſunt interuenire, quā tunc remanent inhabiles & ſu
ſpecti & nō recipiuntur, eſto quod actus aliter probari nō poſ-
ſit, ita. d. Ant. poſt gl. in d. c. iij. loco. & ibi latè Fel. col. ij. & idē
Fel. in c. de cætero. col. ij. de teſtib. & ita Alex. propriè in ſimili
materia noſtra matrimoniali, d. conſi. clj. clij. & cliiij. uolu. v. &
Dec. d. conſi. cxxxiij. & cccx. Adducendo Mar. conſi. xvij. Supra
32 dicta col. iij. uol. j. † Minus etiā obſtat ſi diceretur ꝙ in dubio
33 iudicandum eſt pro matrimonio. c. ſi. extra de re iud. † Et eo ma
gis in præſenti caſu in quo ſi non eſſet matrimonium poſſet ori
ri ſcandalum, eo quoniā do. Lucia fuit carnaliter cognita per
ipſum Io. & ſuſcepit filiā argu. tex. in c. j. in ſi. de cogni. ſpiri. &
in c. ſuper eo. & no. per gl. & ſcrib. in c. ij. de præſcri. tollit obie-
ctio, quia non ſumus in caſu dubio ſed claro, ex quo agitur, ut
ſeparetur matrimonium uerum, & iō tales probationes dubiæ addu-
ctæ per ipſam Luciā, non debēt reſcindere illud, pro quo uero
& claro eſt iudicandū. d. c. ſi. cū ſimi. Et obiectio. ſ. facta retor-
quet in oppoſitū, ex quo ſi probationes Luciæ ꝯſiderarent & ha
berent effectū ſepararetur uerū matrimonium in pſentia exiſtens in-
ter ipſum Ioan. & ſuā uxorē qui procrearunt plures filios, & ſi
talis ſeparatio fieret, immineret maximū ſcandalū & periculū,
ꝙ eſſe nō debet, & filij dicerentur illegitimi, ꝙ eſſet iniquiſſi-
mū ſtantib. aſſertis friuolis probationib. d. Luciæ & nihil ꝯclu-
dentib. quæ debēt reijci tanquā nullæ & inſufficientes, & iudi-
candū eſt pro iſto uero matrimonio, nam ſi do. Lucia ſtat prout
ſtetit per tot annos ſine marito nullū erit ſcandalū prout non
fuit de pterito, ꝙ ſecus eſſet ſi ſeparet hoc pſens uerū & indiciū
ſatis urgens hoc indicat, nā ipſa Lucia cepit agere, & poſtmodū
ſuperſedit p plures annos, & mō iterū agit, ut ſeparetur uerum
matrimoniū, quę indicant uerā calumniā ipſius, & qd hoc facit
aīo uexandi & indebite moleſtandi d. Io. non aūt ꝙ ſcandalum
timeat. & ad obiectionē alio mō rndet Alex. conſi. clij. colu. ij.
34 uol. v. & Dec. d. ꝯſi. cliij. in ſi. ¶ † Minus ēt obſtat ſi diceretur,
quod hoc pſens matrimonium non pōt ſubſiſtere tanquā celebratum
& ꝯtractum lit. pen. toto tit. C. & extra ut lit. pen. nihil inno. nā
tollit obiectio, primo quia ex parte. d. Lucię hoc probatū nō ap
35 paret, ꝙ lite pen. pñs fuerit ꝯctum. † Secundo qa ēt lit. pen. pōt
ꝯhi matrimonium uerum qō primum aſſertum ſuper quo uertitur lis
non probat ꝯctum, ut eſt in caſu pñti, & in ſimi. hoc probatur i
l. pe. C. de aqu. quo. & eſti. & plenius in l. ſi prius ubi ſcrib. ff. de
ope. no. nun. & alias dixi, & maxime hoc pcedit in caſu noſtro,
ubi nulla proceſſit inhibitio iudicis, & ēt tollit obiectio, ex his
q̄ dicit Alex. d. ꝯſi. cl. col. pe. uol. v. de fama uicinię ſeu publica
uoce aſſerti matrimonij ꝯcti, nō opus eſt aliqd dicere ex quo nul
lus teſtis productus p ipſam Luciā, aliquid deponit de publica
uoce & fama uicinię, ꝙ fuerit matrimonium ꝯctum inter d. Io. & d.
Luciā, unde ſuper hoc minime eſt inſiſtendū, cum nō entis, non
ſint aliquę partes c. ad diſſoluendū. de ſpōſ. impu. Pariſ. Pad.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium metu contractum eſt ipſo iure nullum, & fere per totum, & nu. 9. & 11.*
2 *In omni actu requiritur conſenſus ad ipſius ualiditatem.*
3 *In matrimonio requiritur conſenſus, cum plena libertate & ſecuritate, & nu. 7.*
4 *Matrimonium ſecundum, tenet & ualet non obſtante primo contracto per metum.*
5 *Ad actus ualiditatem, ſi requiritur diſpoſitio qualificata, illa qualitas neceſſario debet interuenire.*
6 *Qualitas informat ſubiectum cui inhæret.*
8 *Metus quid ſit.*
9 *Metus eſt contrarius uoluntati, & libertati.*
10 *Sponſalia de futuro contracta per metum ſunt ipſo iure nulla.*
11 *Etiam ſi matrimonium, & ſponſalia eſſent iuramento firmata.*
12 *Metus mortis, & cruciatus corporis iuſtus metus dicitur.*
13 *Timens uulnerari iuſtum metum dicitur habere.*
14 *Nec debet expectare ꝙ interficiatur, & uulneretur.*
15 *Eſto ꝙ actualiter ius non inferatur.*
16 *Sufficit enim probabiliter timeri.*
17 *Cuſtoditus, & obſeruatus ab inimicis ſuis iuſtè dicitur timere.*
18 *Metus, an ſit iuſtus iudicis arbitrio remittitur.*
19 *Metus an operetur erga illum, qui ſui culpa incidit in actū metus.*
Repertus in domo alicuius mulieris, & metu contrahens matrimonium poteſt illud reſcindere tanquàm per metum contractum, licet culpoſus in hoc reperiatur.
20 *Metus probari debet ab eo qui illum allegat.*
21 *Metus in ſe dolum continet, & uterq; probatur indicijs, & coniecturis.*
22 *Duobus teſtib. deponentib. de metu, magis eſt credendum, quàm decem deponentibus de ſpontanea uoluntate.*
23 *In his quæ ſunt difficilis probationis, lex contenta eſt, ut probentur indicijs, & coniecturis, & nu. 24.*
25 *Metus an ſit probatus uel ne, iudicis arbitrio remittitur.*
26 *Arg. à ſolitis, & communiter accidentibus ualidum eſt.*
27 *Non ueroſimile repelli debet, tanquàm falſitatis imago.*
28 *Metus præſumitur, quando fit aliquid non uериſimile fieri.*
29 *Pro probato haberi debet id, cuius cōtrarium non eſt credibile, nec perſuadendum bono uiro.*
30 *Quando partes dicunt aliquid teneri ſecreto oſtendunt actum illum non eſſe iuridicè celebratum.*
31 *Exiſtens in libertate, & declarans contraxiſſe matrimoniū per metum ſatis oſtendit liberè illud non contraxiſſe.*
32 *Fama, & communis opinio firmiter probata conſiderabilis eſt.*
33 *Metus per actum ſubſequentem liberum purgatur.*
34 *Quod uerum, niſi ſubſiſtat in illo actu eadem cauſa metus.*
35 *Clandeſtinitas non uiciat matrimonium.*
36 *Matrimonium conſenſu contrahitur.*
37 *Confeßio reperti in aliquo actu non licito, præſumitur per metū facta, ſi metus tunc inſtabat.*
38 *Verba enunciatiua ad alium effectum prolata non probant, & numero 39.*
40 *Confeßio incidenter facta propter aliud non probat.*
41 *Inſtrumentum in quo quis confitetur aliquam eſſe ſuam uxorē, & eā carnaliter cognouiſſe, non propterea probat matrimonium.*
42 *Annuli tranſmißio de maſculo in fœminā, an probet matrimonium.*
43 *Voluntas ita facto, ſicut & uerbo declaratur.*
44 *Teſtis ſingularis etiam religioſus non probat.*
45 *Confeſſio extraiudicialis ad minus probanda eſt per duos teſtes.*
46 *Ita probata, ſemiplenā facit probationem.*
47 *Annulus dari poteſt, etiam ob aliam cauſam, quàm cōtrahendi matrimonium.*
48 *Subarratio quandoq; appellatur matrimonium.*
Subarratio quæ fit per tranſmißionem annuli, neceſſario non probat matrimonium.
49 *Annuli mißio, quando probet matrimonium.*
50 *Et quid ſi nullus præceßit tractatus.*

CONSILIVM LX.

AGETVR In præſenti ꝯſultatione de iurib. & ualiditate aſſerti matrimonij contracti inter. d. Marc. Ant. Battiferrum, & d. Camillā Guidallottā de Vrbino, & omiſſis plurib. q̄ hincinde adduci poſſent

reſulutiue,& concluſiue attingendo puram ueritatem, dico ta-
le aſſertum matrimonium fuiſſe & eſſe nullum ipſo iure, & iu-
rib. non ſubſiſtere cum.n.in facto uerum ſit ipſum Mar.Ant.ter
tia hora noctis ſuper tecto cuiuſdam domus fuiſſe apprehēſum
per Berna.Iac.& Fed.conſanguineos.d.Camillæ armatos diuer
ſis armis &ab illis uulneratum quatuor uulnerib.ac etiam in ter
ra proſtratum, & pugione ad pectus appoſito compulſus ipſa
promittere,ut.d. Camillam deſponſaret alias ꝙ ipſum interfi-
cere decreuerant qui Marc.Ant.timore prædicto ductus, & ut
mortem effugeret omnia ſe facturum promiſit, qua promiſſiõe
habita, eundem adduxerunt ad domum in qua moram trahe-
bat.d.Camilla, & ita uulneratus coactus fuit illam deſponſare,
1 & ſubarrare coram notario & teſtibus. † Quo ſtante proculdu-
bio uerum erit dicere tale matrimonium per metum fuiſſe con
tractum,& ꝯñr fuiſſe, & eſſe ipſo iure nullum, ut firmant ſacri
theolo.in iiij.ſen.diſt.xxix.& eſt text. in c. cum locum.extra de
ſpon.ubi Abb.col.iij.& reliqui ſcrib.iſtud no.alleg.alias cõcor.
deciſ.& habetur in l.titia.in prin.ff.de uer. ob. & in l.ſi mulier
§.ſi dos.ff.ꝙ met.cau.& doc.maxi.Iaſ. in l. interpoſitas. in pri-
ma fal.C.de tranſ.hoc idem firmant concludentes deciſ.& plu-
res adducendo,prout etiam eſt deciſ.Ro.in no.in tit.de renun.
v.in ordine,& etiam habetur in c.de muliere, & in c.ueniens.il.
ij.& in c.conſulta.extra de ſponſ.& etiam in locis.infr.allegan.
2 † Et non immerito concluditur mañum ita contractum eſſe ip
ſo iure nullum,nam licet in omni actu requiratur conſenſus &
aliter factus non ualeat.l.ſi per errorem.ff.de iur.om.iu.l.j.ff.de
3 pact.cum ſimi.† Tñ in matrimonio nedum requiritur purus cõ
ſenſus,quinimmo in eo debet eſſe conſenſus cum plena liberta
4 te & ſecuritate,ut habetur in d.c.cum locum.† Hinc eſt ꝙ matri
monium ſecundo loco contractum tenet . non obſtante primo
per metum contracto licet nulla fuerit petita,& obtenta reſciſ-
ſio primi matrimonij meticuloſi,ut habetur in c.ſignificauit.ex
5 tra de eo qui dux.in mat.&c.† Et etiam rõne,nam ubicunq; ad
ſubſtantiam actus requiritur diſpoſitio qualificata, nõ dr̃ ſatiſ-
factum iuri niſi interueniat ille actus qualificatus,ut dicit glo.
6 in c.ſignificaſti.xxxiij. q. v. † Qualitas.n.informat ſubiectũ cui
inheret,ut traditur,in c.ſtatutum.de elec.lib.vj.& in c.ubi peri
7 culum.§.cæterum.eo.tit.† In matrimonio aũt requiritur uolun
tas cum plena libertate.d.c.cum locum.per glo.& Abb. in d.c.
abbas. cum concor. ꝯñr & uoluntas & libertas neceſſaria ſunt,
unde ſi adeſt uoluntas & non libertas neceſſario ſequitur non
eſſe ſatisfactum diſpoſitioni iuris, & ꝯñr mañum nõ ſubſiſtere.
8 † Metus.n.ut traditur in l.j.ff. ꝙ met.cau.eſt trepidatio mentis
periculi inſtantis uel futuri qui tollit libertatem qua de cã ſpiri
tus ſanctus in ore prætoris poſuit, ut geſtum per metum nõ eẽt
ratum ſed nullum toto ti.ff.C.& extra.ꝙ me.ca.ita dicebat ray.
9 de petraſ.quem refert Bal.in rub.de ȝuet.inue.in uſib.feu.† ni
hil.n.eſt ſub celo ita contrarium uoluntati & libertati ſicut me
tus.l.nihil cõſenſui.ff.de reg.iu.ad quod.c.ſuper hoc, & ibi Ab.
no. extra de renun. aliam rõnem & ſubtilem ꝙ tale matrimo-
nium metu contractũ ſit ipſo iure nullum adducit Bal. in trac.
ſciſma.col.xij.uer.ubi eſt conſiderandum.& aliam Barba. cõſi.
liiij.col.vij.& ad id plura accumulat Alex.conſ.xcix. Quoniam
per excellentiſſimum & conſi.ſeq.In caſu prædicto.uol.iij.quæ
conſi.ſunt replicata in iiij.uol.nu.xlvj.& xlvij.& conſi.ulti.eo-
dem uol.iij.& idem Alex.conſi.clvj.Viſo proceſſu.uol.v.& Cor
ne.conſi.xlj.Videtur.uol.ij.& quãplures alij,maxi.Barb.conſi.
10 liiij.Illud aſſeram.& coſi.lx.Sapienter ſcripſit.uol.j.† Et nedum
mañum ita contractum eſt ipſo iure nullum ſed ẽt ſponſalia de
futuro per metum celebrata ſunt ipſo iure nulla.ita Abb.& cę
teri Cano.per illum tex.in c.ex literis.de ſponſ.impu.& per do-
11 cto.in d.l.interpoſitas.† Procedunt prædicta,etiam ſi tale matri
monium eſſet iur̃o roboratũ,ut dicit gl.per illũ tex. quã ibi ex-
clamat Abb.& d.Præpo.col.fi.in c. ſignificauit. de eo qui dux.
in mat.&c.& tradit ẽt Abb.col.iij.uer.iiij.ſolutio.in d.c.abbas.
12 † Et in materia p̃ſti iuſtus metus, & cadens in conſtantem ui-
rum,eſt metus mortis,uel cruciatus corporis, ut per illum text.
dicunt Bar.& alij in d.l.interpoſitas.& ponit gl.in l. metum.la.
j.ff.ꝙ me.ca.& probatur in l.continet.in fi.e.tit.& in c.cum di-
13 lectus.extra eod.& eſt tex.in l.iij.ff. ex quib.cau. maio. † Et qñ
quis dubitat etiam uulnerari iuſtus eſt ſm̃ Bal.in l.fin.in princ.
col.j.uer.ij.not.C.de iu.delib.cum alijs traditis in c.j.& in c.ad
audientiam.per Abb.& alios extra ꝙ met.cau.in d.c.ueniẽs. &
c.conſultationi.& per gl.& alios in d.c. cum locum. de ſpon. &
tradit Bal.in c.j.§.item ſacramenta.de pa.iuramen.fir.& diffu-
ſe per Alex.d.conſi.xcix.& c.uo.ñj.& conſi.clvj.uol.v.& p Cor
ne.d.conſi.xlj.uol.ij.& per Barb.d.conſi.liiij.& lx.uol.j. cũ igi
tur ipſe Marc.Ant.eſſet uulneratus &probabiliter dubitaret ꝙ
prædicti Bernard.Iaco.& Feder.conſanguinei.d. Camillæ & ar
mati eum interficerent non debuit expectare ꝙ interficeretur.
14 † Illi .n.actus præcedentes iuſtiſſimum induxere metum,ut di
cit Bar.in l.j.§.ſi quis tñ.ff.ꝙ ui aut clã.& Bal.in d. trac. ſciſma.
col.xiij.& Alex.& alij ubi ſ.& Abba. conſi. lx. Quoniam ſatis.
15 col.pen.uer.iiij.uol.j.† Dicens quod etiam ſi actualiter ius non
inferatur,tñ ſufficit probabiliter timeri ne inferatur per tex.ſin
gularem in l.nouiſſime.ff.ꝙ ſal.tut.auc.in prin.ibi qui enim,qđ
ſequuntur q̃plures alij de quib.per Fely.in c.cum M.colu.x. de
cõſt.& in c.j.col.j.de off.dele.& in c.fi.in fi. de re iu. ex quo cũ
ipſe Marc. Anto. erat inermis ſolus, & dicti conſanguinei Ca-
millæ eum uulneraſſent,& armati aſtarent,ut tale mañum con
traheret iuſtiſſimo timore ductus contraxit. l. j. §. qui armati.
ubi doct.maxime Ang.ff.de ui & ui.arma. cum alijs adductis p
Alex.d.conſi.xcix.col.j.& conſi.c.col.j.uol.iij.& in d.cõſi. clvj.
col.ij.uol.v.& per Cor.d.conſi.xlj.col.ij.uer.& licet.& uer. ſeq.
16 uol.ij.& per Barb.d.conſi.liiij.col.xvj.† Et etiam quia a prædi-
ctis cuſtodiebatur & obſeruabatur ne inde recederet ut tradit
Cor.d. conſilio & uerſiculo ſupra allegat.& Barb.d.conſi. liiij.
columna.xvj.& per Alex.dicto conſilio. xcix. & dicto conſilio.
17 c.Melius.columna.ij.uol.iij.† Et nullus iudex poterit aliter ar-
bitrari,niſi talem metum multipliciter fuiſſe iuſtiſſimum, cum
an ſit iuſtus uel ne,ad eius arbitrium recurrat,ut dicit Inn.in c.
cum dilectus.quod met.cau.& Bal.in d. §. item ſacramenta. &
per Petr.de Ancharano conſi. cxxx.alias. ccxcix. Viſa ſupradi-
cta.& Cor.dicto conſi.xlj.colu.ij.uerſiculo prout ad iudicis.&
eſt tex.in dicta l.tertia.in fin.ff. ex quibus cau. maio. cum alijs
18 accumulatis per Deci.conſi.ccxix.Viſo puncto.num.iij. † Nec
prædictis habet obſtare ſi diceretur, quod talis metus non ha-
bet releuare ipſum Marcum Ant.ex quo ſua culpa incidit in a-
ctum dicti metus argumento eorum quæ habentur in l. ſi mu-
lier in prin.ff.quod metus cau.nam obiectio ceſſat,quoniã nul-
19 la probabitur eius culpa iſtud eueniſſe.† Præterea eſto quod ꝓ
baretur eius culpa,& quod fortius eſt, etiam ſi fuiſſet repertus
in domo cum do.Camilla,tamen talis culpa non inducit ualidi
tatem matrimonij contracti per metum,nec obſtaret, quo mi-
nus ipſe Mar.Ant.poſſet allegare dictum metum, & reſcindere
matrimonium metu contractum, eſto quod dediſſet cãm actui
meticuloſo,ita tex.apertus in c.ueniens.il.ij. extra de ſponſa. &
ibi do.Præpoſi.col. fin. apertè hoc dicit reſpondens ad dictam.
l.ſi mulier.ut non procedat iſto caſu ut per eum, & ita etiam fir
mat Alex.d.conſi.c.colu.j.uolu.iij.uolentes, quod ſi aliquis eſt
repertus in domo alicuius puellæ dormiens cum eą,& compul-
ſus contrahit matrimonium,talis metus dicetur iuſtus ita,quod
matrimonium reſcinditur & eſt etiam glo.& ibi nota.Archyd.
& domi.Præpoſi.in c.clericum.l.diſtinctio, & per eundem Præ
poſi.& alios in c.ad eius uero. in fi. quinta diſtinctione ubi etiã
20 aliter ſoluit obiectionem. † Nec prædictis etiam obſtat ſi di-
catur,quod talis metus non apparet probatus, cum non ſuficit
quod allegetur tantum,ſed neceſſe eſt quod etiam probetur ut
traditur in l.j.in prin.iuncta glo.in uerſi.dicatur.ff.ſi quadr.pau
per.fec.dica.& eſt textus in c.dilecti.ibi oppoſita & probata.ex
tra de exceptio.& probatur in l.ſi priua.iuncta glo.in uerbo, e-
21 giſſet.& ibi ſcribentes iſtud tradunt.ff.de ope.no.nun. † Nam
obiectio ceſſat.quoniam metus continet in ſe dolum,& iõ ſatis
eſt quod probetur ex coniecturis & circunſtantijs.l.dolũ.C. de
dolo.c.ij.de renun.lib.vj.ita Bal.in d. §. item ſacramenta col.j.
& iiij.& Petrus de Ancharano dicto conſilio.ccxcix.col.prima
22 & faciũt nota. in c.ſuper his.extra de præſump.† Hinc eſt quod
magis creditur duobus teſtibus deponentibus de metu, quã de
cem deponentibus de ſpontanea uoluntate,ſm̃ Ang.in l.nõ eſt
uериſimile.ff.ꝙ met.cau.& plenè tradit Alex. d.conſi. xcix. uol.
iij.ubi propriè infertur ad caſum noſtrum,qñ metus fuit illatus
de nocte,& in domo puellæ, cum qua fuit mañum meticuloſè
contractum,& idem habetur d.conſi.c.col.ij.in prin.uol.v. tan
git etiam Cor.d.conſi.xlj.col.ij.uol.ij.& Dec.in d.conſi. ccxix.
colum.j.& fin.& Barb.d.conſi.liiij.colum.j.& ij.& ſequen.& d.
23 conſi.lx.colum.v. † In his enim quæ ſunt difficilis probationis
lex contenta eſt indicijs & coniecturis,ut dicit Barto.in l.ſi qs
in hoc.C.de epiſcopis & cle.& ad id intercedo ad caſum noſtrũ,
plura adducit Alexan.dicto conſi.xcix.columna penultima no
24 lu.iij.& d.conſi.clvj.col.j.& ij.uolum.v.† Quæ etiam compro-
bautur

bantur ex his quæ dicit Inno.in ca.ſuper hoc.de renunciationi.
prout refert & ſequitur Bal.in d.tract.ſciſma.& in l.obſeruare.
§.proficiſci.ff.de offi.procon.& et bene facit tex. in d. c.cōſulta
tio.& quæ tradit Abb.in c.j.extra quod metus cau.& Cuma.cō
25 ſi.lxviij.In præſenti q.col.ij.ubi pulchre loquitur.† Et ideo com
muniter concluditur iudicis arbitrio relinqui,an metus ſit pro-
batus uel ne,ut in l.iij.ff. ex quibus cau.maior.& per Abba. &
Moder.col.iij.poſt Inn.& do.Ant.in d.ca.cum dilectus.ꝙ met.
cau.& per Bal.Alex.& alios in d.l.interpoſitas.C.de tranſact.&
per Bal.in rubr.& in c.ij.extra ꝙ met.cau.& multa adducit De
ci.d.conſi.ccxix.nu.iij. applicando modo factum diſpoſitioni
iuris aperte probabitur dictum Marc. Ant. fuiſſe deprehenſum
a prædictis conſanguineis in tecto certę domus,& ab ipſis fuiſ-
ſe uulneratum aperte inſuper conſtabit per notarium & alios te
ſtes uocatus per.d.Berner.& alios ipſum Marc. Ant. ſolum iner
mē,ſine clami de,in duploide & burricho,ac ex uulneribus ual-
de triſtem & dolentem repertum fuiſſe in domo patris. d. Ca-
millæ,ubi ipſa etiam erat,& quod prædicti Bernar. & alij arma
ti ibidem aſtabāt, & quod demum rebus ſic ſe habentibus di-
26 ſponſauit dictam Camil.† Quæ omnia aperte indicāt tale ma-
trimonium fuiſſe per metum contractum, quando enim libere
contrahitur non interuenium qualitates ſuperius dictæ,quę cla
re oſtendunt contrahentem libere non contraxiſſe,capiendo ar-
gumentum a ſolitis & communiter accidentibus. l.,neque nata
les.C.de proba.l.certi cond.§.ſi nummos.ff.ſi cert.pet.l.ꝙ ſi no
27 lit.§.qui aſſiduam.cum ſi.ff.de ædil. edic. † Et quod uerisimile
non eſt repelli debet tanquam imago falſitatis,& non debet at-
tendi,ut dicit Bal.in l j.C.de ſer.fugi.& in rub.C.de proba.ubi
repet.plura accumulant,& in caſu noſtro idem facit Barb.d.cō-
ſi.liiij.col.iij.& conſ.xlvij.Præclare ſcripſit.col.j.uol.ij.& Alex.
28 d.conſi.clvj.col.pen.uol.v. † Et ideo Bal.in d.l.interpoſitas.in
prin.dicebat metum præſumi quando fit aliquid, quod non eſt
29 uerisimile fieri.† Et idem Bal.conſi.cciiij.Longum thema.in fi.
uolu.iiij.dicit haberi debere pro probato id cuius contrarium
30 non eſt credibile,nec pōt perſuaderi alicui probo uiro.¶ † Quę
ēt comprobantur,qm̄ ipſe Marc.Anto.ut inde uiuus diſcedere
poſſet, dixit ꝙ omnia prædicta deberent teneri ſecreto, ꝙ ar-
guit animum ſuum non fuiſſe liberum, ut in ſimili.traditur per
Bar.in l.non intelligere.§.tacite.ff.de iur.fiſc.& in l.in fraudem
in prin.ff.de his quib.ut indi.cum alijs traditis per Barb. d.con
31 ſi.liiij.col.viij.uerſi.præmitto etiam.Et quia illico ꝙ exiuit di-
ctam domum,& ſe contulit ad domum patris,& ſic data fuit fa
cultas libertatis declarauit & proteſtatus fuit ſe contraxiſſe ta-
le matrimonium per metū, quæ proteſtatio & declaratio ita in
continenti facta probat actum præcedentem ſuper quo inter-
ponitur,fuiſſe meticuloſum,ut habetur in ca. conſultationi . de
ſpon.& etiam probatur in c.ad id.eodem tit.ibi,cum mora tem-
ti temporis,a contrario ſenſu & ita in caſu noſtro firmat Alex.
32 d.conſi.col.fi.& d.conſi.xcix.in fi.uol.iij.† Accedat etiam fama
communis opinio uniformis & non uariata ,& trahens origi-
nem a perſonis fide dignis,ad plene not.in c.ueniens.il ij. extra
de teſtib.& per omnes ſcrib.in l.admonendi.cum fi.ff.de iure iu
33 ran. † Nec prædictis poteſt obſtare ſi dicatur quod talis metus
fuit purgatus ex quo ipſe Marc.Ant.poſt deſponſatam Camil-
lam,eam fuit deoſculatus,& ulterius dixit quod omnia teneren
tur ſecreto,ad effectum reducendi ſuum patrem , ut huiuſmodi
matrimonio conſentiret,arg.uo.per Bar.& alios per illum tex.
in l.ij.C.ꝙ met.cau.& etiam eorum quæ habentur in ca.uenicā
il j.& c.conſultatio.& diffuſius.in c.ad id quod extra de ſponſ.
34 † Nam dico ꝙ cum tale oſculum fuerit exhibitum inſtante Ber
nardino , qui cum alijs apprehenderat ipſum Marcum Anto. &
etiam dicta uerba fuerint prolata eodem inſtanti & durante me
tu & cā ipſius permanente,& oſculum & uerba p̄dicta non indu
cunt purgationem metus,quinimmo omnia cenſentur facta &
prolata etiam per metum,& ſi ipſe Marc.Ant. carnaliter cogno
uiſſet domi.Camillam dicto metu durante,talis copula nō pur
gaſſet metum præcedentem, nec ualidaſſet tale matrimoniū me
tu contractum,ut plene tangunt Bar.& alij in ſimili.in d.l.ij.&
Per.de Anch.d.conſi.ccxcix.& tangit in terminis noſtris Abb.
in d.c.conſultatio.& diffuſius in d.c.ad id quod ubi pleniſsime
do.Pręposi.iſtud comprobat.idem firmat Abb.& Præpoſi.in c.
inſuper.qui matr.acc.poſ.& idem Præpoſi.in c.peruenit.col. ij.
xviij.diſt.& Alex.idem ſequitur d.conſi.xcix.colu.pen.& fin. &
conſi.c.col.pen.& fin.uol. iij. & idem ſequitur Coroe. d.conſil.
xlj.uol.ij.col.pen.& fin.& diffuſe tangit Barb.d.conſi.liiij.col.
xvij.& ſeq.uol.j.& plenius conſi.ult.col.xiij.& ſequen.uol. ij.&
quod metus præcedens non cenſeatur purgatus per actum ſe-
quentem,quando actus ſequens fit durante metu exiſtente ea-
dem cauſa metus,multa accumulat Deci.d.conſi.ccxix.col.pen.
35 nu.viij.& ſeq.† Inſuper aduertendum eſt quod ipſa Camilla aſ-
ſerit per prius , & ſic ante dictum matrimonium metu contra-
ctum quod ipſe Marcus Ant.eam diſponſauerat & cum ea ma-
trimonium contraxerat , & licet fuiſſet clandeſtinum attamen
clandeſtinitas non uiciat dummodo, ꝙ probetur contractum,
ut dicit Abb.& alij Cano.per illum tex.in c.j.de clande.deſpon.
36 cum concord.† Solus enim conſenſus ad matrimonium contra
hendum ſufficit,ut in d.c.cum locum.& in c. tuæ.de ſponſa. &
in l.nuptias.cum ſimi.ff.de regul.iur. Nam conſiderandum eſt
quod nunquam fuit uerum aliquod matrimonium etiam clan-
deſtinum fuiſſe contractum per ipſum Marc.Anto. cum do.Ca-
milla,cuius ſoli aſertioni minime eſt ſtandum per iura uulg. Et
licet ad probandum tale matrimonium ipſa deducat duo, tamē
in nihilo obſtant ipſi Marc. Ant. dum enim primo ad proban-
dum matrimonium clandeſtinum adducitur confeſsio coram
notario,& teſtibus facta per ipſum Marcum Ant. in domo pa-
tris do.Camillæ,dum ipſe Marc.Anto.dixit ꝙ non erat neceſſe
nouiter deſponſare ipſam Camillam, ex quo alias eam diſpon-
ſauerat,& quod erat eius uxor, quæ uerba uidentur probare ip-
ſum Marc.Ant.alias,do.Camillam deſponſaſſe , ꝙ non uidetur
poſſe procedere niſi reſpectu alterius matrimonij clandeſtini p̄
37 cedentis.¶ † Nam reſpondetur talem confeſsionem , & dicta
uerba in nihilo obeſſe ipſi Marc.Ant.ex quo fuerunt prolata du
rante metu , & exiſtente eadem cauſa metus , & conſequenter
omnia tunc temporis , nedum dicta ſed etiam facta tollun-
tur,& non ſubſiſtunt quia cenſentur omnia meticuloſe,& facta
& dicta ut dixit Alex.d.conſi.clvj.col.iij.uerſi.præterea ſufficit
prout & ſecundo ceſſat oppoſitio,quia talia uerba,ita enuncia-
tiue prolata per ipſum Marcum Ant.referebantur ad matrimo
nium eadem hora antecedenti meticuloſe etiam per ipſum con
tractum cum do.Camilla,nam dicti Bernar.Iaco.& Feder.cum
ipſum uulneraſſent,& uulneratum deduxiſſent ad domum pa-
tris. d. Camillæ cogerunt ipſum ut eam deſponſaret , & ita per
metum diſponſauit & uidētes.d.Bernardinus & alij quod talis
diſpenſatio non poterat per idoneos teſtes probari,miſerunt ad
notarium & teſtes ut uenirent ad effectum ut probatio potuiſ-
ſet haberri,& cum notarius & teſtes ueniſſent ipſe Marc. Ant.di
xit dicta uerba , ex quo illi inſtabant ut deſponſaret , & ſic ha-
buit relationem ad deſponſationem tunc paulo ante factam, q̄
38 pariter fuit meticuloſa & ſic nulla. † Prout & tertia oppoſitio
ruit,nam talia uerba enunciatiua ipſe protulit ad effectum, ut
eam non deſponſaret,nec cogeretur ad deſponſandum , ſi con-
tenti fuiſſent dictis uerbis,& ad hoc ut citius domum prædictā
exiret & conſultum eſſet eius uitę & ſaluti, quo fit ut talia uer-
ba nullo modo inducāt diſpoſitionem,ut tradit Bar. in l. ex hac
ſcriptura.col.fin.uerſi.quæro quid in contractibus.ff. de dona.
& tradit Alex.in cauſa matrimoniali,conſi.cliii. Viſis narratis.
39 col.j.uol.v.¶ † Et cum talia uerba non fuiſſent prolata per ip-
ſum Marc.Ant.principaliter ut matrimonium confiteretur, q̄a
tunc de hoc non agebatur,ſed ut non cogeretur matrimonium
contrahere,& ut inde uiuus exiret,certe non probabunt aliqđ
matrimonium per ipſum fuiſſe contractum,ut traditur per Bar
to.in d.l.ex hac ſcriptura.& habetur in l.optimam.C.de contra
40 hen.& commi.ſtipu.† Vbi probatur ꝙ confeſsio facta inciden-
ter propter aliud nō probat ut declarāt.d.Ant.Abb.& alij in c.
illud.extra de præſum.& ita in terminis noſtris,& in fortiorib.
tenet & concludit Dec.conſi.cccx.Viſa diligenter.col.ij.uerſi.
ij.conſideradum eſt.& nu.iiij.& v.ubi ad id adducit conſi.Ale-
41 xan.& alias deciſi.† Prout etiam oppoſitio ceſſat,nā ipſe Marc.
Anto.fuiſſet poſitus in libertate & ſpontaneè per inſtrumentū
publicum promiſiſſet,ac dixiſſet,ꝙ d.Camilla erat ſua uxor , &
eam nominaſſet in uxorem , etiam addendo ꝙ carnaliter eam
cognouiſſet,non propterea induceretur ſufficiens probatio ma
trimonij,ut eſt tex.in d.c.illud de præſum.& ibi hoc uolunt Ab
ba.d.Ant.& reliqui ſcrib.& idem uult Inn.in c.ex parte . M. de
reſt.ſpo.& ita firmat Alex.conſi.cl.In cauſa & lite.col.iiij.uerſi.
pręterea. uol.v.refert & ſequitur Dec.d.conſi.cccx.col.pe.& fi.
in princ.& bene faciunt quæ ponit Alex.conſi.clj.repetitus. co
lu.iij.& conſi.cliij.col.pe.uol.v.& Dec.d.conſi.cccxxx.col.pen.
in fi.& uere conſiderando facti contingentiam talia uerba a di-
cto Marco Anto.prolata non poſſunt adaptari uerisimiliter ad
aliud,

aliud,niſi ad effectum ne cogeretur deſponſare eam, quod etiã
clare oſtenditur,nam illico quod inde exiuit,& ad domum pa-
tris ſui ſe contulit per inſtrumentum publicum declarauit om-
nia geſsiſſe per metum, quæ declaratio ita incontinenti facta
multum adiuuat,ut ſuperius dictum fuit & derlarat etiam talia
uerba,& confeſsionem fuiſſe prolata, & emanaſſe per metum,
& durante cauſa metus,& conſequenter redditur penitus inua-
lida,& nulla,ſicuti in ſimi.dicimus de cofeſsione facta metu tor
mentorum,per deciſ.uulg. & etiam de alijs geſtis durante me-
42 tu,quæ non ualent,nec tenent ut dictum eſt. † Secundo ipſa
Camilla ad probandum clandeſtinum matrimonium adducit
quendam religioſum,qui deponere uidetur ipſum Marc.Ant.
ronſeſſum fuiſſe.d. Camillæ dediſſe quendam annulum, pro-
pter dationem annuli,uidetur iuris præſumptio inſurgere,ꝙ li-
cet aliqua uerba non interuenerint, ꝙ tamen inter eos fuerit
contractum matrimonium mutuo conſenſu, demonſtrato per
dictum ſignum,ita ꝙ pro matrimonio præſumitur niſi contra-
rium probetur argu.eorum quæ habentur in c.noſtrates, & in
c.fœminæ.xxx.q.v.& per glo.in c.ſi quis uxorem. xxvij.q.ij.&
in c.interrogaſti.xxvij.diſt.& plenè per glo. & alios, in c.ult.de
43 ſpon.imp.& per.Ian.doc.ſuper.iiij.diſtin.xxix. articul.iij. † Ita
enim facto,ſicut & uerbo declaratur uoluntas, ut traditur per
gl.in d.c.& probatur in l.Paulus reſpondet.ff.rem rat.hab. & in
44 l.de quibus.in fi.ff.de legi.† Nec oppoſitio nihil ob. ipſi Marc.
Ant.nam talis religioſus eſt unicus,& ſingularis, & ideo eius di
ctum non eſſet in conſideratione.c.bonæ,il j.de elec.c.licet cau
ſam.de proba.tradit Bal.in l.iuriſiurandi,col.iij.uer.deinde no-
ta rationem.C.de reb.cre.& plene per Bar.& alios in l.admonẽ
45 di.ff.de iu.iur.† Secundo non obſt.ea quo deponit de confeſsio
ne extraiudiciali,quæ debet probari ad minus per duos qui ſint
conteſtes,alias nullius eſt effectus,ut dicit do.Ant.& alij ſequũ
tur in c.licet ex quadam.col.pen.extra de teſti.& Cy.in l.ij.quę
ſit long.conſue.& Pau.de Ca.conſi.cclxxvij.Viſo proceſſu.col.
iij.& conſi.ccclxxviij.Viſa petitione.col.iij.& per Iaſ.in d.l.ad-
46 monendi.nu.clvj. † Et quoniam eſt ita probata per conteſtea
adhuc non faceret niſi ſemiplenam,ut tradit Bar.in d.l.admonẽ
di.col.xiij.uer.his præmiſsis.cum alijs ibi poſt alios allc.per Iaſ.
47 nu.clviij.† Tertio non ob.oppoſitio quoniam dictus teſtis non
deponit ipſum Marc.Ant.dediſſe do.Camillæ annulum cauſa cõ
trahendi ſpõſalia uel matrimonium,& ideo potuit tradi alia de
cauſa,& conſequenter talis depoſitio tanquam non concludẽs
attendi non debet.l.non hoc.C.unde legi.ca.in præſentia.extra
48 de proba.† Præterea aduertendum eſt,ꝙ ſubarratio quæ fit per
miſsionem annuli,non dico illam quæ ſecundum uulgare loci
appellatur matrimonium de qua per gl.Abb.& alios in c.tenor
de re iud.ſed quando per immiſsionem annuli interuenit con-
ſenſus tacitè vel expreſſe,tunc quandoque inducit præſumptio
nem ſponſaliorum quandoque matrimonij, & de iſta loquun-
tur.c.ſuperius allegata,& plene tradit Abb.in d.c.tenor.col.ij.
uer.nota ſingulariter,& diffuſius idem Abb.in ca. illud de præ-
ſum.col.pen.& fi.& etiam habetur in c.j.de conſang.& affin. &
per.d.Pręposi in rub.de ſpon.col.vj.& in c.tuæ.col.ij.& iij.poſt
Io.An.eo.ti.& diffuſius tangit Barb.conſi.vj.Scriptum eſt.colu.
vj.& ſeq.uol.j.& ad plenum habetur per Lap.alleg.lvij.Viſis per
49 lectis.† Quibus in locis concluditur, ꝙ tunc demum per annuli
immiſsionem inducitur præſumptio ſponſaliorum,ſeu matrimo
nij,ita ꝙ dicenti contrarium incumbit onus probandi. quando
præcedit alius tractatus,alias ſi nullus tractatus præcedit per ta
lem traditionem, & ſignum, nulla inducitur præſumptio, nec
ſponſaliorum nec matrimonij,ut punctaliter dicit Lap. in d. al-
leg.col.fi.qui ita diſtinguendo concordat op.& argumenta,quę
pro una,& alia parte adducuntur,& eſt de mente gl.& doct.ubi
50 ſupra.† Et iſtud ſuadetur ratione urgenti,nam quando nullo p̃-
cedente tractatu,datur alicui mulieri annulus in dubio non pre
ſumitur nec matrimonium nec ſponſalia ſed ſolum præſumitur
facta quędam donatio quæ non eſt ſubarratio, ita pulchre dicit
do.Ant.in d.c.fi.de ſpon.imp.& firmat punctaliter Abb. in d.c.
illud.col pe.uerſi.quandoque nihil probat.quem ſequitur & ap
probat ibi Felyn.col.fi.dicens ꝙ perfectè loquitur, unde cum
talis depoſitio prædicti religioſi,non contineat ꝙ ipſe Mar.Ant.
dederit talem annulum dominæ Camillæ præcedente aliquo
tractatu, ſed ſolum ſimpliciter, non poteſt induci aliqua præ-
ſumptio per talem dationem,nec ſponſaliorum, nec matrimo-
nij,ſed ſolum præſumitur donatio,& munus. Ex quibus aperte
colligitur nullam probationem uigere contra ipſum Mar.Ant.
ꝙ contraxerit cum do.Camil. aliquod matrimonium nec uerũ
nec præſumptum,nec clandeſtinum ſed tãtum illud quod nocte
prędicta meticuloſe contraxit,quo ipſo iure fuit & eſt nullum,
ut dictum eſt. Pariſius Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Allegans matrimonium,illud probare debet.*
2 *Eo non probante,pars aduerſa abſolui debet.*
3 *Non ſufficit aliquid dicere,ſed neceſſe eſt illud probare.*
4 *Teſtis ſingularis nihil probat.*
5 *Aſſerenti,ſe fuiſſe nuncium, & procuratorem non eſt credendum.*
6 *Matrimonialis cauſa ardua eſt & grauis.*
7 *Notario aſſerenti ſibi aliquid eſſe commiſſum, per iudicem, non creditur.*
8 *Aſſerenti contenta in capitulo eſſe uera, an & quando ſit credendum.*
9 *Excedens fines mandati non præiudicat mandanti.*
10 *Teſtis uarius,& ſibi ipſi contrarius repellendus eſt.*
11 *Falſus in uno in omnibus alijs iudicandus eſt falſus.*
12 *Teſtis inimicus repellendus eſt.*
13 *Teſtis de auditu non probat.*
14 *Confeſſio extraiudicialis facta abſente parte,nihil prodeſt.*
15 *Munera hincinde tranſmiſſa & recepta non probant matrimonium.*
16 *Inimicus repellitur a teſtimonio etiam quòd inimicitia ſui culpa nõ proceſſerit.*
17 *Satis eſt ꝙ inimicitia ſit tempore quo teſtis producitur & iurat licet antea non fuerit.*
18 *Affectans cauſam non eſt idoneus teſtis.*
19 *Teſtis inhabilis in cauſa matrimoniali an admittatur ſi ueritas aliter haberi non poteſt.*
20 *Quo caſu procedat teſtem inhabilem admitti,caſu quo ueritas alias haberi non poſſit.*
21 *Perſeuerantia neceſſario præſupponit principium,& antecedens.*
22 *Continuatio præſupponit aliquid antecedens cui annectitur.*
23 *Verba enunciatiua non inducunt diſpoſitionem, maximè in cauſa matrimoniali.*
24 *Nominatio in aliquo inſtrumento facta de aliqua muliere pro contage non probat matrimonium.*
25 *Fama & publica uox qualiter ſit probanda,ut effectum inducat.*
26 *Et a quibus debet habere originem.*
27 *Et qualiter teſtes debent illud deponere.*
28 *Quæ non proſunt ſingula ſimul iuncta,quandoque conſiderantur.*
29 *Quo caſu,& quando iſtud procedat.*
15 *Mutus et ſurdus a natura, an poſsit condere teſtamentum.*

CONSILIVM LXIII.

MORTVVS Eſt nobilis Spiritus ſorbini dominus de Gardana relicto filio maſculo infante muto & ſurdo a natura, & una filia, qui ſpiritus dictũ filium uniuerſalem hæredem inſtituit, filiam uero in certa ſumma pro dote & legitima tantum. & dicto filio ſi deceſſerit ſine filijs maſculis ſubſtituit. d. Franc. & claud. ſorbini fratres conſanguineos ſuos excludendo filias & nepotes, ut bona conſeruarent in agnatione & familia, cum talis ſubſtitutio ſit ualida & firma & præfati ſubſtituti prætendant poſt mortem dicti filij muti, & ſurdi, uenire ad dictã ſucceſsionem uirtute ſubſtitutionis prout diſponunt iura communia & aperta, dubitant tamen pro eorum intereſſe & pro his quæ in futurum euenire poſſent informari, & reſolutionem habere ſuper infraſcriptis, & primo. An dictus filius uere mutus & ſurdus a natura adueniẽte legitimo tempore, poſsit contrahere matrimonium, & quo caſu & quibus ſolennitatibus id fieri debeat. Ita ut tale matrimoniũ a dictis ſubſtitutis non poſsit impugnari. Secundo an talis filius poſsit condere teſtamentum. Tertio & ultimo ex quibus ſignis & coniecturis poſsit comprehendi, ꝙ talis filius mutus &
1 ſurdus a natura habeat intellectum. † Ad reſolutionem primæ dubitationis. Bal. Ang. Fulg. & Ro. & Corne. col. j. in l. diſcretis. C. qui teſtamen. fac. poſ. per rationem de qua in illo tex. expreſſe uolunt, ꝙ mutus & ſurdus inſimul a natura nullum poſsit cõtrahere matrimonium nec ſpirituale nec carnale, nam in ipſo præſumitur carentia & defectus intellectus, quo fit ut nullum poſsit per talem perſonam matrimoniũ contrahi, quia non poteſt intelligere ſpirituale uinculum matrimonij prout ſonat in
2 ius. † Secus quando mutus & ſurdus ſimul eſſet ex accidenti & hanc ſententiam ſequitur Iaſ. in d. l. diſcretis. col. iij. in fi. & col. fi. uerſi. nunquid autem mutus, & reſpondet ad. c. cum apud ex-
3 tra de ſponſal. ¶ † Et eandem ſententiam ſequi uidetur Ang. in l. humanitatis. C. de impube. uolens ꝙ mentecapti non poſſunt contrahere matrimonium cum non habeant conſenſum qui in matrimonio requiritur, uulg. l. nuptias. ff. de reg. iur. & hoc idẽ
4 ſequitur Iaſ. in d. l. humanitatis. circa fi. † Et ꝙ mutus & ſurdus a natura nullũ poſsit cõtrahere matrimonium tenet etiam Bal. Ang. & Mod. in l. ex facto in prin. ff. de uulg. & pup. & Iaſo. in l. mutum. col. j. nu. iiij. ff. de acqui. hære. & iſta opinio abſque dubio procedit quando talis mutus & ſurdus a natura non habent intellectum, et ſunt mẽtecapti. prout in dubio præſumitur in d. l. diſcretis cum concor. ¶ Si autem haberet intellectum & conſenſum quem poſſet ſignis & coniecturis oſtendere, iſto caſu talis mutus & ſurdus a natura bene poſſet matrimoniũ contrahere, per text. apertum in. d. c. cum apud in fi. & per tex. in c. cum
6 eo. tit. de ſponſa. † Quæ iura expreſſe diſponunt quod mutus & ſurdus habens intellectum & conſenſum quem ſignis poſſet demonſtrare, bene poſſet contrahere matrimonium, ad quod contrahendum conſenſus ſufficit, ut probant dictu iura & eſt tex. in c. dilectus. & in c. cum locum. eo. ti. & in c. ſufficit. xxvij. quæſt.
7 ij. & in d. l. nuptias. † Et licet Hoſtien. & Ioann. Andr. dicant ꝙ quãdo eſt mutus & ſurdus ſimul a natura, & dubitatur an poſsit contrahere, ꝙ iſto caſu conſulendus eſſet Papa, tamen communiter Cano. per dicta iura concludunt, ꝙ etiam talis mutus & ſurdus ſimul a natura poſsit cõtrahere matrimonium dummodo ꝙ habeat intellectum & per alia ſigna poſsit conſenſum oſtendere ut poſt alios Cano. firmat. d. Præpoſi. Alex. in d. c. cum apud col. iii. uer. glo. in uerſic. ſurdus, dicens hanc eſſe communem, & bene faciunt quæ tradunt fere omnes ſcribent. in l. j. in princ. de uerbo. obl. & in d. l. mutum, & ea quæ tradunt in ſum. Ang. in uer. matrimonium ij. nu. v. & vij. & in xviij. impedimento, ubi auctor dicit difficillimum eſſe iſtud poſſe oſtendi ſignis.
8 † Et Abb. in d. c. cum apud. in fi. & in d. c. tuæ dicit, hoc totum relinqui diſcreto arbitrio iudicis, an ex ſignis & coniectura poſſit colligi conſenſus qui ſi colligetur & ſigna ſufficientia ad id erunt, talis mutus & ſurdus poterit matrimonium contrahere, ex quo in dubio præſumptio eſt ꝙ careat intellectu ſine quo ma
9 trimonium eſſe non poteſt, ut dictum eſt. † Eueniente igitur ætate habili ad contrahendum matrimonium, ſi gubernantes dictum mutum & ſurdum prætendunt uelle eum cõtrahere matrimonium non debent ex abrupto & ſine diſcuſsione iſtud facere, ſed pro ipſorum intereſſe uocandi ſunt dicti ſubſtituti, qui ſi non uocarentur, de facili poſſent lædi & offendi, nam ſi matrimonio de facto fuiſſet ſemel contractum licet de iure non poſſet contrahi tamen teneret, ut in terminis habetur in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel al. iur. & in l. furor. ff. de ſponſal.
10 & in l. oratione in fi. ff. de rit. nup. † Et ideo ne iſtud contingat, ipſi uocandi ſunt ut in ſi. diximus ꝙ legitimatus per reſcriptum principis regulariter excludit ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus ut plene traditur per Alex. & alios in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſti. & ſubſti. per doct. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. cum alijs allega. per Dec. conſi. nouiter impreſſo. xxiij. In caſu propoſito. eſt hodie. cccexxvij. col. ij. nu. ij. Tamen iſtud habet locum quando in tali legitimatione fuit citatus ipſe ſubſtitutus, ut dicit Pet. de Ancha. conſi. cccexxviij. Circa primum quæſitum, & Alex. conſi. lxvij. Conſideratis his, uol j. & Soci. in d. §. & quid ſi tantum. col. fi. nu. una. & ſequitur Iaſ. ibi not. clix.
11 Et Dec. d. conſi. xxiij. colu. iij. & iiij. † Et facit illa uulga. reg. de qua in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. de unoquoque. ff. de re iudi. quæ uult ꝙ in quolibet actu ex quo aliquis lædit, citandus eſt & uocandus ille qui lædi poteſt, conſequenter dicti ſubſtituti uocandi ſunt cum ipſorum interſit, an talis mutus & ſurdus
12 contrahat matrimonium uel non. † Sub qua autem forma, & quibus ſolennitatibus tale matrimonium debeat contrahi, ut dixi præſumptio iuris eſt pro ipſis ſubſtitutis ꝙ talis mutus & ſurdus a natura careat intellectu, qui ergo contrarium dicit, onus probandi aſſumere debet, ut firmant Mod. Papien. adducentes deciſio. & iura in l. non hoc col. iiij. num. xv. C. unde legi. & Cano. maxime Mod. in c. in præſentia extra de proba. quo fit ut ex aduerſo probetur, talem mutum & ſurdum a natura, habere intellectum, & poſſe præſtare conſenſum ſignis & coniecturis,
13 ut dicit expreſſe tex. in d. c. cũ apud. & in d. c. tuæ. † Quæ autem ſigna & coniecturæ requirantur, & neceſſario ſint probandæ, ad hoc ut ex illis, palam & clarum fiat talem mutum & ſurdum habere intellectum, & qualiter iſta debeant deduci in probationem, colligitur ex dictis Bar. & aliorum in l. j. in princ. col. ij. ff. de uerb. ob. & in l. j. ff. de bono. po. in ſan. dela. & apertius ac diffuſius per eundem Bar. & reliquos ſcriben. in d. l. mutum. ff. de
14 acq. hær. † Nam ꝙ quis careat mente & intellectu, conſiſtit in intellectu ꝙ quidem non poteſt percipi, niſi ex extrinſecis actibus & concludunt omnes docto. maxime Aret. in l. ij. ff. de teſt. uolentes ꝙ an aliquis ſit ſanæ mentis, uel ne, quid inuiſibile ꝙ non percipitur ſenſu corporis ſed intellectu, ex aliquo extrinſeco actu, ut plenè tradunt Mod. Papi. poſt alios in l. ſanium. C. qui. teſt. fac. poſſ. col. j. & ei habetur. in l. furioſum. eo. ti. ubi ex ſignis probatur, an quis ſit ſanæ mentis, uel careat mente. de quibus

bus etiam traditur.in l.quidam in ſuo.ff. de condi. inſti. & per Barto.in tracta.de teſte.in cap.appoſita prudentiæ, & per Alexand. & alios in l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ff.ſoluto matrimonio.& conſi.lxxxvj. uiſo themate. vol. ij. & alibi ſepius & plures doc.legendo & conſul.relatos per Mod.in d.l.furioſum. in terminis autem noſtris difficillimum erit, ut ſ.dictum eſt per ſigna colligi poſſe talem mutum & ſurdum a natura habere intellectum, & conſequenter poſſe contrahere matrimonium, quo fit vt iudex diligentiſſimè aduertere debeat ad ſigna & cõiecturas, ex quibus ex aduerſo prætenderetur talem mutum & ſurdum habere intellectum, & præſtare conſenſum & ex iſtis
15 habetur reſolutio tertij dubij. † Secundum autem dubium. An talis mutus & ſurdus a natura poſſit concedere teſtamentum pro deciſione habetur tex.apertus in d. l. diſcretis ubi diſponitur quod nullo modo poſſit teſtamentum condere quando ſimul & ſemel a natura utrunque impedimentum concurrit ut hic.ad quod etiam facit.l.qui in poteſtate.§.fin.cum l.ſeq.& ibi plenè tangunt docto.ff.de teſtamen.& l.octaui.§.fratris.ff.unde cogna.cum alijs concor. adductis per ſcriben. omnes in d.l.diſcretis.

PARISIVS PADVAE.

SVMMARIVM.

1 *Ceßionarius dotis,an gaudeat eodem priuilegio, quo cedens circa interuſurium dotis non reſtitutæ per totum.*
Mulier ſoluto matrimonio ab hæredibus uiri, licitè poteſt capere quid annuum quouſque dos ſibi ſoluatur.
Quod capitur ratione lucri ceſſantis, licitè capitur, & numero 2.
3 *Mulier ſoluto matrimonio, quouſque dotem recipiat, debet alimentari ab hæredibus mariti.*
Et loco dictorum alimentorum poteſt capere interuſurium conceſſum per ſtatutum, & nu.4
4 *Et quæ qualitates, ut id licitè capiatur, debent concurrere.*
5 *Interuſurium prædictum concernit dictam dotem, & non perſonam mulieris, & eſt priuilegium reale, non perſonale.*
6 *Mulier licitè poteſt tale interuſurium in alium transferre, & numero 7.*
Ceſſionarius talis iuris ex cauſa oneroſa, poteſt licitè tale interuſurium percipere. & nu.7.
8 *Diſpoſitio. l. curabit. C. de action. emptio. tranſit in ſucceſſorem.*
9 *Ius reale indiſtinctè tranſit ad ceßionarium, cui competit actio uẽdicandi tale ius.*
10 *Interuſurium prædictum tranſit ad ceßionarium, cum concernat ipſam dotem.*
11 *Maximè quando ceſſio euidenter tendit ad utilitatem mulieris cedentis, & nu. 12. & 13.*
14 *Gener a ſocero licitè poteſt percipere interuſurium, propter dotem non ſolutam.*
Declaratur doctrina. Bald. in rubric. C. de uſuris. & numero.13.
Interuſurium ut iudicetur lucrum illicitum, quæ qualitates ſint cõſideranda.
15 *Ceſſionarius ex cauſa oneroſa, licitè proſequitur ius ceſſum.*
16 *Diſpoſitio.l.per diuerſas. & l.ab Anaſtaſio.C. manda. quando & quo caſu procedat.*
17 *Extimatio rei dotalis, quando & quo caſu facit emptionem.*
18 *Extimatio dictarum rerum quando transferat dominium in maritum.*
19 *Periculum dictarum rerum extimatarum ad quem ſpectet.*
20 *Damnum & deterioratio, ad quem ſpectet.*
21 *Conſumptio ueſtium datarum uxori ad quem ſpectet.*
22 *Bona parafrenalia data extimata marito efficiuntur mariti, & de illis iudicandum erit prout de dote extimata.*
23 *Vxor aſportans bona mariti an teneatur, & qui probare debet aſportationem.*
Diuturna taciturnitas, conſiderabilis eſt.
24 *Petenti dotem reſtitui, an poßit opponi retentio.*
25 *Et an poßit opponi compenſatio.*
26 *Mulier an & quando teneatur reſtituere res quas aſſeritur aſportaſſe.*

CONSILIVM LXIIII.

MVLIER Soluto matrimonio antequam dos ſibi reſtituatur, ſi non fuit in mora repetendi dotem, ſed non obſtan. eius diligentia conſequi non potuit ab hæredibus mariti, qui uel in fraudem uel quia non potuerunt, dotem minime reſtituerunt, eo etiam ꝙ ipſa ſit pauper & non habeat unde aliunde poſſit ſe alimentare, cum iure & ciuili, & canonico ab hæredibus uiri poteſt certum quid annuum licitè recipere, & præſertim in caſu præſenti, in quo uiget ſtatutum urbis, ſeu noua reformatio, permittẽs mulieri ſoluto matrimonio licere certum quid percipere quouſque dos ſibi ſoluatur, & cum concurrant qualitates de quibus ſupra, proculdubio, mulier ſoluto matrimonio ab hæredibus uiri capere poteſt licite certum quid annuum, quouſque
1 dos ſibi ſoluatur. † Capitur enim illud ratione intereſſe lucri ceſſantis, quod permiſſum eſt, ita Cyn. & Barto.in auct.ei qui. C.de bo.aucto.iudi.poſſ.& Ange.in l.titia.ff.ſoluto matrimonio.Abb.& communiter alij.in capitu.ſalubriter de uſur.max. Anan.colum.iij.uer. quæritur etiam iuxta prædicta. & colum. ſequen.& Cardin.in cap.j.eodem titulo Bald.in l.fin.§.præterea.C.de iu.dot.Cardin.in clemen. ex graui de uſur.plenè per Pau.de Caſt. Alexand.& alios, alia accumulantes. in l. diuor-
2 tio.in princip.ff.ſoluto matrimonio. † Volentes concurrentibus qualitatibus de quibus.ſupra, hanc eſſe communem opin. & etiam habetur per Bald.nouel.in trac.de dote.in iij.parte.in ia.priuileg.& per Ioan.Camp.in eo.trac.in iij.parte.princ. q.
3 cxcv.& ſequen. † Nam non recuperando dotem debuit alimẽtari conſideratis præmiſſis, loco quorum alimentorum ſuccedit interuſurium conceſſum per ſtatutum.ita idem Ioan.Campe.in d.tracta.in ij.par.quæſtio.xviij.& hanc dicit eſſe communem ſententiam Corn.conſi.lxxvij.placet.uol.iij.& conſi.lxxj. uol.iiij.& conſil.ccvj.Circa thema.uolum.ij.quam ſententiam iſto caſu approbant Summiſt.& habetur in ſum.Angel.in uer. dos.uerſi.pen.& ſequitur.d.Laur.in tract.de uſur.quæſt.lxv.& Alexand.Arioſt.in eo.tract.de uſur.car. mihi. xxiij. & ſequen. uer.utrum ſit uſurarium.& car.xx.uerſi. utrum licitum ſit mu-
4 lieri.in j.lib. † Et licet Bartol.in l.inſulam.§. uſuras. ff. ſoluto matrimonio uideatur innuere contrarium, tamen eius doct.intelligenda eſt ſecundum ſuperius allegata, quando non concurrunt qualitates de quibus ſupra, illis enim concurrentibus licitè poteſt mulier recipere, & ita declarat & intelligit ibi Alexand. & alij ſcriben. allegantes alias deciſio. & diuerſa conſil. docto.in caſu autem noſtro, ultra diſpoſitionem ſtatutariam, & nouarum reformationum urbis, concurrunt qualitates prædictæ, conſequenter licitè mulier ſoluto matrimonio potuit & poteſt dictum interuſurium petere & recipere, ſecundum quantitatem in illis taxatam, cum hucuſque dos non fuerit ſibi reſtituta & ſoluta, faciunt no.per Ange. Aret.& Mod.inſti.de a-
5 ctio.§.fuerat. † Rurſus aduertendum eſt, quod tale interuſuriũ quod poteſt licite percipi ut ſupra concernit ipſam dotem, nõ autem perſonam mulieris, unde ſonat in priuilegium reale, nõ autem perſonale, uſuræ enim propter moram ex cauſa dotis nõ ſolutę ueniunt, non reſpectu perſonæ ſed propter moram dotis non ſolutę, & ideo tale interuſurium reſpicit dotem non autẽ perſonam mulieris, patet ratione uina, quia uenit ratione intereſſe lucri ceſſantis, ut ſupra, ita probatur in l.fin.§.præterea ſancimus.C.de iu.dot.l.unica.§.exactio.C.de rei uxo.actio.& tale priuilegium percipiendi dictum interuſurium connumeratur in priuilegijs conceſſis doti.& ſic rei, non autem perſonæ. ita expreſſe firmat Ioan.Camp.in d.trac.in j.par.princ.q.lxxx. col.iiij.& v.& uerſi.xiij.quia promiſſor.& Bald.nouel.in d.tra
6 cta.in vij.parte. in iij. priuile. † inferturex prædictis, cum ipſa mulier licite potuerit percipere dictum interuſurium, & cũ tale ius percipiendi ſit reale, ꝙ licitè potuit illud & tale ius transferre in ceſsionariũ qui cũ ueniat titulo oneroſo bene, & licitè poterit percipere dictũ interuſuriũ, ſicuti poterat ipſa mulier

cedens,ita eſt tex.in l. nomen debitoris. in prin. §.j.de lega.iij.
7 & tenuit Rota,conſi.xssviij.& conſil.cxxxv. † Sicut enim po-
terat dicta molier cedens illud licitè lucrari, pariter & ipſe ceſ
ſionarius,qui habet omnia iura ceſſa ex cá onerosa. quo ſtante
nulli dubium quòd ceſsionarius gaudet eodem priuilegio quo
& cedens,ita determinat Lauren.de Rodul.in d.ſuo tracta. de
uſur.in q.de morte.in iiij.dub.princip. & in q. v. columna.iij.
8 † Ad quòd facit deciſio. conſil. Neapo. xcj. Circa fin.conclu-
9 dens , diſpoſitionem. l. curabit tranſire in ceſsionarium. † Ad
quòd etiam quia cum dictum ius ſit reale , indiſtinctè tranſit
ad ceſsionarium , cui competit actio dictum ius uendicandi.l.
iuriſgentium.§. pactorum. l. ſi tibi decem. §. fina. ff. de pactis
Bartol.in l.ſi uenditor.§.fina.ff. de diſtrac. pigno. & quæ not.
in l.ſi filius.§.diui.de lega. j.& in l.ea lege.C.de condi. ex lege,
10 & in l.ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iudic. † Prout etiam,
nam cum dictum ius concernat ipſam dotem, tranſit ad quen-
cunque ceſsionarium , ut firmat Bartol. in l. poſt dotem circa
finem,& ibi ſcriben.ff.ſoluto matrimonio.& Ioan.Cape.in di-
cto tracta.in j.parte.quæſt.lxxxj.& eſt deciſio Bald.in l. per di
uerſas colum.fina.uerſicu.xvij. quæro. C. manda. & in l. cum
11 eorum.in fin.C.de ſenten.& interlocuto. omn. iudic. † Prout
etiam quia dicta ceſsio euidenter tendit ad utilitatem ipſius
mulieris , quæ ex pecunijs ſibi aſsignatis a ceſsionario , ſecun-
do nupſit, & cum ipſa cedens uiuat concludendum eſt tale ius
tranſire in ipſum ceſsionarium,ut per Bartol.& ſcriben.in d.l.
poſt dotem,& quæ not.in l.j.ff.ſoluto matrimonio. & Io.Cam
pe.in dicto tracta.in prima parte.q lxxxij. & Bald. nouel. in d.
12 tracta.in ultima. par. car. v. & ſequen. † Nec prædictis habet
obſtare deciſ.Bald.in rubri.C.de uſur. cum alijs concordantijs
ad illam,ubi concludit generum a ſocero licite poſſe percipe-
re interuſurium.propter dotem non ſolutam, ſecus ſi ceſsit di-
ctum ius in alium,nam talis ceſsionarius non poteſt,ex quo di
ctum ius eſt perſonaliſsimum,& ideo in ceſsionarium non trã
13 ſit. † Nam aduertendum eſt,quoniam dicta doctri.Bald & ſe
quac.non procedit generaliter & in omni caſu , ſed recipit li-
mitationem , ut in caſu præſenti minimè locum habeat , &
eius ratio quod ſit perſonaliſsimum &c.Impugnatur a Salyce.
in auctén.ad hæc quæſtio. siij.C.de uſur.& habetur in ſum.An
ge.in uer.uſura.primo uerſicu.xsvj. & patet ex ſuperius dedu
ctis,in quibus extitit concluſum,ius percipiendi interuſurium
concernere dotem , non autem perſonam unde ceſſante ratio-
ne in qua Bald.ſe fundat,ceſſare debet eius determinatio, uul
14 g.1.cap. cum ceſſante. cum uulgar. † Præterea aduertendum.
Nam ceſsionarius præſens,nunquam fuit ſolitus dare pecunias
ad uſuras,nec illas exercere, ſed uolens complacere dictæ mu
lieri cedenti,ut ſecundo nuberet,& uti erat obligatus, emit di
ctum ius ab ea , quæ minimè promiſit illi reſtituere pecuniam
ut patet ex contractu emptionis & ceſsionis,quo caſu licite di
ctus ceſsionarius poteſt percipere dictum interuſurium , cum
non mutuauerit dictam pecuniam,nec ſolitus ſit uſuras exerce
re,& quia ceſſat omnis ſuſpitio,fraudis uſurarum,ſicuti cedens
poterat percipere,illud pariter & ceſsionarius ex cauſa onero-
ſa,dictum qui ius emit,in quibus terminis non procedit,dicta
deciſi Bald.& ita communiter declarant doct.in d. capit.ſalu-
briter.ubi Ana.col.ij. & habetur in ſum. Piſanel. in uer.uſura.
j.car.iiij.uer.pone quod gener.& in ſum.Ange.in d.uer.uſura.
j.uerſicu.xxvj.& xxvij.Alexand. Arioſt. in d.trac.de uſur in j.
lib.car.sxij.uer. pone quod gener. & facit collectar. in d. cap.
ſalubriter.& quæ ponit in puncto Lau.de Rodul. in d. trac. in
q.de morte.in v.q.colum.iij.uerſicu.nec ob.quod ſcripſit bal.
15 † Et quod ipſe ceſsionarius non mutuauerit , & patet ex con-
tractu inito inter ipſam cedentem, & ipſum ceſsionarium,qui
excludit omnem ſpeciem mutui , ut not. in l. ij.ff. ſi cert. pet.
& econtra includit contractum uerum emptionis. cum preciũ
numeratum contineat.§.precium.inſt.de contrahen. emp.l. ij.
in princip.ubi Barto.& alij.ff.ſi cer.pet. uel ſaltim includit ue-
ram ceſsionem,& ex cauſa onerosa , quæ licita & permiſſa eſt.
l.ab Anaſtaſio.l. per diuerſas. C. mand. cum alijs uulga. unde
cum non ſimus in mutuante ſed in emente , & in ceſsionario
onoroſo , in quo ceſſat omnis ſuſpitio uſurarum , ſumus in in-
teruſurio quod licitè poteſt percipi per cedentem . & ipſa ce-
dens uiuat , uerſamur etiam in iure quod recipit ipſam dotem,
non perſonam,& deciſi. Bald.in d. rub. non habet obſtare nec
16 eſt in conſideratione. † Nec dicatur quod diſpoſitio.d.l.per di

uerſas. & l.ab Anaſtaſio procederet quando emiſſet pro con-
currenti quantitate,ſecus ſi pro minori &c.Nam aduertendum
quod non eſt ceſſa dos , ſed iura ad dotem , quæ non poterant
forte ualere tantum quantum ipſa dos , tum propter dubium
cum omni caſu deberetur,tum & propter expenſas & onera li
tium quæ occurrunt ad illam recuperandam,quæ conſidera-
tiones operantur,ut etiam pro minori ſit licitum,& ceſſat iſtis
conſiderationibus diſpoſitio dictarum.ll.ita Corne.conſil.cclxiij. In
cauſa uertente.col iij.& iiij.ubi plura ad id adducit,uolum.iij.
17 † Et bona iocalia & ueſtes de quibus agitur,marito.& q.ſoce-
ro tradita fuere.per q.patrem Margaritæ,& non ſimpliciter ſed
extimata,in florenis. 2140. & ulterius prædicti maritus & ſo-
cer in euentum ſoluti matrimonij promiſerunt reſtituere, non
dicta bona aſsignata ſed ipſorum eſtimationem non incertam
ſed certam ut ſ.quo caſu dicta eſtimatio,& certa, emptionem
induxit,ut nota.in l.iij.ff.loca.& habetur in l. plerunque. & in
l.quoties.ff.de iu.dot.& in l.unica.§.eſtimatarum. C. de rei u-
xor.act.& per gl.in l.fi.C.de præd.curia.lib.x. & Bald. in l. ex
18 conuentione.C.de pact.† Et per conſequens dominium ipſa-
rum rerum irreuocabiliter fuit uiri & ſoceri iuxta nota.in l. ſi
exiſtimati.cum.l.ſequen.ff.ſoluto matrimonio.& in l.quoties
& in l.ſi inter.ubi gloſſ.C.de iu. do. cum ſimi. † Et ideo omne
19 periculum ſpectabat ad ipſos ut communiter tenent docto.
poſt gloſſ.& text.in d.l.plerunque in princip.& in §. ſi ante. &
in d.l.ſi exiſtimati.cum l.ſequen. † Quinimo & damnum de-
20 terioratiouis factæ etiam per ipſam mulierem ſpectabat ad ip
ſos.ut d.tex.in d.l.plerunque in princip.& in d.l. exiſtimati. &
ibi Bald. quem refert & ſequitur Alexand. ibi dicens. † quod
21 ſi mulier dat iocalia & ueſtes exiſtimatas marito,& maritus di
mittit illas penes uxorem,& uxor eas conſumit, talis conſum-
ptio ſeu deterioratio,eſt periculo & damno mariti,& in euen
tum reſtitutionis hæredes mariti tenentur ad eſtimationem,
ut dicit tex.in d.l.plerunque.§ ſciente.& habetur in l.cum do-
tem.C.de iu.dot.& per Bald.nouel.in d.tracta.vij. par. in vij.
priuileg.In caſu præſenti omnia prædicta concurrunt , conſe-
quenter concludendum , quod hæredes dicti mariti teneantur
ſoluere dictam examinationem dictæ Margharitæ eo maximè
quia in caſu reſtitutionis ita fuit promiſſum per dictum mari-
22 tum & eius patrem,unde &c. † Et licet dicta bona non eſſent
dotalia , tamen quia ultra dotem fuerunt aſsignata marito &
ſocero,& eſtimata , ut ſ. de eis ita eſt iudicandum , ſicut & de
dote,cum diuerſitatis ratio aſsignari non poſsit uulga. l. a ti-
tio.ff.de furt.& l.illud.ff. ad leg. aquil. ad quæ tex. & ibi nota.
in l.ſi ego.§.dotis autem.ff de iur.dot.& in l.fin.C.de pact. do
23 tal.cum alijs ſimi. † Nec prædictis obſtat obiectio,quæ ſit per
hæredes mariti, quod d. Margharita aſportauerit ſecum dicta
bona,& amouerit a domo mariti, per quam aſportationem &
amotionem Intendunt retinere & fugere ſolutionem dictæ ex
timationis. Nam conſiderandum eſt . non probari quod ipſa
Margharita aſportauerit.quo caſu ceſſat obiectio per rego.qui
accuſare. C.de eden.& quia maritus uiuens uiuente etiam do.
Margharita per triginta annos nihil dixit , nec conqueſtus eſt
de huiuſmodi aſportatione , quod uériſimiliter feciſſet ſi uere
aſportaſſet,per not.in l.cum de indebito.ff.de proba cum ſimi.
24 † Prout etiam conſiderandum , quoniam ipſis hæredibus ob-
ſtat tex.in l.unica.§.ſed nec retentio.C.de rei uxor.act. & quæ
nota.in l.diuortio.§.ob donationes.& in l.rei iudicatę. §. j. ff.
25 ſoluto matrimonio. † Ad quod etiam quoniam ſi ipſi uolunt
uenire via compenſationis conſiderandum non poſſe , ex quo
hoc non allegant,nec concurrunt alia ad id requiſita,quæ not.
in l.neque.& in l.fi.C. de compenſa. & in d.§. ob donationes.
26 & §.j.in d.l.rei iudicatę. † Prout etiam conſiderandum. quod
nullo modo ſunt audiendi,nam aut res prætenſæ aſportatæ ex
tant.& tunc poſſunt uideri, & de eis haberi ratio , aut non ex-
tant , & tunc Margharitę hæredes , pro rebus etiam aſportatis
& amotis ab ea,non tenentur niſi , quatenus probatum eſſet ad
eos perueniſſe , ut eſt text. in l. fi.C. rerum amo. ſed quod de
bonis aſportatis & amotis per ipſam aliquid ſit uel peruenerit
ad eius hęredes,minus probatum apparet,concludendum igi-
tur quod neque uia retentionis, nec uia compenſationis , nec
uia actionis,uel aliquo alio remedio, hæredes mariti , poſſunt
fugere quin neceſſario teneantur ſoluere dictam extimatio-
nem, ut ſuperius in principio fuit deductum.

PARISIVS.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mulier poſt contractum matrimonium an poſsit ingredi religionē, & infringere matrimonium adhuc non conſummatum.*
2 *Et quid ſi poſt profeſsionem per triennium in illa perſeuerauerit.*
3 *Profeſsio prædicta an obligauerit ipſam ſaltim in genere.*
4 *Actus peccans in forma ſubſtantiali, ipſo iure eſt nullus.*
5 *Actus qui non ualet ut agi tur, non poteſt ualere alio modo.*
6 *Actus qui non ualet in ſpecie an ſaltim ualeat in genere. & nu. 3.*
7 *Forma profitendi qua & qualis debeat eſſe.*
8 *Profeſsio facta contra formam ſtatutam, nulla eſt. & nu. 7.*
10 *Nemo dat, quod non habet.*
11 *Matrimonium metu contractum eſt ipſo iure nullum.*
Idem in matrimonio ſpirituali.
12 *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale ualidum eſt.*
13 *Vtraque matrimonia debent eſſe libera, & non coacta.*
14 *Metus & coactio contrariantur conſenſui.*
Metus ex quibus probetur.
15 *Mulier facultatem habet contracto matrimonio, ingrediendi religionem.*
16 *Fallit quando matrimonium fuit conſumatum.*
17 *Intellectus. c. uerum. & c. ex publico, de conuerſ. coniuga. & alijs præceden.*
18 *Proteſtatio facta per mulierem poſtmodum profeſſam, quo tempore ſit facienda ad hoc vt ualeat.*
19 *Poſt copulam actus ſequentes parum proſunt.*
20 *Metus qualis debet eſſe, ut excludat actum profeſsionis.*
21 *Metus minor in muliere ſufficit quàm in uiro.*
22 *Pænitentiaria non poteſt prouidere contra ius diuinum poſitiuum, & ſtilum curiæ.*
23 *Matrimonium conſumatum, dicitur eſſe de iure diuino.*
24 *Vxor ſoluto matrimonio, an aliquid poſſit petere de bonis ſoceri.*
25 *Et quid ſi maritus, nihil aduentitij habebat.*
Filius morien. an poſſit in matrem tranſmittere ius petendi bona ſoceri uel patris.
26 *Intellectus. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi.*
27 *Socer an teneatur inſtituere uel exhæredare nurum.*
28 *Pater filio moriente occupat omnia iure peculij.*
Idem in auo moriente nepote.
29 *Et quid ſi filius uel nepos habet bona aduentitia, caſtrenſia vel quaſi.*

CONSILIVM. LXV.

DIFFICVLTAS cauſæ uerſatur, vtrum aſſerta
1 profeſsio ualuerit vel ne. † Et prima facie videtur
dicendum quòd ualuerit per iura clara in c. verum.
& in c. ex publico. de conuerſ. coniuga. ubi dicitur
quòd etiam inuito marito, vxor poteſt intrare religionem, & facere profeſsionem, dummodo carnalis copula, non ſit ſubſecuta, ſed in terminis noſtris tempore aſſertæ profeſsionis, non e-
2 rat copula ſubſecuta ergo. † Præterea ex alio dicitur ualuiſſe, quia
per triennium perſeuerauit in ipſa aſſerta profeſsione, & ſic videtur purgata omnia obiectio quę a principio forſan potuiſſet
fieri, iuxta tex. in cap. cum uirum. de regul. Prout poſito & non
conceſſo quòd de iure communi non ualuerit, ſaltim ualuit vigore literarum a ſede apoſtolica impetratarũ, uidelicet, a pœni
3 nitentiaria, vt de ipſis literis ꝯſtat in proceſſu. † Vltimo poſito,
& non conceſſo, quòd iſta profeſsio non ualuerit, & per conſequens non obligauerit illam in ſpecie, tamen obligauit illam
in genere, iuxta doctri. Abb. & aliorum in capitu. j. quod metus cauſa. & in c. non ſolum. & in c. conſtitutionem. vbi Archidia. & Petr. de Anchar. de regu. lib. vj. ¶ Sed his omnibus non
obſtan. puto de iure uerius, quòd iſta aſſerta profeſsio non ua-
4 luerit, & quòd fuerit nulla ipſo iure. † Nam regula eſt quòd vbicunque actus peccat in forma ſubſtantiali, eſt nullus ipſo iure.
text. eſt in c. cum dilecta. de reſcrip. c. quia propter, de electio.
5 §. precium. inſtitut. de emptio. & uenditio. cum ſimilibus. † Et
adeò vera eſt, quòd vbi actus non ualet vt agitur, non valet e-
6 tiam ut valere poteſt. l. j. §. ſi quis ita. ff. de verb. ob. † Et ex hoc
tollitur illud quod ſuprà fuit dictum, ſi non ualuit in ſpecie, ualuit ſaltim in genere, quia iſtud nõ procedit ubicunq; actus peccat in forma, & ita in ſpecie in terminis iſtis tenet Gemin. in c.
conſtitutionem. columna penulti. de regul. iur. libro ſexto. &
Lapus allega. xlvij. In Dei nomine factum ita ſe habet & allega.
7 iiij. An diſpoſitio. † Sed in caſu iſto actus peccat in forma, quia
non fuit illa ſeruata, tradita in c. vidua. xx. q. j. & in c. porrectũ.
de regula. ubi Innoc. & alij tenent, & tradunt formam quę ſer-
8 uari debet quando fit profeſsio ſolennis. † Et oſtenditur, nam
iſta aſſerta profeſsio fuit facta in una domo prophana, & priuata, cum debuerit fieri in eccleſia, coram altare, & in monaſterio
9 approbato. † Item in manibus illius, quæ non erat Abbatiſſa
ſeu Prioriſſa, & quod fortius eſt non erat profeſſa nec uelata ut
eſſe debet, ſecundum text. in c. indemnitatibus, de elect. lib. vj.
& probatum eſt in proceſſu, & ipſamet iſtud proteſtata eſt, in
quadã ſua ſupplicatione, dũ peteret a ſede apſica, ꝙ gr̃a ei ꝯcederet vt poſſent erigere in unũ monaſterium, & ſuſcipere uelũ,
10 quem minimè habebant, † ergo non potuit Martam iſtam recipere in profeſſam in monaſterium, quia nemo dat quod non
habet c. Daybertum. j. q. vij. c. quod autem. de iur. patr. cum ſi-
11 mil. ad quæ. d. deciſ. Lap. & alia. cauia. † Prout etiam nam text.
in c. ſignificauit. de eo qui dux. in uxo. &c. vult quòd matrimonium metu contractum ſit ipſo iure nullum, Idem eſt in caſu noſtro cum validum ſit argumentum de matrimonio carna-
12 li ad ſpirituale. c. licèt. c. quanto. de translatione prælat. † Et maximè, quia militat eadem ratio, nam ſicut matrimonium carnale debet eſſe liberum. cap. cum locum. cap. gemma. de ſponſal. i-
13 ta & ſpirituale. c. non eſt. xx. quæſt. j. † Vbi dicitur quòd Deus
vult militem voluntarium, non coactum. Præterea vbi adeſt metus vel coactio, ibi deficit conſenſus, & libera uoluntas quæ in
14 caſu noſtro de ſubſtantia requiritur, vt ſupra. † Et quòd in caſu
noſtro interuenerit iuſtus metus probatum eſt per plures teſtes, item per confeſsionem ipſius Martæ, quæ extat in auctentica in proceſſu, ubi parum poſt ipſam profeſsionem coram iudicibus delegatis proteſtata eſt ꝙ iſtam aſſertam profeſsionem,
fecit ob reuerentiam matris, quæ etiã iſtud pluries ita præceperat, tum etiam propter timorem ipſius Matthæi, qui et pluries
fuit minatus de occidendo eam, niſi ita faceret, & ꝙ nunquàm
habuit animum intrandi aliquam religionem, ſed uolebat permanere cum Ioan. Petro marito ſuo, ad nota. per glo. in ca. præſens. xx. q. iij in uer. patrum. circa fin. Bart. in l. j. § quæ honorandæ. ff. quarum rerum act. cum ſimi. † Et adhuc erat in facultate
15 ipſius Martæ vel intrare religionem approbatam ſecundum terminos. c. uerum. & c. ex publico. de conuerſ. coniug. uel adhærere marito ſuo. † Et cum adhæſerit marito ſuo, & conſumauerit
16 matrimonium per copulam, non eſt amplius in eius facultate
intrare religionem, ſed requiritur conſenſus mariti, iuxta text.
in dicto capit. verum. & in dicto cap. ex publico. vbi Doct. nor.
cum ſimilibus. † Et ſic illa iura potius faciunt pro iſta opinione,
17 quàm contra quæ recipiunt intelligentiam de habilitate, iuxta
capi. fina. de ætate & quali. lib. vj. & in l. gradatim. §. ſi lege. ff. de
muneri. & hono. † Et ſi dicatur quòd iſta proteſtatio debuit fie-
18 ri ante profeſsionem. Reſpondetur non obſtare, quia ſufficit
quòd fiat poſt cum ante non potuerit fieri, propter timorem, &
ita tenet glo. j. communiter approbata in cap. j. quod met. cau-
19 ſa. ſequitur Felyn. in capit. cum M. de conſtitutio. † Nec obſtat
ſi dicatur quòd nunc perſeuerat, & dicit quòd ſponte ſuſcepit
habitum, & fecit profeſsionem, & nõ interuenit aliquis metus,
uel dolus &c. Nam dicitur quòd non firmatur tractu temporis
quod de iure ab initio non ſubſiſtit, nec præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum. vt not. Ioan. And. in d.
regu. non firmatur. de regu. iur. lib. vj. nam per copulam res deuenit ad actum a quo non poterat incipere, quod ſecus eſſet ſi
copula non fuiſſet ſubſecuta, & per conſequens ratihabitio non
procedit iſto caſu, vt not. Io. And. in dicta regul. non firmatur.
20 † Præterea non obſtat ſi diceretur quòd iſte metus non fuit ſufficiens ad impedimentum actũ profeſsionis, quia non interue-
21 nit euaginatio enſis. vt in c. j. quod met. cau. † Nam in muliere
minor metus ſufficit quã in viro, vt not. Abb. & alij in c. locum.
de ſponſ. & in c. fin. de condi. appo. vbi uolunt ꝙ ſola reuerentia
paterna inducit iuſtum metũ, vt not. doc. in locis præal. ſed hic
vltra reuerentiam m̃nam interuenerunt minæ ipſius Matthæi,
q̃ ſufficiunt ad inducendum iuſtum metũ, vt no. doc. vbi. ſ. ꝯñr
22 iſte metus fuit ſufficiens ad annullandum actũ. † Vltimo non
ob. gr̃a obtenta a pęnitentiaria, qua cauetur, ꝙ non obſtante copula ſubſecuta, dummodo ſubſecuta fuerit poſt aſſertam profeſſioné, ꝙ oino remaneat in monaſterio, nam dr̃ eſſe nulla, cũ ſit ꝯ
ius diuinũ poſitiuũ, & ſtilũ curiæ, & ꝙ fuerit obtenta per ſuppreſſioné veritatis, quia ſi in ſupplicatione narratum fuiſſet ꝙ aſſerta

profeſsio eſſet nulla, & ſtante iſta nullitate fuiſſet ſubſecuta co
pula, nunquam conceſsiſſet pœnitentiaria talem gratiam.
23 † Cum matrimonium conſummatum ſit de iure diuino. c. debitum. de bigam. ubi Abb. cum ſimi. ergo non fuit in facultate
pœnitentiarię tollere in totum ius diuinum nec etiam Papa
poſſet de poteſtate ordinaria. cap. ſunt quidam. xxv. quæſtio. j.
& not. Docto. in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ. & in c. quæ in eccl
ſiarum. de conſtitutio. & ſi dicatur, quòd iſta copula interuenit
poſt aſſertam profeſsionem uel poſt profeſsionem nullam, per
dictam regu. non præſtat. de regulis iuris libro ſexto. argum. l.
iiij. §. condemnatum. ff. de re iudicata. matrimonium itaq; ſubſiſtit, pro quo iam latę ſunt duæ ſententiæ conformes ad quę videatur Calde. in titu. quod metus cauſ. conſil. j. & quæ alias con
ſulendo deduxi. in alia uero cauſa omiſsis multis quæ allegari
poſſent, concluſiuè dico illam uxorem nihil poſſe petere ſuper
bonis iſtis & de iure excludendam eſſe dicta petitione niſi eius
maritus uel ſucceſsiuè eius filij habuiſſent aliqua bona aduen-
24 titia † ſuper bonis autem & hæreditate dicti eius ſoceri ipſa nihil petere poteſt, tum ex perſona ſua quia non inſtituta, tú quia
extranea, & excluſa a filijs dicti teſtatoris, toto titu. de hæredi.
inſtitu. ff. C. & Inſtitu. de ſucceſsio. ab inteſtato. & in auctco. de
25 hæred. ab inteſta. uen. cum vulga. † Quæ etiam ex perſona eius
mariti aliquid petere non poteſt, cum maritus nihil aduentitij
haberet & mortuus fuerit uiuente eius patre, quo caſu hæreditatem uiuentis tranſmittere non potuit. l. qui ſuperſtitis, ff. de
acquirenda hæreditate. & not. in l. finali, C. de pactis, cum concordan. nec etiam ex perſona eius filij audienda eſt. cum filius
conſequenter nepos ipſius teſtatoris mortuus fuerit uiuente dicto teſtatore, & ſic eius auo & dictam hæreditatem uiuentis
tranſmittere non potuit, ut ſuprà. Siue conſideretur tranſmiſſio reſpectu ſuitatis, ſiue conſideretur ex beneficio. l. vnicæ. C.
de his qui ante aper. tabu. ſiue conſideretur ex beneficio. l. cum
antiquioribus. C. de iure deliberan. omni enim caſu & capite dicta tranſmiſsio conſiderari non poteſt nec locum habet. vt not.
in d. ll. & in l. in ſuis. ff. de liberis & poſthu. & in l. emancipata.
C. qui admit. pleniſsimè in l. uentre. ff. de acquir. hæredit. & per
Pau. de Caſt. in l. ſi emancipati. in gl. j. vbi alij Doct. C. de coll.
26 bono. † Nec habent obſtare not. in l. apud hoſtes. C. de ſuis &
& legi. cum ſi. ex quo illa iura loquuntur & locum habent, quādo filius & nepos ſuperuixerunt auo, vel patri, nam tunc tranſmittunt ſecus econtra, quando ipſi pręmortui ſunt, tunc enim
hæreditatem viuentis tranſmittere non poſſunt, vt ſuprà.
27 † Comprobatur, nam cum primus teſtator fecerit teſtamentū
& inſtituerit filios hæredes ad validitatem eius teſtamenti non
aſtringebatur dictam uxorem inſtituere uel excludere, nec de
ea mentionem facere, & ideo ipſa tale teſtamentum modo aliquo impugnare non poteſt, toto tit. de libe. præter. ff. & C. & In
28 ſti. de exhær. lib. per totum, & de inoffi. teſta. † Confirmantur
ex not. in l. unica. §. in ſecundo. C. de cadu. toll. quando enim filius moritur uiuente matre vel nepos viuente patre uel nepos
viuēte auo de iure antiquo pater vel auus omnia occupabāt iure peculij. l. ij. ff. de caſtren. pecu. l. ſi. §. filijs. C. de bon. quæ lib.
& licet hodie ſuccedatur filio & nepoti, vt no. in l. quod ſcitis.
C. de bon. quæ lib. & latè per Bart. in l. poſt dotem. in iij. quæſt.
ff. ſolu. matrim. tamen in caſu noſtro dicto filio & nepote mortuis ſuperuiuente auo ceſſat & occupatio peculij & ſucceſsio,
ex quo non habebant, nec caſtrenſia, nec aduentitia, vnde de vltimo ad primum concluditur neceſſario iſtam ſuper bonis &
& hæreditate dicti primi teſtatoris, nihil poſſe petere, nec con-
29 ſequi. † Si verò d. filius, uel nepos habebant aliqua bona aduentitia, caſtrenſia uel quaſi, tunc bene ipſa in illis poſſet ſuccedere per not. in d. l. quod ſcitis. & in l. quæcunque. C. de bon. quæ
libe. & in auct. de hæred. quæ ab inteſt. §. j. & in auc. in ſucceſsione. C. de ſuis & legi. & inſt. ad Orfic. & in l. mater. C. ad Tertul.
cum concord. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio beneficij facta per metum nulla eſt & inualida.*
2 *Et quid ſi metus illatus fuit conſanguineis.*
3 *Metus prædictus qualis debet eſſe.*
In curia an cadat metus.
5 *Metus per quem actum probari debet.*
6 *Et an probetur ex coniecturis & circunſtantijs.*
7 *Superiorum preces an inducant metum iuſtum & quando, & nu. 8. 9. 10. & 11.*
10 *Mina ſuperiorum quando inducant iuſtum metum, & numer undecimo.*
12 *Metus purgatur ex uoluntariè poſtmodum geſtis, & quando ceſſabat cauſa metus, & nu. 13. & 15.*
14 *Metus limitatus limitatum producit effectum.*
16 *Reſignatio poteſt fieri uerbis expreſsis, & etiam tacitè, & tacita ita operatur ſicut expreſſa.*
17 *Renunciatio tacita, ex quibus reſultare uidetur, & nu. 18.*
19 *Præſens & tacens, quando uideatur conſentire.*
20 *Proteſtatio quando & quo caſu iuuet.*

CONSILIVM LXVI.

1 RENVNCIATIO † beneficij facta per metum
inualida eſt & reſcindi debet ac renuncianti regreſſus datur. capitulo ſuper hoc. & ibi Imola, de
renunciatio. capi. Abbas. cap. ad audientiam. quod
metus cauſa. Calde. conſi. j. eodem titu. Felyn. in cap. ſi uerò, de
iureiuran. per. l. interpoſitas. C. de tranſactio. Rot. in antiquis,
eodem titu. ij. & in no. v. de renunciat. v. Alexand. conſilio xlvj.
2 uolumine quarto, cum ſimilibus. † Et ſufficit metus illatus conſanguineis. dicto capitulo Abbas. & per Rot. in nou. in titu. de
renunciatio. vij. Imo. in capitulo ſuper hoc. qui matrimo. accuſare poſſ. Alexand. conſilio c. uolumine tertio, Bartolus & alij,
3 in dicta l. interpoſitas. cum concordan. † Tamen aduertendum
eſt quòd non ſufficit quilibet metus, ſed debet eſſe talis qui
cadat in conſtantem. l. metum. ff. quod metus cauſa. & ibi pulchrè Angel. l. ſi donationis. C. eodem. & in dicto capit. Abbas.
4 † Iſte enim Ioann. Roderici quando reſignauit in curia reſidebat, in qua erat copia Pontificis, & nullus in ipſum & bona eius fuit metus incuſſus ergo &c. l. finali, ff. quod metus cauſa.
5 † Et licet Neapoli reſideret magnus Capitaneus, eius patri metum aliquem minimè incuſsit, & quòd incuſſerit probatum
non apparet, quod quidem apertiſsimis probationibus, & per
actum de propinquo probandum eſt, ut dicit text. in l. finali, &
ibi pulchrè Ange. ff. quod metus cauſa. quod cum factum mini
6 mè appareat ſequitur, &c. † Et licet per iudicia circunſtantias
& coniecturas probari poſsit vt videntur concludere Doctor.
in locis præallegatis, & infrà allegandis, tamen totum hoc reſidet arbitrio iudicis, ut dicit glo. & Doct. in cap. cum dilectus.
quod metus cauſa. & Calde. d. conſil. j. & Bald. in l. ij. C. de his
qui per met. iud. appella. cum ſimilibus. In caſu autem noſtro
nec indicia nec coniecturæ nec circunſtantiæ hæc indicant quod
fuerit metus illatus nec domino Ioan. Roderici, nec eius patri
7 vnde & cætera. † Dictus enim magnus capitaneus dicti eius patri metum aliquem non incuſsit. & ſi dicatur quòd cum deprecatus fuit quòd filius Ioann. Roderici reſignaret, & quia præces
ſuperiorum habentur pro mandatis, & iuſtum inducunt metum. capitulo cum inter, de electio. gloſ. in l. prima. C. ſi recto.
prouinc. Abbas in dicto capitulo Abbas, cum infinitis concor-
8 dantijs. † Reſpondetur quòd & Rex catholicus, & magnus capitaneus, nunquam ſoliti ſunt ſæuire in illos quos deprecabantur quando preces non admittebant, unde contraria procedere poſſent in deprecante ſuperiore, & ſolito deſæuire, tunc preces ſuperioris metum inducunt, ita Abb. in dicto capitulo Abbas, columna prima. & Salyc. poſt Ange. in l. j. ſi quis imp. maledi. Abb. & Felyn. columna. ij. in capitulo primo, de offi. delega.
9 † Ad quod not. per Ioan. Andr. & Abb. in capitulo inſinuante.
qui clerici. uel uouen. & quæ Felyn. in dicto capitulo j. columna
ij. quòd in dubio preces ſuperioris non inducunt metum, niſi
expreſsè probetur quòd ſolitus eſſet ſęuire in denegantes in caſu noſtro, nedum ſumus in dubio, ſed in claris, quòd & Rex
catholicus, & magnus capitaneus, nunquam ſoliti ſunt ſæ-
10 uire in non admittentes preces igitur, &c. † Ad quod nam in
minis, & terrore ſuperioris, & domini, attendenda eſt qualitas perſonæ minantis, & terrentis, ut per Abba. & alios in dicto capitulo primo, de officio delegat. per Angel. & Salycet. in
dicta. l. prima. C. ſi quis imper. maled. & Belleme. deciſi. dcxxvj.
11 † Ad quæ etiam nota. in uulga. §. equitij, & quæ per Alexand.
in l. uel uniuerſorum. ff. de pignoratitia actione. & per Moder.
in capitulo cum M. & in capitulo ex literis, de conſtitutionibus. & per Modern. in lege diem functo. ff. de officio aſſeſſ. ſi
enim preces porrectæ reſignanti ſufficerent ad reſcindendam
reſignationem, profecto nulla reperiretur, quæ non ap-
pareat

pareat ſacta precibus ꝯſir ueniret extinguēda, quod minimè ad
mittendum uulg.l.nam od ea.& l.minimè.ff. de legi. cum vulg.
10 † Prout idem neceſſario dicendum ex alio, nam ſi qua ſcintilla
metus incuſſa fuit eius patri, purgata penitus extitit ex uolunta
riè geſtis per ipſum Io. Romæ, & ex Interuallo ſuper dicta can-
toria, licet enim metus a prin. interueniat tamen per actum uo
luntarium purgatur ſi ex interuallo poſtmodum Interuenit, &
tempore quo non durabat metus, nec eius cauſa, ut dicit tex. in
l.ij.& ibi Bar. & omnes ſcriben. cōiter accumulantes multo.C.
quod me.cau.& Cal.in d.conſi.j.& eſt tex.& ibi Anto.& Abb.
in c.j.quod me.cau.& deciſ.Bal in l.j.C.quod met.cau.& Alex.
conſi.xlvij. Quoniam per excellentiſsimum, col.fi.uol.iij.cum
13 concor. † Metus enim in caſu noſtro aſſeritur illatus patri Io.
per magnum capita. ex literis regijs cauſa Alphonſij de mora-
les, unde morale mortuo ceſſabat cauſa ergo & metus uulga. c.
cum ceſſante.de app.& uulg.§.quamuis.l.adigere.ff.de iur.pat.
& per Mod.in d.c.quæ in eccleſiarum, & d.c.ex literis, de con-
14 ſtit.† Et quia limitatus erat metus ob dictum moralem, & cū ip
ſius tm̄ limitatum producebat effectum uulga. l.ne in agris, de
acqui.re.do.l.cum pſ.§.dulciſsimis, de leg.ij.cum itaque dictus
morales mortuus fuiſſet, & cantoria uirtute regreſſus perueniſ
ſet ad reuerendiſsimum.S.Crucis exiſtentem in curia, qui poſt-
modum reſignauit in fauorem Io.de Tamera reſeruata penſio-
ne.d.Io.duc.cl.qui Io.ſupplicauit Ponti. ut dictam reſignatio-
nem admitteret, & ſibi reſeruaret.d.penſionem, certè ex hoc nō
uideo quin omnia metus fuerit purgatus per iura ſuperius alle-
15 gata.† Et ꝙ fortius, ex iſtis dico, ꝙ ſi priua nunquam reſignaſ-
ſet, ꝙ uidetur expreſsè renunciaſſe nedum purgaſſe metum, quæ
purgatio, & expreſsè, & per actum tacitum quæri pōt, ut expreſ
sè dicit Bar.in d.l.ij.& per gl.in c.ſi.qui cleri. vel uou. & in c.id
16 quod, de ſpon.& per Lap.alleg.xlvij. † Et ꝙ nedum uideat pur
gaſſe metum, ſed etiam de nouo renunciaſſe, probatus, nam re-
ſignatio nedum uerbis expreſsis fieri poteſt, ut toto titu.de re-
nuncia.in antiq.lib.vj.& in clem.& in ij.quæſt.j.ſed etiam taci-
tè, ut no.de ius.quæ tacita renunciatio in præiudicium ipſius re
nunciantis ita operatur ſicut expreſſa, prout de utroque eſt tex.
& ibi glo.& omnes ſcriben.in c.ex ore, de his quæ fi.a mai.par.
præl.& cap.& no.in c.cum ueniſſent, circa fin. de inſtitut.& de
tacita eſt tex.in cle. gratia, & ibi ſcriben. de reſcript.& quæ per
Rot.in no.in tit.de renun.iij & Belleme.deciſ.j.& quæ no.in c.
17 ex literis, de tranſ.cum ſim.† Et ꝙ uideatur renunciaſſe, proba-
tur, nam Ioan.ſciebat renunciationem per eum factam, in fauo
rem moralis, utique illum poſtea mortuum, & uirtute regreſ-
ſus cantoriam perueniſſe ad reuerend.S.Crucis, & dictum reue
rendiſſimum reſignaſſe in fauorem Io. de Tamera, & ipſemet
ſupplicaſſe Pontifi. ut admitteret. d. reſignationem conſtituta
ſibi penſione annua duc.cl.quibus omnibus fuit præſens, & ne-
dum non contradixit quinimò expreſsè inſtetit, & ſupplicauit
quòd fierent, conſequenter ſi quod ius habebat in dicta canto-
ria illi renunciaſſe uidetur nedum purgaſſe metum qui nō fuit,
per ea quæ not in d.c.ex literis.& in d.c.ex ore, ubi Car.oppoſi.
18 x.& ibi Abb.Imo.& Cap.& quæ nu.in dicta clem.gratia. † Ad
quod, nam cum conſenſerit dictæ reſignationi in perſonam Io.
de Tamera, & ſupplicauerit penſionem ſibi conſtitui uidetur
omni iuri renunciaſſ.:, ſi quod in dicta cantoria habebat, ut eſt
doctr. Hoſtien.Ioan.And.quos ibi ſequuntur Imo.& Cap.in di
cto capitulo ex ore.& deciſ.Tancre. Archidia.& Præpoſi.in ca-
pitulo ſi ſeruus.liiij.diſtinct.uolentes, quòd ſi ſit actus de bene-
ficio in præſentia alicuius habentis ius, & tacentis illi præiudi-
catur, & quando ultra præſentiam & taciturnitatem geſsit ali-
quem actum, tunc abſque aliquo dubio. ſibi in omnibus præ-
iudicaſſe uidetur, ut dicit Imo. columna ſecunda, & Capra, co-
lumna finali, in dicto capitulo ex ore. reſpondentes ad aliqua
quæ in contrarium adducebantur, at in caſu noſtro, nedum præ
19 ſentia, ſed ipſe Ioan.ſupplicauit unde, &c. † Ex quibus tollitur
regula quòd præſens & tacens non uidetur conſentire in ſui
præiudicium, regu.qui tacet, quia uerum quando non geſsit a-
lium actum ultra præſentiam & taciturnitatem, alias ſecus, ut
in caſu noſtro, ut per Docto.in l.quæ dotis.ff. ſoluto matrimo-
nio.& per Abb.in capitulo non ne, de præſumptio. Aſſerta pro-
teſtatio non iuuat, ex quo actus non dependebat a uoluntate
ipſius Roderici, ut per Bartolum in l. qui in aliena. §. Celſus.ff.
de acquirenda hæreditate.& quæ per Abb, in cap.j.quod metus
cauſa, cum ſimilibus.

PARISIVS.

SVMMARIVM.

1 *Articulus & capitulum, quando dicatur generale uel incertum.*
2 *Libellus quando dicatur generalis & incertus.*
Exceptio quando dicatur generalis & incerta.
3 *Exceptio incerta, non debet recipi nec admitti parte opponente.*
4 *Exceptio generalis, & non propoſita in ſpecie non debet admitti.*
5 *Obſcura enim iudicatur propter generalitatem, & habetur pro non oppoſita.*
7 *Generaliter oppoſita non continent in ſe aliquid certum quod excipiat.*
6 *Ita oppoſita, calumnioſa iudicatur, & ſic reijcienda.*
8 *Conſequenter admitti non debet, ex quo non releuat.*
9 *Exceptio propriè eſt actionis excluſio.*
10 *Argumentum à nomine ualidum eſt.*
11 *Capitulum impertinens & non concludens reijciendum eſt parte opponente aliàs ſecus, & nu. 12.*
13 *Articulus non concludens impertinens dicitur & reijci debet.*
14 *Articulis impertinentibus non eſt reſpondendum.*
15 *Articulus non faciens ad cauſam reijciendus eſt.*
16 *Articulus etiam ſi eſſet probatus, & non releuans conſiderandus non eſt.*
17 *Articulus multipliciter intelligibilis neceſſario non concludit.*
18 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione ualet.*
19 *Priuatus non poteſt exercere iuriſdictionem.*
20 *Deputati auctoritate iubilei, quæ poſſint facere, & quæ non.*
21 *Et ſeruare debeat formam commiſſionis, contra quam ſi aliquid gerunt, nihil agunt.*
21 *Deputati ad iubileum non poſſunt diſponere aliquid in foro contentioſo.*
23 *Forus conſcientiæ & contentioſus differunt.*
24 *Princeps nunquam præſumitur aliquid concedere in præiudicium tertij.*
25 *Nec eſt præſumendum ſine cauſa uelle ius tollere.*
26 *Confeſſores deputati pro iubileo, non poſſunt recipere teſtes ſuper diſſolutione matrimonij.*
27 *Talibus confeſſoribus aliquid aſſerentibus non eſt danda fides.*
28 *Aſſertioni pontificis in damnum tertij, an & quando ſit ſtandum.*
29 *Doctores Theologi non habent poteſtatem decidendi, & terminandi cauſas matrimoniales.*
30 *Conſilium prædictorum Doct. non eſt neceſſario ſequendum.*
31 *In cauſis matrimonialibus ſtandum eſt deciſionibus doctorum iuris canonici, & non Theologorum, & num. ſeq.*
32 *Idem in materia uſurarum, & ſim. & nu. 33.*
34 *Theologi ſuper quibus habent poteſtatem decidendi.*
35 *In deciſionibus cauſarum ſtandum eſt canonibus & decretalibus, & non dictis ſanctorum.*
36 *Poteſtas iſta conceſſa fuit pontificibus, & non ſanctis, & nu. 37.*
38 *Articulus impertinens, an poſſit recipi cum illa proteſtatione ſaluo iure impertinentium, & nu. ſeq.*
39 *Et quid ſi non eſt dubius, ſed ſumus in claro quòd eſt impertinens, & numero 40.*
41 *Statutum uolens capitula debere recipi cum illa proteſtatione ſaluo iure, &c. quo caſu & quando procedat maxi. quando apparet eſſe impertinentia.*
42 *Statutum interpretationem paſſiuam recipit à iure communi.*

CONSILIVM LXVII.

1 CAPITVLVM † de quo in præſenti agitatur in vim
exceptionis productum a Franciſco de Caprellis
ex ſui lectura euidenter apparet generale non ſpe
2 cificum ꝯſis incertum. † Et ſi parte non opponen-
te potuiſſet procedere, ut in ſimi. dicimus de libello.l.fina.ubi
gloſ.Barto.& alij.C.de annali except. & per glo. in l.ſi quis in-
tentione.ff. de iudic.per doc. in l.edita.C.eden.& propriè in ex
ceptione firmat Ange.in l.j.ff.de exceptio. Alexan.Aret.& Iaſ.
numero xiiij.in l.Titiæ textores, in principio, de legatis primo.
& per Felyn.in capit.paſtoralis, numero xv. & ſequen.extra de
3 exceptio.† Tamen cum oppoſitum ſit exceptio prædicta recipi
& admitti non debet, ut traditur in locis de quibus ſuprà, & in
4 alijs inferius deducendis. † Tum quia eſt generalis & debet in
ſpecie proponi.capit.præſentium.§.teſtes, & ibi doct. uo.de te-
ſtib.libro vj.& per Innoc.in cap.ſuper eo, de app.& per Rot.in
not.in tit.de exceptio. deciſ.v.ſi in termino.alias ſm̄ numerum

6 Gallus. §. quidã recte ff. de libe. & poſth. ¶ † Non obſtat ſi diceretur ꝙ dicti hæredes & Conrardus eorum pater ceciderunt a dicto iure & re emphyteotica ex quo non ſoluerunt canonem &c. ut not. in l. ij. C. de iure emphyte. cum ſimi. Nam cum in facto clarè conſtet dictum Cõrardum paratum fuiſſe ſoluere canonem. eodem modo, & ſuos hæredes, Abbas recuſauerit ſolutionem recipere pp quam recuſationem dicti Conrardus & hęredes proteſtati fuerunt ꝙ per eos non ſtabat quin ſoluerent, ſed prędictum Abb. recuſantem accipere, & eidem obtulerint
7 ſolutionem prædictam † talis oblatio, & proteſtatio iuuant & defendunt dictum Conrardum & hæredes, ut euitetur pœna caducitatis, & ſufficit ne poſsint expelli a dicta re emphyteutica, ut dicit textus in d. l. ij. in fi. & ibi ſcribentes potiſsimè Saly. qui dicit hoc eſſe tenendum. & de proteſtatione faciũt notata per Bar. & alios in l. non ſolum. §. morte. ff. de ope. noui nuoc. & p Cano. in c. cum M. Ferrarien. de conſtitut. & in c. ſolicitudinem
8 de appellatio. ¶ † Nec obſtat ſi diceretur ꝙ dictus Conrardus cecidit a iure ſuo, ex quo poſt mortem parentem non petijt ab Abbate renouationem ſeu nouam conceſsionem, ſimiliter & mortuo Conrardo. eius hęredes prædicta minimè fecerũt. Nã obiectio tollitur ex nota. per Philip. Decium, in cõſi. lxxviij. & conſi. cxxxj. ubi allegando plures deciſi. dicit. ꝙ renouatio & noua conceſsio rei emphyteoticæ fit qñ eſt finita ante aũt q̃ ſit finita nunquam debet fieri, in caſu nr̃o nunquam fuit finita, ex quo fuit & eſt perpetua ut fuit dictum s̃. non requirebatur igitur renouatio, nec erat neceſſaria, ad qđ nam renouatio peten-
9 da eſt, & fieri debet ab emphyteota nouo non antiquo. ¶ † Nouus autem dr̃ ille qui non eſt comprehenſus in prima inueſtitura & in caſu nr̃o oẽs comprehenſi ſunt Conrardus & hæredes ergo non dicuntur noui, ꝯñr non tenentur petere. Hinc eſt ꝙ ſi capta fuit emphyteoſis pro ſe & filijs ſeu hæredibus &c. iſti filij ſeu hæredes non dicuntur noui nec tenentur petere nouã conceſsionem. nec aliquid ſoluere, ita gl. in auct. ſi quas ruinas. C. de ſac. ſanct. eccl. & Alex. conſi. ix. ij. uol. Moder. papien. in l. l. ij. C. de iure emphyte. colum. cxxiij. in fine, cum alijs concor.
10 ¶ † Prout ẽt: Nam ut quis cadat a iure emphyteotico, pp non petitam nouam conceſsionem ſeu renouationem debent concurrere multa quæ notantur per glo. Bal. & alios in dicta auct. ſi quas ruinas, & per Canoniſtas in capi. j. de præcat. & Moder. in l. ſi. C. de iure emphyte. col. cxxij. quæ ſeu ipſorum acquiſito-
11 tum aliquod in caſu nr̃o minimè concurrit unde &c. ¶ † Nec obſtat ꝙ cõſuetum in partibus eſt mortuo primo emphyteota peti nouam conceſsionem ab hærede, & aliquid ſolui Abbati, quæ in caſu nr̃o non fuerunt facta, unde tollitur. n. obiectio, cõſuetudo namque eſt quid facti. & ideo probabiliter põt ignorari cap. j. de conſtitutionib. lib. vj. l. ij. C. quę ſit longa conſuetudo, & ꝯſuetudo habet tantum uim in actu in quo fuit, nõ aũt
12 ſe extendit ad alios actus. ¶ † Nam proprios terminos facti, & uſus non excedit ut notat Bal. in l. fi. C. communia utriuſq; iudicij, cum alijs adductis per Franciſ. de Curt. conſi. xj. col. ij. nõ enim debet extendi nota. in l. de quibus. ff. de legibus. & per Alex. conſi. ix. iij. uolu. per Moder. in c. audit. col. vij. pręſcriptionibus, unde poſito ꝙ in partibus ſit ꝯſuetudo. mortuo primo emphyteota. renouare emphyteoſim, & pro ea aliquid eſſe ſoluendum, talis aſſerta conſuetudo eſt in emphyteota, nõ per petuo uel in emphyteoſi capta pro ſe tantum. Non autem procedit in emphyteoſi perpetua uel in emphyteoſi capta pro ſe & hæredibus ut eſt caſus noſter, ꝯõr de uno ad aliud non arguendum cum diuerſa ſint uulga. l. papinianus. ff. de minoribus, & uulgato. §. nihil cõe. ad quæ notata per gl. in §. neque illud in
13 auctentico de non alie. ¶ † Vlterius in alia cã, certum eſt emphyteotam alienantem irrequiſito domino cecidiſſe a iure ſuo, domino directo uolente. l. fi. C. de iure emphyteo. cum uulgar.
14 ¶ † Et licet fuerit appoſita clauſula nec aliter nec alio modo &c. tñ quoad effectũ caducitatis, clauſula nihil operaĩ, ſi poſt dictam clauſulam & proteſtationem deuentum fuit ad traditio-
15 nem ut fuit iſto caſu, & in terminis † tenet Bal. in cap. Cumana uerſi. & prædicta faciunt ad quęſtionem, de electionib. & in c. j. §. hoc quoque in titulo, de ſucceſsio. feud. uerſ. ſed pone ꝙ uẽdit, & ita in puncto conſuluit Franciſ. de Curt. conſ. viij. uiſo in-
16 ſtrumento. † Et quia Antonia quæ primo uendidit Thomæ ſine aliqua proteſtatione, & clauſula uẽdidit. quo caſu ſumus in terminis dictæ. l. fi. & licet poſtmodum Thomas uendiderit cũ proteſtatione, & cum clauſula de qua s̃. tñ iſtud non eſt in conſideratione, tum attenta prima uẽditione ſimpliciter facta per Antoniam irrequiſito domino, quæ plenam induxit caducitatẽ ut diximus, tum ẽt attenta uẽditione facta per ipſum Petrum in qua ultra proteſtationem & clauſulam proceſſum fuit ad traditionem. Ad quod ẽt facit, quia uirtute conuentionis appoſitę in inſtrumento ex aduerſo producto nedum dominus directus debebat requiri, quinimmo in caſu uẽditionis eidem ſolui debebat quarta pars pretij, quod factum ſeu oblatũ minimè apparet, ꝯñr ſumus in expreſſa caducitate, per ea quæ notantur in l. j. ij. & iij. C. de iure emphyte. & in capi. potuit de locatione cũ
17 ſimi. † Et ſolutio canonis recepta a procuratore rectoris ſeu plebani non tollit nec purgat uitium dictæ caducitatis, qm̃ procurator ſuper ea tranſigere non poterat nec illam expreſſe remittere, minus & tacitè, ut nota. per Abba. in cap. petitio de procura. & in cap. contingit de tranſactio. & per Batt. in l. nulli. ff. eod. tit. & faciunt no. in c. qui ad agendum de procura. lib. vj. & quæ habentur in l. qui Romæ. §. callimacus. ff. de uerborum,

rum per Bald.in l.non abſtulit.C.de nouationib. cum conco.
18 ¶ † Nec aduerſarius poteſt ſe tueri dando, prout dat de iure
tertij ſcilicet Ioannis, & Petri ex quo demum tunc de iure ter
tij poteſt dari, qñ illud ius abſurbet in totum ius agentis, ut no
tat Barto.in l.ſi alienam.ff.ſolu.matrimo.& in l.ij.ff.de rei uẽ-
dica.Bald.& Saly.in l.ſi ſeruus quiſpiam,de ſer. fugit. Canoni
poſt Compoſt. in cap. mandatum de reſcriptis in caſu noſtro
iſtud ceſſat unde &c. & ꝙ ceſſat oſtenditur, tũ quia, non appa
ret mortua Antonia, Ioannem, & Petrum, acceptaſſe dictum
ius emphyteoticum. Nec apparet dictos Ioannem, & Petrum
uiuere, conſequenter ipſorum ius non eſt aliquod conſiderabile
19 & ideo de eo dari non poteſt, & ſi detur non releuat. ¶ † Nec
dicatur ꝙ præſumptio iuris eſt dictos Ioannem, & Petrum ui-
uere, cum uita hominis præſumatur uſque ad annos centũ uul.
l.ſi.C.de ſac.ſanc.eccl.& l.ſi uſuſfructus.ff.de uſuſru.cum ſimi
20 li. ¶ † Nam aduertendum eſt illud quod multi dicunt quem-
libet præſumi uiuere centum annis non probatur iure, immo
contrarium.l.hæreditatem.ff.ad leg. Falcid. Iura autem ſupe-
rius allegata bene probant ꝙ quis præſumitur non uiuere ul-
tra centum annos, ex quo illud tempus cenſetur eſſe longiſſi-
mum uitæ, & ſuperlatiua communiter in paucis uerificãtur ut
experientia docet. quæ eſt optima rerum magiſtra. c. quàm ſit
de electionibus. lib. vj. de decem milibus hominibus qui na-
ſcuntur uix unus aſcendit ad ætatẽ centum annorum, & ideo
illud quod communiter occurrit attendi debet. l. nõ hoc.C.un
de leg.l.neq; natales.C. de probationibus. cum ergo commu-
niter accidat ꝙ quis non accedit ad centenariã ætatẽ, non præ-
ſumitur quis tanto tempore uiuere, ut no.Bar.Bal.& Ang.in l.
21 qui duos.§.ſi in bello.ff.de reb.dub. ¶ † Ad quod facit regu-
la.c, quia ueroſimile extra de præſumptionibus, & l.quia ueri-
ſimile.ff.ꝙ met.cau.& ita conſuluit Philip.Cor.cõſi.ccel.j.uo-
lu. Quod dicta dos col.iij.& cum uita dictorum Ioannis, & Pe
tri ſit fundamentum partis aduerſæ, ab ipſa probãdum eſt eos
uiuere maximè cum conſtet eos fuiſſe ſexagenarios, & ultra
22 ut pulchrè concludit Corne. præalleg. conſil. ¶ † Nec obſtat
quòd dicti Ioannes, & Petrus potuerunt relinquere, & decede-
re cum filijs &c. Nam quòd habuerunt filij facti eſt, & facta nõ
præſumuntur niſi probentur.ff.de enrato.furi.l.conſilio.§. fin.
uulg.§.aut facta.ff.de capti.& poſtlimi.reuer.& eſt docto.Bar
to.in d.§.ſi in bello, & in l.ex facto.§. ſi quis autem. ff. ad Tre-
bel.& per Corn.ubi ſupra colum.iij. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Reus abſoluendus eſt actore male agente, & non probante.*
2 *Incendium debet habere concludentem petitionem, ut in iudicium contra aliquem poſſit deduci.*
3 *Incendium, an ſit caſus fortuitus, & nu. 4.*
4 *Et an ſit imputandum inhabitantibus, & ipſorum culpæ, & numero ſeptimo.*
5 *Ignis debet habere certum auctorem iſto caſu.*
6 *Dominus, an teneatur ex incendio commiſſo per familiam.*
8 *Si non poteſt apparere a quo habuit originem ſequi debet abſolutoria, & nu. 1. 2. & 12.*
9 *Maritus dominus domus a quo uenit incendium nõ tenetur ex culpa uxoris commiſſa ad id, & nu. 17.*
10 *Si ex culpa leuiſſima uenit incendium non propterea quis tenetur.*
11 *Culpa leuiſſima in omittendo, non facit quem teneri ad emendam damni.*
13 *Si procedit incendium culpa hominis incerti, non tenetur inhabitans.*
14 *Teſtis de auditu, non probat, niſi &c.*
15 *Fama qualiter debet probari.*
16 *Omnis præſumptio eſt, mulierem nolle damnum mariti.*
18 *Ex incendio commiſſo per famulos ex ordinatione domini, tenetur dominus.*
19 *Extimatio damni quanti plurimi a quo tempore ueniat, & numero 20. & 24.*
20 *Et uſque ad quod tempus creſcat, & nu. 21.*
21 *Et quid ſi fuit appellatum.*
22 *Et quid ſi reus non fuit condemnatus ad æſtimationem, ſed ad frumentum.*
23 *Maximè ſi actor ſemper recipere paratus fuit.*
24 *Intereſſe uerum quanti plurimi, uſque ad quod tempus conſideratũ, & nu. 19. & ſequen.*

AD CONSIL. LXXXVII.

1 INhærendo Veritati, & † cõſideratis depoſitionibus
teſtium productorum per florã actricem, nec non
& teſtium productorum per menicum reum, cla-
riſsimè, & abſq; ſcropulo omni ex capite cõcluden
dum eſt, ipſam male egiſſe, cõſr menicum debere abſolui, & li-
berari iuxta. l. quem temere.ff.de iud.l. properandũ.§.ſin autẽ
alterutra.C.eod.l.terminato.C.de fru.& lit.expen.cum uulg.
2 † Quod flora male egerit, oñditur ex tenore ſuæ ineptæ petitio
nis in qua dicit ignem introiſſe in domum ipſius floræ, nec aſ-
ſignat cãm nec rõnẽ, nec ꝙ culpa, ſeu dolo ipſius menici ignis
introierit, & combuſſerit, quo caſu tanq̃ non cõcludens. incerta
& uaga petitio reijcienda eſt.l.ſi.C.de anna.except.l. edita. C.
de edendo, & tanq̃ obſcura, & inepta uenit lacerãda iuxta no.
in l.j.ff.de offi.aſſeſſ.cum ſi.& licet pro parte floræ, ſint produ-
cti multi teſtes, tñ nihil aliud dñt niſi uidiſſe ignem exire de do
mib.d.menici, & ꝙ talis ignis introiuit domum d. floræ, ſed ꝙ
dictus ignis habuerit originem in dicta domo, uel ꝙ dolo ſeu
culpa d.menici, ſeu in eius domo habitantium fuerit cauſatus,
& proceſſerit nullus teſtis deponit, quo fit ut flora male egerit,
pei uſq; probauerit cõſr reficere dẽt expenſas ut dictãt iura uul
3 garia, & reus ipſe uenit liberãdus † & Primò licet in iure ſit dif-
ficultas an incendium ſit caſus fortuitus, uel ne, ut notaſ in §. is
cui inſtituta quib.modis re cõhitur obligatio, & ibi per ſcriben
tes, & in l.ij.ff.de offi.præf.uigi.& in l.ſi uendita.ff. de peric.&
com.rei uendi.& in l.quæ fortuitis ubi ſcribentes.C.de pigno.
actio.& in locis inferius allegan. Tenendo tñ illam opinio. ꝙ
cõnumeretur inter caſus fortuitos, res erit clara ꝙ non teneſ
4 ut no.in dictis iurib. ¶ † Si uerò tenemus aliam opinio. ꝙ non
connumeretur inter caſus fortuitos, ſed ꝙ dẽt imputari inha-
bitantib.domus in qua incendium cauſatum eſt, qđ in dubio
aſcribi dẽt eorum culpæ cõſr teneri debeãt ad emendam damni
dati uicinis ex igne prædicto ut vr̃ notari in d.l.ſi uendita, & in
d.l.ij.& in l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornacarius.ff.ad l.Aquil.cum
5 ſimi. ¶ † Tamen aduertendum eſt prædicta poſſe procedere,
qñ ignis habuit certum auctorem, ſed qñ ignis habet cãm ab
incerto auctore tunc nunquam imputaſ habitantib.d.l.ſi uen-
dita, ut cõſuluit Bal.cõſi.ccclxxiij. Quidam magiſtro grammati
cę.iij.uol.cõſr factum certi hominis probandum eſt alias nun-
quam imputaſ habitantib.ita Bald.in d.l.quæ fortuitis col.iij.
in prin.allegat textum hoc dicentẽ in l.licet.in ſi.ff.nautę cau-
pon.ſtabular.quam opinio.refert, & ſequitur Iaſo.poſt alios in
l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi.ff.de edendo, in caſu pñti, nedũ nõ
eſt probatum, quinimò nec dictum de auctore certo ignis cõſr
non imputandum nec menico, nec habitantib. eius domum.
6 † Ad quod ẽt facit doctrina Bal.in d.l.ſi uenditam.uolens peri
culum incendij cõmiſſi a familia non tranſire in dñm, quia dñs
non tenetur pro ſuo familiari.adducit textum in c.cum ad ſedẽ
de reſtũ ne ſpoliatorum, & eſt textus in l.ſi.ff. furti aduer. nau.
caupo.&c. Quanto fortius in caſu noſtro in quo nihil penitus
7 probatur a quo auctore ignis proceſſerit. † Prout ẽt idem dicẽ
dum, nam licet ut plurimum præſumatur incendium commiſ-
ſum culpa inhabitantium d.l.ſi uendita. cum ſi.tñ culpa dr̃ ab-
eſſe ſi probatur unde incendium habuit originem. ita Bal.in l.
8 creditor.C.de pignora.actione, & ibi Alexan.in apoſtilis † &
qñ non poteſt apparere a quo habuit originem, ex iſto caſu
dubio, fertur abſolutoria, & non poſſunt condemnari inhabitã
tes ſm Bal.& Alex.ibidem argumento.l.ſi uero.§.ſi meniano.
ff.de his qui deie.uel effuder.& per Alexã. & Iaſonem.in d.l.ſi
quis ex argentarijs.§.ſi.in caſu præſenti a quo ignis habuit ori
ginem, non eſt probatum nec dictum ulterius nulla uiget præ
ſumptio cõ ipſum menicum & inhabitantes eius domum, cõſr
9 non condemnandus ſed abſoluendus. † Præterea idem dicen-
dum & fortius cum etiam ſi probaretur incendium commiſſũ
per uxorem dicti menici, quod tñ eſt penitus falſum, tñ adhuc
menicus non teneretur per doctrinam Bal.in d.l.ſi uend.& per
tex.in l.iij.§.ait prætor.ff.nau.caup.ſtab.& in l.ſi ſeruus ſeruũ.
§.Proculus.ff.ad l.Aquil. & in l. ædiles circa principium.ff.de
ædil.edicto, pulchrè per Sal.in d.l.quæ fortuitis in iiij.colu.&
per Auguſtinum de Arimino in additio.ad Ang.in tract. ma-
leficiorum in uer.incendatio, & eſt conſ.Arch.cccxlix.pro de
ciſione quæſita, ut refert Iaſ.in d.l.ſi quis ex argentarijs, & idẽ
10 dicendum, † nam in caſu nr̃o, dicto Menico nulla põt imputa
ri culpa, & ſi qua minima fuiſſet, illa nõ põt eẽ niſi leuiſsima in
omit-

CONSIL. LXXXVIII.

1 QVOD Sententia ſuper falſitate, lata ↄtra dominum.B. aduerſarium infamauerit infamia iuris ſa
nè ea eo deprehenditur ꝙ de falſo teſtimonio cõ-
uictus & damnatus fuit, & ſic de crimine publico
iuxta.l.primam.ff.ad leg.Corneliã de falſis.iuncta.l.j.ff.de pu-
blicis iudic.& in l.j.ff. de his qui notantur infamia & l. his qui
ff.de accuſationib.& l.infamem.& ibi Bartolus.ff. de publicis
2 iudic.† Et forſitan ex eo uideretur fieri difficultas, quod nõ p
uiam accuſationis,ut loquuntur iura prædicta,ſed inquiſitio-
nis damnatus fuit, quo caſu gl.iuris ciuilia uiſæ fuerũt uelle nõ
cauſare infamiã,ut in l.j.C.de modis multarum cum concord.
3 † Dicitur ꝙ licet gl.& Cy. fuerint in ea ſententia,tamen ut re-
fert Saly.in l.j.col.xiiij.uer.ulterius quæro.C.de accuſat.Old.
& And.de piſ.tenuerunt contrarium,ſcilicet, ꝙ ita ſurgat infa
mia per ſententiam per uiam inquiſitionis latam,ſicut p uiam
accuſationis, qui Saly. hoc firmat pluribus medijs dicens etiã
fuiſſe opinio.Bartoli in dicta. l. infamem. & ſic cõiter teneri.
4 † Et poſito ſine præiudicio, ꝙ contraria opinio eſſet uera, ſal-
tim de iure canonico, iuxta ſententiam Panormitani id proce-
deret quo ad infamiam iuris in qua loquuntur dicta iura, &
doctores prædicti propter quam nedum redderetur inhabili-
5 tas ad obtinenda,† ſed priuaretur obtentis,iuxta notata p Inn.
& Panor.in c.inter dilectos de exceſſiõe prælato.& in c. ſuper
eo.iij.col.in prin.de electio.& probat tex.in l.infamia.C.de de-
6 curionibus,li.x.† Sed quantum attinet ad infamiam facti quæ
reddit inhabilitatem ad quærendum beneficia & dignitates.l.
ij.& ibi notatur de dignitatib.libro x.& probat tex.in c.omni-
potens Deus.de accuſationibus & lxxxj.diſtin.c. tantis Da-
niel.& de teſti.c.ultimo.& ff.de mun.& hono.l.reus non ui-
detur poſſe dubitari,quin ea iſta ſententia cum proceſſu graua
ta non fuerit eius opinio,& de facto ipſe dominus. B. infama-
tus,ut ſaltim non potuerit promoueri ad beneficium eccleſia-
7 ſticum.† Vel ea tacita non fuerit eius gratia ſurreptitia & inua-
lida,per tex.in dic.c.omnipotẽs.cum gl. & ibi not. per legẽtes
8 & in dicto c.tantis lxxxj.diſt.cum ſimi.† Nam ſi ſola inquiſitio,
cũ effectum operatur,ex quo præſumit facta præcedente diffa-
matione, quia aliter fieri nequit ut in c.qualiter & quando de
accuſationibus,ut dixit Hoſt. notabiliter quem refert & ſequi-
tur Panorm.ibi in d.c.omnipotens.& tenetur cõiter per oẽs in
9 c.accuſatum de ſim.† Multo magis id operari debet inquiſitio
10 cum ſententia ſequuta,argumento auct. multo magis.† Qui-
nimmo uolunt cõmuniter doct.in dicto c.omnipotẽs.& in di-
cto c.accuſatum,ut ibi refert Panorm.ꝙ plus operetur ad infa-
miam facti conſiderandã inquiſitio q̃ accuſatio uel denuncia-
tio, quia cum accuſatio uel denunciatio fieri poſſet ſine diffa-
matione præcedente, illius porrectio non arguit infamiã facti,
ſicuti inquiſitio quæ ante diffamationem non fit. Iſta ergo in-
famia facti nobis ſufficit ad repellendum aduerſariũ nec curã-
dum de infamia iuris, quia nõ agitur de priuando ut dictũ eſt.
11 † Quæ infamia facti, longe magis de facili ſurgit quam iuris,
ut patet ex præmiſſis & etiã ex his quæ ponit Panor. & alij in.
d.c.ſuper eo.j.col.uer.ſed contra hoc. ubi nolunt ſecundũ pri-
12 mam lectionem illius gl.ibi.† Quod licet crimen probatum p
uiam exceptionis,non infamet infamia iuris ut in cap.ij.de or.
cogni.& in l.Lucius.ff.de his qui notantur infam. & in c.ſuper
his de accuſa.tamen infamat infamia facti quæ reddit inhabi-
lem ad obtinendum beneficia,ut eſt textus in d.c.ſuper.e.nos.
ſecundum primam lect.gl.ibi quã Pan.poſt alios firmat pro ue
13 ra & ſubſtentabili.† Concurrunt ergo in caſu noſtro inquiſitio
quæ de ſe infamat ut dixi probatio criminis per eius confeſſio
nem,quæ nulla melior iuxta l.ſecundam.& l.cum te. cum uul-
garibus, & deſuper ſententia quæ diffamationem deduxit in
notorietatem & apparentem ueritatem.l.ingenuum.de ſta.ho
14 mi.cum ſimilib.† Nec releuat ſi dicatur non conſtare de inqui-
ſitione & confeſſione niſi per renunciationem in dicta ſnia,nã
dicitur id ſatis eſſe quia cum fuerit lata in præſentem & nõ ap-
15 pellantem ſiue reclamantem,nec tunc nec poſtea.† Et ſic de an
tiquo decem & nouem annorũ, pro eo proceſſu præſumitur p
textum in c.bonæ.de renunciatio.& in c.cum inter.de re iudi.
& nota.cõiter oẽs in c.quoniã contra.de probat.nam,ſiue con
ſideremus ꝙ non fuerit appellatum ut originaliter uoluit Inn.
in d.c.quoniam contra. ſiue ꝙ in præſentem fuerit lata non re
clamantem ut conſiderant deciſio.Rot.in d.c.quoniam contra.p
Panor.ſiue taciturnitate biennij conſiderata per Hoſt. in d.c.
cum inter.ſiue longi temporis quam conſiderant Io.And.in d.
c.quoniam contra.& communiter alij & Ludo. & alij Moder.
in l.ſciendum.ff.de uerbo.intentum habemus quia omnia iſta
16 concurrunt.¶ † Concurrit etiam quia huiuſmodi inquiſitio &
confeſſio,immo & diffamatio præcedens inquiſitionẽ denun-
ciatur per iudicem in dicta ſententia quod ſolum uoluit Inno.
ſufficere ut præſumatur & maximè concurrente talis tempo-
ris diuturnitate,ad quod bene facit.l.ſecunda.C.de officio iu-
dicis.ubi pro iudicis actu præſumatur & not.Bal.in l.ſi quis in
hoc genere.ſecunda colum.& in auct.presbyteri.C.de epi-
ſcopis,& clericis, concurrit etiam cõfeſſio poſtmodum uolun
taria ipſius.B.coram papa de huiuſmodi proceſſu & ſententia.
17 ¶ † Dum petijt ſe reſtitui ad exequutionem ſacerdotij,& mini
ſterium altaris quæ eſt irreuocabilis iuxta doc. Bal. in l. ſi ma-
18 gnum.C.qui accuſ.non poſſ.¶ † Nec obſtat ſi dicatur ꝙ ea cõ
feſſione,non ſurgat infamia niſi ſequatur ſententia ut per Bar.
in d.l.ictus fuſtium,quia id procedit in infamia iuris.In qua ip
ſe, & alij loquuntur licet etiam hic ſententia appareat, & qñ
pur oporteret proceſſum producere. facile erit habendo com-
pulſoriam, quia & ſi ubi Bononiæ magis proceſſus huiuſmo
19 di ſolenniter conſeruantur.† Quantum uero attinet ad diſpen
ſationem,ꝙ illa nũ aboleuerit infamiam uel rehabilitauerit ad
obtinendum beneficia,credo non dubitari,quia uerba ſunt cla
ra ꝙ nõ ſimpliciter reſtitutus fuit ad ſtatum in quo prius erat.
20 ¶ † Sed ſolum diſpenſatus ad miniſterium altaris, cum enim
diſpenſatio ſtricti iuris ſit.c.requiritis.§. niſi rigor, diſt. xcvij.
c.quod dilectio.& ibi no.de conſang.& affi.& c. nihil, de ele-
ctio.& c.dudum.uerſic.inſuper, de filijs presby. & in c. j. & ij.
cum ibi not.eod.tit.lib.vj. debet ſtrictè intelligi.l. quicquid a-
ſtringendæ,cum ſi.Hinc dicit Anto.in c.at ſi clerici.§.de adul-
21 terijs,uerſi.uenio ad tertium,de iudic. ¶ † Quod diſpenſatus
ad ordinem non intelligitur diſpenſatus ad beneficium ꝓ quo
tex.& ibi no.in c.literas,de fil.presbyte. Et quod uoluit Spe. in
tit.de diſpenſationibus.§. poſtremo. ubi dicit ꝙ ſi diſpenſatur
cum inhabili,ut poſſit promoueri ad ſacerdotium non intelli-
gitur propterea diſpenſatum,ut poſſit obtinere beneficium cu
ratum,& in ſimili Old.conſi.xxij. Et Mil.in uerbo diſpenſatus
ad ordinem,& ſic de ſimili. Hæc inferunt ad abſolutoriã quan
do canonizatoria dari non poſſet domino.A.ob id quod præ-
tendatur mandatum procuratoris, pro eo acceptatũ fuiſſe re-
uocatum per ſecundum ſimplex datũ alteri ſine clauſula,quod
22 tamen nullo modo puto admittendum.¶ † Nam licet regula.
l.ſi cum procuratorio.§.fi.ff.de procur.& in c.nõ iuſte.extra e.
tit.uideat habere,ꝙ per conſtitutionem ſecundi uideatur reuocatus
primus,ſi non appoſuit clauſula proteſtatiua. Tñ illa regula,nõ
procedit,niſi quatenus,niſi primus, & ſecũdus ↄcurrãt in eadẽ
cã uel negocio,& ↄ eandẽ perſonã,ita notabiliter uult gl.& ſe-
quunt alij doc.ibi in l.cũ ſimul.ff.de adul.& notat Pau. de Ca.
23 qui eã gl.allegat in d.§.fi. in prin.† & propterea uoluit deciſio
Rot.clvj.itẽ ſi quis ↄſtituit,quã ſub iſto numero allegat ꝓ no.
& ſequit Philip.in c.ſi quẽ de proc.li.vj.ij.col.ad finẽ, ꝙ ſi pri-
mus ꝓcurator erat prius ↄſtitutus ad negocia, & lites,ſecũdus
uero ad lites ſimpliciter,ꝙ primus non uidebit reuocatus quo
ad negotia eẽt ſi fuerit nedũ obmiſſa clã proteſtatiua,ſed appoſi
ta expreſſa reuocatio; ſeu reuocãs oẽs alios ſuos procuratores
&c.Sed in caſu nõ primũ mandatũ erat ad proſequutionẽ cu-
iuſcunq; gratiæ ↄceſſæ,& ↄcedendæ, & ſpecialiter ad petendũ
ſibi prouideri,ſm uero non hẽt ad id facultatẽ, ſed ſolũ ad ac-
ceptandũ & faciendũ fulminari proceſſus, uñ quantũ ad peten
dũ prouideri ꝙ nobis ſufficit primũ reſtat intactũ ſimiliter pro
curatoriũ ſm erat ad cõparendũ in Romana curia,& in ea co-
rã quocunq; tribunali, & ibidẽ acceptatũ &c. Primũ ergo ext
romanã curiã ubi fuit facta acceptatio reſtitit intactũ quod pre
ſertim ex ueroſimili mente ↄſtituentis pſumi debet, qui iõ con
ſtituit ſm in Romana curia ubi poſſet ipſe facere quod nõ po-
terat primus quẽ ſciebat non diſceſſurũ de partibus, ut ſic tẽde
res ubiq; recta,& ſecundus aſsiſteret primo magis q̃ per illũ uo
24 luerit reuocare primũ.¶ † Quemadmodũ.n.ſi principalis ali-
quid facit in cã per procuratorẽ cœpta nõ dicit illũ reuocare ſi
ut ei aſsiſtat magiſquã p ſe eam uellet inſtruere dependat ue-
riſimiliter,ut probat tex.in d.c.ſi quẽ,ita dicendũ in caſu ꝙ tũc
25 dicat primus reuocatus.¶ † Quãdo nõ ſunt ↄiecturæ ꝙ aio ma
gis aſsiſtẽdi, & ↄtinuandi in prima uoluntate quã nouãdi pri-
mũ mandatũ fuerit ↄſtitutus ſecundus, quod probat ea nota-
bili

bili conſiderstione Ang. in dicta l. ſi cum proc. §. fin. quem ſequitur Paulus dum noluit ad limitationem glo. ibi quod ſi ſecundus conſtituatur ille idem qui primo, quod tunc non uidebitur a primo mandato receſſum quando ad idem & cum eadẽ forma fuit factum ſecundũ mandatum quod primũ, quaſi tunc non ſit conſiderare rationem quare uoluerit reuocare primũ & ſtare ſecundum, ſecus ſi in ſecũdo eſt diuerſa forma, cum enim in caſu noſtro conſtitutus in primo ſit frater carnalis, de quo nulla ratio ſuadet ꝙ minus cõſiderit quã de ſecundo eatraneo, pro certo non credo quemquã poſſe præſumere ipſum ꝯſtituẽtem ſomniaſſe nedũ uoluiſſe per conſtitutionẽ ſecundi, reuocatum primũ qui habebat tam pingue mãdatũ, ſed potius uoluiſſe ſecundum conſtituere tantum ad faciendũ proceſſum fulminari ſtatim literis expeditis in curia, & ibi poſſe in genere fieri acceptatio. quæ in partibus per procuratorem fratrẽ fieri non
26 poterant. † Non autẽ ut illum reuocaret tex. enim in dicta l. ſi cũ procuratore. & in dicto. c. nõ iuſte ſunt fundati in uerosimili præſumptione, quæ hic ſimiliter militat, quod attendatur.

Par. Ro.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta confecta per notarium excommunicatum, an & quando ualeant, & per totum.*
2 *Et an ſatis ſit, quod notoriè ſit excommunicatus, & alijs ſequentibus.*
3 *Et quid ſi communi opinione habebatur pro non excommunicato.*
4 *Et quid ſi illud exercet in loco longinquo, in quo ignoratur an ſit excommunicatus.*
5 *Excommunicatus an poßit exequi literas apoſtolicas, & conferre propter clauſulam caeterum &c.*
6 *Epiſcopo excommunicato eius uicarius non poteſt iuriſdictionem exercere.*
7 *Vicarius actum exercet auctoritate epiſcopi ſui ſuperioris.*
8 *A pari procedunt nõ præſtare auctoritatem uel præſtare inualidã.*
9 *Siue auctoritas ſit uoluntaria, ſiue neceſſaria.*
10 *Epiſcopus & uicarius idem tribunal, & conſiſtorium faciunt.*
11 *Tollerantia quando, & quo caſu operatur effectum & quando nõ.*

CONSILIVM. LXXXIX.

OPPOSITVM Eſt contra inſtrumentum acceptationis, & prouiſionis facte in fauorem præfati. N. ex eo quia prætenditur ꝙ notarius de eo rogatus, & qui prouidit uigore clauſulæ cæterum fuerat excõmunicatus, declaratus, & per cedulas publicatus in campo floræ &c. per Auditorem cameræ ob non reſtitutionem cuiuſdam annuli per annos quatuor ante dictam acceptationem &c. † Quod
1 in ueritate non uidetur obſtare, nam ad hoc ut inſtrumenta cõfecta per notarium excõicatum non ualeant debet expreſſe cõdemnari & prohiberi, ꝙ inſtrumenta ꝯficere non poſſit, & exercitium ſui officij inhiberi, ut notat Inno. in c. pis de exceptio. quem referunt & ſequuntur Io. And. in c. decernimus. poſt glo. de ſent. excom. li. vj. Archid. in c. nullus. iij. q. iiij. & in proprijs terminis cõſuluit Feder. ꝯſi. lxxiiij. Vetus querela. &c. in ſecundo dubio cum ergo in caſu prædicto, præfatus notarius nõ fuerit condemnatus pro aliquo crimine, nec fuerit ſibi interdictũ exercitium ſui officij, imo ſemper pro notario exercuit ac ad publicum & legalem notarium recurrebatur merito dictum
2 inſtrumentum ab eo celebratum ualet & tenet. ¶ † Prout poſito ꝙ uerior ſit opinio gl. in d. c. decernimus. ꝙ ſufficiat ꝙ ſit notoriè excommunicatus ad hoc ut non ualeat eius inſtrumentũ, tamen in caſu prædicto propter diſtantiam temporis, cum iam ſint quatuor anni ꝙ fuit ut ex aduerſo prætenditur excõicatus publicè, & poſtmodum publicè ſe exercuit in Rota in cauſis palatij, ac ad ipſum tanquam catholicum habebatur recurſus, & ab omnibus erat tolleratus & tentus, pro non excõicato, dico ꝙ præfatus. N. habuit iuſtam ignorantiæ cãm, & propterea dictum inſtrumentum ualet & tenet ut notanter dixit Ant. de But. in c. ad probandum. de re iudic. quem refert & ſequit̃ Ab. in ij. col. dicens ꝙ qñ ſententia excõicationis fuit lata de longinquo, ꝙ uerisimiliter euanuerit de memoria, tunc geſta per excommunicatum ualent, & idem Ab. in c. ueritatis. in xj. col.
3 de dolo & contu. † Dicit ꝙ inſtrumenta confecta ab excõicato qui cõi opinione habebatur pro ſoluto, ualent & tenent, & Fe-
4 deri. de Sen. in d. ꝯſi. lxxiiij. in fine, dicit † ꝙ ſi aliquis publice excommunicatus & denũciatus transferat ſe ad locum ubi ignoratur ſed hr̃ pro homine integri ſtatus ualebit quicquid faciet ratione publici officij argumento. l. barbarius. de officio prętoris. & l. primæ. C. de teſtamentis. ita in propoſito cum prętatus notarius tam longo tempore poſt dictam prætenſam excommunicationem ſe exercuerit & continuauerit in ſuo officio ut publicè ab omnibus pro legali habitus fuerit prætenſa excommunicatio non debet præfato. N. iuſtè ignoranti nocere, quinimo uerisimile eſt ꝙ dictus notarius a dicta excõmunicatione fuerit abſolutus, licet forſan de dicta abſolutione non conſtet, & poſito ꝙ abſolutus non fuiſſet non propterea dictum inſtru-
5 mentum erit nullum attentis prædictis. † Tertio, quantũ ad prouiſionem factam per dictum aſſertum excommunicatum uigore dictæ clauſolæ, cæterum, tanquam executorem, ꝙ teneat eſt deciſio Rotæ in antiq. in tit. de ſenten. excom. ix. dicens ꝙ executor excõmunicatus poteſt prouidere de beneficio, maximè ſi ille cui prouiſio fuerit facta, ignorat eum excommunicatum, quia non inſpicitur perſona quæ prouidet ſed cui acquiritur prouiſio argumento. l. ſi legatum. ff. quibus modis uſuſfructus amittatur. & l. cogi. §. hij qui ſolidum. ad Trebellianum cũ alijs ibi allegatis. idem not. Abb. in d. c. ad probandum. in ij. notabi. per illum tex. referens idem tenere Io. Calca. in ſua diſputatione, excommunicatus &c. idem Inno. in c. ſi uero. de ſen. excommunicationis. & in c. j. de ſciſmaticis. ſupponitur pro claro ſuperiorem ad quem ſpectabat inſtitutio præſentati fuiſſe in cõciliabulo, & ſic ſciſmaticum &c. excommunicatum iuxta bullę Iulij tenorẽ. & quamuis in propoſito noſtro facta fuerit ab eius uicario quem dicitur non interueniſſe, nihilominus omiſſo ꝙ etiam uere ipſe interuenit omnino dico, inſtitutionem uiribus carere, tanquam factam a non habente poteſtatem & auctori-
6 tatem, † quia cum epiſcopus ſuperior eſt excommunicatus ceſſat, & ſuſpenſa eſt ipſo iure iuriſdictio uicarij iuxta. c. j. de officio uicarij, lib. vj. ubi doctores maximè Phil. in ulti. not. & per gl. ſingularem in cle. fin. ubi Imo. in ulti. col. & Cardinalis poſt
7 Paul. in pen. q. de procuratoribus. † Et ratio clara eſt, quia uicarius inſtituit auctoritate p̃fati ſui epiſcopi ſuperioris, prout notant doctores in dicta clemen. fin. & ſic fecit in caſu noſtro, ideo exiſtente nulla dicta auctoritate infecta, ut prædixi ſequi-
8 tur uicarium ſine auctoritate inſtituiſſe. † Quia paria ſunt non præſtare auctoritatem uel perperam & nullam præſtare. l. ij. ff.
9 de auctor. tutor. cum ſimilibus. † Nec eſt uis ꝙ dicta inſtitutio ſit neceſſaria & non uoluntaria, nam doctores loquuntur generaliter in præallegatis locis & in c. conſulti. de procuratoribus. ubi Innoc. ibidem, quem ſequitur Abbas in penultima colum. conſiderat ꝙ ſiue auctoritas ſit neceſſaria, ſiue uoluntaria, nihi-
10 lominus defectus ſuperioritatis afficit, † eo maxime quia quo ad ſpectantia ad iuriſdictionem cõtentioſam uel neceſſariam, ſuperior & uicarius ſuus faciunt idem tribunal & conſiſtoriũ. c. ij. de conſuetudi. libr. vj. & proprie in inſtitutione conſiderat Rota de officio uicarij, quinta circa medium in nouiſsimis. Igitur impedito & excommunicato epiſcopo ceſſabit poteſtas ui-
11 carij. ¶ † Non obſtat aſſerta tollerantia iuxta notat. in uulga. l. barbarius, & Abb. in c. j. ad fi. de ſciſmat. nam intelligitur de tollerantia ſuperiorum ad quos ſpectabat ualide diſponere prout in dicta. l. barbarius, & per doctores, in c. ad probandum, de re iudi. ſed in propoſito papa & alij ſuperiores legitimi non tollebant geſta per ſciſmaticos uel alios eorum auctoritate.

SVMMARIVM.

1 *Statutum per canonicos, an ualeat in præiudicium aliorum beneficiorum in eadem eccleſia & per totum.*
2 *Capitulum non poteſt facere ſtatuta in his in quibus non ſuccedit ſede uacante.*
3 *Idem quando non imminet neceßitas ſtatuendi, & quando nõ poſſit epiſcopo uiuente.*
4 *Idem quando ſtatutũ tenderet in præiudicium prælati, uel eccleſiæ*
5 *Statutum epiſcopi non ualet in concernentibus eccleſias inferiores niſi conſentiant illi quorum intereſt.*
6 *Præſentia ſola in præiudicialibus, an ſufficiat & nu. 5.*
7 *Idem nõ poſſunt ſtatuere in præiudiciũ aliorum ſeu tertiæ perſonæ.*
8 *Statutũ quãdo dicat̃ factũ in p̃iudiciũ aliorũ, et ex quibus colligat̃.*
9 *Idem quando tendit contra ordinem caritatis, & antiquum, & contra ius quæſitum alijs.*
10 *Statum conditum a capitulo non integro, & alijs non uocatis quinimo contemptis non ualet.*
11 *Et quid ſi poſtmodum ſingulariter conſenſerunt alij facientes maiorem partem.*
12 *Quando ſunt multi habentes rem communem ut ſinguli nõ poſſunt ſuper*

ſuper illa diſponere regulariter, niſi omnes conſentiant.

13 *Ita vt factum ab omnibus alijs non præiudicet vni.*

14 *Actus quando dicatur competere pluribus vt ſingulis.*

15 *In re competente pluribus vt ſingulis non iure ſingulari ſed iure eccleſiæ poteſt maior pars ſtatuere.*

16 *Quando iſtud procedat declaratur. & nu. 17. 25.*

18 *In re communi pluribus at ſingulis iure eccleſiæ ſi fiat ſtatutum in fauorem aliquorum non imminente neceſſitate, ſed ſola voluntate, conſenſus omnium requiritur, & vnius contradictio alios impedit.*

19 *Si capitulum vult aliquid facere contra conſuetas conſtitutiones vnus ſolus poteſt contradicere.*

20 *Si collegium vult facere ſtatutum non generale ſed derogans iuri ſingularium perſonarum non ſufficit conſenſus maioris partis, ac rum oēs concorditer debent cōſentire alias &c. & ſeq. & nu. 25.*

21 *Maior pars quando & quo caſu præiudicat abſentibus, & nu. 21.*

22 *Et quid ſi aliqui ex non vocatis renunciant ipſo iure, an propterea validetur, & nu. 26. & 27. & 28.*

23 *Deliberatio maturius fit per congregatos, quàm particulariter, & nume. 24.*

24 *Si delictum eſt factum à pluribus an & quando poteſt agi contra vniuerſitatem.*

27 *Procurator conſtitutus collegialiter, an poſſit reuocari à particularibus de collegio, & an poſſint variare & qualiter, & etiam num. 28.*

CONSILIVM XC.

CIRCA Primum dubium videtur multiplici rōne
dicendum dictum ſtatutum non valere in præiudi
cium portionariorū, & dimidiorū portionariorum
1 dictæ eccleſię. ¶ † Prima quidē rōne, quia licet cōi-
ter dici ſoleat, ꝙ capitulū vacante ſede poſſit facere ſtatuta cir-
ca ea in quibus uacante ſede habet iuriſdictionem, & in quibus
epiſcopus uiuens ſtatuere poſſet ut in c. nullus ıij. q. iiij. & cap. ſi
quis. de maior. & obed. prout determinauit Fede. de Sen. conſi.
xvj. Capitulum eccleſiæ. & Io. And. in c. j. de maior. & obed. lib.
vj. in nouella, & Pet. de Anch. in c. j. de cōſtitu. & Anto. de Butr.
& Imo. in clem. ne Romani, de electionibus. & Moder. in d. c. j.
2 in ſcato. ¶ † Tamen in his in quibus capitulū non ſuccedit, non
poſſet ſtatuere ſm doctor. in dictis locis, & Moder. in c. cū om-
nea. de conſtitutionibus, & bis diſputando firmauit Calderi.
3 ¶ † Item vbi non imminet neceſſitas ſtatuendi nō poſſet capitu
lū ſede vacante facere ſtatuta in materia in qua alias nō poſſet
viuente Epiſcopo, cum iſtud ſit voluntariç iuriſdictionis ſm La
pum, in c. j. de conſtitu. lib. vj. argumento glo. nota. in clem. j. de
hæreticis in uerbo, capituli. ſequitur Dominicus ī ſumma. xviij.
4 diſtin. † Itē non poſſent dicti canonici vacante ſede ſtatuere ad
præiudicium prælati uel eccleſiæ ſecundum Lapum de Caſtel.
allegatione. aa. circa ea quæ prius eſſent laudabiliter introdu-
cta ex approbata conſuetudine pro quo gl. & Archi. in c. ſi qua
5 de rebus. xij. q. ij. ¶ † Et bene facit quod dicit ſignanter Imo. in
c. veſtra. de electionibus, ꝙ non ualet ſtatutum Epiſcopi in cō
cernentibus eccleſias inferiores, niſi illi quorū intereſt conſen-
tiant vel ad minus ſint præſentes, ꝙ ſequunt But. Io. de Imo. in
d. c. cum omnis. & Feder. conſi. xvij. & Archid. in c. pronuncian
dum. de con ſec. diſtin. iij. & Abb. in c. ij. de feri. & in conſi. laxij.
In negocio. fortius Io. And. & Butr. in d. c. ueſtra. volunt quod
6 non ſufficiat præſentia, in præiudicialibus. ¶ † Similiter nec poſ
ſent ſtatuere in præiudicium eorum quæ tangunt alterū ſeu ter
7 tiam perſonam. c. conſtitutus. §. fi. de uerbo. ſign. lib. vj. † Quo fit
ut nec potuerit dictum capitulū ſtatuere, prout ſtatuit circa di-
minutionem iurium & portionum debitarum dictis portiona-
rijs, tam integris quàm dimidijs, quia in iſtis capitulum nō ſuc-
cedit, cum nec Epiſcopus viuens fortaſſe potuiſſet illis præiudi
care inuitis, tum quia capitulum nō poteſt uacante ſede ſtatue-
re in præiudicium eccleſiæ uel alterius aut ſingularium perſo-
8 narum, ut prædixi. † Quod autem dictum ſtatutum nouum ſit
in præiudicium eccleſiæ, & poſſit dici Leoninum vt in ſimili dr̄
in l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. in fine, patet q̄a conturbat̄ quies
9 & pax ſeruientium eccleſiæ & partis capituli. † Et ex conſequēti
cultus diuinus minuit̄ cū antiqua & laudabilis prouentuū diſtri
butio alterat̄, calcat̄, & quidā implent̄ & quidā exuriūt ꝯ omnē
ordinē charitatis, & ꝯ ordinē in ueterstū & iua q̄ſitū dictis por-
tionarijs in quaſi poſſeſſione exiſtētibus argum. no. in c. cum di
lectus, de ꝯſuc. & notat̄ in c. cū in cunctis. de his quæ fiunt a ma
iori parte capituli. ſuper verbo conſtitutum. & no. in c. cum cō-
10 ſuetudinē de elect. ¶ † Secunda rōne dr̄ quia poſito ꝙ capitulū
habuiſſet iuriſdictionē ſtatuendi circa præmiſſa tn̄ ſtatutū cōdi
tū a canonicis tm̄ non ualuit, non conſtituentibus integrum ca
pitulū, cuius pars fuerunt & ſunt dicti portionarij nō uocati cō
tempti & iniuriam paſſi facientes magnam partem dicti colle-
gij & qui erant præſentes loco in quo morabantur deſeruiendo
diuinis ita determinat Calde. in ſuis conſi. in titu. de his quæ fi.
a ma. par. c. conſi. iiij. An ſi duæ partes. circa fi. de maio. & obed.
& l. quoties. C. de leg. lib. x. ibi præcipiunt oēs curiales qui ī ur-
be ꝯſiſtunt locū curiæ cōuenire, & l. ij. C. de decu. codē lib. & p
Cald. de cōſti. conſi. iij. An ſi duæ partes. per totū, & Fede. conſ.
11 cxij. Nobilis, & Alb. in prima par. ff. q. cxiiij. † Nec releuat eoa
in aliquo quod a principio ſtatuerint canonici qui ſunt minor
pars poſtea ſimpliciter tot conſenſerint ꝙ accedant ad maiorē
partem. c. in cauſis. de elec. per quæ ita determinat Bal. in l. per
12 fundū. de ſeru. ru. præd. item ſm Lud. in rub. de arb. ¶ † Tertia
ratione quia qn̄ ſunt multi habentes rem cōem ut ſinguli non
poſſunt ſuper illa diſponere regulariter, niſi oēs conſentiāt. l. p
fundū. ff. de ſeru. ru. p̄d. & determinat gl. in d. c. cū oēs. de ꝯſti. &
in c. ꝙ oēs. de reg. iu. in vj. & gl. & Dy. in rubr. iuris in re cōi. eo.
tit. & lib. & gl. iij. ī c. ſi archieps. de tēpo. ord. & in c. quia pp in
ver. vice omniū. de elec. & ibi per d. Ant. in xij. col. & in c. in cau
ſis. eo. tit. & Imo. in c. j. de his q̄ fi. a ma. par. capit. & Inno. ī c. hu
milis. de ma. & obe. & in c. in noſtra. de iniu. & p Bar. in l. & ſuū.
§. fi. de pac. & in l. fiſtula. ff. de ſerui. vrb. p̄d. bonus tex. in l. ſi qa
hac. §. quotiēs. ff. qui. & a quib. & p Bar. ī l. nulli. ff. ꝙ cuiuſq; vni.
nu. vbi dixit qd̄ ſi eſſēt mille factū omniū nō p̄iudicaret vni. &
13 & no. p Old. ꝯſ. xxxiij. Talis eſt. & p Lap. alle. lxxxv. † Vr̄ aūt cō
petere pluribus vt ſingulis quia cōpetit, licet ſub nomine colle-
14 ctiuo portionariorū ad vtilitatē ſingulorum. † Nec ex oppoſito
aliqua infert̄ iniuria vniuerſo collegio ſm Anto. de But. ī c. ſi di
ligēti. de fo. ꝯpe. tātoq; magis ꝓcedit iſta tertia rō, quia p dictū
ſtatutū nouū Leoninū, introitus deputati oībus de collegio etiā
portionarijs nō ꝯuertunt̄ ad vſū deſtinatū, ſed ad repletionē ca
nonicorū & diminutionē notabilē portionariorū ꝯ antiquū ec
15 cleſiæ ſtatutū. † Nec obſtat tex. ſingularis in c. fi. de his q̄ fi. a ma
io. par. c. vbi dr̄ ꝙ iure ꝯpetēti pluribus vt ſingulis nō iure ſingu
lari, ſed iure ecclæ vt ī p̄bēdis q̄ ꝯpetūt ſingulis canonicis, nō vt
collegio, ſed tn̄ ꝯpetūt iure ecclæ, & nō iure ſingulariū, pōt ma
16 ior pars ſtatuere. † Nā illud ꝓcederet qn̄ capitulū eſſet canonice
ꝯgregatū, & ſtatueret̄ ad piū vſū ſm Abb. in d. c. cū oēs. & Butr.
& Abb. in d. c. fi. itē ꝓcedit qn̄ ſuper redditibus ſuper excreſcen
17 tibus. † Nā tunc proprie diſponit de re ad vſū deſtinatū. xij. q. j.
§. fi. ſm Abb. in dictis locis, & ſic nō militat in terminis noſtris.
18 † Quarta rōne quia ēt qn̄ aliquid ꝯpeteret plurib⁹, vt collegio,
& ſtatutū fieret in fauorē aliquarū pſonarū nō imminēte neceſ
ſitate, ſed ſola volūtate tūc requirit̄ ꝯſenſus oīum ſm Io. And. ī
c. vnico. de rerū pmu. ī ſcato. & gl. in c. humilis. de maio. & obe.
& Io. And. in dicta regula ꝙ oēs tāgit, & Pau. in cle. j. de rerū p-
mu. & Fede. in trac. de rerū pmu. q. xx. ergo & ī terminis nr̄is ꝙ
nullo mō licuerit canonicis ſtatuere volūtariē in fauorē ipſorū
nulla imminēte neceſſitate, & vnius tn̄ ꝯdictio īpediat virtute
dicti ſtatuti, bn̄ facit ꝙ dicit Bal. in l. j. in prin. ff. de magiſ. cōue.
19 † Quia ſi illi de capitulo vellēt aliquid facere ꝯ cōſuetas ꝯſtitu-
tiōes ſuas, vnus ſolus p̄t ꝯdicere ſm Inn. in c. accedētibus. ī verſ.
immo plus. de priui. quē ſequit̄ Abb. ī c. veniēs. de p̄ſcr. maximē
qn̄ nulla neceſſitas, ſed mera voluntas mouet illos de caplo ſm
20 Inn. in d. c. humilis. ꝓut vr̄ fuiſſe hic. † Sexta rōne moueor quia
vbi collegiū vult facere ſtatutū non gn̄ale, ſed derogās iuri ſin-
gulariū pſonarū nō ſufficit ꝯſenſus maioris partis, ſed requirit̄
cium ꝯcordia ſm Ang. cōſ. cclxvij. Viſis & examinatis. ita dicit
no. gl. ſm eū in l. ij. verſ. ſed iō dicit. C. q̄ ſit lōga ꝯſue. & Inno. in
rubri. de ꝯſue. maximē nulla vrgēte neceſſitate. ergo & in quæ-
ſtione noſtra nullo mō potuerit præiudicari per ſtatū volunta-
riū canonicorū tm̄ qui ſunt pars capituli, iuribus portionariorū
qui ſunt de capitulo & quorū cōſenſus nō interuenit, nec p̄ntia,
nec ſciētia, & qui facti ꝯſcij ꝯaetunt, & qui nō potuiſſent ēt p̄iu
21 dicare ſucceſſoribus futuris portionarijs. † Ad idē Bal. ī auctē.
ſi oēs. C. ſi vt ſe. ab hære. abſti. vbi dicit ꝙ tunc maior pars p̄iudi
cat abſētibus qn̄ in maiori parte oēs repręſētant, vt in negocijs
uniuerſitatū. l. ꝙ maior. ad muni. ſec⁹ ſi ī iurib. ſingulariū pſona
rū &c. Ad aliud dubiū vez verū ex eo ꝙ nōnulli ex deductis por
tionarijs renūciarunt iuri, liti & cauſę ꝓpterea noceat alijs inte
gris & dimidijs portionarijs, & ēt dignitatibus eiuſdē ecclę, idu

bitanter videtur dicendū q̃ non, aut eſt volumus iudicare di-
ctos portionarios vt uniuerſos & ut collegium portionariorū.
22 † Conſiderando illos ſeparatim a canonicis cū quibus litigant
& vr̃ expeditū q̃ nullus ex dictis portionarijs ſeparatim & ſin-
gularim ꝯſentiens canonicis & illorū ſtatuto poſsit officere col
legio eorū, quia debet cōſentire vt collegiū non tanquā ſinguli
in actibus collegialibus, & quod eſſet tanquā collegiū congre-
gati ut collegialiter conſentiant ſm gl.in d.c.cū oēs cōiter ap-
23 probatam. † Nā liberius & maturius fit deliberatio per cōgre-
gatos, vt in c.in geneſi.de elect.vbi cōiter idem tenet. q̃ etiā vo
luit Inno. in c. auditis.eo.tit.& Bar.in l.oēs populi.de iuſti. &
iur.& alijs multis locis ponit eadē concluſio, maximè per Ang.
conſ.ccxliij.Viſis poſt glo.in l.ſi ex dolo.§.ſed an municipes.ff.
de dol.& in l.metum.§.animaduertendum.ff. quod metus cau.
& Pau de Caſt.conſi.lxxxvj.In eū fortij.& elegantet.per Io.de
Ligna.in cle.j.de pœn. vbi dicit ſe defendiſſe coram papa ciui-
tatem Bononiæ ut nō poſſet tanquā rebellis punire ēt ſi oēs de
ciuitate defeciſſent, vt ſinguli, nō vt corpus ex quo ad hoc nō p̄
24 ceſsit tractatus collegialis de quo ibi etiā per Mod. † Aut uolu
mus iudicare illos portionarios ut ſingulos & certiſsimū eſt qđ
factum vnius non nocet alij.vt l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pa-
25 ctis.cum ſimil & in toto tit.res inter alios acta. † Aut volumus
iudicare illos portionarios tam integros quàm dimidios, tan-
quam ſingulos non iure ſingulari, ſed iure eccleſiæ ut in præ-
bendis, quæ competunt ſingulis canonicis non ut collegio, ſed
iure eccleſiæ & non iure ſingularium, & ſimiliter conſiderando
illos quocunq; modo, factum unius nō nocet alteri ut dictis iu
ribus & probatur ſingulariter in d.c. fi. de his quæ fiūt a maio.
par.cap.ubi uix permittitur maiori parti, quod poſsit diſpone-
re ad pium uſum de fructibus excreſcentibus, ſed de tollēdo or
dinatum & inueteratum ſtipendiū portionariorum in notabili
ſumma & de impugnādo partē canonicorum cū prçiudicio ma
ximo portionariorum benefacit lex & ſuū. §. fi. cū ibi nota. † de
26 pactis in ratione ſui. ¶ † Ea præmiſsis infertur quòd iſti portio
narij collegialiter & diſtincti a canonicis facientibus regulari-
ter vnū corpus inſtituerint litem, & conſtituerint procuratorē,
non potuerint aliqui ex eis variantes, vt ſinguli recedere ab eo
quod collegialiter ordinauerant, & quod reſpicit ſingulos iure
27 eccleſiæ & non iure ſingularium. ¶ † Hinc Aegid. Belleme. con
cluſione decima dixit quod ſi canonici capitulariter conſtituūt,
& vt collegiū procuratorem in cauſa quæ principaliter non cō-
cernit niſi certos de capitulo in procuratorio nominatos nō vr̃
conſtitutus ab illis particularibus, quia non fuerunt ibi vt parti
culares, ſed vt capitulum repræſentantes. ergo pari rōne nō ſpe
ctat reuocatio aut renūciatio ad aliquos ex illis vt ſingulares cū
prius fuerit lis inſtituta & procurator conſtitutus nomine col-
legij portionariorum omnium & ſeptē dignitatū, ſed reſpectu
loci & numeri capitulariter & collegialiter, & poſito quod hoc
feciſſent nō vt collegium, ſed vt portionarij integri & dimidij,
& vt ſeptem exiſtentes in dignitatibus dando mandatū ad cau
ſas præbendarum vel portionum ſuarum collegialiter cōgrega
ti non tantū in loco & numero capitulari.& ex conſequenti nō
vr̃ procurator datus a capitulo ſm Aegid.elegan. ꝯcluſio.cviij.
28 ſi canonici. ¶ † Nihilominus adhuc videret quod factū aliquo-
rū ex eis variātium non noceat alijs, benefacit q̃ dicunt dñi de
Rota in ti.de do.& contu.conclu.j.in antiquio.ex præmiſsis vr̃
cōcludendum q̃ ſtatutum factum a canonicis tm̃ qui ſunt nu-
mero.xx. nō præiudicet in aliquo portionarijs integris qui ſunt
decē neq; portionarijs dimidijs qui ſunt viginti, neq; exiſtenti-
bus in dignitate qui ſunt ſeptē, & ꝯtr factum dictorum viginti
canonicorum in rem propriam & in damnum aliorum non p̄iu
dicet dictis.xxvij.qui ſunt de collegio ſicut canonici, & nō cō-
ſenſerunt, nec interfuerunt neq; notitiam habuerunt, ſed cum
primum ſciuerunt contradixerunt.

SVMMARIVM.

1 *Aliud eſt vniuerſitas, & aliud ſinguli de uniuerſitate.*
2 *Vniuerſitatis bona poſſunt multipliciter conſiderari.*
3 *Tum reſpectu honoris, nominis, & commodi.*
Tum reſpectu honoris, nominis, non autem commodi & utilitatis.
4 *Et ſinguli, hoc ultimo caſu non poſſunt eſſe teſtes, primo uero ſic.*
5 *Licentia faciendi fornacem conceſſa perſonis talis loci, an uideatur conceſſa vniuerſitati & alijs.*
6 *Conſtituens procuratorem contra omnem perſonam nō uidetur conſtituere contra vniuerſitatem.*
Licentia conceſſa contra omnes talis loci non videtur conceſſa contra vniuerſitatem.
7 *Vniuerſitas quando eſt parua, ſinguli ſunt in conſideratione.*
8 *Et quid reſpectu uſus & commodi quo ad ſingulos, & alijs.*
9 *Et conſideranda ſunt uerba licentia data. & nu. 14.*
10 *Quando eſt conceſſa omnibus, ergo vnicuiq; ſingulariter.*
11 *Dictio, omnes, eſt vniuerſalis diſtributiua. & nu. 12.*
12 *Et conſideratur materia ſubiecta, & nu. 15.*
13 *Lex quandoq; ſinonimè utitur omnibus & ſingulis, vniuerſis & ſingulis.*
16 *Sequentia declarant præcedentia.*
17 *Vnum capitulum declaratur per aliud.*
18 *Prohibitio facta hominibus talis loci, an cenſeatur facta vt ſingulis, vel vniuerſitati.*
19 *Factum à ſingulis cenſetur factum ab vniuerſitate, quando vniuerſitas ſciuit paſſa eſt, nec contradicit, & factum non erat momentaneum.*
20 *Propria auctoritate non licet alicui ſibi ius dicere de facto, & id faciens punitur.*

CONSILIVM XCI.

1 PRO Reſolutione † Primi dubij licet aliud ſit vni-
uerſitas, & aliud ſinguli de vniuerſitate, & licet in-
ter p̄dicta multiplex ſit differētia.l.ſicut.§.ſi qd.ff.
q̃ cuiuſ.vniuer.no.l. ſed ſi hoc.§. q manumittit.ff.
de in ius voc.c.qui manumittit.xij.q.ij. & q̃ no. ī c.cū dilectus.
de ſimonia, el ſecundo, & p Moder.plenè in c. oēs de conſtit.&
2 plenius ī c.cū te.de reſcriptis.col.x. † Tn̄ bona vniuerſitatis poſ
ſunt cōſiderari multipliciter ſm qđ conſiderat Bar. & ibi ſcrib.
in l.in tm̄.§.vniuerſitatis.ff.de rer.diui.& per Aret.& ſcrib.in §.
3 vniuerſitatis.inſti. eod.tit. † Primo vt reſpectu honoris nomi-
nis, & commodi vniuerſitatis, vt ſunt molendina & alia quæ in
cōi reponuntur, ſecundo ſunt vniuerſitatis quo ad nomē & ho-
norem, uerum quo ad vtilitatē & cōmodum dicunt eſſe ſingulo
rū, vt eſt in nemoribus, ſiluis, paſcuis, & ſimilibus, vt not. gl. ī d.
4 l.ſicut.& docto.vbi.ſ. † Inferentes qđ iſto ſecūdo caſu ex quo
ſingulis quçrit cōmodum ſinguli nō poſſunt eſſe teſtes, licet pri
mo caſu ſic, vt p Butrig.in c.cū nuncius.de teſti.& p Bal.in l.pa
rentes.C.eodē.& Moder.in d.c.cū dilectus.col.iij.& in c. inſu-
per.de teſtib.col.ij.in j.fall.& col.iij.ī v.fall. vbi plura adducūt.
5 ¶ † Facere fornacem in loco de quo in ſentētia ſingulorū homi
nū iſtius loci reſpicit cōmoditatem & vtilitatē, vnde ſnīa dans
dictā licentiam vr̃ vt ſingulis illā dediſſe nō vt vniuerſitati p ſu-
6 perius dicta. † Quibus accedat doctrina Bal.ī rubri C.ad Treb.
volens q̃ conſtituens procuratorem ꝯ omnē perſonā non vr̃ cō
ſtituiſſe ꝯ vniuerſitatē, ita licētia prædicta cōceſſa oībus dicti lo
ci vr̃ eſſe ꝯceſſa vti ſingulis nō uti uniuerſitati ad quæ plura ad-
7 ducit Fely.in d.c. cū dilectus. ¶ † Ad quod ēt quia ſi ꝯſideraretē
dicta licentia ꝯceſſa, vt uniuerſitati, tn̄ quia ut audio uniuerſitas
eſt parua, & oia ea poſſunt cadere in ſingulos, ſinguli ſunt in ꝯſi
deratione ēt in delictis, & ſic in materia odioſa & pçnali, quāto
fortius in materia noſtra honeſta & iuſta, & nota. in d.c.cū dile
8 ctus, & p Fely.in d.c.inſuper.col.iij.uerſi.iij.no. † Præterea ſi di
cta licētia fuiſſet ꝯceſſa ut uniuerſitati, tn̄ reſpectu uſus & cōmo
di vr̃ cōceſſa ut ſingulis & ideo quiſq; ſingularis pōt ea uti.licet
ſingularis ſolus diſponere non poſsit.c.q̃ oēs, de regu. iur. & p
Bar.in l.ſerui electio.§.Labeo.ff.de lega.j.p gl.in d.c.cū oēs. de
cōſti.& ibi ſcrib.col.viij.& ſeq.quiſq; ergo ſingularis facere po
teſt fornacem & dicto commodo vti, cum commodū unūquēq;
9 particularē ſpectet. † Et quia ſermo appoſitus in ſnīa modo ali-
quo non denotat vniuerſitatē ſed tm̄mō ſingulos ibi oibus, & iō
vt ſingulis vr̃ ꝯceſſa licentia p ea quæ voluit Hoſti.in ſumma de
reſcr.§.qm̄.verſi.quid ſi papa & Bal.in c.ſedes.de reſcriptis, vbi
tenet reſcriptū ꝯceſſum ꝯ homines de tali collegio nō cōprehē
10 dere collegium. ¶ † Rurſus aduertendum q̃ licentia cōceſſa eſt
omnibus ſi omnibus ergo unicuiq;, nam qui omnes dicit nullū
excludit.l. ſi procuratore.C.mand. c. ſolitæ, de maior. & obed.
11 † Dictio enim omnis licet ſit uniuerſalis, tn̄ eſt vniuerſalis diſtri
butiua & nō collectiua ſm q̃ declarat Bar.in d.l. ſi pluribus. in
12 prin.& in fi.de leg.ij.& in l.hoc art.ff.de hære.inſti. † cōcludens
ex ſubiecta materia uniuerſalē poni diſtributiuè, & maximè in
ſnīa in qua oēs condemnant vel abſoluuntur, &c.& dictio om-
13 nes diſtributiuè ſtet.l.ſi plures una ſententia.cum ſimili. † Lex
enim

cuim vtitur quandoq; ſinonimè dictis nominibus vniuerſis &
ſingulis,&c.& non appellatione omnium, & vniuerſorũ non
uenirent ſinguli,quia bene ueniunt, ſed ad tollendum huiuſmo
di ſcrupuloſitatẽ,vt in puncto dicit Hoſti.in c.nimis.el primo,
in fine,de exceſ.prælat.& multa adducit Fely.in d.c.cam te.col.
xij.verſi.ex his infertur, vnde ſi ſentẽtia dixiſſet omnibus & ſin
14 gulis, nulli dubium. † Quod ſinguli potuiſſent facere forna-
cem pariter ex quo dicit omnibus ſinguli ueniunt & fornacẽ fa
15 cere potuerunt,cum prædicta æquipulleant vt.ſ. † Ad quod ẽt
quia materia ſubiecta iſtud ſuadet, cũ commodum in particula
ri repræſentetur vt.ſ. conſequenter vt ſinguli conſiderantur,ut
16 nota.Fely.in d.c.eam te.col.x.verſi.prima declaratio. ¶ †Prout
etiã quia ſequentia declarant præcedentia. l. ſi ſeruus plurium.
de leg.j.lege cum quis.de lega. iij. & vnum capitulum declarat
per aliud.l.iij.ff.de libe. & poſth.l verum.de petit. hæred. cum
17 ſimil. ¶ †Sed ſequentia capitula ſententiæ,& laudi clare com-
prehendunt ſingulos reſpectu inciſionis lignorum,& paſcuorũ,
& traductionis animalium pariter,& reſpectu fornacis faciẽdæ
cum in illis,vt ſinguli capiantur quia commodum ſingulos re-
18 ſpicit.†Ad quod etiam quia in dicta ſententia aliqua prohiben
tur hominibus pdicti loci,vt nõ poſſint facere nouas caſas, &c.
Si iſtud intelligeretur reſpectu vniuerſitatis,& non ſingulorum
ſequeretur uniuerſitas eſſet probibita non autem ſinguli, cõ
ſequenter ſinguli tanquam non probibiti poſſent prædicta veti
ta,& probibita facere,quod minimè dicendum, pariter & in ca
ſu noſtro,ut licentia videatur conceſſa etiam ut ſingulis, unde
ſiue dicamus licentiam conceſſam,ut ſingulis, quod dicendum
eſt ex ſuperius deductis,habemus intentum,ſiue dicamus con-
ceſſam,ut uniuerſitati. Tamen quia commodum reſpicit ſingu
los, ut ſupra ſinguli habuerunt licentiam faciendi conſequẽter
19 omni caſu ſinguli potuere fornacem conſtruere. †Fortius cum
ſinguli conſtruxerunt populo illo ſciente,patiẽte,vidente,& nõ
contradicente. Iſtis concurrentibus tales fornaces dicuntur ut
ab uniuerſitate conſtructæ prout in fortioribus terminis iſtud
probatur in materia delicti, quando delictum non eſt momen-
taneum,ſed ſucceſſiuũ,licet non communicato conſilio,& alijs
requiſitis fuerit commiſſum, tamẽ ſi fuit tolleratum videtur ra
tum habitum,& ut ab uniuerſitate factum puniri põt,licet a ſin
gularibus factum fuerit,ut notat Bar.in l.aut facta.ff. de pœ.&
plenè per Fely.in d.c.cum dilectus,col.fi.& per eundem in d.c.
cum omnes,col.xv.& ſeq.ubi plura adducit,ut ẽt alibi facit, cũ
itaq; conſtructio fornacis , ſit actus ſucceſſiuus viſus tolleratus
ab omnibus illis,licet particulares fecerint,tamen uidet ab om
nibus fornax facta conſequenter licitè ex uerbis, & tenore ſen-
tẽtiæ,ad quæ etiam no.in uulg.l.Barbarius.ff.de offic.præto.cũ
20 alijs uulga. † Ex iſtis infertur ad reſolutionem ſecũdi dubij,qđ
etiam ſi non potuiſſent facere ſinguli fornacem,licet contrariũ
ſit ueritas, ut ſupra tamen propria auctoritate non licuit de ſan
cto Marco illam deuaſtare , & ius ſibi ipſis dicere ex quo facto
incurrerunt pœnam.l.extat.ff. quod me.cau.l. meminerint.C.
unde ui.& plenè habetur in l.iuſtè poſſidet.ff.de acqui.poſſ. &
plenius per Mod.in l.iubere cauere.ff.de iuriſd.om.iud.& ultra
pœnam incurſam per eos de qua in locis ſuperius alleg. tenen-
tur ipſis quibus fornacem conceſſerunt ad emendam damni, &
intereſſe toto tit.ff.C.& inſtitut.a.ad.l. aquil.cum alijs uulga.

P. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, & canonici an poßint ſtatuta facere.*
2 *Et quid ſi tendunt contra bonos mores, & continent inboneſtum, & num. 3.*
4 *Quod non pulſetur campana eſt contra bonos mores, & inboneſtum, & num.5.*
6 *Quod non oſtendantur reliquiæ,eſt contra bonos mores,& inboneſtum,& num.4.*
7 *Statutum etiam iuratum contra charitatem,& laudabilem conſuetudinem non valet.*
8 *Idem quando eſt contra diuinum cultum,& bonum publicum.*
9 *Idem quando tangit ſtatum honorificentiã, ſeu reuerentiã eccleſiæ.*
10 *Quod non poteſt fieri per pactum non poteſt fieri per ſtatutum, & econtra an ualeat argumentum.*
11 *Statuta facta per canonicos in caſu illicito,ut ualeant, ſub qua forma debent fieri & num. 12.*
13 *Et ſi ſtatutum ſit ad alienandum,quam formam debet babere.*
14 *Et quid ſi collegium eſt paruum,ut canonicorum.*
15 *Debent congregari ad iſtum effectum, & non caſu.*
16 *Et capitulariter debet fieri, & iſtud dicendum eſt.*
17 *Capitulariter factum quando dicatur.*
18 *Concordia tendens in alienationem non ualet inter clericos, & nu. 29. & ſeq.*
19 *Niſi interueniant requiſita à iure.*
20 *Pacta contra leges non ualent.*
21 *Minus ſi ſunt contra bonos mores.*
22 *Idem ſi ſunt illicita, & inboneſta.*
23 *Succeſſor non tenetur ſeruare pacta illicita.*
24 *Idem ſi tendit in detrimentum animæ.*
25 *Idem ſi pactum eſſet turpe.*
26 *Quod eſt bonorificum eccleſiæ utile eſt.*
27 *Pactum ſuper re ſpirituali non obligat ſucceſſorem.*
28 *Capitulum æquiparatur minori & læſum reſtituitur.*
29 *Capitulum & canonici non poſſunt alienare niſi ſeruatis, &c. & num.18.19.*
30 *Si una eccleſia ſubijcitur alteri alienationem ſapit,& nu.31.*
31 *Idem de vno capitulo ad aliud capitulum.*
32 *Dare de iure vnius eccleſiæ alteri alienationem ſapit.*
33 *Supprimere præeminentiam vnius eccleſiæ alienare eſt.*
34 *Imponere ſeruitutem alienare eſt.*
35 *Seruitus eſt contra libertatem.*
36 *Pacta quando & qua caſu debent ſeruari.*
37 *Pacta illicita,iniuſta inboneſta, & ſimilia tractu temporis non reconualeſcunt.*
38 *Etiam reciproca adbuc non ſunt ſeruanda.*
39 *Superiores quando & quo caſu poſſunt aſtringere ſucceſſores ad iurandum.*
40 *Iuramentum perſonale eſt ex parte iurantis.*
41 *Iuramentum an validet huiuſmodi pacta illicita & ſimilia.*
42 *Statuta etiam iurata, quando ligant ſucceſſores.*
43 *Capitulum & canonici,an & quando poſſunt tollere ſtatuta etiam iurata.*
44 *Et an & quando per unum actũ contrarium tollantur, & nu.45.*
45 *Sublato ſtatuto etiam tollitur iuramentum.*
46 *Nec propterea incurritur periurium.*
47 *Iuramentum præſtitum contra illud eſt honorificum eccleſiæ dicitur præſtitum contra vtilitatem eccleſiaſticam.*
48 *Iuramentum ſuper rebus eccleſiaſticis præſtitum non valet.*
49 *Iuramentum recipit omnes illas qualitates & conditiones &c.*
50 *Iuramento obſtant plures exceptiones.*
51 *Decreta illicita poſſunt reuocari & ab illis recedi.*
52 *Frangenti fidem fides frangatur eidem.*
53 *Frangenti iuramentum frangatur eidem.*
54 *Non tenetur quis promiſſa iurata ſeruare illis qui eadem iurata nõ ſeruant.*
55 *Statuentes quando poſſunt recedere a ſtatuto etiam iurato & confirmato a ſuperiore.*
56 *Et quid ſi non eſt ſtatutum confirmatum a ſuperiore.*
57 *Iuramentum ſeruandi ſtatuta non ſe extendit ad illicita.& ſimilia.*
58 *Et ſi ea non ſeruant,non propterea incurrunt periurium.*
59 *Nec tenetur petere abſolutionem a iuramento.*

CONSILIVM XCIII.

PRO primi dubij clariori reſolutione, cõſidero
concordię initę inter pfata capitula,& canonicos ipſo
rũ,poſſunt nominari uel i uim ſtatutorũ & decre-
torũ,uel in uim pactorũ tranſactionũ,& conuentio-
nũ,& quocunq; modo conſiderenĩ,dico dictas concordias non
tenere, & licitũ eſſe capitulo, & canonicis beatæ Martæ ab illis
recedere & inuitis cap.& canonicis.ſ.Seruarij.Cõſiderãdo nãq;
dictas concordias ĩ uim ſtatutorũ,& decretorũ fuiſſe factas, uti cõſi
derauit primus conſultor,diſcutiendũ uenit,an pdicta capitula &
canonici ipſorũ potuerint dicta ſtatuta facere,uel dictas cõcor-
1 dias in uim ſtatutorũ.†Et licet in iure magnũ extet dubium,an
capitulũ & canonici poſſũt ſtatuta facere de quo p Bar.& repe.
in l.oẽs populi.ff.de iuſti.& iur.& ĩ l.cũctos populos.C. de ſum.
trin.& fid.cath.Anch.& doct.in c.j.de cõſti. & in c.cũ oẽs & c.
cũ acceſſiſſent,eod.tit.& in c.ex parte decani,de reſcri. & Mil.
2 in repertorio in uer.ſtatutum. †Tñ ſequendo opinio.gl.in uer.
ſtatutũ,in c.ij.de uerbo.ſign.lib.vj.& Io.And.ibidẽ q́ ſeruatur,
ut no.Rot.in antiquis deciſi.clxvij.dico capitula,& canonici
prædictarum eccleſiarũ non potuerunt facere ſtatuta,ſeu concor-

3 dias prædictas in vim ſtatutorum. † Primo quoniam capitulum
& canonici non poſſunt facere ſtatuta tendentia contra bonos
mores & continentia aliquod inhoneſtum ita Bart. in l. ambi-
tioſa, per illum text. ff. de decre. ab ordi. facien. & expreſſius idẽ
Bart. in d. l. omnes populi. col. ia. ſed prædicta ſtatuta ſunt con-
tra bonos mores, & continentia inhoneſtũ ergo ꝙ contineant
4 inhoneſtum, & ſint contra bonos mores deducitur. † Nam ſta-
tutum ſeu concordia vltimo loco facta, ꝙ nõ debeat pulſari cã
pana magna, & ꝙ non debeant oſtendi reliquiæ. expreſsè eſt ꝯ
bonos mores, & continet inhoneſtum retrahit enim homines a
deuotione a bonis operibus, & ab honorificentia & reuerentia
diuina, contra quæ ſtatuta non poſſunt fieri nec facta tenent.
5 † Pulſatio enim campanæ ad conuocandum gentes & populũ
ad audiendum diuina & ad præſtandam debitam reuerentiam
Deo & ſanctis eſt licita & permiſſa, ut notat Io. Andr. in c. j. de
6 officio cuſto. refert Bal. in rubri. C. de ædi. liber. tolle. † Et oſten
ſio reliquiarum antiquarum licita eſt & permiſſa. c. ij. de reli. &
vene. ſant. in antiquis cum alijs allegatis per primũ conſultoré,
ſi igitur iſta ſunt licita & permiſſa, ac continentia honeſtum &
bonos mores ſtatuere contrarium continet illicitum, inhone-
ſtum, & eſt ꝯ bonos mores, ɔ̄ñr tale ſtatutũ non poteſt fieri nec
7 factum tenet iuribus. s. alleg. † Ad ꝙ etiam quoniam ſtatutũ cõ
tra charitatem & laudabilem conſuetudinem non valet etiam
iuratum, ita Lapus alleg. xx. ſi vacante ſede. allegat text. in c. ij.
de verbo. ſignific. lib. vj. vbi habetur ꝙ etiam canonici & capitu
la & alij habentes poteſtatem ſtatuẽdi non poſſunt ſtatuere cir
ca tangentia alios, & contra charitatem & laudabilem conſue-
tudinem & ſi ſtatuunt talia ſtatuta etiã iurata non valent ita eſt
in caſu præſenti, nam ꝙ non pulſetur campana, & ꝙ non oſten-
dantur reliquiæ eſt contra charitatem & contra laudabilẽ con-
ſuetudinem, patet ad ſenſum, & tangit tertios qui per ſonum cã
panæ irent ad eccleſiam, & viderent reliquias ſi oſtenderentur
caperentque indulgentias conſulendo ipſorum animabus, un-
8 de &c. † Prout etiam quia ſtatuta facta contra diuinum cultum
& fauoré publicum, non ualent nec tenent ita Card. conſ. cxax.
In quadam eccleſia cathedrali. & Innoc. in c. accedentibus, col.
ij. de priuileg. & Modern. in d. c. cum omnes, in ſecunda fallen.
& in d. c. cum acceſſiſſent, col. ij. in caſu noſtro non pulſare cam
panam ita non oſtendere reliquias eſt contra cultum diuinũ &
9 fauorem publicum. ¶ † Patet ad ſenſum ergo, ad quorum con-
firmationem facit quia in his quæ tangunt ſtatum vel honorifi
centiam ſeu reuerentiam eccleſię, capitulum & canonici nõ poſ
ſunt ſtatuere. c. nouit. de his quæ fiunt a prælat. ſine conſen. cap.
& in cap. cum conſuetudinis, de conſuet. & gl. in uerbo ſtatutũ,
præalle. & Lapus in dicta allega. xx. quæ omnia uerificantur in
10 præſenti caſu Igitur, &c. ¶ † Et faciunt pro iſta cõcluſione om-
nia quæ infra adducentur dũ tangam caput pacti & tranſactio-
nis cum validum ſit argumentum in caſu noſtro, quod non po
teſt fieri per pactum minus & ꝑ ſtatutum, ſicut econtra, de quo
plenè per doctores in l. fi. C. de pactis, & in c. j. & ij. de proba-
11 tionib. cum alijs ſimil. ¶ † Præterea propoſito ꝙ cõtenta in in-
ſtrumento primæ cõcordiæ tangerent ſingularia negocia capi-
tulorum & canonicorum & non eccleſiarum cuius contrarium
infra oſtẽdam, & ɔ̄ñr prædicta capitula & canonici potuiſſent
facere ſtatuta ſuper illis iuxta glo. in d c. ij. de verbo. ſign. cum
12 alijs ſupra adductis. † Tamen vt dicta ſtatuta ẽt in caſu præfa-
to valerent debebãt fieri licito & legitimo modo, & ſeruata for
ma & ſolẽnitate a iure tradita ſcilicet ꝙ omnes canonici cõuo-
carent, & ꝙ i loco ad id ordinato conuenirẽt, & ꝙ ſaltim maior
pars duarum eſſet præſens, & alia concurrerent, de quibus per
glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iu. & per Bar. Alb. de Roſ. &
alios in l. nulli. ff. ꝙ cuiuſq; vniuer. nomi. & pulchre per Bart. in
l. ꝙ maior. ff. ad muni. & per eundem in l. j. ff. de decre. ab ordi. fa
cien. & ibi Alex. in l. j. & ij. de albo ſcriben. & in d. c. cum om-
nes, & plenè per Franc. Paui. in tra. de poteſt. capi. ſede vacã. fo-
lio. v. verſic. præmitto quinto, & Bart. in d. l. omnes populi, col.
v. in ij. q. principali, & Ioan. Andr. in c. j. de his quæ fi. a maio.
13 par. cap. & Fely. in c. cũ te, colum. ix. de refer. in tantum † ꝙ qñ
ſit actus vel ſtatutum ad alienandum, vt eſt in caſu noſtro neceſ
ſe eſt quòd deſcribantur nomina omnium canonicorum vt di-
cit Bart. in d. l. j. de albo ſcriben. & idem eſt in alijs actibus quan
do collegium eſt paruum, canonicorum vt expreſsè uot. Barto.
14 ibidem in fi. verbis, & Alex. in add. volens † ꝙ non ſufficit di-
cere congregato conſilio niſi dicatur ꝙ duæ partes interuene-
runt conſil. & ꝙ deſcribantur nomina, & decreta aliter facta
ſunt nulla ipſo iure, ita Bar. in d. l. ambitioſa, colum. ij. in princ.
15 † Et non ſufficit eſſe congregatos a caſu, ſed eſt neceſſe congre
gationem fieri ad talem effectum, ita Alex. in d. l. nulli, vbi ad-
16 ducit multa. † & non ſufficit dicere ꝙ capitulũ tale fecit iſtud,
niſi expreſſe dicatur ꝙ fuit factum capitulariter ita Anch. conſ.
ccalij. Ad prædicta dubia refert & ſequitur Fely. in d. c. cam te
17 colum. x. & col. xv. ubi melius declarat. † Et tũc dicitur factum
capitulariter, quando præceſſerunt ſigna capituli, vt puta ſo-
nus campanæ uel alia conuocatio locus ordo, & alia requiſita,
ut per Fely. poſt alios, in d. c. cam te col. a. in prima declaratione
allegantem quotas. Et qm̃ ex lectura inſtrumentorum primę &
ſecundæ concordiæ, clariſſimè patet, prædicta non fuiſſe ſerua-
ta, concludit neceſſario ꝙ ẽt ſi dicta capitula & canonici habuiſ
18 ſent poteſtatẽ faciendi. † Tñ quia in ſtatuendo non ſeruarunt
formas & ſolẽnitates requiſitas vt ſupra, talia ſtatuta & decreta
non ualuerunt nec tenuerunt & fuerunt & ſunt nulla per ſupe-
rius dicta. Ad quorum confirmationẽ accedat, nã ut infra pro-
babitur dictæ concordiæ ſapiunt, & ſonant in ſpeciem aliena-
tionis quo caſu ẽt ſi oẽs de capitulo nemine diſcrepãte expreſsè
conſenſiſſent, & ẽt ſi ſeruata fuiſſet forma de qua ſupra adhoc ta
lis actus, & talia concordia nõ valeret tanquã factus, lege pro-
hibente. l. iubemus. §. ſcientes. C. de ſac. ſanc. eccle. Bar. in d. l. ꝙ
19 maior. in fi. verb. & in d. l. ambitioſa, col. ij. † Quando. n. tracta
mus de alienatione, vt in caſu noſtro, nedum requiritur conſen
ſus omniũ, & ſolẽnitates de quibus ſupra, ſed etiam requirit de-
cretũ ſuperioris, vt vult Bar. in d. l. nulli, col. ij. & in l. actor. ff. rẽ
rat. hab. col. ij. in verſic. venio ad actoré, per text. in l. j. & ij. C. de
ſeru. rei pub. manu. in caſu autem noſtro nullum interuenit de-
cretũ ſuperioris ergo. Secundo principaliter poſſumus conſide
rare concordias præfatas fuiſſe initas in vim pacti & trãſactio
nis, & etiã iſto caſu tales concordiæ non ualuerunt nec ualent.
Primo ex his quæ diximus in pręcedenti articulo, nam cum per
ſtatutũ non poſſent fieri & facta non teneant pariter & per pa-
ctũ cum ualidum ſit argumentum de uno ad aliud iſto caſu, ut
20 ibi diximus. † Secundo quia pacta ꝯ leges facta non ualent nec
firmatur. l. iuriſgẽtium. §. prætor ait. ff. de pac. l. pacta quæ ꝯ. C.
eod. tit. not. in l. non dubiũ. C. de leg. cum ſimil. In caſu noſtro
pactũ iſtud tale eſt, nã ꝑmittit lex pulſationẽ cãpanę & oſtẽſio-
nem reliquiarum, pactũ uero hoc prohibet unde &c. Vt fuit ꝓ-
batũ in præcedenti articulo de pulſatione cãpanæ & oſtẽſione
21 reliquiarũ. † Præterea pacta ꝯ bonos mores facta, non tenẽt d. l.
pacta quæ ꝯ, & ſunt ipſo iure nulla, ut per gl. in c. fi. extra de pa
ctis, intantum quod etiam iuramento non firmantur, regula nõ
eſt obligatoriũ de reg. iur. lib. vj. cũ ſimil. pactum uero noſtrũ,
22 contra bonos mores eſt, patet ad ſenſum ergo. † Prout ẽt nã pa
cta illicita & inhoneſta nõ ualent nec cõfirmari poſſunt per ſu-
periorẽ. c. cũ pridẽ, in rõne ſui ibi illicitè pactionis, extra de pa-
ctis & ꝑ gl. in d. c. fi. & eſt text. expreſſus extra de pactis lib. vj. c.
23 fi. pactũ uero iſtud illicite eſt unde &c. † Et ſucceſſor non tenẽ
24 ſeruare contractũ illicitum. c. ij. de ꝓcu. † Ad quod ẽt, nã pactũ
tendens in detrimentũ animæ non eſt ſeruandũ. c. fi. de pac. ex-
tra cũ ſim. & eſt ipſo iure nullũ, ut ibidẽ no. iſtud eſt tale cũ re-
25 trahat homines a bonis animæ igit, &c. † Præterea pactũ turpe
nullũ eſt d. c. fi. cũ ſimi. & turpe dr̃ qñ fit de rebus ſpiritualibus,
vel qñ fit ſuper his q̃ ſui natura ſunt bona & licita, vt in d. c. fi. ꝑ
gl. & alios, ut proprie eſt in caſu noſtro quod procedit ẽt ſi fuiſ-
ſet iuramento firmatũ, ut in terminis vult gl. in dicta regu. non
26 eſt obligatorium. † Prout etiam, quia illud quod eſt honorifi-
cũ eccleſiæ dr̃ eſſe vtile, ita Bald. in c. j. in tit. epiſco. vel Abb. &
quia cõtrariorum eadem eſt diſciplina, illud quod nõ eſt hono
rificum non eſt vtile in caſu noſtro concordiæ non inducũt ho
norificentiam conſequenter, nec vtilitatem, & ſic fieri non po-
tuerunt cum tendant in damnum, vt prædictæ cõcordiæ conti-
27 nent honorificentiã ɔ̄ñr damnum & inutilitatem. † Prout etiã
pactum ſeu tranſactio ſuper re ſpirituali non obligat ſucceſſorẽ
cap. veniens, & ibi gl. extra de tranſact. & nedum ſucceſſor reuo
cat, & reuocare poteſt ſed etiã ille qui fecit cũ non fuerit cõfir-
matum modo aliquo a ſuperiore, ut in caſu noſtro, & qui fecit,
reuocat indiſtincte & ſine dubio ſaltim per uiã reſtitutionis in
integrum, vt tenent ibi gl. & doct. de qua reſtitutione nihil di-
co cum plene ſuper hoc fuerit allegatum per magnificũ domi.
28 Conſultorẽ. † Ad quæ accedat quia capitulum æquiparat mino
ri vt poſſit in integrum reſtitui vt vult Ab. Phili. Fran. & alij ꝑ
29 illum text. in c. ſignificauit, extra de appellat. cum ſimilib. † Et
quiã pacta & conuentiones ſeu concordiæ de quibus in primo
& ſecundo

& ſecundo inſtrumento ſapiunt ſpeciem alienationis ꝯſr factæ
a capitulo & canonicis nó ualuerunt nec valent cum in illis nó
fuerint ſeruatę ſolemnitates a iure requiſitę, ut de omnibus ple
nè habeť in auctē. hoc ius porrectum. C. de ſacr. ſanc. eccl. & in
toto tit. de reb. eccl. nó alie. in antiq. lib. vj. & in clem. & in auct.
de ſanc. epiſc. & per Rot. in not. deciſ. ccsxix. & pleniſſimè per
Franc. Cur. in trac. de feud. in ij. par. principali, q. iiij. & ferè per
totum, & Deci. conſi. xxxvj & conſil. cxlij. cum alijs concord. ꝙ
non fuerint ſeruatæ ſolēnitates patet ex lectura inſtrumentoru.
30 † Quod ſapiant ſpeciem alienationis probat quia per dictas cō
cordias una eccleſia ſubijciť alteri & canonici & capitulū unius
eccleſiæ ſubijciuntur alteri, ꝯſr pacta, & trāſactiones ſuper tali
ſubiectione non poſſunt fieri & facta non tenēt, ut eſt tex. in c.
31 præterea quanto, extra de trāſactionibus. † ex quo ſapiunt ſpe-
ciem alienationis, vt not. ibi & negari non poteſt per dictas cō
cordias ſubmiſſionem fieri de una eccleſia ad aliā de vno capitu
lo & canonicis ad aliud & alios & dictæ ſubmiſſiones & in iure
prohibentur fieri cum ſapiāt ſpeciem alienationis, ut eſt text. in
32 c. ij. de reb. eccl. non alien. lib. vj. † Item dare de iure vnius eccle
ſiæ alteri ſapit ſpeciem alienationis. c. j. de reb. eccl. non alie. lib.
vj. clem. ſi. eod. tit. I caſu noſtro de iuribus unius eccleſiæ datur
33 alteri ergo. † Et ſupprimere præeminentiam vnius eccleſiæ eſt
alienare clem. j. de reb. eccleſi. non alien. & hoc fieri nó poteſt,
ut no. ibi etiam per omnes canoni. vt uolunt Modern. in d. c. cū
34 acceſsiſſent, col. vij. † Et qa imponere ſeruitutē, eſt ſpecies alie
nationis ita Andr. de Iſer & Bal. loquētes in materia feudali, in
titu. de inueſtitu. de re. alie. facti. And. col. ij Bal. in octauo con-
trario, & plenius per Franc. Cur. in d. tract. de feud. in iiij. parte
35 principali, q. xiiij. cum ſimi. † Cōfirmatur nam imponere ſerui
tutem eſt uenire contra libertatem quod in re eccleſiaſtica ꝓhi
bitum eſt ut not. per Modern. in c. uenerunt, de ſentē. excómo.
& per Lapū allega. xcij. & Alex. cōſi. ccxij. in ij. uol. cū ſimilibus.
Cum itaq; prædictæ concordię ſapiant ſpeciem alienationis, ut
ſupra & in illis non fuerit ſeruata ſolemnitas & forma requiſi-
ta a iure ſeqniť quod ſunt ipſo iure nullæ, quibus non habet ob-
ſtare quod ſaltim apparenter uidentur dictæ concordiæ licitæ,
& conſequenter non ſunt ipſo iure nullæ, nam reſpōdetur, ꝙ im
mò apparenter ſunt illicitę, patet ex ſupra deductis, & ſi apparē
ter uiderenť licitę, adhuc non fuit ſeruata forma & ſolēnitas, &
ſi fuiſſet ſeruata forma & ſolēnitas & eſſet apparēter licita, ad-
huc tñ competit reſtitutio in integrum vt expreſſe uolunt ſcri-
bē. maxime Fely. in c. quæ i eccleſiarum extra de cōſtit. in princ.
36 vbi ad hoc alleg. multa nec habet obſtare ſi diceretť † ꝙ pacta
debent ſeruari d. l. iuriſgētium. § prætor ait & c. j. extra de pact.
cum ſi. quia iſtud uerum niſi pactum ſit illicitum, niſi ſit contra
legē, niſi ſit inhoneſtum, niſi ſit cōtra bonos mores, niſi ſit tur-
pe, & niſi ſit de illis de quibus ſupra. & ideo nó poſſunt introdu
ci ꝑ pactū vt expreſsè vult. d. Dioni. poſt alios ī l. peto. §. frater.
37 ff. de leg. ij. † Prout nó habet obſtare ſi diceretť, ꝙ longo tēpore
dicta pacta fuerūt ſeruata. c. contingit in fi. de tranſ. Nam reſpó
detur ꝙ pacta de quibus ſupra nullo tractu tēporis non recon-
ualeſcunt, nec firmanť vulga. l. ꝙ ab initio. ff. de reg. iur. & vul.
38 reg. non firmatur de reg. iu. lib. vj. † Quibus non habet obſtare
ſi diceretur ꝙ dictæ cōcordię ſunt reciprocę & ꝯſr reſpectu re-
ciprocitatis deberent valere, qñ reſpōdetur pacta ꝫ leges, con-
tra bonos mores, illicita, inhoneſta turpia, & tendentia in alie-
nationem, & inhonorificentiam diuinam, in ſubmiſſionem, in
ſeruitutem, & alia de quibus ſupra non valere, nec tenere, reſpe-
ctu reciprocitatis, & nullibi reperitur hoc iure cautum, immo
totum contrarium, præterea negatur in facto ꝙ ſit omnimoda
39 reciprocitas † quo vero ad illud, an ſuperiores potuerint aſtrin
gere ſucceſſores ad iurandū, dř ꝙ nó, in materia illicita, in hone
40 ſta, & alia de qua ſupra, & no. c. ergo. n. extra de iur. iur. cū ſi. † ma
xime cū iuřm ex parte iurātis ſit perſonale, & nō tranſeat ad ſuc
ceſſores, vt expreſſe hř per Io. And. & domi. Ant. & alios in c. ve
41 ritatis eo. ti. cū ꝯcor. † Et quia ſtatuta ꝓfata, ſeu pacta non value
rūt nec valent ut ſupra fuit ꝯcluſum, ꝯſr ipſis ſublatis tanquàm
principale tolliť iuřm ēt tanquàm acceſſoriū, vulga. reg. acceſſo
riū de reg. iur. & c. ij. de ꝑcario, & eſt deciſi. in terminis do. Lap.
all. xxj. Ad dubiū, quæ vult in materia propria ſtatutaria, ꝙ qñ
iuřm eſt temerariū, & ꝫ laudabilē ꝯſuetudinē non eſt ſeruandū,
& ſic potius eſt timēda pęna temeratij iuramēti obſeruationis,
42 quàm trāſgreſſionis ipſius † & qñ ſtatuta ligēt ſucceſſores ēt iu
rata hř ꝑ Bar. remiſſiuè in d. l. oēs populi, vbi ſcri. & in d. l. cun-
ctos populos, & per doc. in d. c. j. de conſti. & ſtatuta maximè de
quibus ſupra nedum poſſint reuocari per ſucceſſores, ſed ēt ꝑ
illoſmet qui ea fecerunt, maximè cū non fuerint cōfirmata a ſu
43 periore vt in caſu noſtro, † illi. n. de capitulo poſſunt collegiali-
ter tollere ſtatuta eorū ēt iurata vt vult Inn. in d. c. cū acceſsiſ-
ſent, & ibi late ſcrib. & ꝑ gl. in c. cū nó doceat de electio. lib. vj.
& pulchre ꝑ Fely. in d. c. cū oēs, col. x. & ī c. ꝯſtitutus de reſcr. &
44 c. ꝑterea de ſponſa. col. fi. † Quinimmo & per vnicū actū in ꝯtriū
factū a ſtatuētibus, vel eorū ſucceſſoribus collegialiter tñ vř ſta
tutum eſſe ſublatum & tolli d. c. cū acceſſiſſent vbi tex. & doc.
45 † Quæ procedunt in ſtatuto ēt iurato quia ſublato ſtatuto tolli
tur, & iuramentū, vt uolūt docto. poſt gl. in d. c. cū acceſsiſſent,
46 & pulchrè not. in c. dilecto de præb. † Et ex hoc ꝙ ꝯueniunt nó
incurrunt periurium, ut expreſsè no. in dictis locis, & ēt habetur
47 in clem. j. de regular. † Iuramentum. n. præſtitū ꝫ illud quod eſt
honorificum eccleſiæ dř eſſe præſtitum ꝫ vtilitatem eccleſiaſti-
48 cā † vt fuit probatum, conſequenter non tenet. ut no. in c. ſicut
de iure iur. iuramentum enim ſuper rebus eccleſiaſticis præſtitū
49 non valet, & eſt nullum. c. peruenit el. j. de iur. iur. † Iuramentū
ēt recipit illas cōditiones, limitationes, interpretatiōes, & exce
ptiones quas recipit principale promiſſum vel diſpoſitū, ut not.
per Ant. & alios in c. quintauallis de iur. iur. & nota. in l. finali.
50 C. de non nume. pec. † Et Rot. in antiq. deciſi. xlj. Vult ꝙ iura-
mento obſtent oēs illę exceptiones quæ ponuntur in capitulo
51 quēadmodum de iure iur. † & a decretis illicitis poteſt recedi,
& illi qui fecerunt poſſunt ea reuocare, ut notat Bar. in d. l. am-
52 biriola col. fi. † Ad quorum confirmationem facit quia prædicti
de facto ſeruatio, non ſeruarunt concordias, fidem, & iuramē-
tum, & conſequenter licite poteſt illis frangi fides vulgata l. cū
proponas la ſecunda. C. de pactis. in cap. peruenit lo ſecūdo, de
53 iure iur. ubi late † frangenti. n. iuramentum eſt frangendū eidē,
vt uult Abbas in cap. j. de treguа, & pace, latè Fely. in d. c. perue
54 nit lo ſecundo. † Quis. n. non tenetť adimplere illud quod iura-
uit illis qui non ſeruant promiſſa, & iurata per eos, ut nota. ī di-
55 ctis locis, & in regula fruſtra de reg. iur. lib. vj. † Et nedū ſucceſ-
ſores poſſunt recedere a ſtatuto, ut ſupra, ſed ēt illimet ſtatuen
tes ēt ſi ſtatutum eſſet confirmatum a ſede apoſtolica qñ ꝑ re-
ceſſum redditur ad ius priſtinum, ut uult Bar. in d. l. oēs populi
col. xvj. uerſic. iuxta prædicta, & eſt textus in d. c. cum acceſsiſ-
ſent, & ibi ſcribentes maximè Fely. col. ij. & iij. vbi multa addu
56 cendo concluditur, † quod quando ſtatutū non eſt confirmatū
a ſuperiore pōt tolli nedū per ſucceſſores, ſed & per illoſmet ſta
tuentes, & qñ eſt confirmatum ēt a Papa pōt tolli per ꝑdictos
quando tollēdo ſtatutum reduceretur, & fieret reductio ad ius
priſtinum, & primæuum ēt inuitis alijs de quorum intereſſe poſ
ſet cogitari, uel in quorū fauorem fuiſſent facta in caſu noſtro
prædicta ſtatuta, & pacta non fuerunt cōfirmata, & ſi confirma
ta fuiſſent, ex quo tollendo illa, & non obſeruando fit reductio
ad ius priſtinum, & primæuum ſtatum dictarum eccleſiarū, capi
tulorum, & canonicorum concluditur quod nedum præſentes
ſucceſſores potuerunt illa tollere, & nó obſeruare, ſed etiam il-
57 limet qui ea fecerunt. † Non habet obſtare iuramentū præſtitū
a ſtatuentibus, uel ſucceſſoribus per quod iurauerunt ſeruare
ſtatuta, & cōſuetudines &c. Quia tale iuramentum ita pręſtitū
a canonicis, non ſe extendit ad ſtatuta illicita inhoneſta turpia,
& obuiantia libertati eccleſiæ, & alijs de quibus ſupra textus in
58 cap. j. de iur. iur. lib. vj. & ibi latè ſcribentes, † & idèo iurāres nó
tenentur ſeruare dicta ſtatuta, & ea non ſeruando non dicūtur
incurrere periurium, cum iuramentū ad illa ſe non extendat, &
not. in d. c. j. & ibi Philip. Fran. & not. in c. ſicut de iure iur. & ꝑ
59 Fely. in c. ex tenore de ſenten. excómuni. † & in ſūa in caſibus
præfatis, & in caſu noſtro quis non tenetur ad obſeruantiā iura
menti, & illud non ſeruando non dicitur incurrere periurium.
Quinimmo ēt non tenetur petere abſolutionem a iuramento,
ut nota. in iuribus ſupra allegatis maxime in capitulo primo,
ubi Franciſcus, & eſt deciſio quo ad abſolutionē iuramēti, Lap.
in allega. ſua xxj vbi vult ꝙ abſolutio non eſt neceſſaria, ſed tan
tum debet peti ad cautelam pro quibus faciunt no. per Moder.
in d. c. cū acceſſiſſent in j. gl. de qua materia videantur late ſcri
pta in c. cū contingat, & i c. j. de iure iur. & in auc. ſacram. pub.
C. ſi aduerſ. uenditionem, & quæ alias conſulendo in ſimili de-
duxi. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacum eſt omne illud ꝙ datur ad conſequendam beneficia ſeu poſſeſſionem illorum.*

2 *Statutum diſponens d.bere aliquid ſolui pro ingreſſu ſeu poſſeßione non ualet.& num.15.*
3 *Etiam ſi illud quod exigitur conuertitur in pios uſus.*
4 *Statutum non ualet quando caret aliquibus qual.tatibus.*
5 *Papa ſtatutis etiam iuratis alicuius eccleſiæ poteſt derogare.*
6 *Electio promißio & confirmatio d ffcrunt & ſtatutum loquens in uno non habet locum in alio.*
7 *Statuta alicuius eccleſiæ non includunt promiſſiones faciendas à ſuperiore.*
8 *Canonicus reſignans, antè receptam reſignationem habet poſſeßionem canonicatus, & num.9.*
10 *Et ſi denuo ad canonicatum fuit permiſſus poteſt continuare poſſeſſionem in qua prius erat, in choro & ſtallo, ſi papa iſtud mandauit, & num.11. & alijs ſequent.*
11 *Et quando ſecunda prouiſio fuit facta rebus non mutatis & reintegra.*
12 *Papa dominus eſt beneficiorum, & num.24.*
13 *Per reſignationem primus titulus dicitur extinctus, & in præiudicium tertij, non debet ad illum reſtitui & nu.19.20.21.*
14 *Fallit niſi papa aliter diſponat re integra, & num.10.11.12.*
16 *Statutum loquens de ingrediente poſſeſſionem non habet locum in regrediente, ſeu continuante, num.11.12.*
17 *Princeps poteſt fingere in his quæ ſunt iuris uel ſacti.*
18 *Papa eſt lex animata, & in iſtis poteſt fingere.*
20 *Papa non præſumitur uelle præiudicare tertio.*
21 *Etiam in minimo.*
22 *Statuta ſtricti iuris ſunt ſtrictè intelligenda.*
23 *Ius ad rem facilius tollitur quàm ius in re.*
25 *Deportatus, reſtitutus, recuperat priorem ſtatum.*
26 *Renuntians beneficio quo ad illud pro mortuo habetur.*
27 *Reſtitutus ad beneficiũ, qđ renũciauit, ad quæ uideatur reſtitutus.*

CONSILIVM XCIII.

MICHAEL canonicè Obtinens canonicatum &
præb.in eccleſia fauenti.dedit in mandatis Africa
no, ꝙ reſignaret in curia, qui reſignauit in fauorẽ
Cæſaris, per quem obtentum fuit ſibi prouideri ꝑ
ſedem apoſtolicam de prædictis, & literis non expeditis, Cæſar
reſignauit dictum canonicatum & præbendam in curia, uirtute
cuius reſignationis Papa prouidit de prædictis dicto Michaelli
illi mandans continuare poſſesſionem dicti canonicatus & præ
bendæ, ac ipſum manuteneri & alias ut in literis, capitulũ & ca-
nonici dictæ eccleſiæ uirtute cuiuſdã ſtatuti petunt a dicto Mi-
chaele ſolui centũ libras ratione admisſionis & ingreſſus & do
nec ſoluerit intendunt ipſum non percipere diſtributiones. Itẽ
ꝙ dictus Michael debeat vltimo in loco ſedere, dubitatur an te
1 neatur ad prædicta † & concludendum videtur ex omni capite
Michaelem nõ teneri, omne.n. illud ꝙ petitur & exigitur ad cõ
ſequendum beneficia uel poſſesſionem ipſorum ſimoniacũ eſt,
& ideo non attendendum nec conſiderandum toto titulo de ſi-
mon.& j.q.iij.per totum, ad quæ notantur in c.non ſicut, de ſi-
mo.& per Bar.in l.Titio centum.ff.de condi. & demon. & in l.
2 Titia.ff.de uerbo.oblig. ubi & ſcribentes, † & in puncto ſtatu-
tum diſponẽs aliquid debere ſolui propter ingreſſum vel admiſ
ſionẽ eſt ſimonia.& nõ ualet, ut dicit tex.in c.ea multis, & in c.
fin.j.q.iij.nota.in c.ſicut præ cætero, in c.ad noſtrã, in c.ad apo
3 ſtolicã de ſimo ¶ † Nã ſi illud quod exigitur cõuerteretur ĩ pios
vſus adhuc eſt ſimo. & ſtatutum id diſponens non valet ita con
cludit Fely.poſt alios doctores in c.Iacobus, extra de ſimo. vn-
de cum tale ſtatutum fauẽtinum ſit ſimoniacũ virtute ipſius Mi
chael cogi non poteſt ad ſoluendum dictas libras centum & ꝙ
ſtatutum non valeat plene per Moder.in c. cum M.de conſtit.
4 col.xiij. † Præterea ex alio fuit, apparet.n.ꝯſectũ ſuper re illici-
ta. Itẽ & ꝫ canones, ut.ſ. Item & ab illis qui poteſtatem ita ſta-
tuendi non habuerunt cum auctoritate ſuperioris confirmatũ
minimè appareat iuxta plene notata in c. ꝙ ſuper his, & in c.j.
de maior.& obed. & in c.cum omnes.c.cum accesſiſſent.c.cum
M.Ferrar.de conſtit.& in c.edocere de reſcri.ad quę faciũt not.
in c.j.de iur.iur.lib.vj.& In deciſio.Rota.in tit.de iur.iur.prima
5 in no.cum alijs concord. † Ad quæ etiam, nam per Papam ſtatu
tis etiam iuratis dictæ eccleſiæ derogatum eſt in fauorem dicti
Michaelis quo caſu etiam ſi dictum ſtatutum eſſet iuſtum licitũ
non ſimonia.& factum ab habẽte poteſtatem, adhuc in caſu no
ſtro non militaret propter dictam derogationem vt plenè ha-
betur in c.j.de conſtitutio.lib.vj.& in deciſ.Rot.in no.in tit.de
præben.j.& pleniſſimè per Moder.in c. nõnulli extra de reſcr.
6 cum ſim. † Ad quod etiam facit quia aſſertum ſtatutum loqui-
tur in electo & confirmato non autem in prouiſo, quæ penitus
differt ab electione, & confirmatione, vt habetur in c. cum mil
lis de præbẽ.lib.vj.iuncta clem.j.cum ibi nota.eod.tit.in clem.
7 & iuxta notata in c.fi. de iur.iur. † Ad quæ facit nam aſſertum
ſtatutum non poteſt includere prouiſiones faciendas a Pontifi
ce, & ſic a ſuperiore ipſorum ſtatuentium iuxta nota in c.cũ in-
ferior de maior. & obed. & in clem. ne Romani de electionib.
8 in clem.& ꝑ Rotã in ſimil.in no.in tit.de prob.prima. † Minus
etiam Michael aſtringi debet ad ſedendũ in vltimo loco ex quo
ſedere debet in loco & ſtallo in quo ſedit ante ſuam primã reſi-
gnationem. Nam ipſe mandatum fecit ad reſignandũ in curia
Africano, propter quod tantum non debuit, nec poterat dimit-
tere poſſeſſionem in qua erat, ante enim quam dicta eius reſi-
gnatio admiſſa fuiſſet, & recepta per ſuperiorem, ipſe non pote
rat dimittere poſſeſſionem canonicatus & præbendæ ut habet̃
in c.admonet, & in c.dubijs, & in c.ſuper hoc, vbi Innoc. & alij
extra de renunciatio.& per Rot.in no.in tit.de renunci.quarta,
9 & in deciſi.vj.in tit.de conſuetudinibus. ¶ † Per dictam enim
reſignationem ſeu mandatum de reſignando ipſe Michael non
erat priuatus dicto canonicatu & præbenda ut dicit Hoſt & In
noc.in d.c.quod in dubijs & ponunt Modern.in c.ij. de reſcrip.
& cum dictus Cæſar literas non expediuerit ſuper eius proui-
ſione nec dicta prouiſio intimata appareat Michaeli bene ipſe
perſtetit in dicta poſſeſſione non obſtante mandato ad reſignã
dum, quod clariſſimè ſuadetur, nam cũ dictus Cæſar literis nõ
confectis poſtmodum reſignaſſet Papa prouidit dicto Michae-
li & expreſſè diſpoſuit quod ipſe debeat continuare poſſeſſionẽ
dicti canonicatus & præbendæ in qua ſemper perſtetit, nedum
uirtute nunc prouiſionis, ſed etiam virtute primi tituli, quẽ ha-
bebat ex quo primo titulo nõ poteſt cogi ad aliquid ſoluendũ,
10 nec etiam debet mutare ſtallum, † & cum Papa mandat poſſeſ
ſionem continuari, & ipſum Michaelem in ipſa manuteneri ne-
ceſſario ꝯcluditur quod de nouo non habeat appræhẽdere poſ
ſesſionem nec mutare ſtallum, cum aliud ſit capere poſſesſionẽ
& aliud continuare & in illa manuteneri, ut plenè habetur per
doctores in l.j.ff.de acqui.poſſ.dum tractant materiam quid ſit
poſſeſſio, & per Alex.conſi.lxxxiij.col.ij.in princ.lib.ij. vbi ſta-
tutum loquens in ingrediente, non habet locum in regredien-
te poſſeſſionem, & allegat iura & eſt bona doctrina Petri de V-
11 baldis, in tract.vnion.in q.ij.col.iij. circa medium † & etiam fa
cit, nam cum inter primam, & ſecundam renũciationem inter-
uenerit modicum interuallũ & de prima non fuerint literæ ex-
peditæ & ſecunda fuerit facta rebus non mutatis, conſequẽter
re integra & incontinenti, hoc eſt poſſeſſione non dimiſſa, ille
actus primæ renunci. non debet eſſe in conſideratione potiſſi-
mè cum Papa velit dictum Michaelem continuare poſſesſionẽ
etiam virtute prioris tituli, per ea quæ habentur in l.qui ex libe
ris.§.teſtamento, ubi pulchre Bar.allega.cõcordant.ff.de bono.
poſſ.ſecundum tabulas, & faciunt nota.in ſimili inſtituta, de re-
rum diuiſione.§.uenditæ.uerſi.interdum, & nota.in l.lecta.ff.ſi
cert.peta.& in l.continuus.ff.de uerbo.in uerſi.item qui inſulã,
& notat.in l.qui in vtero.ff.de ſtatu hominum, per Alex.conſi.
12 xxxix.j.vol.in princ.& conſi.xxix.in ij.vol. † Ad ꝙ etiam nã Pa
pa dominus eſt beneficiorum & rerum eccleſiarum vt habet̃ in
c.conſtitutus de religioſis domibus, & per Dominicum, in cap.
ſi gratioſè de reſcr.lib.vj.& Modern.in cap.quæ in eccleſiarum
13 de conſtit. † Nec obſtat quod primus titulus per reſignationem
fuit extinctus d.c.admonet d.c. quod in dubijs ergo non debet
reſtitui cum præiuditio tertij, cap.quamuis de reſcrip.lib.vj.ad
quod, cap.ſtatuimus de maio. & obed. & l.ij.§. ſi quis a princi-
pe.ff. ne quid in loco publico, cum ſimilibus, & nota.in capit.
14 cum olim de conſuetudine. † Nam tollitur obiectio ex dictis
ſupra, uirtute enim primi tituli, & uirtute continuationis re-
manſit, & in his Papa poteſt non obſtan.præiudicio tertij, con-
ſequenter & in iſtis ſtallo & loco ſucceſſiuè quod dependet ab
illis, unde ſublato & non obſtante maiori, minus obſtat de-
15 pendens iur.vulgar. † Vlterius non inſiſtendo an ſtatutum
de quo agitur valeat uel non cum clara ſit deciſio Moderno-
rum & nouiſſimo, in cap.cum.M. in decimatertia columna de
conſtitutionibus, quæ eſt communis quod non ualeat per ra-
16 tiones de quibus ibi † ſed poſito ſine præiudicio tale ſtatu-
tum ualere, dico non obſtare in caſu noſtro prout in terminis
conſuluit

conſuluit Alex.conſi.lxxxiij.in ij.col.in prin.ij.vol. volés ꝙ ſta
tutum loquens de ingrediente poſſeſſionem non habeat locum
in regrediente vel contiuoante dictam poſſeſſionein.l.patre fu
rioſo.ff.de his qui ſunt ſui,&c.& cap.quemadmodũ de iur. iur.
cum ſimilibus vnde cum ſtatutum,de quo agitucdiſponat tan-
tum ingredieotem poſſeſſioõem debere ſolucre &c. non debet
habere locum in cõtinuante uec minus debet cogi mutare ſtal
lum in choro & locum in capitulo,cum in gratia conceſſa Mi-
chaeli appaιeat expreſſe de intentione Pontificis,quod ex reſi-
gnatione prios facta nullum pœnitus præiudicium ei inferra-
17 tur.ſed tam uirtute primi ꝗ ſecundi tituli poſſit ſe iuuare.† Nã
in his,quæ ſunt iuris vel facti,princeps poteſt fingere argumen
to text.in l.qui in vtero.ff.de ſtatu homi. Alex.conſil. xxxix. in
18 prin.j.vol.& conſi.xxix.ij.volu. † Cum.n. papa ſit lex animata
poteſt fingere factum fuiſſe ꝙ ſcit non fuiſſe factum vt io clem.
vnica per gl.de immu.eccle.Bar.in l.ſi is qui pro emptore.ff. de
uſucap.ita & econtra ꝙ factum habeatur pro non facto, ut di-
cit tex.in dicta clem.vnica & ibi gl. circa tamen iſtud aduerten
19 dum eſt † quia cũ ꝑ primam reſignationem iam admiſſam pri-
mos titulus fuiſſet extinctus.c.admonet.c. quod i dubijs de re-
nunciationibus non poteſt reſtitui cũ præiudicio tertij.c. quã-
uis de reſcri.lib.vj. & ſic ꝙ poſſit obtinere eũdem locum in cho
ro & cap.facit textus in cap.ſtatuimus de maio. & obed. Nam
cum illi qui ſequebatur per reſignationem factã ab illo ſtatim
fuiſſet acquiſitum ius quo ad locum ſedendi & ſucceſſiuẽ quo
20 ad omnes ſequentes de gradu in gradum † per verba illa gene
ralia appoſita in reſignatione ꝙ poſſit continuare poſſeſſionẽ
&c.Non intelligitor Pontiſ. voluiſſe iſti tertio præiudicare vul
gata.l.ij. §. ſi quis a principe nequid in loco publ. & in c. ſuper
21 eo de offi.deleg.cum ſi.† & talis cõiectura procedit etiã quoad
minimum præiudicium,glo.no.in c.cum olim de conſuet.& ſic
debet intelligi ꝙ iſte poſſit continuare poſſeſſionem quatenus
tertio non inferreretur præiudicium.ex quibus concludendum
videtur. ꝙ iſte cui ſecũdo loco fuit facta reſignatio nihil tenea
tur ſoluere virtute ſtatuti, etiam ſuppoſito ꝙ ſtatutũ valeret q.a
non loquitur in continuaote poſſeſſionem, ſed ſtatum de ingre
22 diente † vnde cum ſtatuta ſint ſtricti iuris.l. quicquid aſtringẽ
dæ de verb.oblig.c.in noſtris de inio.debet intelligi in caſu ſuo
&c.& per alia ſupra dicta, quoad ſecundum an poſſit continua
re, & obtinere locum ſuum cũ præiudicio ſequentium per tõnẽ
23 ſupra adductam dubitatur.attameo eſt adoertendum † quoniã
poteſt conſiderari ꝙ hoc ius ſit ad rem,nõ in re,quo caſu, de fa
cili tollatur per papã.c.ſi.de conceſ.præben.lib.vj. & c.pen. de
ꝓben.eo.lib. & conſideratis uerbis papæ ſi qđ ius erat ad rẽ, eſt
ſublatum.dũ enim vult vigorẽ prioris tituli abſq; alia &c. & ibĩ
24 vt prius abſq; poſſeſſio.nouæ apprehẽſione &c. † Papa enim in
beneficialibus largiſſimas habet habenas.c.ij.in prio.de ꝓben.
lib.vj.clem.j.in fi.vt lite pendente ad quæ nota.io capi.ꝑ prin-
cipalem ix.q.iij.& per Fely.in c.quæ in eccleſiarum, col.iij. de
25 conſti.¶ † Item eſt clauſula decreti,quæ omnia irritat,quæ cõ-
tra diſpoſitionem venire poſſunt cap.tibi qui de reſcri.in vj.c.ſi
eo tempore de electio. eodem libro, item deportatus qui pro
mortuo habetur reſtitutus per principem recuperat primũ ſta-
tum ac ſi non fuiſſet.l.ſi.C. de ſenten.paſſ. vbi Bar.cum cõcord
qui etiam renunciat pro mortuo habetur quoad beneficiũ cap.
ſuſceptum vbi gl.& docto.de reſcr.lib.vj.Abb.i cap. niſi eſſent
de præb.ſuper gl.fin.in caſu iſto Michael ꝗ reſignauit poſtmo-
26 dum impetrauit † cum qualitate ꝙ remaneat &c.vnde videtur
reſtitutus conſequen. ad ꝗ regula cancellariæ io ordine xxxiiij.
& quia cum reſtitutus cenſeatur quoad canonicatum primæuũ
27 quoad poſſeſſionem quoad non ſolutionem, eodem modo † &
quoad ſtallum,quod venit in conſequeotiam argum.nota. in l.
ij.ff.de iuriſd.om.iudi.c.ſane el ſecundo,de offic.delega.& cap.
preterea, cum ſimilibus, & videnda ſuot quæ alias io præſenti
cauſa deduximus. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium litigioſum, an fiat, per ſolam citationem exequutam in curia, & per totum.*
2 *Fallit quando citatio emanauit à iudice incompetenti, & num. 15.*
3 *Iudex incompetens dicitur quando proceßit non ſeruata forma cõmiſſionis, & num. 8.11.*
4 *Signatura attendi debet & non ſupplicatio.*
5 *Citatio nulla eſt ſi proceßit non ſeruata forma ſignaturæ.*
6 *Verba ſignaturæ,conſtito &c. faciunt conditionem, & num. 13.*
7 *Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.*
8 *Iudex datus ſub conditione,incompetens eſt ſi procedit, conditione non purificata, & num. 1.2.3.*
9 *Nec ante poteſt procedere ad decretum citationis.*
10 *Et ſi fuit proceſſum, actus eſt nullus.*
11 *Si proceditur non ſeruata forma data, omnia ſunt nulla.*
13 *Signatura continens, conſtito &c. habet ut prius conſtare debeat antequam procedatur.*
14 *Aſſerens ſe qualificatum, prius docere debet de qualitatibus.*
16 *Comparens pro intereſſe ſuo, non admittitur niſi prius de intereſſe doceat ſummariè.*

CONSILIVM XCI.

1 BENEFICIVM litigioſum † fit per ſolam cita-
tionem executam in curia cap.cauſam el ſecundu.
& ibi ſcribentes, de teſtib. clem.ij.vt lite penden-
te, Ro.in deciſio.cclxxix.alias in titulo, ut lite pen
dente, in nouis cum infinitis concord quæ allegari poſſent.
2 † Tamen conclusio non procedit, quando citatio emanat a iu-
dice incompetenti, ut dicit text. in dicta clementina ſecunda,a
contrario ſenſu,& ibi glo.in verſic. competenti,& poſt docto-
res antiquos,hoc ſequitur ibi Card in j.& iiij.notabili.& Imo-
3 la in ſecundo nota.& ſuper glo.prædicta col.iij. † Incompetens
autem iudex licet pluribus modis dicatur tamen in puncto di-
citur quãdo datur iuriſdictio citandi,ſub certa forma,& ea ob-
miſſa procedit citatio,ita Card.in dicta clem ij. colum.iij verſ-
ſic.iij.quæro,allegat text in clem.vnica verſic.nolumus, de foc.
comp. in caſu noſtro ita eſt vnde &c. ſignatura enim quæ con-
ſideranda eſt, vt per Imo. & alios in cap. ſuper literis. de reſcr.
per Bar.& alios.in l.præſcriptione.C. ſi cõtra ius uel utilitatem
4 publicam, & eſt regula cancellariæ In ordine.xxvj. † quæ dat
auditori formam citandi cõſtito ſibi de intereſſe. quo caſu,for
ma prædicta ſeruanda erat, & capienda informatio de intereſſe
antequàm procederetur ad actum citationis,& quia factum mi
5 nime fuit, † Iccirco citatio nulla vulg.c.cum dilecta de reſcr.
6 c.cum olim.de offi.deleg.vulg.l.diligenter.ff.man. † Ad quæ
ñam illa uerba conſtito de intereſſe faciunt conditionem,nam
ablatiui abſoluti conditionem important.l.j.l.a teſtatore.ff. de
7 condi.& demon.l.euictis.ff.de vſu. † & reſoluuntur in condi-
tionem ſi tibi conſtiterit, quæ ſimiliter conditionem importãt,
ut per Bar.& alios in d.l.j.& per Bal.in l.ſi nõ cognitio.C. ſi cõ
8 tra ius uel uti.publi.& per Lap.alleg.xvj.cum alijs cõcord. † &
cum iuriſdictio & citatio fuerit commiſſa ſub cõditione illa nõ
purificata,iudex redditus fuit incompetens.c.ab excom. de re-
ſcrip.c.j.de plus petit.l.qui hæres. in ſi.ff.de condi. & demonſt.
9 † Ad decretum igitur citationis conditione prædicta non ueri-
ficata non potuit deueniri,ut dicit tex.& glo.in c.ij. de reſcrip.
10 † & ſi fuit proceſſum,nulliter actum fuit,ut eſt tex.in c.fin. ubi
11 Abb.extra de præben. † Cum enim fuerit data forma citandi a
lege viua, ea non ſeruata citatio,& omnia inde ſecuta reddũtur
nulla text.& glo.in c.fides.x.diſtinct. & glo.in cap.j. in verſic.
donec,de re iudic.& textus ibi Innoc.& Ant.in cap. Inſinuaut.
de procuratoribus,& capi.cum dilectis de emptio.& uendi.Ad
quæ not.in clem.j.de iure patronatus,& per Ludo.Rom. con-
12 ſil.ccxxxvj. † Iudex enim datus ſub conditione non cenſetur
habere iuriſdictionem niſi prius conditio uerificatur, & ante
13 non poteſt dici iudex.d. cap. ab excommunicato. † Ad quæ
nota.per Bald.in l.ſed & ſi prætor ait.ff.de in ius vocando,& in
dicta.l.præſcriptione,& per Innocen.in d.c.ſuper literis, ubi ſi
gnatura continens conſtito &c.inducit, ꝙ antequam proceda-
14 tur ad citationem debet præcedere cauſæ cognitio.† Prout etiã
nam aſſerens ſe qualificatum prius,& ante omnia debet ſe oſtẽ
dere qualificatum illa qualitate io reſcripto,& ſignatora expreſ
ſa eſt in puncto deciſ.Rot.in tit.de reſcrip.j.& deciſ. recollecta
per Bern.de Biſg.& per Lap.alleg.lix.lxv.& lxvj.& lxxij. & per
15 Mod.in cap.licet cauſam,de proba. † Præterea io puncto, ut
per citationem beneficium dicatur litigioſum,requiritur ꝙ ci-
tatio ſit apta, & legitima nam ſicut in iudice requiritur compe-
tentia ut ſupra, eodem modo, & in citatione, ut in terminis eſt
glo.in d.clemen.ij.in uerſic. in competente,circa ſi.& iſtud ibi-
dem poſt antiq. ſequitur dom Card. in iiij. not. & magis clare
Imol.in ij.not.& col.iij. ſuper glo.in uerſic.competenti, ubi ad
hoc allegat ita in caſu noſtro nec legitima nec competẽs fuit

quia emanata contra tenorem reſcripti tempore incongruo, &
antequam conſtaret de intereſſe, ut ſupra conſequenter non in-
16 duxit vitium litigioſi. † Ad quæ omnia accedat diſpoſitio iuris
cōis, volentis aliquem comparentem pro intereſſe, nullo modo
debere admitti niſi prius de intereſſe conſtet ſaltem ſummariè,
vt vult deciſi. Rot. Ber. prima, & alia deciſi. in antiq. in ord. lv.
alias ſub tit. de iud. xj. & no. plenè per Mode. in c. ſuper his. col.
vij. de accuſ. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quoad monaſteria ſita intra ſuam dioc. poteſt exercere iura epiſcopalia.*
2 *Dicta monaſteria non ſunt exempta à lege iuriſdictionis.*
3 *Et in monachos in illis cōmorantes epiſcopus habet iuriſdictionem.*
4 *Et poteſt epiſcopus monaſteria, & monachos viſitare.*
5 *Abbas benedictionem ſolennem populo dare non poteſt, nam epiſcopis tantum eſt conceſſum.*
6 *Ius iſtud per abbates non poteſt praeſcribi.*
7 *Abbas non poteſt uti Pontificalibus, fallit &c. nu. 8.*
8 *Priuilegium allegantí incumbit onus probandi.*
9 *Fallit niſi ſint exempti, de quo habent docere, & nu. 13.*
10 *Exemptio iſta, qualiter ſit probanda, & nu. 11.*
11 *Et qualiter ſuper ea ſint formandi articuli.*
12 *Priuilegium papæ an praeiudicet ordinarijs.*
14 *Bullæ tenor verificandus eſt.*
15 *Praeſcriptio non currit erga obedientiam, quam abbas tenetur praeſtare epiſcopo.*
16 *Praeſcriptio non currit aduerſus viſitationem.*
17 *Exemptio, ut poſſit praeſcribi, multa debent concurrere.*
18 *Et poſſeſſio debet eſſe pacifica non violenta nec clandeſtina.*
19 *Et debet eſſe cum bona fide.*
20 *Debet etiam eſſe continua non interrupta.*
21 *Interrumpitur nanque, unico actu contrario.*
22 *Debet etiam habere cauſam, ſaltem coloratam.*
23 *Non praeſcribuntur quæ priuilegio tantum ſunt conceſſibilia.*
24 *Fallit niſi eſſet praeſcriptio tanti temporis, in cuius contrarium &c.*
25 *Praeſcriptio iſta qualiter ſit probanda, & articulanda, & nu. 24.*
26 *Epiſcopus exercens iuriſdictionem ſuam non dicitur alicui inferre moleſtiam.*
27 *Pronunciandum eſt ſuper petitorio, & poſſeſſorio.*

CONSILIVM XCV.

1 STANTE informatione † facti de iure reſultat ve
ra concluſio in fauorē Reuerend. p. d. Galfredi mo
derni epiſcopi cōtra Ioan. Abbatem, conſtat enim
monaſterium prædictum eſſe ſitum. ĩ. territorium,
& dioceſim Ceſtriæ, quo caſu dictus eps in illo habet, & exerce
re pōt ex diſpoſitione iuris cōis, iura epiſcopalia de quibus in c.
2 conquerente, de offi ordi. in antiq. cum concord. † Monaſteria
enim inter dioce. ſita a lege iuriſdictionis nō ſunt exempta viij.
3 q. ij. c. hæc tamen monaſteria, & c. cognominis † & avj. q. j. c. in-
terdicimus, & melius. avj. q. vij. c. omnes baſilicæ, & in monacos
ibidem exiſtentes ipſe epiſcopus habet iuriſdictionem. c. cū de
perſona. aj. q. j. & in c. conſtitutus. & in c. cum venerabilis. de re-
ligioſis domibus, & in c. cum perſonæ verſi. licet, & verſi. fin. de
4 priuile. li. vj. † Quod monaſterium & monachos ibidem exiſten
tes, ipſe epiſcopus facultatem habet viſitandi. d. c. conquerente
5 & c. ſeq. iuxta nota. in c. j. de conſti. lib. vj. cum ſi. † Prædictus etiā
Abb. benedictionē ſolennem populo facere non pōt cum iſtud
conceſſum ſit epiſcopis & de iure cōi denegatum Abbatibus, ut
eſt tex. in c. Abbates. de priuilegijs, lib. vj. Itē dato q̄ eccleſiæ &
monaſteriū pleno iure ad Abba. ſpectet, nihilominus, benedi-
6 ctionē prędictā facere nō pōt, vt dicit ibi tex. † In tm̄, q̄ hoc ius,
7 [illegible] bere nō pōt, vt pulchrè firmat Philip. Fran. in d. c. abbates.
ij. nota. allegans rōnes & iura. † Inſuper dictus Abbas, Mitra,
[illegible] Baculo, Paſtorali, & alijs Pontificalibus, uti non pōt,
[illegible] cũ ēpo ſunt conceſſa & de iure cōi Abbatibus denegata,
Baculo, Paſtorali, eſt tex. in c. j. ad fi. de ſac. unctio. & i c.
[illegible] ēpi de conſecra. diſt. j. De annulo hr̄ in [illegible] cu. verſ. nec an
[illegible] de vita & honeſt. cleri. de Mitra eſt tex. in c. vt apoſtolicę.
priuil. lib. vj. & allegat Lap. aix. cum ſuis cōcor. † Nec obſtat
[illegible] ſi diceret q̄ prædicta dictus Abb. exercere pōt, & uti dictis inſi-
gnijs ea priuilegio ſibi conceſſo &c. vt videntur & innuere iura
prætallegata, qm̄ negatur aliquod priuilegium eſſe ſuper prædi-
ctis & cū epiſcopus in oībus habeat fundatam intentionē de iu
re vt ſupra, Abbati fundanti ſe in per priuilegio, qđ facti eſt in-
cumbit onus probandi vt no. in d. c. Abbates & d. c. apoſtolicæ,
9 & dicetur inferius. † Prædictis non habet obſtare, ſi diceretur q̄
Abbas, monaci & monaſterium ſunt exempti a iuriſdictione di
cti epiſcopi ordinarij per quam exemptionem, epiſcopus nō ha
bet ius viſitandi, nec coercendi, nec exercēdi iuriſdictionalia,
primo qm̄ de dicta exemptione modo aliquo nō apparet, & cū
exemptio ſit quid facti & epiſcopus habeat ſundatam intentio-
nem vt ſupra, dicto Abbati incumbit onus probādi exemptio-
nem prædictam ut nota. in c. contra morem. c. diſtin. & in c. cū
perſonæ de priui. lib. vj. & in c. epiſcopus. de offi. ordi. eodē lib.
10 cum ſimi. † & qualiter exemptio prædicta ſit probanda latè ha-
betur in c. ſi papa. de priui. lib. vj. & in c. j. de verbo. ſign. eod. lib.
11 † Qualiter etiam ſit articulandum in iſta materia, ponitur per
Modern. in c. nouit ille. de iudi. col. iij. & eſt deciſio. Rot. in no.
ccaxavij. & cccviij. & in antiq. cxvj. & p Belleme. deciſi. cccxij.
ponit Mil. in ver. articuli. verſ. articuli de præſcriptio. & per eun
dem in verb. præſumptio. verſi. præſcribi non poteſt exemptio,
quę requiſita pro parte dicti Abbatis minimè ꝓbata appatent,
12 unde concludit̄ ut. ſ. † Ad quod text. in c. ne aliqui. de priui. lib.
13 vj. † vbi habet̄ priuilegium papæ non extēdi ad ordinarios nec
præiudicare, prout nota. in c. cum perſonæ. de priui. eod. lib. ubi
tex. diſponit q̄ allegans exemptionem debet oſtendere priuile-
gium exemptionis ordinario ſuo, & eidem tradere præſumptū,
14 quæ cum facta minimè appareant ex aduerſo, concludit̄. † Nec
habet obſtare aſſerta bulla clementis. vj. ſub data Auinion̄. iij.
non. Ianuarij anno. iiij. tum quia nō apparet nec eius tenor nō
eſt verificatus, iuxta no. in c. cum olim, de priui. & in auct. ſi qa
in aliquo documēto. C. de eden. & in c. fi. de fid. inſtrumentorū
etiā quia dicta bulla reuocata apparet per Vrbanum. minus etiā
habet obſtare ſi dictus Abbas vult ſe tueri ex pręſumptione ſeu
15 poſſeſſione. † Primo qm̄ eſſet aduerſus obedientiam, quam ipſe
Abbas tenetur præſtare. d. epiſcopo ad not. in d. c. conquerēte.
& nullo pacto pōt præſcribere, nec præſcriptio currit. ex quo
ſemper eſt in mala fide. l. j. C. de ſer. fugi. c. fin. de reg. c. cum nō
liceat de præſcri. gl. in c. ſicut nobis, de regula. Modern. i d. c. no
uit. & per Butri. io c. peruenit. de cēſi. ultima cat. verſi. venio ad
16 tertium. † Prout ēt nā quod ipſe Abbas, ſeu monaſterium nō vi
ſitetur minimè pōt p̄ſcribi ut eſt tex. in c. cum ea officij de p̄ſcr.
& not. But. i d. c. peruenit, & Lap. alleg. xxx. col. iij. & Philip. Frāc.
17 in c. j. de præſcri. lib. vj. col. j. in fi. † Exemptio quoad alia iuriſdi-
ctionalia ut poſſit pręſcribi, multa ſunt neceſſaria & inſimul cō
currere debent. nā qui dicit ſe exemptum ex p̄ſcriptione, debet
18 eā probare, ut eſt tex. ad literā in d. c. cū perſonę, verſ. ſi aūt. † Itē
debet eſſe pręſcriptio ex poſſeſſione pacifica, & nō violenta nec
clādeſtina ut dicit tex. ad literā in d. c. cū perſonæ pro quo facit.
c. licet de priuilegijs, eodē lib. & c. cū qui. de pręb. in vj. & avj. q.
j. c. legimus nota. latè in c. veniens. de præſcript. & per Bar. in l. j.
19 §. q̄ ait. ff. vti poſſide. cum ſimil. † & talis præſcriptio ſeu poſſeſ-
ſio debet eſſe cū bona fide, q̄ probandū eſt, necnō ut dicit text.
20 in c. vigilanti, & in c. fin. de præſcriptio. cū vulgarib. † Debet ēt
eſſe continuata, & non interrupta, iuxta notata, in c. illud de pręſ
ſcriptionibus, & in regula ſine poſſeſſione de regu. iur. lib. vj. p
Alex. ꝯſ. cx. ij. vol. per Butrig. Imol. & alios i d. c. fi. de præſcript.
21 † intantum quod unico tm̄ actu ꝯrio interrūpitur, nec eſt neceſ
ſaria multiplicata interruptio ut pleniſſimè habet̄ p docto. ma
ximè Buttiga. & Modern. in c. auditis de præſcri. & talis pręſum
22 ptio † debet eſſe cum cauſa ſaltē colorata. ut dicit tex. in d. c. cū
perſonæ in d. verſi. licet, ad quę not. per Butrig. in d. c. peruenit.
23 de cenſib. col. xv. volens, † ea q̄ priuilegio tm̄ ſunt conceſſibi-
lia, ut proprie eſt in materia p̄nti, & patet p iura præallegata nō
præſcribi, niſi tanto tempore in cuius ꝯrium hominū memoria
non exiſtat, vt ēt nota. in c. j. de præſcriptio li. vj. & per Deci. ꝯſ.
cxxaiij. Cōcludentes q̄ præſcriptio q̄ ſit ꝯ ius cōe, vt eſt in caſu
noſtro debet habere titulū vel ſaltim eſſe talis debet, i cuius ꝯ-
24 rium hominū memoria non exiſtat. † Nec obſtat ſi diceretur q̄
in caſu noſtro, eſt p̄ſcriptio ſeu poſſeſſio tanti t pis in cuius ꝯriu
hominum memoria non exiſtit, quo caſu eſt valida, & ipſū Ab
batē iuuare debet, ut not. in d. c. j. de præſcrip. & in d. c. cū perſo
næ cū concord. nā tollitur obiectio & negat̄ dictū Abbatē poſ-
ſediſſe tāto t pe, quod clariſſimè oſtendit, quia teſtes per eū ꝓ-
ducti ſunt iuuenes anno. xxx. quo caſu talis p̄ſcriptio p eorū de
poſition probari non pōt difficilis. n. eſt probatio talis præſcri
ptionis,

25 ptionis,& ad eam probaodum multa ſunt neceſſaria,†& articu
li debent formiter fieri,ad no.per gl.& doct.in d.c. j. de præſeri
pt.& latè per Alexan.in conſi.la vij.iiij. uol.& per Dec. d.conſi.
caaxiiij.Quæ ea parte aduerſa minimè ſuot articulata oce pro-
bata,unde eo maxime,qoia ultra ætatem dicti teſtes ſuot fami-
liares & nuncij dicti Abbatis quorum teſtimonijs fides non eſt
26 totalis adhibeoda per iura & deciſiones uulga. † & prædicta ꝓ
ceduut ioditferenter,nam epiſcopus prædicta eaercens ooo di-
citur moleſtiam inferre & qui enim aliquid iuſtè exercet & fa-
cit ea hoc oon dicitur moleſtare aliquem,nam moleſtia intelli-
gitur de iniuſta non de iuſta ut io caſu ooſtro,& eſt gl. io c.j.a-
lias ſecuodo,de ſtatu mooachorum,& per Fely. in ca.ſuper eo,
iu fi.de off.deleg.ubi alleg.concord.& per eundem in c.quære.
lam de ſimo.col.ij.& in c.præſentia.col.ij.de proba.& in c.cau-
27 ſamqoe col.antep.io prin.de reſcrip.†Conſequeoter dicto Ab
bati imponendum eſt ſileotium oon epiſeopo eaercenti licita,
& de iure permiſſa, & cum epiſcopus oppoſuerit ſe liti tam re-
ſpectu poſſeſſorij quàm petiiorij ſuper utroque pronunciaudū
eſt,cum petitorium ſuſpenſum oon appareat iuata plenè no. in
c.paſtoralis de cauſa poſſeſsionis & proprietatis, & in c. rum di
lectus co.ti. & cum notorie conſtet de non iure ipſius Abbatis
in poſſeſſorio,audicudus ooo eſt,ut tenet Rot.iu no.concluſio.
xvj.& clx.& ccxxxv. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Regula de triennali tuens poſſeſſorem,intelligi debet de babili.*
2 *Et an locum babeat in ſpurio,& illegitimo,& nu.6.& 19.20.*
3 *Poſſeſſio facti eſt.*
4 *Spurius,& alias inbabilis poſſidere poteſt.*
5 *Regula prædicta ſolum tuetur a moleſtijs.*
6 *Ordo datur ab epiſcopo, babente poteſtatem , per literas etiam di-
miſſorias,& nu.21.*
7 *Tollerantia quos defectus tollat,& nu.22.& alijs ſeq.*
8 *Clericus an poſſit exercere artem cirurgia,& non incurrere irregu
laritatem .*
9 *Irregularitas non incurritur niſi in caſibus expreſſis in iure,& nu.
30.31.32.33.*
10 *Et in caſu dubio non eſt iudicandum pro irregularitatē.*
11 *Et quid ſi nullus perijt culpa exercentis cirurgiam.*
12 *Tale exercitium in urbe paſſim permittitur,& ſic an excuſet con-
ſuetudo,& nu.13.35.*
14 *Et ſi culpa adeſſet,illa ad mortem non fuiſſet ordinata conſequen-
ter excuſabilis.*
15 *Lita pendente non permittitur ſubrogatio,& nu.16.36.*
16 *Potentior quis iudicetur,& nu.36.*
17 *Contra factum proprium non licet uenire.*
18 *Collatio facta criminoſo,nulla eſt.*
20 *Regula de triennali,an extendaī ad caſus ſimiles exceptuatis in ea.*
22 *Tollerantia an ſuppleat defectum poteſtatis.*
23 *Vel defectus concernentes gratiam.*
24 *Vel defectus extantes contra formam mandati.*
25 *Capitulum ſede uacante, non diſpenſat ſuper defectu illegitimitatis.*
26 *Diſpenſatio obtenta ex falſa cauſa non ualet.*
27 *Gratia obreptitia non ſanatur propter ignorantiam.*
28 *Gratia non ampliatur nec ualet propter ignorantiam.*
29 *Ignorantia iuris quando tractatur de lucro,nunquam excuſat.*
32 *Ratio generalis attenditur,& non dictum ſpeciale.
In irregularitate proca litur de ſim libus ad ſimilia.*
34 *Opinio communis ſequenda eſt.*

CONSILIVM XCVI.

1 RRO Lupo adducuntur † Iſta & primo qooad be-
neficia alia impetrata ultra archidiaconatum datū
eſt de regula de triennali,& probatum de requiſi-
tis ad illā. Nec obſtat ꝙ opponaī de illegitimitate
perſonæ,& talis regula loquens de poſsidente debet intelligi de
2 habili argumeoto.l.ut gradatim.ff.de mu.& bo.†Tamen ueri-
tas eſt,illam habere locum etiam in ſpurio & illegitimo,tom ex
eo ꝙ regula tantum duos caſus excipit,& ſic in alijs quibuſcun
que exceptionibos tuetur poſſeſſorem . l.nam quod liquidæ. §.
fin.ff.de pen.lega.no.in regu.prima de regu.iur.cum concord.
3 † & quia cum poſſeſsio ſit facti iuata no.in c.cum noſtris. de cō
4 ceſ.præbeo.iu l.j.in prin &§.ſi uir.ff.de acq.poſſ.†etiam ſpurius
uel alias minus habilis poteſt poſsidere beneficium licet non ca
nonicè poſsideat, ut no.io cap.in literis.de reſtitut.ſpoliat. iun-
5 ctis his quæ in c.j.de re iud.io vj.†& hic de canonica inſtitutio-
ne non eſt quærendum cum regula ſolum tueatur a moleſtijs ut
ſemper interpetratur in Rot. & licet glo. regularū iu prine. ſui
commeoti uelit intelligere de habilibus tameo in fi. commen-
ti dicit communiter intelligi etiam in ſpurijs & inhabilibus ut
ibi per eam.Quo uero ad archidiaconatum,& etiam alia bene-
ficia licet multa objiciantur,tamen iu duobus in præſeotiarum
Inſiſtendum erit,circa clericatum,& circa irregularitatem cau-
ſatam ut prætenditur ratione cirurgię ad primum de clericato
licet fuerint multa dicta de communi reputatione illius uicarij
ſede uacaote & plores aliæ literæ dimiſſoriæ fuerint datę per eū,
6 & aliquæ in Rota canonizatę,tamen ad duo aduertendom.† In
primis ꝙ ordo etiam datus fuit impreſſus ab epiſcopo & ſic ab
habente poteſtatem , unde circa datum ordines noo deduci-
mur reputationem , & ſic ceſſant dicta Moderniorum Papien-
ſium,io l.Barbarius,in ult.col.iiij.fallen.ſed tantum circa facul
tatem daodi remiſſorias ꝙ non eſt dare ordines,& ſi in hoc,ha-
7 bet locum d.l.Barbarius,& c.ad probandum de re iudi.† ſecuo
do aduertendum ꝙ creditur probatum ꝙ lupus per epiſcopum
ordinarium fuit tolleratus ut clericus, & beneficiatus. quo caſu
ſi quis defectus eſſet ille eſt ſublatus per talem tollerantiā iuxta.
in c.Lugdunen.ubi Gemi.& Alex.ia.q.ij.& ſic prætenſus obie-
8 ctus nou clericatus eſt ſublatus. † Quo uero ad prætenſam irre-
gularitatem adhuc inſiſtitur pro parte noſtra ꝙ cum lupus fue-
rit tantum clericus primæ tonſuræ & omnia iura loquentia de
materia loquuntur de exiſtentibus in minoribus ordinibus ut
in c.ſententiam.de homicidijs cum expoſitionibus,Ioan.Andr.
&Panor.in d.c.ſententiam.in ult.col cum ex eo quod dicit tex.
9 in c.is qui de ſenten.excommuni.io vj. † ꝙ qui allegat aliquem
irregularem oportet ꝙ alleget text. expreſſum in iure alias per
ſubauditos intellectus doc.noo debet quis iudicari irregularis,
10 ut ibi per Gemi.& Philip. † tum & tertio quia ſaltim negari nō
poteſt. Quin ſit hic articulus dubius utrū lupus inciderit io ir-
regularitatem propter dictum uſum cirurgiæ merito ſuccedit
quod dicunt Hoſt. & Ion. in ca.ſignificaſti de homici.ꝙ in du-
11 bio non debet iudex iudicare.†Accedit ad prędicta ꝙ cum nul
lus eius culpa perierit, immo creditur probatum ɜrium ut lu-
pum non lædat remorſus conſcientiæ,& ſic clericus in minori-
bus ut dixi non debet cenſeri Irregularis per tex.in ca. ad aures
de æta.& quali.iunctis his quæ notantur. p Fely.ſoluendo cōtra
rium de.c.tua.de homi.ubi ad longum io d.ca. tua adiungendo
etiam ſolutionem illam ꝙ hic exercuit in urbe Roma.ubi paſ-
12 ſim permittitur,ut ibi per eam. † Ad quod ultimum confirman
dum creditur de nouo probatum ꝙ communis conſuetudo , &
obſeruantia io urbe eſt, ꝙ clerici paſsim exerceant artem cirur
gię,ſicut periti in ea abſque eo ꝙ moleſtentur per aliquem,quę
conſuetudo & obſeruantia,ultra dicta per Fely.ibi ſaltim excu-
ſat ab incurſu pœnę & irregularitatis,pro quo no.in c.cum ue-
nerabilis per gl.ſecundam de conſuetudine,& ꝙ Pe. de Ancha.
13 in conſi.eclaiij.†Iure ſcript.&c.& Moder.Papienſes, multa ad
propoſitum accumulant in l.de quibus in ij.col.ff.de legi.& re-
14 pe.in c.fi.de conſuetudine.†Nec omitto ꝙ talis prætenſa irre-
gularitas ſi eſſet , certè eſſet ſine culpa ſaltim ordinata ad mor-
tem,qoo caſu noo uidetur reddi incapax ad obtineodum bene
ficia per ea qoæ nota.Fely.in c.in noſtra in xxxvij.correlario,in
fi.de reſcrip.conſequen.non habet præiudicare ultimo , eſt ad-
15 uerteodum,†ꝙ probatum creditur aduerſarium longe poten-
tiorem lupo in ſubrogatione facta lite peodente narrauit aduer
ſarius ſe noo eſſe potentiorem & ſic gratia aduerſarij nulla pro-
pter falſam expreſsiooem alterantem ueroſimilem mētem prin
cipis.c.ſuper literis,& c.poſtul.de reſcrip.& licet an quis ſit cen
16 ſendus poteotior poſſet dubitari,†tameo quando lite penden-
te fit ceſsio ex quo illa propter litis pendentiā præſumitur frau
dulenter fieri minor potentia requiritur in ceſsionario quàm a-
lias requireretur ut probatur io c. ij. de alienatione iudicij mu-
tandi cauſa facta,ubi docto.maximè collecta.uolens ꝙ ſi laicus
cedet in clericum uon cenſeatur propterea ceſsiſſe in potentio-
rem , tamen ſecus eſt ſi id fiat lite pendente , ut ibi per eum de-
mum cum & cedens fuerit familiaris reuerendiſsimi Cardina-
lis ſanctæ Crucis etiam aduerſarij noo eſt dubium poteotiorē
eſſe cum eius minas poſſet ueroſimiliter timere ut per doctores
17 in d.ca. ij. Quare ceſsio fraudulenta.†Nec puto omittendum ꝙ
lupus habet archidiacouatum ex ceſsione aduerſarij in recom-
penſam ceſsionis iuris litis & cauſæ factæ per eum de theſaura-
ria

ria quæ eſt ualoris octingentorum ducatorum:unde quantum
deceat præcipuè clericis contra factum proprium uenire iudi-
18 candum relinquitur. † Contra autem lupum deducuntur iſta &
primo, quantum ad alia beneficia ultra archidiaconatum eidem
non opitulatur regula de triennali ex quo ipſe lupus erat noto-
riè criminoſus, & talis qui non poterat tergiuerſatione celari, &
exiſtens in tali crimine obtinuit dicta beneficia uirtute manda
ti de prouidendo, quo caſu talis collatio fuit & eſt de iure nul-
la. ita Calde. in conſi. xx. in ti. de præb. & Moder. in c. ex parte de
reſcrip. col. iiij. uerſi. limita etiam omnia, cum ſimi. & ſic exclu-
19 ditur regula de triennali. † Præterea dicta regula non procedit
in patiente defectum inhabilitatis perſonæ per ea quæ not. in l.
j. C. de ſac. ſan. eccle. & in l. j. §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. Nec
obſtat quod in dicta regula excipiuntur duo caſus & ſic in reliquis
remanet firma. l. nam quod liquidæ. §. ſi. ff. de pecu. lega. cum cõ
20 cor. † Nam etiam extenditur ad caſus nõ exceptuatos ſimiles ta
men & in quibus uiget eadem ratio, ut eſt caſus noſter in quo ui
get maior nedum ſimilis. ſ. inhabilitas perſone, ut uult glo. in l.
j. C. de condi. indebi. & latè per Alex. conſi. cxxj. In cauſa Straza
rollum col. iij. in princ. iiij. uolu. & in ſimili per doc. in authẽ. ex
cauſa. C. de libe. præte. & in auth. quas actiones. C. de ſac. ſan. ec-
cle. ad illud in quo dicitur quod communis reputatio illius uicarij
ſede uacante, & communis tollerantia debet iuuare dictum lu-
pum quoad clericatum & quo ad diſpenſationem illegitimita-
tis, & iſta potuerunt inducere ueroſimilem ignorantiam quæ ha
bet excuſare a ſurreptione diſpenſationis apoſtolicæ quæ fuit ſi
ne præiudicio tertij &c. & ipſi tanquam poſſeſſori debet dari ab
21 ſolutio &c. Reſpondetur nam licet epiſcopus qui dedit ordines
non pateretur inhabilitatem quia epiſcopus erat, tamen quia
lupus erat alterius iuriſdictionis ordinatio talis quoad executio
22 nem non ualet. c. j. & c. eos de tempo. ordin. lib. vj. † & tolerã
tia dicti uicarij ſede uacante ac communis reputatio non iuuat
ipſum lupum, quia quoad dictum uicarium erat defectus in po
teſtate, ut uolunt doc. in l. Barbarius. & in c. cũ dilecta, & in c. ſu-
23 ſcitatus de reſcrip. † & erat defectus circa concernentia gratiã,
24 ut in d. c. cum dilecta. † Item defectus contra formam mandati,
25 ut uult Bal. in d. l. Barbarius. col. vj. cum ſi. † Præterea negari nõ
poteſt capitulum ſede uacante non poſſe ſuper defectu illegiti-
mitatis diſpenſare talis diſpenſatio non ẽ debita, ſed omnino vo
luntaria, ut tenet Fely. in c. cum olim in viij. q. de maio. & obed.
& Ioan. And. in cap. j. de filijs preſbyterorum in ſexto, & maxi-
me in caſu noſtro, ubi capitulum expreſſe uoluit quod Petrus Gon
26 diſalui non poſſit diſpenſare. † Nec diſpenſatio obtenta per lu-
pum ualet per alias allegata, & maxime quia facta apparet ex fal
ſa cauſa narrata dum dicit ſuper defectu natalium fuiſſe cũ eo di
ſpenſatum per ordinarium, & quod rite fuit inſignitus clericali ca-
ractere quod fuit, & eſt falſum, & ſic diſpenſatio nulla per not.
in c. j. per Fel. in iiij. fal. & in ca. quę in eccleſiarum colu. viij. de
27 conſti. † Quibus non obſt. ueroſimilis allegata ignorantia nam
tollitur, ex notat. in c. gratia de reſcript. lib. vj. & ca. conſtitutus,
& c. ſuper literis, eod. ti. in antiquis ubi concluditur gratiam ob
reptitiam per ignorantiam obtẽtam non iuuare quando ius re-
28 ſiſtit illi, ut eſt in caſu noſtro reſpectu illegitimitatis. † Prout tol
litur ex no. per Gemi. & Philip. in d. c. gratia uolentes non indu-
29 cere diſpenſatiõem nec gratiam ampliare. † Ad quod nam igno
rantia iuris, ut in caſu noſtro nunquam excuſat dato quod ſit proba
bilis cum tractetur de lucro. toto tit. ff. & C. de iur. & fac. igno.
30 per Modernio. in cap. per tuas, & c. quoniam de ſimi. † Quan-
tum ad caput cirurgiæ alias fuit dictum quod lupus illam exercen-
do incurrit irregularitatem. non obſtat quòd ad hoc ut quis
incurrat irregularitatem debet eſſe caſus expreſſus in iure. ca. is
qui de ſenten. excommuni. lib. vj. Modernio. Senen. in c. ad au-
31 dientiam de homic. in iij. q. princip. &c. ¶ † Nam reſpondetur
caſum noſtrum, dici expreſſum in iure nam nedum illud dicitur
expreſſum quod uerbis exprimitur, ſed illud quod uenit ex mẽ
te, & ſenſu. l. uerbum ex ſententia. ff. de uerb. ſignific. & eſt text.
32 in l. non dubium in princ. C. de legibus. † & licet textus ponat
dictum ſpeciale tamen ſi ratio eſt generalis ratio prędomina-
tur, & omne illud quod uenit ex ratione dicitur expreſſe ueni-
re ut per Bar. in l. regula. §. ſi quis. ff. de iur. & facti igno. & Ale-
xan. in dicto conſi. cxxj. ualentem ad id quod applicatur lex ue-
nire ex mente. l. & ratione eius, & non extenſiue ad quod faciũt
no per Modernio. in cap. tranſlato, colum. ſecunda, & iij. de con
ſtitut. & quod in l. non poſſunt. ff. de legibus. & Alex. conſil. xl-
viij. uolumin. ſecundo uolens illud dici expreſſum quod fuiſſet
33 conceſſum, ſi diſponens fuiſſet interrogatus, & in d. ca. ſenten-
tiam ponuntur infiniti caſus irregularitatis de quibus non eſt
text. expreſſe ſed in illis proceditur de ſimilibus ad ſimilia uel
ex identitate rationis &c. ut eſt in caſu noſtro &c. & facit tex. in
c. tua nos, de homicid. ponens caſum expreſſum, & ratio ibi poſi
ta militat in quolibet clerico ſeculari, ut uult ibi Alb. & com-
muniter doc. & Abbas in ca. ſententiam, ne clerici uel monaci.
cum ſi. quæ communis opinio in iudicando ſemper eſt tenenda
& ſequenda ut no. in c. j. de conſtitut. & per Alexan. conſi. vij. &
34 conſil. xliij. uolu. iiij. ¶ † Quibus non obſtant dum dicitur du-
35 bium eſſe an inciderit in irregularitatem. † Quoniam articu-
lus eſt clariſſimus ut ſupra. Ad illud de culpa aliàs fuit reſpon-
ſum, & etiam ad illud de conſuetudine allegata, & ad doctrinam
Felyni in ca. in noſtra de reſcript. in xxxvij. correlatio in fine a-
36 lias fuit etiam reſponſum. ¶ † Ad ultimum quod dicitur de poten-
tiore Reueren. quod dominus theſaurarius non ſit potentior ut de
clarant doctores in capitul. ij. de alienatione iudicij mutandi
cauſa facta, & in l. j. ne liceat potentior, nec ceſſio facta domi-
no theſaurario habet ei nocere per nota. in dicto cap. ij.

Pariſius Ro.

SVMMARIVM.

1 *Electio facta ſine uolente abbatis cuius uoluntas ex priuilegio ſeu conſuetudine requirebatur non eſt nulla, dummodo non requireba tur pro forma.*
2 *Si abbas qui debet conſentire eſt puer, eius conſenſus non requiritur, & nu. 5. 12. & 26.*
3 *Et eo tempore, quo requiritur uoluntas, debet eſſe abbas, & nu. 5.*
4 *Reſignans retinens unum, alijs uidetur renunciare.*
5 *Intereſſentes debent eſſe profeſſi.*
6 *Qui debebat interuenire, ſi non adfuit, tamen nunquam contradixit non propterea uitiat electionem.*
7 *Impetratio habens clauſulam, ſi non fuerit alteri ius quæſitum ruit propter electionem prius factam, & nu. 15.*
8 *Et quid ſi electio illa ueniret reuocanda.*
9 *Ius alterius pendens, impedit impetrationem, donec annulletur, & nume. 10.*
11 *Intereſſentia abbatis in electione, quando requiratur pro forma, & nume. 12.*
13 *Non adimplentur i æquipollenti, ea quæ pro forma requiruntur, & nume. 14.*
16 *Probare debet quis ea quæ ſunt fundamenta ſuæ intentionis.*
17 *Inſtrumentum ut probet, concludere debet.*
18 *Inſtrumentum & conſuetudo, nõ extenduntur ad illa quæ in eis nõ continentur.*
19 *Electio facta per inſpirationem non requirit alias ſolennitates.*
20 *Electio abbatum ordinis Ciſtercienſis facta concorditer non indiget confirmatione.*
21 *Præſentia abbatis in electione, quando requiratur pro forma & quã non, & ſi requiritur, quem actum facere debet.*
22 *Vocatio illius qui debet interuenire. eſt de iuſtitia.*
23 *Solennitas leuis omiſſa, non uitiat.*
24 *Quando res bene geritur actus ualet etiam omiſſa ſolennitate.*
25 *Formæ defectus non ſemper uitiat.*
26 *Abbas minor propter defectum ætatis, non eſt uocandus licet alias deberet uocari.*
27 *Electio quæ debet fieri de conſilio, nulla eſt facta illo uocato tamen non expectato.*
28 *Et conſilium nedum eſt petendum, uerum expectandum.*
29 *Et an alias poſſit agi de contemptu, & quando.*
30 *Conſuetudo in iſtis obſeruanda. ſi de ea conſtat.*
31 *De electione irrita, mentio non eſt facienda.*

CONSILIVM XCVII.

SATIS ex informatione facti apparet non conſta
re legitime de intereſſentia Abbatis. N. ut cũ eius
uolũtate eligatur Abbas de Caſangue nec de qua
ſi poſſeſſione conſiderabili uerum præſuppoſito quod
electio debuiſſet fieri cum eius uoluntate quæ ceſſauit, dico ta-
1 men quod prouiſio apoſtolica aduerſarij non ſubintrat. † Primo
quia cum non reperiatur datum pro forma quod illius uoluntas re
quiratur licet alias ex conſuetudine uel priuilegio requireretur
electio non eſt nulla, ſed bene poſſet annullari illo proſequente
contemptum. c. quod ſicut. §. j. de electio. & nota. Card. Zabar. in c.
cum

cum in ueteri maximè in undecima opinione, ita intelligendo
illum text. ꝙ ibi propter formam datam a Papa non tenet ele-
ctio ubi alias ſi nó eſſet forma teneret mero iure, ut d.c.ꝙ ſicut
cum autem hic prætenſus Abbas. N. nunquam proſecutus eſt
contemptum ſuum & alias electio fuit mero iure ualida meri-
to ſemper remanſit bona cum aliud peccatum in tali electione
non deiut.d.c.quod ſicut.cum no. in d.c.cum in ueteri. Prout
2 talis electio ſemper fuit ualida.†Nã cum dictus Abbas reſigna-
uerit & monaſterium fuerit commendatum uni puero, certe ſi
conſideramus perſonam pueri illius conſenſus & uoluntas non
debet requiri tãquam minus capa.c.ex eodem, de electio. in vj.
3 facit quod not.in clem.ne hi qui de ætat.& qualita.†ſi attendi-
mus perſonam reſignantis minimè, quia ipſe non eſt Abbas ut
prætenſum priuilegium clementis requirit uoluntat.patris Ab
batis requiritur ergo ꝙ tempore quo eius uoluntas ſit caquiren
da fuerit Abbas argu.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.titu
lum autem Abbatis reſignando a ſe abdicauit,& licet retinue-
rit adminiſtrationem in ſpiritualibus &temporalibus dicti mo
naſterij non tamen retinuit denominationem & intereſſentiam
cum in dicta electione non ueniat niſi ratione tituli Abbatialis
quia dicit ꝙ interſit pater Abbas non ratione nudæ adminiſtra
4 tionis, alioquin ſequeretur, † ꝙ ſi monaſterium daretur alicui
clerico ſeculari in commendam ex quo conſueuit hodie incom
mendam dari adminiſtratio tã in temporalibus quàm in ſpiri-
tualibus ut eſt tritum & notum, ꝙ eius intereſſentia cum uolũ-
tate deberet interuenire, quod eſſet abſurdum quia in ſimilib.
oportet intereſſentes debere eſſe profeſſos.d.c.ea eodem,& un.
in c.indemnitatibus,eodem tit.lib.vj.unde i propoſito cum iſte
non remanſerit Abbas non debuit requiri eius intereſſentia ſeu
5 uoluntas†cum ſub qualitate patris Abbatis requiratur,unde ea
deficiente deficit diſpoſitio,faciunt no.in c.j.de homic. libr.vj.
6 †Præterea ex quo nunquam talis prætenſus Abbas licet quate-
nus opus eſſet requiſitus fuerit,nunquam tamẽ compatuit. nec
contradixit,tenuit talis ergo electio prout no.Card.in d.c.cum
in ueteri.in xiij.q.& faciunt no.in d. c. ꝙ ſicut.ſtante itaque ua
7 liditate electionis.†Impetratio aduerſarij propter clauſulam, ſi
non fuerit alteri ius quæſitum &c. non tenet iuxta deciſionem
Rot.uulga.licet de more.xvj.de præbend.in no.cum concord.
8 †Quod etiam procedit ſit talis electio uenerit reuocanda. Nam
licet Cardi.Zabar.conſi.mihi.acij.dicat de electione ualida ſed
irritanda non debet fieri mentio,tamen uerior opinio eſt in cõ-
trarium, quia antequam irritatur non uacat & in impetratione
ſeu noua prouiſione datur,ut de uacanti,igitur nulla quia bene
9 ficium non liberum.ca.j.de conceſſ.præben. † Præterea tale ius
pendulum non poteſt negari,quin impediat donec annulletur
per tex.& ibi not.in c.ſi tibi abſenti.de præbend.in vj.Præterea
hoc tenet Calde.in conſi.xiiij.In titulo de reſcript.Fely.in c. ex
tenore, de reſcript.in §.j.in uerſi.limita ſecundo &c. licet etiam
10 ibi referat.†Cardinalis tamen non uidetur ſe firmare contrario
& Fely. dicit tenore cum Calde. & ſupra dictę rationes uigent
pro opinione Calde.quarum concludendum eſt impetrationẽ
aduerſarij fore nullam,& electionem ualidam, ad quod maxi-
me habẽt inclinare.P.V.R.cum noſter ſit monachus, & electus
11 unanimiter a monachis,aduerſarius ſit commendatarius. † Et
ulterius aduertatur ad unum.Quia aut bulla,præſuppoſito,ſine
præiudicio,quod faceret fidem inducit formam aut non. ſi non
tunc intereſſentia patris Abbatis, non ꝓ forma electio non eſ-
ſet nulla mero iure prout Card.in c.cum in ueteri in ſeptima o-
12 pinione.de electio.cum alias allegat.†Aut inducit formam, &
tunc,ex quo pro forma,etiam requireretur conſilium,& uolun-
tas patris Abbatis, & hic nullus eſt pater Abbas, igitur non eſt
& cuius uoluntas non eſſet requirenda non commendatarius
quia puer.c.ex eo,de elect. in vj. non cedens quia non reſerua-
13 uit ſibi denominationem nec pater dici poteſt Abbas † & licet
reſeruauerit adminiſtrationem in temporalibus & ſpiritualib.
&c.iuxta.ca.is cui.de electio.in vj. Tamen cum in his quæ pro
forma requiruntur non ſufficiat adimpleri per æquipollens. Bal.
in l.j.de liber.& poſthu.& plene Moder.multa cumulantes in c.
14 dilecta,de reſcrip.merito non ſufficit talis adminiſtratio,†& c.
is cui,loquitur in adminiſtratore dato eccleſiæ uacanti,hic autẽ
erat plena,unde talis reſeruatio tantum concernit monaſteriũ,
non autem ea quæ per patrem Abbatem in alio monaſterio de-
bent fieri,cum ipſe non ſit pater Abbas,& ſic omnino eſt dicẽ
15 dum electionem aut ualidam aut impeditiuam†commendæ ad
uerſarij in qua non fit mentio de tali electione.iuxta conſilium
Calde.xiiij. an impetratio, de reſcriptis cum allega. per Mo-
der.in c.ex tenore.eodem tit. Præterea electio canonicæ & con-
corditer facta per omnes monachos monaſterij Caſſaginę in ꝑ
ſonam fratris Ioannis de Franchia.non redditur nulla, nec irri-
ta ex capite, quia in ea non fuit uocatus & expectatus Abbas
monaſterij ſancti Sulpitij,nec fuit habitum eius conſilium, &
16 uoluntas. † Tum quia non apparet ꝙ monaſterium Caſaginæ
exiuerit de domo monaſterij ſancti Sulpitij, nam tunc erat uo-
candus Abbas ut dictat quarta charitatis,& priuilegium clem.
& iſtud erat probãdum per aduerſarium cum ſit eius fundamẽ
tum,uulga.l.actore, cum ſi.& pro nobis uigeat præſumptio iu-
ris cum in dubio præſumatur liberum non ſubditum nec ſer-
uum. Nec inſtrumenta ex aduerſo præſentata hoc probant, nã
primum & antiquum,non apparet recognitum ergo nec inſtru
mentum ultimi ſtatus aliquid dicit ꝙ monaſterium Caſaginę
exiuerit de domo ſancti Sulpitij, item dictum inſtrumentum
non concludit ea eo quia Abbas ſancti Sulpitij eſt qui loquitur
& monachi nihil dicunt item per illud non probatur ꝙ mona-
17 chi uocauerint eum, ſed tantum in eo dicitur ꝙ ipſe iuit & fa-
cit commiſſatium quem non apparet in electione illa dediſſe
uocem nec aliquid feciſſe nomine Abbatis ſancti Sulpitij,ex quĩ
bus inſtrumentum non reddit probationem aliquam conclu-
dentem,& ſic non conſiderandum.c.in præſentia de probatio.
18 l.neque natales.C.eodem,cum ſimi.†Pront dictum inſtrumen
tum non poteſt extendi ad alia in eo non contenta,& cum in eo
non dicatur ꝙ fuit uocatus,nec ꝙ interfuit,nec ꝙ uocem dede
rit,nec ꝙ eius conſilium & conſenſus fuerit ſecutus concluditur
ꝙ ſtrictè debet intelligi,cum in materia electionis tantum cen
ſeatur præſcriptum quantum poſſeſſum,ut pulchre dicit Abb.
per illum tex.& alij in cap.cumana de electio.in vj.notab.& in
qua materia non fiat extenſio de actu ad actum, ut alias plenè
19 conſului.†Propterea facta apparet electio concorditer &ab om
nibus monachis nullo penitus diſcrepante.& ſic per quaſi inſpi
rationem,quo caſu non requiritur aliqua ſolennitas nec forma
alias de iure requiſita,ſed ualet indiſtinctè cum ſit magis priui-
legiata alijs.Ita tex.& ibi omnes ſcribentes.in ca. quia propter.
uerſi.niſi,de electio.& cum non aſtringatur alicui formæ indi-
ſtinctè eſt confirmanda & tenenda,& iſto caſu præſentia & con
ſilium nihil operaſſet,unde cum habeamus effectum non curan
20 dum de modo iuribus uulgarib.& c.dilecta de reſcr.†Ad quod
priuilegium clementis uolentis in electione Abbatum Ciſter-
cien.ut in noſtra,ſi apparet electionem concorditer factam nõ
indigere confirmatione aliqua,ſed haberi pro confirmata ab ip
21 ſo pontifice.†Propterea Abbas caſu quo debuiſſet interuenire
non habebat dare uocem nec conſilium,ac conſenſum,ſed tan-
tum, & ſolum exhibere præſentiam ſui, ut dictat priuilegium
clementis,infertur ea hoc ꝙ ſua præſentia non requirebatur ꝓ
forma,& ideo ſi non fuit uocatus,& fuit electio facta non red-
ditur nulla ipſo iure ſed annullanda,ut fuit alias dictum quo ca
ſu non ſubintrat prouiſio Papæ, cum in ea non fuerit mentio
habita &c.pro quibus Rot.in no.concluſio.xxxvij.& not.in ca.
bonæ, el ſecundo de electio.quia contemptus non reddit nul-
22 lam.†Ad quæ doctrina Abb.in c.eccleſia ueſtra.colu.ij de ele-
ctio.circa medium uolentis,ꝙ uocetur ille qui debet interueni
re eſt de iuſtitia tantum, non de forma ſubſtantiali.ergo om-
miſſum non uitiat,ut ipſe ibidem tenet per ca. quod ſicut.codẽ
23 tit.†& etiam quia dicta intereſſentia nuda, erat de ſolennitate
legis.unde ipſius omiſſio non habet uitiare ut concludunt Mo-
der.in c.ex parte.col.ij.in princ.de conſtitu.& c.cum dilecta de
reſcript.col.viij.Alex.conſi.xc.in iiij.uol.& in ij. uolum. cxliij.
24 conſi.†& quando res bene geritur actus ualet omiſſa ſolennita
25 te in c.cauſam.col.pe.de iudic.Fely.†Defectus formæ non ſem
per uitiat in ca.cum ſuper de off.delega.& ex iſtis facillimè tol-
26 luntur quæ poſſunt in oppoſitum adduci. † Præterea monaſte-
rium ſancti Sulpitij habebat tunc temporis & habet commen-
datarium & minorem decem annis, qui uocandus non erat ex
defectu ætatis ut fuit dictum,item quia incapax,& inhabilis ad
quæ doctrina Bar.in l.j.§.ſi plures.col.vj.de exercito.uer.& per
hæc,& per Moder.in c.ea parte.de conſtit.col.iij.uerſ.iij.limita.
27 † Ad quæ no.in c.eam te.col.xiiij.de reſcrip.& primo ſi adduce
retur tex.uulg.in c.cum ueteri.de electio.ubi electio quæ de-
buit fieri de conſilio,nulla fuit illo etiam petito, & non expe-
ctato,prout etiam per illum tex.Ioan.And.Ant.de But. Abb.&
alij ibi & in l.j.§.ſin autem plures.ff.de exercito.per Bar.in l.Ti
tium & mæuium.ff.de adminiſt.tu.prout etiam Bal.in l.j.in pe.
char.

chsr.C.qui admitti.& in capl. ij. de feudo ſine culpa non amitten.& quæ glo.in clemen.ſæpe , in uerſi.ſequutum.de uerbo.ſignif.& Ang.in uulg.§.iuſſum,cum alijs quæ adducuntur in quo
28 nihil penitus eſt contradiction. † & ꝙ in caſu noſtro in præſtatione ſubijcitur , ultra conſilium quod debet etiam eſſe uoluntas ſuit adiectum , ut idem conſilium non ſolum ſit petendum, ſed etiam ſequendum de quo alias dubitatur in d. c. cum in ueteri,& in l.j.§.ſinautem plures,per Bar.præallega. Nam conſiderata facti contingentia, & ueritate de qua ſupra iſta ceſſant.
29 ¶ † Item circa contemptum ad dictum.c.quod ſicut dici ex aduerſo poſſet,eos terminos eſſe omnino diuerſos ex quo contemptus de quo in d.ca.quod ſicut cauſatur eo ꝙ quis alias uocandus,non ſuerit uocatus,dato ꝙ alias non fuerit illius uotum ſeu conſilium ſequendum , prout ibi præciſè dicitur , quod tamen non eſt in caſu noſtro in quo conſtat conſilium fuiſſe petẽdum & habenda uoluntas,ad quod no.in autb.offeratur,& in l.ſciendum cum ſimilibus.Iunctis quæ in ca. cum expediat. cum concordan. Nam in facto totum oppoſitum eſt, ut fuit dictum.
30 ¶ † Nec obſtat ſi diratur ita in pluribus præceden.electionibus ſeruatum,ad quod uulg.c.cum dilectis.& l.de quibus cum ſimilibus,iunctis quæ in ca.querelam,& in c.cum olim. Nã prorſus
31 iſtud infiriatur. ¶ † Ad quod etiam in contrarium dici poſſet, eſto ꝙ potuerit argui propterea contemptus,tamen ea q. o poterat etiam eiuſmodi electio irritari non eſſet impedienda prouiſio poſtea facta etiam nulla de ea electione irrita facta mẽtione,dum tamen non fuerit alias de Abbate canonicè prouiſum prout Card.in conſi.xcij.in vij.col.dum allegat no.in c.ea te nore,de reſcr.ubi etiam Mod.dum examinant uulgatam regulam non præſtat,& quod in c.cum noſtris.per Abb.poſt gl. in uerſi. non uacaret,de conceſſ.præben.nam ſuperius plenè fuit reſponſum. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Contractus conductionis,& locationis a iure approbatur.*
2 *Monaci poſſunt locare prædia monaſterij alijs,& nu. 1.*
3 *Et fieri poteſt per adminiſtratores ad modicum tamen tempus. & num. 4. 10.*
5 *Modicum tempus infra decennium intelligitur.*
6 *Ad longum uero tempus fieri non poteſt.*
7 *Et ſi eſt ſolita res ad modicum tempus locari,ceſſant extrauag.*
8 *Idem ſi eſt ſolita locari ad longum tempus.*
9 *Conſuetudo alterans formam iuris ĩ alienationibus rerum eccleſiæ, ualida eſt.*
10 *Locatio ad modicum tempus non dicitur alienatio.*
11 *Non licet monaſterio,& monacis recedere a locatione.*
12 *Et pacta in tali contractu appoſita ad unguem ſunt ſeruanda.*
13 *Et ſi ea non ſeruant tenentur conductori bonæfidei.*
14 *Etiam ad totale & integrum intereſſe.*
15 *Ex quo reijcitur facto locatoris.*
16 *Et quia non poteſt uti re conducta facto illius.*
17 *Tenetur etiam ad ſumptus & expenſas factas in re conducta.*
18 *Etiam ſi expenſæ eſſent utiles.*

CONSILIVM XCVIII.

PRAESVPPONENDVM eſt quod Reuerẽdus pater dominus Baſſianus abbas ſancti Pauli, necnon religioſi dom Bernardus Prior,& frater Benedictus decanus & cellerarius præfati monaſterij ſindici & procuratores eiuſdem habebant poteſtatem & facultatem locandi & arendandi tenutas , & caſalia, ac poſſeſsiones dicti monaſterij.Hoc ſtante cum præfati Abbas , Prior , Decanus,& Cellerarius ad quinquennium locauerint Dominico de maximis,totum caſale uulgariter nuncupatum Longezza ſuis finibus limitatum cum omnibus pertinentijs ſuis ad fruendum, fructus & redditus percipiendum ex eo &c.Pro annua penſione ſeu mercede duratorum ſeptingentorum octuaginta de carlenis,& alias ut plenius in contractu inde celebrato,q a ſerie ſa
1 cti uera reſultat iuris diſpoſitio.† Quod dictus contractus conductionis & locationis fuit ualidus & firmus a iure approba ua
2 toto titu.loca.ff.C.& inſtitu.ac extra. † Nam eccleſia & monaci prouentus & fructus poſſeſsionum ſuarum omnibus & quibuſcunque perſonis poſſunt locare non obſtante ſtatuto contra io
3 ut eſt tex.in c.ueſtra.& ibi doct.extra de loca.† Et ꝙ poſſeſsiones monaſteriorum poſsint ad modicum tempus locari eſt tex. in clem.j.in fi.ubi glo.& doc.uolentes iſto caſu locationem poſſe fieri a ſolo priore & adminiſtratore,& taliter facta ualet & te
4 net,† pro quibus textus a contrario ſenſu in c.ad audiẽtiam . de rebus eccleſi.non alienan. taliter ꝙ prælati ad modicum tempus poſsunt bona immobilia eccleſiæ ſubmittere.c.ij.ubi gl. de reb.eccleſ.non alien.& plenè per Alex.conſi.xvj.uolu.iiij. Viſo inſtrumento locationis , concludens locationem ad modicum
5 tempus de rebus eccleſiæ factam ualere , & tenere.† Modicum autem tempus infra decennium eſt ita glo. in uerbo non modicum.in d.c.ij.& gl.in uerbo modicum. quæ in puncto loquitur in dicta clem.j.& per Lapum allegatio.lxxx.Quæris an locatio. & per Belleme.concluſio.decalviij.& pleniſsimè per Alex.in d.
6 conſi.xvj.& per eundem conſi.clxxv.uolu. ij.† Cum igitur locatio prædicta facta ſit ad modicum tempus concluditur fuiſſe ualidam & efficacem,quibus non obſt.c.j.de reſtit.in integr. quia tex.ille intelligitur de locatione ad longum tempus & nõ modicum,ut tenet ibi gl.& doc.ubi.ſ.Inſuper ex dicta locatione nõ apparet dictum monaſteriũ fuiſſe læſum ut diſponit dictum . d. c.primum,& quando apparuiſſet læſio,quod negatur,tamen debuit peti reſtitutio in integrum quæ in caſu noſtro petita non
7 fuit,unde in aliquo obſtare non habet.† Minus etiam obſtat extrauagans.Pauli,ex quo ex uerbis dictæ extrauag.tollitur cũ dicta tenuta fuerit,& ſit ſolita locari ad quinquennium,& ideo obſtare non habet ex uerbis in ea poſitis ibi,de rebus & bonis ab antiquo concedi ſolitis,ſed ſic eſt ꝙ dictum caſale & ante dictam extrauag.& poſt fuit & eſt ſolitum concedi ad quinquennalem
8 locationem ergo extra caſum.† Præterea quando res eccleſiæ eſt ſolita locari,& in perpetuum locari poteſt,etiam ſine licentia ſuperioris.no.in c.ij.de ſeu.& per doc.in c.de ſup.de reb.eccl.non alie. per Alex.in d.conſi.clxxv.Inſpecto diligenter proceſſu,cũ
9 alijs concordan.† Conſuetudo enim circa alienationes rerum eccleſiarum alterans formam iuris ualida eſt.Ita Rot.in antiq. cõcluſione.cxxxv. Nota ꝙ ibi,ſub rubrica de conſue.& de reb. eccle.non alie.de quo pleniſsime per Franc.Cur.in trac.de ſeu.in
10 ij.par.prin.in iij.& iiij.q.† Tollitur etiã ſi dicatur ꝙ dicta locatio tendit in alienationem , & conſequenter prohibita toto ti. de reb.eccleſi.non alie.Nam cum facta ſit ad modicum tempus conſequenter in caſu a iure permiſſo non dicitur alienatio, nec
11 eſt ex tali obiectu inualidanda iuri.præalleg.† Stantibus prædictis dicto monaſterio,& monachis non fuit licitum recedere a dicto contractu in damnum ipſius Dominici uulgata.l.ſicut,de
12 ac.& obl.C.† Et cum ſit ꝯtractus bonæfidei,pacta in ipſo appoſita quæ leges appellantur ad unguem ſeruanda ſunt.l.ſi merces.
13 §.conductor.ff.loca.inſtituta eod.ti.§.conductor, † & eccleſia non ſeruans locationem,tenetur conductori exiſtenti in bona
14 fide,gl.in c.ad audientiam,de reb.eccle.nõ alie. † Et cum prædicti monachi non obſtante aliqua neceſsitate,nec caſu ſed uoluntarie receſſerunt a.d. ꝯtractu,& in perpetuam emptionem dictũ caſale conceſſerint alteri tenentur de iure dicto Dominico conductori ad omne intereſſe cum nouus emphyteota non patiatur ipſum frui dicta re locata,ita tex.in terminis ind.l.ſi merces. §.qui fundum,& tex.in l.qui fundum,& in l.ſeq.ſi fundus , & in
15 l.& hæc.ff.loca.† & ideo quando non finito tempore locationis conductor reijcitur facto locatoris ſibi competit actio cõtra ipſum locatorem ad omne intereſſe, ita textus a contrario ſenſu
16 in l.dominus horreorum.§.fi.ff.loca. ¶ † Si enim conductor nõ poteſt uti re conducta facto domini locantis tenetur locans ad omne intereſſe per textum in l.ſi uno.§.ubicunque.in fin. & eſt melior tex.in l.ſi in lege. §.colonus.ff.loca.Cum igitur facto dictorum monachorum locantium ipſe Dominicus cõductor uti non potuerit,nec poſsit dicta re locata,& conducta ſibi contra dictos locatores , & monaſterium ad omne intereſſe competit
17 actio.† Et nedum intereſſe omne eidem reſtituendum eſt,quin immo actionem habet contra dictum monaſteriũ ad ſumptus & expenſas per ipſum conductorem factas in dicto caſali , per quas caſale prædictum melius factum eſt per tex. in cap. j. in fi.
18 & ibi gl.& docto.extra de reſtitutione in integrum. ¶ † Et expẽſæ factæ per conductorem nedum neceſſariæ,ſed utiles tñ repeti poſſunt,ut eſt tex.in l.præallegata.dominus horreorum. §. in conducto etiam ſi nihil inter partes de hoc eſſet conuentum pro quibus etiam eſt text.in l.pen.in princ eod.tit.cum ſi.

PARISIVS ROMAE.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Agens remedio recuperandæ probare habet duo extrema.*
2 *Poſſeſſio an probetur propter demolitionem ædificij, & quando, & num.3.*
4 *Poſſeſſio an probetur per actum geſtum a procuratore.*
5 *Et quid ſi eſt factus, iure familiaritatis.*
6 *Poſſeſſio an probetur ex proiectu ſordium, ſeu prohibitione ne proijciatur.*
7 *Ad agendam poteſt alicui ſtatui terminus, ut eo elapſo excludatur.*
8 *An ſit neceſſaria geminata requiſitio, uel una ſufficiat.*
9 *Proclama ſi non habet inſertum tenorem commiſſionis, an & quando ualeat.*
10 *Et quid ſi ſit in urbe, ubi adeſt papa.*
11 *Reſtitutio an ſit concedenda abſenti uoluntariè.*
12 *Abſentia non iuſta non excuſat.*
13 *Et quod in dubio non præſumitur.*
14 *Et quando abſens dimiſit aliquem, ceſſat reſtitutio ex illo capite.*
15 *Idem ſi non dimiſit, uerum potuit dimittere.*
16 *Cardinalis illuſtris eſt, & perſonaliter in iudicio non debet comparere.*
17 *Poſſeſſio tradita nomine Pontificis, poſſidens eo nomine dicitur poſſidere.*
18 *Expulſus a poſſeſſione auctoritate papæ, non poteſt agere recuperandæ, & nu.19.*
19 *Et cui id committitur, hoc poteſt exequi poſſeſſore aliter nō citato. Tantam poteſtatem habet cui committitur, quantam committens.*
20 *Idem ſi per bullam imponitur ſilentium ſuper poſſeſſorio.*

CONSILIVM XCIX.

1 ADRIANO agenti† poſſeſſorio recuperandæ cō-
tra capellam iuliam apertiſsime obſtat extremum
neceſſarium in interdicto prædic. ab eodem mini-
me probatum ſcilicet eundem aream & metam de
qua agitur minime poſſediſſe iuxta not. in c. conſultationibus,
2 de officio delega. cum concordan. ¶ † Nec eidem patrocinatur al
legatus actus poſſeſsionis ſcilicet demoliri feciſſe dictam metā
& cæmenta cæpiſſe, nam ex parte capellæ probatur & etiam per
teſtem inductum pro parte aduerſa ipſum Adrianum prædicta
feciſſe fieri tanquam clericum cameræ apoſtolicæ & theſaura-
rium papæ, ac nomine dictæ cameræ & ordinationis pontificis,
quo caſu cū alieno nomine ꝓdicta feciſſet ipſe poſſeſſor dici nō
poterat, ſed is cuius nomine prædicta fieri faciebat uulga. l. ge-
3 neraliter. & l. quod meo. ff. de acquiren. poſſeſſ. ¶ † Ad quæ uer-
ba bullæ in quibus Iulius ſecundus expreſſe aſſerit demolitio-
nem prædictam fuiſſe factam ordinatione Alexandri ſexti & cę
menta & materiam illius ex uoluntate dicti pontificis fuiſſe di
ſtributa, quæ uerba ſatis clara cum ſint aſſertiua, & ſupra illis pa
pa ſe fundet bene probāt iuxta no. in c. ſi papa. de priuileg. li. vj.
& in clementina literis. de probatio. & per Lapum allega. vij. po
4 tiſsimè cum ex aduerſo in contrarium nihil adducatur. ¶ † Mi-
nus eidem Cardinali opitulatur aſſertus actus poſſeſsionis ge-
ſtus per Eneam eius negotiorum geſtorem, tum quia de procu
ratorio ipſius Eneæ & mandato ad acquirendum poſſeſsionem
minimè apparet conſequenter nec quæri, nec continuari potuit
uulg. l. j. §. per procuratorem. ff. de acquiren. poſſeſsio. cum ſimi.
5 ¶ † Præterea actus geſti ab Enea non denotant poſſ. acquiſitio
nem & continuationem cum a quocunque uicino fieri potuiſ-
ſent, ut in ſimilibus experientia docet, ad quæ not. in l. qui iure
familiaritatis. ff. de acquiren. poſſeſsio. ad quæ etiam nota. in l.
ſecunda. per glo. & alios. C. de ſerui. & aq. & per Modern. in tra
6 cta. de ſeruitu. ¶ † Circa primas quæſtiones, cum ſimilibus, &
quia unicuique licet in loco ſibi uicino proijcientes ſtercora &
fecem prohibere ex quo actu prohibenti minime quęritur poſ-
ſeſsio nec continuatur, ſed eidem tantum competit ius prohi-
bendi ad euitandum fœtorem uel malum aſpectum, ut dicit tex.
in l. ſecunda. §. ſi quis cloacam. & §. idem ait ſi odore. ubi Bart.
ff. ne quid in lo. publi. per eundem Bar. in l. quanquam. ff. de clo
7 ac. ¶ † A prędicto interdicto recuperandæ etiam excluditur uir
tute dictæ bullæ & proclamatis inde emanati per commiſſa-
rium, poteſt enim nedum per papam ſed & per iudicem ſtatui
terminus ad agendum intra quem ſi non agitur excluditur ad-
uerſarius. l. ſi accuſaturus. ff. de adulter. l. mancipiorum. de opti.
8 lega. uulg. l. diffamari. cum ſi. † Et ſufficit una requiſitio ut con-
tra Ang. firmat Ludo. & Moder. in l. quandiu. la tertia. ff. de ac-
qui. hære. & Modernio. in l. fi. ff. de feri. per Canoni. in c. ex lite-
9 ris. de conſti. ¶ † Quod proclama ualidum fuit, licet cum inſer
to tenore bullæ nō emanauerit ex quo præfato commiſſario cre
dendum fuit, cui ſatis erat poſtmodum requiſitus dare copiam
bullæ, ut tenent Modernio. in cap. cum in iureperitus. col. ij. de
10 offic. delega. & in c. quod ſuper his. de fide inſtrumen. ¶ † Præ-
terea ex quo commiſſarius procedebat in urbe, ubi papa præ-
ſens erat ad quem de facili poterat haberi recurſus præfato cō-
miſſario credendum fuit, licet in proclamate tenor bullæ inſer-
tus non fuiſſet, ita Mod. in d. c. quod ſuper his. col. v. de fid. inſtr.
11 ubi allegantes deciſiones dicūt de ſtilo curię ita ſeruari. ¶ † Ad
uerſus prædicta non poteſt Adrianus ſe adiuuare ex capite ab-
ſentiæ, nec ex eo concedenda eſt reſtitutio, cum abſentia uolun
taria fuerit iuxta no. per Bar. in l. fi. ff. de in inte. reſtit. & per Bal.
in l. ab eo. C. quomodo & quando iud. & per Canoniſtas in c.
quoniam. §. porro. ut lite non conteſta. ad quæ no. in §. item tria
onera. inſtit. de excuſa. tuto. & in c. irrefragabili. de offic. deleg.
12 † Abſentia nanque non iuſta nec prodeſt, nec excuſat. c. conſul
13 tationibus. de off. deleg. ¶ † Et in dubio non iuſta præſumitur
conſequenter inexcuſabilis, quando abſens tenebatur reſidere,
ut latè per Mode. in d. c. conſultationibus. ita & ipſe Adrianus
14 reſidere tenebatur iuribus uulgaribus, unde &c. ¶ † Pręterea ut
ipſe aſſerit dimiſit Eneam qui adhuc uiuit, ea quo capite reſtitu
tio denegatur, ut per Bar. in d. l. fi. & in l. ſi qua. §. j. ex quib. cau.
15 maio. ¶ † Prout ſi non dimiſiſſet dictum Eneam potuit dimitte-
re quia cauſa erat talis in qua poterat iuxta not. in c. quærelam.
de procurato. & in l. quæſitum. ff. de re iud. cum ergo non dimi
ſerit cum potuerit, denegatur reſtitutio uulg. l. Papinianus exu
16 lj. ubi Bar. ff. de mino. & per Bal. in d. l. ab eo. ¶ † Et quia Adria-
nus ipſe illuſtris eſt, ut late per Mod. in trac. de præſtan. Cardin.
conſequenter ſi uoluiſſet perſonaliter comparere non poterat
ſed cogebatur procuratorem conſtituere. l. fi. de iniur. l. quoties
de digni. lib. xij. & in auth. ut ab illuſt. & qui ſuper eas perſonas.
col. v. præſentia ergo & abſentia ſua in caſu nihil operatur, & ſic
17 non conſideranda iuri. uulg. † Ad quod nam Iulius ex certa ſciē
tia, motu proprio ac de plenitudine poteſtatis dictam metam
& aream applicauit dictæ capellæ, ulterius mandando commiſ-
ſario quod poſſeſsionem ipſius pro dicta capella caperet nomine
pontificis ac illam deponeret imponēdo perpetuum ſilentium
omnibus alijs &c. ut eſt uidere ex uerbis bullæ, quo caſu, poſſeſ
ſio metæ captæ per commiſſarium capta cenſetur auctoritate
pontificis, & cum fuerit tradita capellæ ipſa poſſidere dicitur
auctore pontifice, & ſic iuſtè uulg. l. iuſtè poſſidet. de acq. poſſ.
18 † Vnde expulſi a prædicta poſſeſsione etiam per uiolentiam di-
cta auctoritate non poſſunt agere poſſeſſorio recuperandæ con
currentibus in caſu noſtro quæ concurrunt ut firmat Bal. in cō-
ſi. cccxcv. in iij. uol. ad euidentiam. ad quæ no. per Albe. in l. ſi de
vi. in ult. col. ff. de iudic. & per doct. in c. de cau. de re iudic. & di
ctus commiſſarius poſt prædictam etiam non citato Adriano ca
19 pere potuit, cum tantam poteſtatem habeat is cui princeps cō
mittit ſicut ipſe princeps, ut per Ang. in l. fin. C. de impube. ad quæ
etiam no. in l. quidam conſulebat. ff. de re iudi. & in l. princeps.
ff. de leg. in c. ij. de pact. & per gl. & Bal. in l. j. C. ſi aduer. ſolutio.
20 ¶ † Et minimè audiri debet in poſſeſſorio uirtute dictæ bullæ
imponentis perpetuum ſilentium omnibus etiam ſuper poſſeſ-
ſorio, ac ordinantis omnibus iudicibus, quos contingeret de
pręſenti cauſa cognoſcere, ita eos debere iudicare, ac etiam ex-
preſſe uolentis, quòd omnibus prętendentibus habere intereſ-
ſe, uel ius ſuper dicta meta ſolueretur precium & cęt. & hoc ex
cauſis iuſtis in dicta bulla contentis, quę omnia a papa potuiſſe
fieri dubitandum non eſt iuxta plenißimè not. per cano. in ca.
quę in eccleſiarum. extra de conſtitu. cum concordan.

Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Prima prohibitio de non alienando facta per pactum, ſeu contractū non impedit dominij tranſlationem, uerum alienans tenetur ad intereſſe.*
2 *Fallit quando non contrafacienti fuiſſet reſeruatum ius in re ipſa.*
3 *Quod ius reſeruatum dicitur, quando adiecta fuit hypoteca & obligatio bonorum.*
4 *Fallit etiam quando paciſcentes conſiderarunt ſolam alienatio-*

nis attentationem.
5 *Et quid ſi non alienauit, ſed mandauit alienare, & nu. 6.*
7 *Et conſequenter ſuſſicere uidetur ſolus conatus etiam effectu non ſequuto.*
8 *Hæres tenetur ſeruare facta per defunctum.*
9 *Niſi adeat hæreditatem illius cum beneficio legis & inuentarij.*
10 *Inuentarium etiam pœnam reſeruat.*
11 *Et quid ſi mandauit alienare poſt mortem paciſcentis, & ſic ad tempus habile.*
12 *Qui per alium facit, ipſe facere uidetur.*
13 *Mandans tenetur perinde ac ſi ipſe feciſſet.*
14 *Mandans alienare, per actum ultimæ uoluntatis, habetur pro uero alienante.*
Mandans an teneatur, non ſequuto effectu.
15 *Et quid ſi eſt peruentum ad actum intrinſecum.*
16 *Et quid ſi lex punit conatum ſolum, & attentationem.*
17 *Prohibitio iſta non excludit hæredem ab inteſtato, & nu. 20.*
18 *Prohibitus alienare capit omne tempus.*
Diſpoſitio an poſſit conferri ad tempus habile.
19 *Iure communi habet quis partem in quolibet ceſpite.*
20 *Non alienanti, accreſcit portio alienantis.*
21 *Alienatio uoluntaria, & neceſſaria quæ ſint.*
22 *Per iſtud pactum acquiritur fortius ius, quàm ſi alienatio prohiberetur per fideicommiſſum.*
23 *Vt alienans incidat in pœnam an & quando ſequi debeat traditio.*
24 *Ita prohibitus non poteſt hæredem inſtituere, nec legare ſeu fideicōmiſſarium facere, & nu. 25.*
26 *Et quia non reuocauit ſuam ultimam uoluntatem, ideo quæritur alteri.*
27 *Punitur iſto caſu conatus ut ſupra.*
28 *Ad actum alienationis perueniſſe dicitur, qui prohibitus alienare, illam alteri legauit, et cum dicta uoluntate mortuus eſt.*
29 *Satis intereſt ultimi ex paciſcentibus, habere libere rem prohibitā alienari, & nu. 30. 31.*
31 *Intereſt etiam & hæredis ipſius eam libere conſequi.*
32 *Veniens uirtute pacti grauari non poteſt, nec ab inteſtato, nec ex teſtamento.*
33 *Nec etiam in extimatione poterit grauari.*
34 *Prohibitus perpetuo alienare, intelligitur durante eius uita, uel ne. & nu. 37. 38. & 39.*
35 *Parta fieri tempore habili, uel conferri ad tempus habile, qualiter & quando procedat, & nu. 36. 37.*
36 *Dictio, perpetuò, quod tempus, & cuius uitam comprehendat, & nu. 34. & 39.*
40 *Requiri debet alter paciſcens ſi uult emere ante alienationem.*
41 *Conductor tenetur ſoluere mercedem pro toto tempore quo poſſedit & tenuit rem conductam.*
42 *Et quid ſi fuit impeditus uti. & nu. 43. 44. & alijs.*
44 *Impedimentum notificandum eſt locatori.*
45 *Minæ ſolæ non praſtant iuſtum impedimentum. & nu. 46.*
46 *Nec uerbis & aſſertioni minantis, eſt credendum, & ſtandum.*

CONSILIVM C.

1 REGVLA iuris eſt quod † prohibitio de non alie-
nando facta per pactum ſiue contractum non im-
pedit dominij translationem in alium, ſed contra-
ueniens tenetur ad intereſſe. l. ea lege. C. de condi-
tio. ob cau. & l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. oblig. l. filius. §. di-
2 ui. ff. de lega. j. cum ſimil. † Tamen dicta regula non procedit qñ
ultra contractum, & pactum de non alienando fuit alteri paci-
ſcentium reſeruatum ius in re prohibita alienari, tunc enim ex
quo res ipſa eſt affecta prohibetur dominij translatio alienatio
ne facta per prohibitum, doctrina eſt Bartoli in l. ſi creditor. §.
fi. ff. de diſtractio. pignorum. & eiuſdem Bar. in d. §. diui col. iij.
circa fi. & ibi omnes ſcribentes ſequuntur & faciunt no. per eun
dem Bar. & ſcribentes in l. prima. §. quod autem. ff. de ſuperfici.
cum alijs concordantijs. in caſu iſto, & Caſale & domus ſunt ꝓ
hibita alienari per ipſos pacilccutes, conſequenter res ipſæ ſunt
affectæ & prohibitæ alienari re quæ ipſis paciſcentibus eſt re-
3 ſeruatum ius in dictis rebus ¶ † Quod etiam oſtenditur per o-
bligationem & hypotecam omnium bonorum adiectam inter
ipſos fratres diuidentes in caſu contrauentionis, & in fine dicti
inſtrumenti diuiſionis per quam hypothecam eſt reſeruatum
ius in re. ut plenè per repetentes in d. § diui cha. viij. col. ij. ue. ſi.
ſeptimo & ultimo, & per Phili. Dec. conſi. cccxxj. in quarto. uol.
4 ¶ † Præterea in caſu noſtro per dictum pactum, impeditur tranſ
latio dominij, ex quo contrahentes, nedum ſimpliciter appoſue
runt pactum de non alienando, ſed ultc;ius progreſſi ſunt, uolē
tes quod ſi aliquis ipſorum tentaret alienare, quod talis alienans
ipſo iure cadat a portione ſua, & dicta portio accreſcat alteri nō
alienanti, quæ uerba expreſſa impediunt translationem, & ita li
mitatur diſpoſitio dictæ. l. ea lege. cum alijs ſimilibus. ut expreſ-
ſe tenet Bar. in d. §. ea lege. & ibi ſcribentes, & in l. ſi quis abſen-
ti. §. eodem. ff. de acq. poſſ. & in d. §. diui. col. fi. quem omnes ſcri
bentes ſequuntur maxime repetentes ibi char. viij. & Corne. in
5 præalleg. conſi. cccxxj. ¶ † Nec prædictis habet obſtare ſi dica-
tur in caſu noſtro Stephanum non alienaſſe, ſed mandaſſe alie-
nari conſequenter aliud eſt alienare, aliud mandatum de alie-
nando, & ſic prohibitus in primo non cenſetur prohibitus in ſe
cundo per ea quæ nota. in l. inuitum. per gl. C. de contrahen. em
ptio. cum ſimilib. Nam obiectio nihil facit, quia tex. & glo. in l.
inuitum præallegata. nihil dicunt, & quia pari. ſunt quod quis
alienet per ſe, ſeu alienet per alium. §. omnia noſtra facimus. in-
6 ſtitu. in procemio cum uulga. ¶ † Præterea ſi contrahentes uo-
lentes dictas res non alienari poſſent per alterum, cui manda-
rent alienare certè inaniter contraxiſſent & conueniſſent, & ta-
le pactum fuiſſet appoſitum uerbis, & inaniter ac nulliter, quod
non dicendum argum. l. non ſolum. ff. de actio. & oblig. cum cō
7 cordantijs. ¶ † Et quoniam contrahentes uoluerunt, quod etiā
tentans alienare incurreret pœnam, & conſequenter quod ſo-
lus conatus abſque effectu ſufficeret, ſed nulli dubium quod mā
dans alienare, dicitur tentare alienationē, ex quo mandatarius
non poteſt alienare niſi mandato mandantis, ergo mandans
principaliter conſiderandus, toto titu. ff. & inſtitu. mandanti.
8 ¶ † Nec obſtat ſi diceretur quod dictus Gabriel fuit hæres Ste-
phani, & conſequenter debet ſeruare diſpoſitum a Stephano, &
non contrauenire cum ſit hæres alienantis uulgata. l. ſi a patre.
9 C. de rei uend. ¶ † Nam ſi bene conſideretur Gabriel non ſim-
pliciter adiuit hæreditatem Stephani quo caſu poſſet procede-
re obiectio. Sed dictam hæreditatem adiuit cum beneficio le-
gis & inuentarij, quo ſit, ut omnia iura cōpetentia dicto Gabrie
li, ſuper bonis Stephani fuerunt, & ſunt ſibi reſeruata, & non
ſunt confuſa. ut probatur in l. fi. C. de iure delibe. ¶ Sed dictum
ius circa Caſale & domum competebat Gabrieli uirtute contra
ctus diuiſionis, conſequenter fuit & eſt ſibi reſeruatum, licet fue
rit & ſit hæres Stephani, ex quo adiuit cum beneficio legis
10 & inuentarij. ¶ † Nec obſtat ſi dicatur ꝙ inuentarium non
reſeruat pœnam, nam aduertendum ꝙ pœna quæſita erat Ga-
brieli antequam adiret ergo reſeruatur, ut dicit Iaſ. in d. l. fi. §. in
11 computatione. col. iij. ne ſi. breuiter intelligitur. † Nec prædictis
habet obſtare ſi diceretur, ꝙ Stephanus mandauit dictum Ca-
ſale alienari poſt mortem. d Gabrielis, & ſic ad tempus habile
& ita & diſpoſitum debet eſſe ualidum arg. l. ſi in tempus. ff. de
12 hæredibus inſtit. cum ſimi. † Nam inferius reſpondebitur maxi
mè quia in ciuilibus qui per alium facit ipſe facere uidetur. l. ita
autem. §. geſſiſſe. ff. de adminiſtr. tut. l. iij. §. fi. ff. de neg. geſt. & in
13 delictis qui mandat tenetur perinde ac ſi feciſſet, quando con-
ſtitutio ſonat in rem ut per Bar. in l. j. §. deieciſſe. ff. de ui & ui ar
ma. & per Ang. in l. non ſolum. §. ſi mandato meo. & l. ſed ſi u-
nus. §. ſeruus meus. ff. de iniur. & pleniſſime in l. ſi id quod. §. fi.
ff. de iuriſdi. omn. iud. & in c. mulieres. de ſent. excom. cum con-
cor. In caſu iſto Stephanus nedū mandauit alienari quinimmo
alienauit, nam in ultima uolūtate non reuocata, ſed morte illius
confirmata alienauit ſeu alienari tentauit Caſale, quo caſu uirtu
14 te pactorum peruenit ad Gabrielem ſuperuiuentem. ¶ † Nec
obſtat quod no. in l. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. ff. de in
iur. ubi ſi ex mandato non fuit ſequutus effectus, non tenetur
quoniam dictus Stephanus nedum mandauit ſed perfecit & a-
lienauit in ultima uoluntate non reuocata, & talis caſus aliena
tionis comprehenſus eſt in pacto diuiſionis, conſequenter per
ultimam uoluntatem alienaſſe dicitur, quo ad ſui intentionem
quæ alienatio reſcinditur uirtute pacti, & ſic reſpectu Stepha-
ni nedum fuit mandatum alienandi, ſed perfecta alienatio.
15 ¶ † Præterea qñ quis tentat aliquid facere, & deuenit ad actum
intrinſecum, licet non ſit ſequutus effectus, tamen ille conatus
punitur & cōſideratur ad effectum de quo quæritur. ut no. Bar.
in d. §. ſi curauerit. & melius in d. l. non ſolum. §. ſi mandato
meo. ff. de iniur. & habetur in l. ſi quis non dicam rapere. C. de
epiſc.

epiſ.& cler.& per Fely.in tract.quando punitur conatus.In ca-
ſu iſto Stephanus peruenit ad actum intrinſecum & perfectum
alienationis,ut ſupra diſponendo & moriendo cum dicta diſpo
16 ſitione igitur &c.¶ †Prout etiam,nam quando lex expreſſe pu-
nit conatum & attentationem non eſt amplius quęrẽdum, an
ſequutus fuerit effectus,quia dictus conatus, & attentatio puni
tur etiam effectu non ſequuto,ut notatur in locis ſupra allega-
tis.& eſt textus in c.j.de homic.lib.vj.& Bar. in d.§.ſi mandato
meo,in ultimis uerbis,ſed hic ita eſt,quoniam pacto diuiſionis
expreſſe cautum eſt,quòd ſi quis tentaret caderet a iure ſuo &c.
17 ¶ †Nec obſtat ꝙ in dicto caſali Stephanus poterat habere hęre
dem ab inteſtato & Gabriel poterat grauari ad dandum æſti-
mationem,ut in d.§.diui.& in l.qui Romæ.§.cohæredes. de uer
bo.oblig.tollitur namque obiectio,ex quo in dictis bonis, nec
Stephanus habet hæredem ab inteſtato,nec reliquit æſtimatio
18 nem caſalis & domorum Igitur &c.¶ †Minus obſtat ſi dicere-
tur ꝙ Stephanus uoluit alienare in tempus habile &c. per l. in
tempus. ff. de hæredibus inſtituen.quia conſideratis uerbis pa-
ctorum diuiſionis,nullo tempore potuit alienare nec conſidera
to ĩnitio nec medio,nec fine,partes enim uoluerunt ꝙ nulla par
tium poſſet aliquo tempore in perpetuam tentare alienare,quo
caſu comprehenditur omne tempus ut not. in clemen.ſecunda
de reſcriptis & in l.j.ff.pro ſoc.& in c.ſi.de reſcript.lib. vj. & per
Mod.in c.Dei.de ſimo.Et etiam tollitur obiectio ex no.per Mo
19 der.in c.cum dilecti.de accuſat.¶ † Nec obſtat ſi diceretur di-
ctum caſale ſeu domum non fuiſſe quæſitum Gabrieli in uita
nec poſt mortem,nam conſideratis uerbis pactorum diuiſionis
ex quibus patet ꝙ caſale & domus manſerunt in communi con
ſequenter in qualibet minima parte Gabriel habet dominium
& portionem,ut plene notatur in l.ſi duo.ff.de acquir.hæredit.
& ſemper ipſe poſſedit & uiuente Stephano & poſt mortẽ,& illi
eo quod Stephanus tentauit alienare ut fecit uirtute dictorum
pactorum,cecidit ipſo iure a portione ſua, quæ peruenit & ac-
creuit Gabrieli ſuperuiuenti & poſt mortem Stephani conti-
20 nuanti poſſeſsionem ſuam.¶ †Nec dicatur per dictum pactum
non fuiſſe inductum fideicommiſſum,& Stephanus poterat ha
bere hæredes ab inteſtato,ut notatur in d.§.diui.cum concord.
Tollitur enim obiectio uirtute pacti appoſiti inter ipſos fratres
quod fuit ſimplex,& purum de non alienando, & appoſitum in
fauorem non alienantis,caſu quo tentaret alienare, & alienan-
do ceciderunt a iure ſuo,& portio ipſorum ſimpliciter, & abſq;
aliquo onere peruenit ad non alienantem ad quem res prohibi-
ta alienari debuit peruenire pure ſimpliciter,& abſque onere,ut
notatur per Bar. in d.§.diui. ubi repetentes, char.xij.colu.ij.&
iij.uerſi.ſecundo no.&licet Stephanus potuiſſet habere hæredes
ab inteſtato,tamen iſtud non eſt in caſu præſenti conſiderabile
21 quia nullum habuit,† & non entis nullæ ſunt qualitates . l.ciua
qui.ff.ſi cer. pet.& non ſumus in alienatione uoluntaria, conſe-
quenter prohibita,contraria uero procedunt in alienatione ne-
ceſſaria,ut no.Bar.in d.§.ea lege.& in §.diui.ubi etiã pleniſsimè
repetentes char.vj.& ex diuerſis non bene infertur uulg.l.Papi
22 nianus exuli.¶ †Et per tale pactum de non alienando corrobo
ratum, celebratum ut ſupra fuit inductum fortius ius quàm ſi
eſſet fideicommiſſum,ut pleniſsime habetur in d.§. diui. & om
ni caſu alienatio uoluntaria eſt prohibita uirtute dicti pacti.
23 ¶ †Quibus iudicio meo non habent obſtare ea quæ nouiter ex
aduerſo dicuntur ꝙ dictus Stephanus non alienauit, nam licet
mandauerit alienari caſale, non tamen incidit in pœnam, cum
caſale non fuerit alienatum nec fuerit ſequuta aliqua traditio,
quæ requiruntur ad dictum effectum,ut uidentur no.doct.in l.
ij.C.de iure emphy.& in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de uerb. & in l.
24 qui Romæ.§.cohæredes.ff. eode. & in uulgato.§.diui.¶ † Nam
aduertendũ eſt ꝙ fratres paciſcentes in diuiſione,expreſſe uolue
runt dictum caſale non poſſe alienari, uerbo alienationis large
ſumpto,quo caſu omnis alienatio uidetur eſſe prohibita,& in-
ter uiuos,& cauſa mortis,& in quacunque ultima uoluntate, ut
eſt communis concluſio iuribus,& locis ſupra allegatis ſequitur
ex hoc ꝙ Stephanus in ultima uoluntate non potuit diſponere,
& diſponendo uti diſpoſuit incidit in pœnam pacti,nam uigore
ipſius in caſali non poterat inſtituere hæredem,nec illud legare
nec fidei committere,nec mandare alienari, ut ex pretio ipſius
ſatisfieret ſuis legatarijs,omnino enim iſta,& unumquodque ip
ſorum denotant alienationem reſpectu ultimæ uoluntatis, ut
plene habetur in d.§.diui.& no.per Bart.in l. peto.§.fratre.ff.de
leg.ij.quæ prohibita erant Stephano uirtute pacti, & ita prohi-
bitus alienare in ultima uoluntate diſponendo uno de modis ſu
prædictis,& moriendo cum dicta diſpoſitione alienare dicitur,
ex quo perfecit quicquid potuit,& in ultima uoluntate non po
25 teſt aliter uerificari alienatio,ut in dictis iuribus. ¶ † Et patet
ad ſenſum ea ratione uius, & contra procedunt in alienatione
quæ conſideratur inter uiuos, ſecus in illa quæ conſideratur in
ultima uoluntate,ut eſt præſens,& licet hoc ſufficeret,tamen ne
gari non poteſt ꝙ dictus Stephanus reſpectu ultimæ uolunta-
tis non tentauerit alienare mandando uti mandauit,& legando
caſale uendi,& ex precio eius ſatisfieri legatarijs, quo caſu caſa-
le legatum uidetur,cum ſubrogatum ſapiat naturam principa-
lis,& legatum pecuniarum factum taxatiue,ut debeatur ex pre-
tio caſalis uendendi caſale ipſum legatum eſt, quo conſiderato
Stephanus nedum tentauit uerum alienauit,& uirtute pacti unũ
26 ipſorum ſufficit uulg.§.affinitatis,inſtit.de nuptijs.¶ †Non ob
ſtat ꝙ ipſe Stephanus non tentauit,ex quo poterat reuocare ac-
ceptationem ſuam quę erat ambulatoria uſque ad mortem &c.
uulg.l.iiij.ff.de addimen.leg.& c.morte. de celebratione miſſa-
rum.nam Stephanus non reuocauit,ſed mortuus fuit cum dicta
uoluntate,& perfecit omnia,quod potuit cum mortuo teſtato-
re,teſtamentum ſummat robur, & exequendum ſit non per ip-
ſum,ſed per alios deputatos ab eo, cum executores omne quod
faciunt auctoritate eis conceſſa a teſtatore faciunt. c.religioſus,
de teſta.lib.vj.& eius diſpoſitio pro lege habetur.§.diſponat. in
27 auth.de nup. ¶ † Nec obſtat ꝙ conatus Stephani non debet pu
niri ex quo pœna imponitur ipſo iure. Nã aduertendum in hac
ſpecie, nedum puniri alienationem ſequuto effectu, ſed etiam
ſolam attentationem,& conatum uirtute pacti,quod dedit legẽ
l.j.§.conuenit.ff.depoſi.Solus itaque conatus attentandus,& pu
niendus ut partes uoluerunt ad quod tex.in c.j.de homic.li.vj.
& no.per Bar.in l.non ſolum.§.ſi mandato,in ultimis uerbis. ff.
de iniur.& in proprijs terminis eſt deciſio Bar.in d.§.diui.colu.
iij.in fin.& iiij.in princ.ubi dicit ſufficere ſi fuit inceptus actus
28 alienationis,licet nõ fuerit perfectus &c.¶ †Nec obſtat ſi dica
tur ꝙ Stephanus non attentauit,ſed ſtetit in puris terminis co-
gitationis,& non proceſsit ad aliquem actum extrinſecum, ut
notatur in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſco.& cler.& per
Bal.in l.iij.C.de ſeru.fugi. Nam aduertendum prædicta proce-
dere poſſe in actu qui fieret inter uiuos,ſed in actu qui celebra-
tur in ultima uoluntate,ut eſt præſens non militarent ex quo in
ultima uoluntate quis diſponendo,& cum.d.diſpõne moriendo
nedum dicitur ſtare in ſimplici cogitatione, quinimmo dicitur
perfeciſſe actum ex quo fecit omne quod faciendum erat toto
titu.de teſtamẽ. de lega.& in tota materia ultimarum volunta-
29 tum,†& ſi diceretur quod pactum iſtud de non alienando fuit
factum fauore fratrum maxime ultimi morientis, iſte finis iam
ceſſat mortuo Gabriele cuius poſtmodum nihil intereſt,& cum
Stephanus mandauit alienari poſt mortem Gabrielis, uidetur i-
gitur diſpoſitio bona. Nam aduertendum eſt quod dictum pa-
ctum de non alienando,bene fuit factum in fauorem Gabrielis
ultimi morientis,qui fauor erat, quod ad ipſum caſale deberet
peruenire,unde ſi non peruenit ceſſat fauor ſuus, & commodũ
quod non dicendum, quia contra textum in l.quod fauore. C.
de legibus,deberet enim peruenire liberum,quia fratres in diui
ſione uoluerunt caſale non poſſe diuidi,nec poſſe alienari,& qđ
legitima, & trebellianica, ac debita eſſent ſalua ſuper alijs eo-
rum bonis, & quod ſi quis tentaret alienare, portio illius illico
deueniret ad alium ſuperuiuentem, ex quibus colligitur quod
30 in caſu attentationis ad ſuperuiuentem libere deueniret.¶ †Et
ualde intereſt Gabrielis hoc fieri ex quo ſi libere ad ipſum per-
uenit diſpoſitio ſua facta ſuper caſali erit ualida ſi autem non
peruenit libere erit totum contrarium,intereſt namque teſtato-
ris eius diſpoſitionem ſeruari.§.& plus.inſtitu. de action. l.quia
31 poterat.ff.ad Treb.¶ †Intereſt etiam hæredis Gabrielis qui e-
ius repreſentat perſonam.ut in auth.defun.ſeu funer. & faciunt
no.in l.Gallus.§.quid ſi is.ubi glo.& doct.ff.de libe. & poſthu.
32 ¶ †Nec obſtat ſi diceretur quod Gabriel potuit grauari in di-
cto caſali per Stephanum,nam aut uenit ab inteſtato,aut ex te-
ſtamento,& utroque caſu grauari poteſt.l.de eo.C.de fideicom
miſ.cum no.in l.j.ff.de lega.j.& concordan. nam aduertendum
quod Gabriel nec ex teſtamento,nec ab inteſtato uenit ad ca-
ſale,ſed tantum uirtute pacti diuiſionis cui pacto fuit factus lo-
cus,ut patet ex inſtrumento inuentarij, & diuiſionis hæredita-
tis,& ex iudicio diſcuſsionis factæ, & ſic non conſideratur ca-
ſus qui non eſt, & quia uenit uirtute pacti grauari non potuit.
¶ †Et

33 ¶ † Et ſi diceretur quod potuit grauari in æſtimatione, & in di-
cto Caſali Stephanus poterat habere alium hæredem ab inteſta
to &c. ¶ Reſpondetur quod dictæ conſiderationes in facto no-
ſtro non concurrũt, nam nullus alius hæres eſt ab inteſtato, nec
Gabriel fuit grauatus in æſtimatione, & ideo non conſideran-
dum, cum non entis nullæ ſint qualitates. c. ad diſſoluendum. de
34 deſpon. impub. & l. eius qui. ff. ſi cert. pet. ¶ † Non obſtat ſæpius
dictum quod Stephanus contulit alienationem in tempus per-
miſſum, ſcilicet, poſt mortem Gabrielis, ergo potuit hoc facere,
ut notatur in l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. Et illa dictio, perpe
tuo, poſita in pacto debet reſtringi ad tempus uitę Gabrielis, vt
35 in ſimil per glo. in l. j. ff. pro ſoc. ¶ † Nam aduertendum eſt ob-
iectionem ſublatam alias fuiſſe per ea quæ no. in c. cum dilecti.
de accuſ. tamen magis clare reſpondendo dicitur ceſſare obie-
ctionem ea his quæ no. Bar. in l. alia. §. eleganter. col. ij. uer. non
obſtat quod dicit paria. ff. ſol. mat. ubi tenet paria eſſe fieri tem-
pore permiſſo uel conferri in tempus habile quando non requi
ritur certa habilitas in tempore quo actus fit, ſi enim tẽporeqno
fit actus requirit certa habilitas, tũc interuenire dẽt tpe quo fit
nec ſufficit quod conferatur ad tpſ habile, allegat iura quod in
caſu noſtro uerificatur, nam qui alienat tempore alienationia
debet eſſe habilis, & dicto tempore conſideratur habilitas & nõ
36 alio. ¶ † Prout obiectio poteſt tolli ex no. per Bar. in l. ſi conſtã
te. § quoties. col. ij. in prin. ff. ſol. mat. ubi limitando d. l. in tem
pus. dicit non procedere quando in initiu debet conſiderari ha
bilitas, & lex reſiſtit in initio actus, nam tunc non ſufficit con-
ferre in tempus habile, in caſu præſenti pactum de non alienan
do quod loco legis habetur, conſiderat initium quo quis ne-
dum alienat, ſed tentat alienare conſequenter non ad paria.
37 ¶ † Ad quæ bene faciunt uerba pacti ibi ullo unquam tempore
nec perpetuo, quaſi non clauderent omne tempus etiam poſt
mortem Gabrielis nihil operarentur quod non dicendum, uul
ga. cap. ſi papa. de priuileg. lib. vj. l. ſi quando, de leg. j. Probatur
conſequentia, nam ſimplex pactum de non alienando induce-
ret tempus uitæ, & dicta uerba quæ reſpiciunt tempus ultra, ſi
non operarentur eſſent fruſtratoria quod non dicendum, & di-
cta prohibitio eſt perpetua, & ſic excludit omne tẽpus, & ſi non
38 excluderet contrariaretur ſibijpſi quod non dicendũ. † Dictio
enim in perpetuum denotat infinitatem temporis. l. annua. §. ſi
Titio. ff. de annu. lega. & in auctẽ. de reſtit. & fideicom. §. nos
autem. iuncto prin. quæ perpetuitas eſt ſine præfinitate. l. ſine p̃-
finitione. ff. de pœn. unde ſi limitaretur ad tempus uitæ non de-
39 notaret perpetuitatem & ſic contrariaretur ſibi. ¶ † Et licet ali
quando dictio, perpetuo, limitatur ad uitam. l. j. ff. pro ſoc. iſtud
procedit quando ſubiecta materia hoc patitur, ut erat ibi in ſo-
cietate quæ finitur morte ſociorum. l. adeo. §. finire. eodem ti. in
caſu uero noſtro materia ſubiecta arguit totum contrarium, ut
ſupra, debet itaque illud perpetuo, intelligi poſt uitam, nam ad
quid fratres uoluerunt caſale eſſe indiuiſibile, & q̃ nullo unquã
tempore, & in perpetuum non poſſet alienare, & quod legitima
& trebellianica eſſet ſalua in alijs rebus, niſi ad effectum quod
dictum caſale perueniret ad ſuperuiuentem in caſu contrauen-
tionis pacti, liberum omni tempore, & faciunt illa uerba ullo vn
quam tempore quæ ſunt generalia & prægnantia, & multum cõ
ſideranda, ut dicunt Moder. in l. quædam. §. nihil intereſt. ff. de
40 eden. & not. per Bal. in rubri. C. de contrah. empt. q. ix. ¶ † Non
obſtat. §. hæredes. ut ſatis ſit quod requiratur, ut ibi no. nam in
caſu noſtro nulla fuit requiſitio, conſequenter Gabriel in mora
minima conſtitutus fuit, unde ceſſat diſpoſitio. d. §. ut ibi uolunt
omnes, & quaſi perpetuo debebat remanere in familia, ut patet
per uerba pacti. quo caſu, etiam requiſitione præcedente aliena
ri non poteſt, ut not. Bar. & alij in d. §. cohæredes. & in l. peto. §.
fratre. de lega. ij. ¶ Vlterius conſiderandum eſt, quod Gabriel
locauit caſale de quo agitur aduerſario pro mercede annua uti
in inſtrumento locationis, & quia mortuo Gabriele hæredibus
41 ſuis de dicto caſali mercedem non ſoluit, non uideo † quin pro
tempore decurſo non teneatur ad ſolutionem dictæ mercedis to
tu ti. ff. C. & inſtitu. locati. cum de locatione ac quod dicti acto
res ſint hæredes Gabrielis conſtat per inſtrumenta præſentia.
42 ¶ † Nec obſtat quod Titius impedit iſtum uti, & frui dicto ca-
ſali etiam quod hoc facit cauſa dictorum hæredum, conſequen
ter uidetur conductorem non teneri ad ſolutionem penſionis
per ea quæ no. in l. ſi merces. §. culpæ. & in l. ſi fundus. ff. loc. cum
43 li. ¶ † Nam aduertẽdum eſt q̃ ante tempus impedimenti allega
ti nulla eſt difficultas, quin conductor non teneatur ad ſoluen-
dum mercedem, & etiam no. in præallegato. §. culpę. & prælle-
ga. l. ſi fundus. difficultas tantum eſſe uidetur poſt impedimen-
tum quo caſu habemus conſiderare ipſum non eſſe audiendum
niſi a tempore quo impedimentum notificauit actoribus, quo-
niam de tempore antecedente notificationem non reſultat dif-
ficultas quin non teneatur ad ſolutionem mercedis temporis p̃
cedentis notificationem, ut no. per doc. in iurib. præalleg. & in
44 l. in his. in prin. ff. ſo. ma. ¶ † Poſt tempus uero notificati impedi
menti allegati cadit duplex conſideratio. Prima nam hæredes
Gabrielis actores notificatione eis facta poteſtati ſunt contra
conductorem petentes alterum duorum uel q̃ perſeueret in cõ
ductione & ſolueret mercedem uel q̃ recederet a locatione &
conductione & quia conductor alterum prædictorum non ele-
git, minime dubitandum quin repelli debeat ab ipſa conductio
ne, cum non ſeruet formam locationis habentis q̃ non ſoluen-
do mercedem ſit licitum locatori expellere conductorem, quæ
conuẽtio. l. dat. l. j. §. ſi cõuenit. ff. depoſ. nec conductor poteſt ſe
iuuare dicẽdo impediri cauſa dictorum hæredum locatoris ex
quo ille impedimentum præſtat odio & inimicitijs ipſorum hæ
redum, nam aduertendum eſt quoniam non creditur probatum
45 illum expuliſſe conductorem & eius animalia a caſali. † Et eſto
q̃ probarentur minæ tamẽ ſolę non ſufficiunt. l. vi. l. metum. ff.
quod met. cau. & per Fel. in c. j. de offi. deleg. in prin. Prout etiã
quia ſi minæ eſſent in aliquali conſideratione, tamen ipſi hære-
46 des nullam dederunt cauſam inimicitijs. † Et quamuis ille dicat
hoc facere cauſa dictorum hæredum tamen cum ipſi hęredes ve
rè cauſam non dederint, dictis & uerbis illius non eſt credendũ
nec ex hoc locatores dẽnt pati damnum & retentionẽ penſionis
ut vr̃ concludere Pau. & Imo. in d. l. in his. & Bal. conſi. ccxxvij.
in ij. uolum. Fulgo. Salyc. in d. §. culpæ. & melius per Alex. cõſi.
clxix. in ij. uol. requiſiti, ubi declarat intellectum dicti. §. culpæ,
& dictæ. l. ſi fundus. & concluditur, ut ſup. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Expectantes pares in data, & proceſſu mutuo ſe impediunt & ad ordinarium recurritur.*
2 *Minus diligens non poteſt acceptare, nec ſibi facere prouideri ſtante concurſu aliorum expectantium, qui ſunt diligentiores.*
3 *Concurrens magis obſtat, quam excluſus.*
4 *Decretum expectantis fortioris impedit debiliorem quantumcunque, &c.*
5 *Decretum nedum ordinarium uerum exequutorem expectantis debilioris afficit.*
6 *Expectans debilior, quo caſu & quo ad quid poſſit defendi aduerſus potentiores.*
7 *Diligentior in proceſſu excludit alios minus diligentiores.*
8 *Minus impeditus ex pluribus impeditis eligendus eſt.*
9 *Excluditur ab illis qui habent, quod ipſe habet & plus aliquid.*
10 *Vbi concurrunt plures prouiſiones facta ab eadem perſona ſuper eodem beneficio nec apparet de prioritate ambæ prouiſiones ſunt inualidæ.*
11 *Gratia, ſi neutri, quo caſu locum habere poteſt, & numero. 16. 17. & ſequen.*
12 *Obligatio plurium debitorum quid operatur.*
13 *Beneficium poteſt deberi duobus, quamuis tribuendum ueniat uni.*
14 *In terminis. cap. duobus. facta electione per ordinarium electus habet ius in beneficio, magis prouiſione executoris electione quam ordinarij.*
15 *Legatum dandum uni ex pluribus elegendo a Titio, a quo iſte dicetur conſequi legatum.*
18 *Plures in eodem beneficio, an poſſint habere ius, & nu. 19.*
20 *Licet ius in re ſuper beneficio non poſſit quæri pluribus in ſolidum, poteſt tamen quæri ad beneficium.*
21 *Declaratio gratiæ, ſi neutri, & nu. 22. 23.*
22 *Dictio, ſeu utrunque caſum comprehendit.*
23 *Et per dictam gratiam Papa, quibus uidetur derogare, & nu. 24.*
25 *Princeps difficilius derogat iuribus litigantium, quàm aliorum.*
26 *Declaratio, ad capitulum primum, de eo qui mitti. in poſſ.*

CONSILIVM CL

1 SI QVAERIMVS: An iſti expectantes mutuo
ſe impediat ad effectum, ut prouiſiones exequuto-
rum expectatiuarum non pñt ſortiri effectum ſine
alio adminiculo dd̃m puto q̃ ſic, ut eſt text. expre
ſu

ſus in c.c.duobus. in fine de reſcrip.lib.vj. vbi dicitur ꝙ ſtante
paritate expectantium recurrendum eſt ad electionem ordina-
rij,& ſic in illis terminis prouiſio executoris non eſt effectualis
niſi cum ea cõcurrat voluntas ſeu electio ordinarij,ſi vero quæ
rimus,an ſe impediant ad effectum vt cenſeantur nullum ius ha
bere vt ſit locus acceptationi & prouiſioni alterius expectan-
tis habentis ius debilius, & dicendum puto quòd non vt dedu
2 cam in ſequentibus dubijs.¶ † Ad ſecundum dicitur quòd Ioa.
minus diligens non potuit acceptare nec ſibi prouideri facere
ſtante concurſu aliorum expectantium qui ſunt diligentiores
in proceſſu,nam cum decretum expectantis fortioris impediat
expectantes debiliores etiam vbi ipſe expectans fortior ab alio
expectante excluditur vt eſt caſus in c.auctoritate. de conceſſ.
præben lib.vj.vbi decretum appoſitum in literis tertij expectã
tis excludit primum quantumcunque ipſe tertius excludatur a
ſecundo, fortius ergo decretum expectantium habentium gra
tias fortiores debet impedire expectantem debiliorem,vbi ipſi
3 fortiores non excluduntur,ſed concurrunt.¶ † Cum magis ob
ſtet concurrens quàm excluſus. vt de ſe patet & probatur in l.
qui ſoluendo.la prima.ff.de hæred.inſtituen.& l.duo ſunt titij.
de teſta.tu.poteſt etiam ad hoc induci text.in c.penul. de præ-
ben.lib.vj.vbi decretum expectantis fortioris impedit debilio-
4 rem. † Quantumcunque gratia fortioris propter ſuperueniens
impedimentum vllo modo poſſet ſortiri effectum multo magis
ergo in caſu noſtro impedietur debilior expectans cum fortio-
res expectantes non ſint in totum impediti,immo concurſu nõ
obſtante beneficium ſit dandum alteri ex eis,vt dicit tex.in d.c.
5 duobus.in verbo teneatur.† Qui vult ſtante concurſu expectan
tium vt ordinarius in tãtum teneatur alterum eorum eligere,ꝙ
non poteſt prouidere tertio,vnde patet,ꝙ decretum expectan-
tium inſimul concurrentium eſt efficax in præiudicium aliorũ,
qua enim ratione afficit manus ordinarij collatoris, eadem af-
ficiet executorem expectantium debiliorum,vt probatur in cle
6 mentina unica,primo reſponſo de conceſſ.præb.† Inſuper ſi ex
pectantes fortiores concurrerent ſolum ad inuicem uel tracta-
remus de ſententia abſolutoria,vt debilior poſsideret,forte ſic
ferenda eſſet ſententia pro debiliori expectãte,ſed ex quo quæri
mus de validitate prouiſionis & ſic ad effectum ſententiæ adiu
dicatoriæ non uideo quomodo defendi poſsit expectans debi-
lior cum expectantes fortiores etiam cum ipſo cõcurrant,& pu
gnant aduerſus ipſum,vt ex facto apparet, vnde ſi expectantes
fortiores impediunt ſeipſos fortius debent etiam expectantem
debiliorem,quia ſi quod plus eſt, impeditur,fortius ergo id qđ
minus auctẽn.multo magis.C.de ſacroſanc.eccle. & in regula
7 nõ debet,cui quod plus eſt. † Vltra hæc caſus videtur eſſe in d.
cap.duobus.ſecundo reſpõſo,ubi eſt expreſſum quòd ſtante ali-
quo expectante diligentiore in proceſſu alij minus diligentes
excluduntur, ſed in caſu noſtro ſunt duo expectantes diligen-
tiores Ioanne,ergo eſt excluſus & aliter dicẽdo ſequeretur ma
ximum inconueniens nam iura volunt ex pluribus impeditis
eligendum minus impeditũ,vt in regula quoties nihil ſine cap-
8 tione,& in regula in obſcuris,† nos autem ex pluribus impedi-
tis ad conſequendum beneficium de quo agitur eligemus ma-
gis impeditum, cum Ioann. obſtent omnia quæ obſtant a-
lijs & vltra illa obſtet minor diligentia, & quòd Io.impeditur
a duob.ſimul,cum tñ quilibet aliorũ expectantiũ non impedit
9 niſi ab vno vt patet intuenti.¶ † Vltimo dicendum puto quòd
dictus Ioannes lege lædatur ſeu impediatur etiam ratione pari-
tatis ſeu concurſu, nam licet alij expectantes habeant pluſquã
ipſe,tamen habent etiã illud idem cum in eo quod eſt plus &c.
vt in regula iuris & in l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de verbo.obliga.vn-
de cum verum ſit eos in omnibus concurrere & concurſum im
pedire effectum prouiſionum.dicto cap.duobus. ergo prouiſio
10 Io.canonizari non poteſt.† Ad vltimum dicendum puto cano-
nizandum eſſe gratia gratificationis Pauli,nam gratia, ſi neutri
Ioan.canonizari non poteſt ex quo cum illa in eadem data cõ-
currat alia gratia,ſi neutri,Pauli, & certum eſt quòd vbi con-
currunt duæ prouiſiones factæ ab eadem perſona ſuper eodem
beneficio,nec apparet de prioritate,ambę prouiſiones ſunt in-
ualidę niſi ſuperior aliter declaret, nec hoc caſu poſſeſſor præ-
fertur,vt concludunt Ioan.Andr.& alij in cap.ſi a ſede.de præ-
ben.libro vj.ſed in caſu noſtro non conſtat de prioritate dictã-
rum gratiarum, nec Papa aliter declarauit niſi forte in fauo-
rem Pauli cui poſtea prius gratificauit,ergo dicta gratia,ſi neu
11 tri, Ioan.eſt inutilis.† Præterea vt arbitror hoc caſu non poteſt
habere locum gratia, ſi neutri, quia non eſt uerum neutri ius
competere, immo ius competebat illis duobus expectantibus
fortioribus qui concurrebãt,probatur hoc quia neceſſe erat da
re beneficium iſtud alteri ex eis.vt in dicto capitulo duobus.in
fin.ſicut ergo in obligationibus alternatiuis, obligatio eſt in
vtraque re,quantumcunque altera tantum ſit ſoluenda.l. ſi duo
rei,in fin.ff.de ver.ob.& nota.in l.qui decem. §. Stichum. ff.de
12 ſol.† Et ſicut obligatio ꝯſiſtit inſolidũ in plurib.reis credendi,
& debendi,quantumcunque ſufficiat vni ſolui, & ſolutio facta
ab vno.ut inſtitu de duob.reis,in prin. &.ff.eod.tit l.ij.ſic & in
caſu noſtro beneficium de quo agitur debebatur ambobus di-
ctis expectantibus quamuis alteri tantum per electionem ordi
13 narij tribuendum eſſet. † & ſi aliter dicimus ſequeretur ꝙ ubi
non ſunt niſi duo expectantes qui inuicem concurrant ordina-
rius poterit alteri conferre, ex quo neutri ius competit, & ſic
neutri fatit iniuriam, quod tamen abſquedubio eſt falſum,
14 vt patet ex dicta gloſſ.in capitu. duobus † Inſuper puto quòd
in caſu.d.capitu.duobus.facta electione per ordinarium, ele-
ctus habeat ius in beneficio magis vigore prouiſionis executo-
rum quàm electionis. Probatur hoc quia ordinarius caret pote
ſtate conferendi ſtante decreto,& appoſitione manus Papæ.ca.
15 ut noſtrum.de appr.& in c.ſi ſoli de cõceſſ.præben.lib.vj.† Cõ
firmatur hoc quia ſicut legatum factum vni ex pluribus quem
Titius elegerit non cenſetur datum ab eligente ſed a teſtatore.
l.unum ex familia.§ j.ff.de leg.ij.ita in caſu.d.c.duobus. benefi
cium debet cenſeri collatum a Papa mediãte executore gratiæ
ex quo ordinarius cogitur alterum ex illis eligere, & facit ad
hoc.c.cum aliquibus.de reſcrip.lib.vj.Confert his tex.d.c.duo-
bus.nam ponit aliqua uerba per quæ uideatur ꝙ ſtante dicto
concurſu non poſsit dici neutri ius competere,ex quo in euen-
tum electionis ordinarij, collatio executoris dat plenum ius
16 in beneficio † Cæterum arbitror ꝙ Papa dans gratiam ſi neu-
tri intendit illam habere locum,vbi inter colligantes eſt pari
tas,nec vult alicui præiudicare,vt patet ex illis verbis, ſi neutri
&c.ſed in caſu noſtro non eſt paritas ex quo beneficium debe-
tur Paulo,licet alter cum eo concurrat, & Ioann.aliquo modo
17 debetur.† Item ſi diceremus gratiam,ſi neutri,habere locum p̃
iudicaretur diſpoſitioni dicti capi.duobus & tamen in una par
te gratia,ſi neutri,vt arbitror derogat diſpoſitioni illius capitu.
duobus,concluderem ergo non eſſe locum gratiæ,ſi neutri,ſed
ſequenti gratię gratificationis,& iſtud clarè videtur determina
re glo.in uerbo concurrant,in d.c.duobus,dum dicit in illis ter
18 minis eſſe locum gratificationi. † Non obſtat ſi dicatur ꝙ plu-
res non poſſunt ſimul habere ius in eodem beneficio.c.maiori-
bus,& c.dilecto de præb.& l.ſi vt certo.§ ſi duobus.ff.commo-
19 dati.nam hoc procedit ſm veritatem, † ſecus autem eſt inſpe-
cta fictione.l.plerunq;. ff.ſi cer.pe.l. ſi is qui pro emptore.ff.de
20 vſucap.¶ † Præterea ius ad rem, põt quæri pluribus inſolidũ.
21 ff.de duo.re. per totum,& l.quoties. C. de rei vendica.† Et ad
hoc vt deficiat gratia ſi neutri ſufficit ꝙ alter ex litigantib. ha-
22 beat ius ad rem.† Nam dicitur in huiuſmodi gratijs, ſi reperie
ris neutri dictorum collitigantium in dicto beneficio, ſeu ad il
lud ius competere &c.dictio ſeu,utrunq; caſum includit.l.ſi qs
ita legauerit.ff.de auro & argen.leg.ſed clarum eſt ꝙ Pau. ha-
23 bet ius ad rem,ergo non eſt locus gratiæ,ſi neutri.† Nec dici po
teſt ꝙ Papa in gratia,ſi neutri,uellet derogari iuri ad rem pro-
pter illam clauſulam,aut ſi aliqui ſuper prouiſionib. ſibi facien-
dis &c.quia iſta clauſula nõ operatur effectum,ubi etiam in ca
ſu noſtro vltra literas apoſtolicas beneficium vacauit, & fuit p
expectantem acceptatum, licet in hoc ſint opiniones, vt ponit
Bernard.de Beſi.de conceſſ.præben. deciſi.viij.& deciſi. in no-
24 uiſ.ccxlv.licet de more &c.† Vel verius dato ꝙ Papa per illam
clauſulam derogaret etiam acceptationib.expectantium,tamẽ
hoc non refertur niſi ad expectantes, qui non ſunt in lite, quo
autem ad litigantes Papa præſeruat etiam ius ad rem, ut patet
ex dictis uerbis,ſeu ad illud,& eſt ratio quia princeps difficilius
25 præiudicat iuri litigantium,† & in dubio non creditur velle p̃-
iudicare litigantibus,vt in auc.in medio litis non fieri,per totũ
in cap.fina.ut lite pendente,& in ca. primo,& ij.eodem titulo,
libro ſexto,& ſi aliter dicimus non uideo quid operarentur in
26 gratia,ſi neutri,illa uerba ſeu ad illud &c.† Præterea in caſu no
ſtro vltra acceptationem eſt etiam prouiſio licet impedita per
concurſum. Inſuper non obſtant not.in capitulo unico,de eo
qui mitti.in poſſeſſ.quia in caſu noſtro,iura actoris, & rei ſunt
inequalia attenta gratia gratificationis,qua habet Pau. Pariſ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra carceratum, qui non poterat adeſſe iudicio eſt nulla.*
Quando quis non poteſt interuenire iudicio ex iuſta, & neceſſaria cauſa non tenetur conſtituere procuratorem, & ſententia contra ipſum lata eſt nulla ipſo iure, & nu. 3. 4. & 5.
Impedimenti cauſa quando remedium introducant.
2 *Impedimentum ex quibus uerificetur, & de eo quando dicatur conſtare.*
3 *Carceratus de facto, & iniuſtè non tenetur mittere procuratorem.*
4 *Carceratus propter delictum ſui culpa habere dicitur impedimentum neceſſarium ita ut non teneatur conſtituere procuratorem, & ſententia contra eum lata eſt nulla.*
5 *Et quid ſi non habet facultatem ſe defendendi per procuratorem.*
6 *Vel ſi cauſa eſſet ardua.*
7 *Cauſa ardua eſſe iudicatur ex ualore ipſius uel quando &c.*
8 *Et quid ſi impedimentum eſt duraturum longo tempore uel paruo, In cauſa ardua non tenetur quis procuratorem conſtituere, & nume. 5. 6. & 7.*
9 *Pauper dicitur non habere facultatem mittendi procuratorem.*
10 *Impedimentum iuſtum reputatur, quãdo quis non poteſt habere documenta pertinentia ad cauſam pro ipſius defenſione.*
11 *Si bona alicuius ſunt publicata, poſtmodum non eſt agendum contra ipſum ſed contra fiſcum.*
12 *Capitulariter condemnatus habet iuſtam, & neceſſariam cauſam non comparendi ſi coram alia conuenitur.*
13 *Infirmus corpore habet iuſtum impedimentum non comparendi.*

CONSILIVM CII.

QVOD ſententia lata a conſeruatorib. ſit euidentiſ
ſime nulla ex plurib. capitib. oſtenditur. Primo qa
fuit proceſſum ꝯ Io. Fran. carceratum, qui non po-
terat in iudicio adeſſe ex cauſa neceſſaria & proba
bili qm̃ de mandato Ducis fuerat carceratus & capitali ſenten-
tia condemnatus deſcriptis omnibus eius bonis & iuribus, & fi
ſco Ducali applicatis, & cognitionis & ſententię tempore deti-
1 nebatur in carcere, † ex quibus apparet ꝙ huiuſmodi ſententia
contra ipſum lata, eſt ipſo iure nulla. nam quando quis non põt
adeſſe ex iuſta & neceſſaria cauſa procuratorem ad cauſam mit
tere non tenetur, & ſi cauſæ impedimenti ante ſententiam iudi
ci innoteſcant ſententia poſtea lata eſt ipſo iure nulla. Si autem
poſt ſententiam oſtendantur per in integrum reſtitutionem ſen
tentia reſcinditur, ita Bar. & doct. cõiter concludunt in l. quæſi
tum. ff. de re iud. l. ij. §. ſi quis. ff. ſi quis caut. in l. fi. ff. de in integ.
reſti. in l. j. ff. de diuer. & tempo. pręſcrip. l. ij. §. fi. de cuſto. reo. &
in capitu. ij. de procu. Cauſæ autem impedimenti innotuerunt
conſeruatoribus quia comparuit defenſor dicti Io. Fran. ad al-
legandum cauſas huiuſmodi impedimenti citatis aduerſarijs &
in hac cognitione uenerunt literę ducales emiſſę ad conſeruato
res quæ ipſos certiores reddebant de carceratione & illos hor-
2 tabantur vt differrent per duos menſes in cauſa procedere. † Vt
carceratus potuiſſet adeſſe defenſioni quæ omnia ad effectum
certiorandi iudices abunde ſufficiunt per Bar. & doct. in d. l. q-
ſitum. & per Bar. in l. liberto. §. item. ff. de nego. geſt. & in extra
nag. ad reprimen. in verbo neglexerit. & per Ab. in d. c. ij. quod
autem Io. Franc. iuſta & neceſſaria cauſa fuerit impeditus, pa-
tet, quia fuit iniuſte & de facto condemnatus bonis omnib. pri
uatus, & in carcerem coniectus, vt patet ex proceſſibus forma-
tis contra ipſum in quibus nullum eius delictum apparet. Nam
carceratur de facto & iniuſte nõ tenetur mittere procuratorẽ.
3 Et ſi iudici conſtitit, de carceratione ante ſententiam, ſententia
eſt ipſo iure nulla, ſi autem poſtea conſtet reſcinditur vt per do
cto. maximè per d. Alex. in l. ij. de in ius voc. & in d. l. quæſitum
4 ¶ † Cæterum poſito, ꝙ aliquo modo poſſet apparere fuiſſe car
ceratum propter delictum commiſſum, & ſic eius culpa, & quo
dammodo iniuſta ſed neceſſaria cauſa impeditum argu. l. Papi-
nianus. ff. de minor. l. ſed & ſi per prætorem. §. j. ff. ex quib. cau.
ma. In caſu noſtro ęquę iudicari põt ac ſi iuſta & neceſſaria cã
fuiſſet impedimẽtum, & propterea non tenebatur mittere pro-
curatorem & per conſequens ſententia nullius fuit momenti,
5 † nam quando quis eſt iuſte carceratus vt propter delictum ſi
non habeat facultatem comparendi per procuratorem tunc
ſententia contra carceratum non ualet vel reſcinditur vt di-
ctum eſt, & ita intelligitur quod dicit Bar. in l. is qui reus. ff. de
publi. iudi. in fi. qđ quidem declaratur, per Pa. de Ca. in l. ij. §. ſi
quis. ff. ſi qs cau. & in d. l. ij. §. ſi qs. de in ius uoc. quę ibi ſequit.
d. Alex. in d. l. quæſitũ. videlicet quòd ſi carceratus habeat facul
tatem ſe defendendi per procuratorem, altero tamen iſtorum
deficiente, vel quòd fuerit iniuſte carceratus licet habeat facul
tatem mittendi procuratorem, vel ꝙ fuerit iuſte carceratus &
non habet facultatem mittendi procuratorem, non poteſt pro
cedi ualide contra carceratum & ita loquitur Bart. in d. l. ij. de
in ius voc. idemq; dixit d. Alex. in d. l. quæſitum. ij. col. ex aucto
ritate eiuſdem Pau. ibi & Bar. in l. idemque. ff. pro ſoc. in eo qui
eſt iuſte carceratus & habeat habilitatem mittendi procurato-
6 rem, & cauſa non ſit ardua. † Altero tamen iſtorum ſubſiſten-
te, vel ꝙ non habeat facultatem mittendi procuratorem, vel ꝙ
cauſa ſit ardua, procedat Bar. in d. l. ij. de in ius voc. videlicet ꝙ
non valet ſententia contra iuſte carceratum & in ſumma dicen
dum eſt ex ſententia doct. in locis prædictis alterum ex proxi-
me relatũ ſufficere ad hoc vt ſententia contra iuſte carceratum
ſit nulla vel ꝙ non habuerit facultatem mittendi procuratorẽ,
7 vel ꝙ cauſa ſit ardua. † Quod autem cauſa huiuſmodi ſit ardua
apparet quia eſt valoris decem milium ducatorum, & vltra, &
quaſi de tota ſubſtãtia agitur & propterea dicitur cauſa ardua.
l. item propter litem. ff. de excuſa. tuto. c. j. de reſt. ſpol. lib. vj. &
not. per Abb. in d. c. ij. de procur. in vlti. col. & ibidem d. Ant. in
8 in vj. col. † Et ſane quando cauſa eſt ardua ſiue impedimentum
ſit duraturum longo tempore, ſiue non impeditus non tenetur
mittere procuratorem per tex. in d. c. querelam. de procu. & ita
intelligit d. Ant. in c. cum dilecti. de dol. & contu. & Bal. in l. ab
eo. C. quo. & quan. iud. quos refert & ſequitur d. Alexan. in d. l.
ij. §. ſi quis. ff. ſi quis cau. in ij. col. & idem tenet Abb. in d. c. que-
relam. & tanto magis in caſu noſtro, non tenebatur mittere pro
curatorem ex eo ꝙ cauſa erat ardua. & quia fuerant conſerua-
tores certiorati per literas ducales ꝙ impedimentum non erat
9 longo tempore duraturum. † Quod autem dictus Io. Franc. car
ceratus non habuit facultatem mittendi procuratorem oſten-
ditur primo propter egeſtatem in qua erat deuolutus cum ni-
bil ei capitaliter condemnato bonis omnibus priuato relictũ
erat pręter miſerandam fortunam paupertatis, paupertas enim
eſt impedimentum & iuſta & neceſſaria cauſa & equiparatur
graui corporis infirmitati propter quam paupertatem non ha-
bebat facultatem mittendi procuratorem & ideo non teneba-
tur vt nota. per docto. in d. l. ij. §. ſi quis maxime, per d. Alex. in j.
col. & nota. in c. ex ratione. de appel. facit. l. ſi procuratorem. §. ſi
ignoran. ff. mand. item non habebat facultatem mittendi pro-
curatorem qui potuiſſet cauſam eius defendere, quia omnia iu
ra & documenta ad cauſam neceſſaria fuerant confiſcata, ſimul
cum alijs ſcripturis & bonis & quæ adhuc apparent inſcripta
in quodam repertorio fiſcali vbi bona omnia deſcripta fuerũt.
10 † Nam ille qui allegat non poſſe habere documenta pertinen-
tia ad cauſam dicitur iuſte impeditus in defenſione cauſę & do
cumentis poſtea habitis retractatur res iudicata ex quo haberi
non potuerunt tempore cognitionis ita no. Ang. in l. imperato.
res. ff. de re iudi. & Barto. in l. j. C. de ſenten. aduer. fiſ. lat. lib. x.
11 † Præter hæc illud plene efficit ſententiam & proceſſum contra
prædictum carceratum nullius eſſe momenti, quia fuit actum
contra carceratum poſt publicationem & confiſcationem om-
nium bonorum, nõ amplius dominum nec poſſeſſorem qui de-
buiſſent agere contra fiſcum cui bona erãt applicata vt no. Bar.
in l. fi. ij. col. ff. de in integ. reſti. nam per publicationem bono-
rum erat liberatus ab actionib. paſſiuis iuxta l. j. C. de fideiuſſ.
& l. ij. C. ad leg. Iul. de vi publi. vel priuat. iniquum eſt enim a-
ctiones aduerſus eos debere dari quibus bona ablata ſunt, vt di
12 cit tex. in l. fi. §. fi. ff. de his quæ in frau. cred. † Denique illud ob
mittendum non eſt, ꝙ in caſu noſtro non ſolum interuenerunt
huiuſmodi impedimenta relata, ſed etiam condemnatio capita
lis etenim capitaliter condemnatus dicitur impeditus iuſta &
neceſſaria cauſa & huiuſmodi impedimentum connumeratur
inter iuſtas & neceſſarias cauſas, vt eſt text. in l. ſed & ſi quis in
13 princ. ff. ſi quis cau. † & merito ęquiparari poteſt aduerſę valitu
dini in qua propter infirmitatem corporis dicitur quis impedi
tus iuſta & neceſſaria cauſa. d. l. quæſitum. & d. l. ij. §. ſi quis quã
to magis capitaliter condemnatus propter animi egritudi-
nem dici poteſt aduerſa ualitudine laborare qua ratione rece-
ptum eſt, vt non tam infirmitas corporis propria ſed & ſuo-
rum dicatur impedimentum ex iuſta, & neceſſaria cauſa. xxiij.
diſtinctione. capitu. communis, & ibi gloſſ. & per doctores in
d. l. ij.

dicta l.ij.§. ſi quis, & in dicto capituio querelam, & in dicta l.
quæſitum, & hoc propter merorem, & animi dolorem, quo
quis afficitur ſuorum infirmitate, vt dicit tex.in dicto capitu.
communis. Pariſius.Rom.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſuper bonis eccleſiaſticis liberã habet facultatem diſpõ̃ẽdi.*
Et poteſt ſuper rebus feudalibus facere inueſtituram, & concurre
re cum ordinario.
2 *Et inueſtituram factum per ordinarium poteſt extendere ad fœ-*
minas.
Et maſculis poteſt præiudicari per dominum feudi.
3 *Ius competens agnatis ex inueſtituris eſt in ſpe, & non dicitur eſſe*
in bonis antequam &c.
4 *Et illi iuri poteſt per principẽ præiudicari, ut fit per legitimationẽ,*
& ſimilia.
5 *Vt eſt etiam in filio adoptiuo.*
6 *Fœminæ à ſucceſſione feudorum quare excludantur.*
7 *Papa poteſt dare nouam formam ſuccedendi in feudalibus,*
8 *Et licet ſine cauſa princeps non poßit uaſallum deueſtire, tamen po*
teſt ponere feudum ſub certa regula.
9 *Conſuetudo q̃ liberè feuda poßint uendi, & alienari an ualeat, &*
idem fieri poterit per priuilegium.
10 *Inueſtituræ antiquæ uocantes fœminas, attendi debent.*
11 *Conſuetudines feudales, iuris ſunt poſitiui, & alterari poſſunt.*
12 *Quando princeps concedit aliquid non ſunt citandi illi quorum po-*
teſt intereſſe.
13 *Narratiua, an & quando reddat diſpoſitionem ſurreptitiam.*
14 *De prima inueſtitura quando facienda ſit mentio, ne eſſet ſur-*
reptio.
15 *Et quæ taciturnitas reddat gratiam ſurreptitiam, & ſequen. &*
nume.18.
16 *Negligens petere inueſtituram priuatur iure ſuo.*
17 *Frater in feudo quando ſuccedat fratri.*

CONSILIVM CIII.

QVOD Habitatio facta per D. N.Pontificem in p
ſona dom.Annæ de dictis caſtris pro ſe & eius de-
ſcendentib. legitimis, & naturalib. vtriuſq; ſexus,
valeat, & teneat, videtur non eſſe dubitandum, cũ
facta fuerit a Pontifice habente liberam facultatem, & poteſta-
tem ſuper bonis eccleſiaſticis iuxta no.per Abb.& docto.c.præ
ſentia de proba.per Ioan.An.& alios in c.ij. de conceſ. præben.
1 & in cle.j.vt lit.pend.† Quia papa concurrit cum omnibus alijs
perſonis, cum poteſtate, & iuriſdictione, & ideo poteſt infeuda
re nedum ea quæ ſunt ſui apoſtolatus, ſed etiam omnes res quæ
ſunt aliarum eccleſiarum, vt no.Io.Mona.in c.ſi eo tempore de
clericis in vj.& Bar.in c.j.in princ.qui feu.da. poſſ. quanto ma-
gis in caſu noſtro in quo epiſcopus Aſten. infeudauerat dictũ
Princiuallum de dictis caſtris pro ſe, & ſucceſſorib. ſuis maſcu
2 lis quibuſcunque † & papa ſolum extẽdit dictam infeudationẽ
ad fœminas, quæ licet regulariter in feudis non ſuccedant, vt in
c.j.§.filiæ de ſucceſsio.feu.tamen prout dicit Bal.in c.j. quem-
admodum ad feu.pertin.maſculi agnati ex quodam priuilegio
excludunt filiam cui priuilegio poteſt derogari per dominum
feudi, inueſtiendo filiam amore patris, ergo multo magis po-
tuit papa qui eſt ſupremus omnium ordinatiorum dictam inue
ſtituram ad præfactam dom.Annam eiuſque ſucceſſores exten
3 dere.† Secundo ius quod competit agnatis in feudalibus ex in-
ueſtituris antiquis dicitur eſſe quoddam ius in ſpe, antequam
deueniat caſus ſucceſsionis vt not.docto.in d.c.j.de ſuccel.feu.
4 † Quod ius non dicitur eſſe in bonis noſtris, vt no.Bar.in auc.
ſi qua mulier in ſi. C. de ſacro ſanc. eccl.& propterea in eo po-
teſt per principem ſucceſſoribus præiudicari, vt not.dicit Bald.
in l.ſecunda.C.de iur.& fact.ignotan.in l.j.in ſi.de iu.anno. au
re.& in l.reſcripta in ſi.de preci.imper. offeren.& latè per Pan.
de Ca. & doc.in l.Gallus, in. §.& quid ſi tantum, de libe. & po-
ſthu.pro quo facit bonus text.iunctis nota.per glo.& docto.in
c.naturales ſi de feu.fue.contro.vbi licet alias naturales legiti-
mati non ſuccedant in feudo, tamen ſi expreſſè ad feuda legiti-
mentur excludunt alios agnatos ſequentes, & idem dicitur de
5 filio adoptiuo vt no. in c.adoptiuos, eodem tit.† Quia princeps
poteſt præiudicare in iure quærendo, maxime in feudalibus,
vt not.docto.in c.verum, de cõdi.app.& Bald.in l.qui ſe patris,
6 in pen.col.C.vnde libe.† Tertio fœminæ excluduntur a ſucceſ
ſione feudi ex conſuetudine feudorum, ac ex voluntate princi-
pis, non autem ex diſpoſitione iuris communis, cum nulla debe
ret eſſe diſcrepantia ſexus in ſucceſsione iuxta. l. maximum vi-
7 tium, ut no.gl.in c.j in §.hoc autem, qui feu.da.poſ.† Ergo pari
modo ex voluntate principis debent poſſe habilitari ad ſucce-
dendum, quia Papa poteſt nouam formam ſuccedendi in feu-
dalibus dare.vt not.Bal.in l.ſi.in prin.ff.de ſena. allegans.l.qui
fundos.C. de om.agro deſer.lib.x. & idem dixit in ſuo conſilio
cccaxiij.ad intelligentiam ſequendorum, in j. vol. q̃ licet im-
8 perator non poſsit vaxallos deueſtire, vt in c.j.de natu.feu.† Ta
men poteſt feudum ponere ſub quadam regula iuſtitiæ, & æqui
tatis, quæ certe maior eſſe non poſſet in caſu noſtro, quàm q̃ do
mina Anna ſuccederet patri ſuo in dictis caſtris filijs maſculis
non exiſtentibus, & q̃ per dictos fratres conſobrinos aduerſa-
rios non excluderetur prout in dicta Bulla ſtatuta fuit, quarto
ad comprobationem dictæ extenſionis, & habilitationis allega
tur conſuetudo illius patriæ ab immemorabili tẽpore cum qua
9 diſponitur, † q̃ feuda poſſint libere vendi, & alienari in præiu-
dicium agnatorum ſequentium, ergo multo magis eidem An-
næ concedi, quia non debet eſſe maioris effectus conſuetudo,
quàm priuilegium.vt not.gl.in c.cum contingat, de foro comp.
& ibi per Ioan.And.& doct & in c.nouit.de iudi. & per Bar.in
10 proœmio ffforum, & Bal.in l.quicunque.C.de ſeru.fu gi.† Quin
imo allegantur antiquæ inueſtituræ factæ de caſtris montis San.
Stephani, & Caſtagneti in quibus apparet, q̃ antiquitus erant
ſolita concedi etiam pro fœminis, & propterea non fuit nouũ,
nec inuſitatum ad priſtinam ipſorum naturam, & quantum ad
caſtrum Pleye, & caſtrum Montis alti extenderetur, & ad fœ-
minas dicta inueſtitura, quod fieri potuit per Pontificem, qui
eſt omnia, & ſuper omnia, vt dicit Bal.in c.j.qualiter dominus
proprietatis paternæ, cum cõſuetudines feudales ſint iuris poſi-
11 tiui, † in quo papa habet liberam facultatem, vt in c.propoſuit,
cum vulgat.de conceſſ.præb. & diſputare de eius punctis circa
12 ea eſt ad inſtar ſacrilegij, vt in l.diſputari. C.de cri.ſacrile.† Nec
obſtat, q̃ in dicta extenſione, & habilitatione non fuerunt cita
ti, nec vocati dicti aduerſarij, quia in priuilegijs in quibus prin
ceps aliquem habilitat, ſeu cum aliquo diſpenſat, non requirit
aliqua citatio, vt not.Inno.in c.cum dilectus, de confir.vtili.uel
inutili. Arch.in c.contra morem.c.diſtin. Ant.de Butr.in c.de-
bitores, de iure iur.Bal.in l.nam ita diuus, de adop.in l.ſin.C.de
fruc. & lit.expen.& in l.ſi. C.qui.res iu.non no.Nec etiã obſtat
quod opponitur de ſurreptione contra dictam Bullam apoſto-
licam inquantum in ea dr̃, q̃ infeudationes prædeceſſorũ dicti
Princiualli de portionibus dictorum caſtrorum Montis acuti
S.Stephani, ac montis alti, & Caſtagneti, factæ fuerant pro ſuc-
ceſſoribus utriuſq; ſexus, quod tñ non conſtat in feudatione fa
13 cta de portione caſtri Montis alti. † Item quia prætenditur per
partem aduerſam, q̃ vltimæ infeudationes factæ de dictis por-
tionib. fuerunt ſolum ad maſculos, & non fœminas, conceſ.&c.
Nam reſpondetur, q̃ dicta narratiua, non reddit dictum priui-
legiũ ſurreptitium, quod patet, quia in caſtro Pleye, quod erat
maioris valoris, & importãtiæ, narratum erat, q̃ erat conceſſum
ad maſculos tantum, & nihilominus papa extendit dictam inue
ſtituram ad fœminas, ergo multo magis in dictis portionib.ca-
ſtrorum ſi non fuiſſet expreſſum, q̃ erant ſolita concedi ad fœ-
minas, papa non fuiſſet retardatus ad dictam extenſionem con-
cedendam, quia falſitas expreſſa, quæ non inducit papam ad ci-
tius procedendum non viciat gratiam vt no. Rot.in tit. de reſcri.
in antiq.deci.lxa. allegans no.per Inn.in c.ſi.de reſcr.& in c.cũ
noſtris de conceſſ.præb.item not.AEgid.deci. iiij.& in plurib.
deciſ.quod etiam patet ex fine dictæ Bullæ inquantum papa ſim
pliciter facit dictam extenſionem, nec dat aliquam clauſulã ex
qua videatur ſe fundaſſe circa dictas antiquas inueſtituras, im-
mo expreſſe dicit excluſis Andrea, & eius deſcendentibus, ac a-
lijs eiuſdem Princiualli conſanguineis. &c. Quare ex prædictis
videtur, q̃ clare cõſtet de iure præfactæ dominæ Annæ in dictis
14 caſtris.† Nec obſtat quædam inueſtitura de dictis caſtro Pleye,
& alijs portionibus caſtrorum impetrata per præfatum Andre-
am ſuo, & Princiualli nomine, pro quo de rato promiſit. &c.in
anno.1510. a domino. B. tunc epiſcopo Aſten. quæ fuit an-
te inueſtituram obtemptam per præfatum Andream Princiual-
lum a domino Petro tunc epiſcopo Aſten.de qua prima in-
ueſtitura non fuit facta mentio in dicta ſecunda inueſtitura,

nec in dicta bulla apoſtolica,&c. Quia reſpondetur, ꝙ dicta in-
neſtitura obtenta per Andream nunquam ſortita fuit effectum,
nec ꝯſtare poteſt de ratificatione præfati Princiualli, immo cō
ſtat de ꝯtrio, quia præſatus do. Princiuallus continuatis tempo-
ribus dictum caſtrum Pleye tanquam proprium ſibi ſpeciali-
ter in teſtamento paterno, relictum tenuit, & poſſedit, & de eo
inueſtituram habuit præfato Andrea uerisimiliter ſciente, &
non contradicente, & in compenſa dicti caſtri Pleye præſatus
Andreas habuit dictum caſtrum colocij, & plura alia bona ma-
ioris ualoris prout probari poterit, quatenus opus ſit, quinim-
mo filij præfati Andreæ nūc aduerſarij a præſato domino Prin
ciuallo cōduxerunt poſſeſsiones dicti caſtri Pleye tanquam ſpe
ctantes, & pertinentes eidem domino Princiuallo, & per eum
poſſeſſas, prout ea inſtrumento locationis in actis producto
continetur, & propterea de dicta inueſtitura taliter per præfa-
15 tum Andream contra diſpoſitionem teſtamenti paterni † im-
petrata non debuit præfatus dom. Princiuallus facere mentio-
nem, & eius taciturnitas non reddit dictam gratiam apoſtoli-
cam ſurreptitiam, prout not. gloſſ. in cap. cum noſtris, uerbo de
facto, de conceſſ. præben. in cap. ſuggeſtum, in uerbo poſterius,
de iu. patro. & in c. in noſtra, in glo. j. in fin. de conſeſ. & firmat
Lud. conſi. cccclxxvij. dubitatur primo. &c. in penu. col. Cald.
in titu de reſcri. conſil. xiiij. & Rot. in antiq. eodem titu. deciſ.
lxviij. nota quòd gratia, &c. Vnde fuit facta mentio in dicta
bulla apoſtolica de dicta ultima inueſtitura pro parte præfati
Princiualli impetrata, quæ ſortita fuit effectum, & illa per Pon-
tificem cum conſenſu epiſcopi, & dicti domini Princiualli, de
quorum præiudicio immediate tractabatur fuit ad præfatam
dominam extenſa. quæ extenſio ualuit, vt patet ex prædictis.
16 † Item aduertendum, quòd And. neglexit petere inueſtituram
a Petro epiſcopo propter cuius negligentiam deuolutum fuit
caſtrum Pleye ad eccleſiam ipſo iure, vt in cap. j. quo tempore
miles, & cap. j. §. quam de prohibi. f. u. alienat. per Federicum,
de quo caſtro præfatus dom. Princiuallus inueſtitus fuit inſoli
dum a dicto Petro epiſcopo de anno. 1519. & poſſederat per
octo annos, & ultra vſque ad tempus dictæ bullæ extenſionis
apoſtolicæ, & propterea ipſe Andreas, qui erat priuatus per di
ctam negligentiam non poterat aliquod ius prætendere in di-
cto caſtro, quia ſemel exclusus fuit, quinimmo ſi mortuus fuiſ-
ſet Perciuallus ſine filijs non potuiſſet præſatus Andr. ſuccede-
re, quia in feudalibus fratri non ſuccedit frater quando feudū
fuit de nouo acquiſitum, facit not. in ca. primo de benefi. fratr.
17 † Et multo magis non debet poſſe ſuccedere ſtante dicta ex-
tenſione apoſtolica ad præfatam dominam Annam, item quo
ad portiones aliorum caſtrorum aduerſatur ad dictam Bullam
apoſtolicam, quòd in ea non narrauit, quòd vltimæ inueſtituræ
fuerant conceſſę pro maſculis, & fœminis, immo expreſſe pri-
mo dicitur, ꝙ inueſtitura impetrata per Perciuallum, fuerat cō
ceſſa pro medietate dictarum partium pro hæredibus, & ſucceſ
ſoribus maſculis quibuſcunq; & deinde dicitur, ꝙ alias præde-
ceſſores ipſorum Perciualli, & Andr. de dictis portionibus pro
eis, & eorum deſcendentibus utriuſq; ſexus inueſtituras obtine
re conſueuerunt, & ſic facta fuit relatio ad inueſtituras anti-
18 quas, quæ uerificantur, † & de ultima inueſtitura facta fuit ex-
preſſa mentio, prout eſt, ergo de aliqua ſurreptione notari non
poteſt iuxta nota. in c. ſuper literis, & in c. poſtulaſti, cum uul-
garib. & propterea ex hoc de aliqua ſurreptione dicta Bulla no
tari non poteſt. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Præſens reſignationi beneficij, in quo habet penſionem, et tacens an uideatur iuri ſuo renunciare.*
Quando quis dicatur uenire per materiam obiectiuam.
2 *Qui uenit per hanc uiam debet clare deducere, et probare obiectus datos, & nu. 5. & alijs.*
Obiectus, & exceptio debent clarè deduci, & probari, nec ſufficit præſumptiuè.
3 *Excommunicatio, an probetur per denunciationem, in dubio præſumptiuè,*
4 *Et in aduerſarium, an transferatur onus probandi de nullitate ipſius, & nu. 7.*
5 *Obiectus. q. gratia ſit conſumpta per acceptationem alterius beneficij, qualiter ſit probandus.*
8 *Quando quis ſpecialiter debet aliquod probare, non ſufficit, id probare præſumptiuè, & nu. 9.*
10 *Quòd beneficium fuerit creatum poſt datam gratiæ ſpecialiter, & clarè probandum eſt.*
11 *Idem quando exceptio rei contrariatur iuri actoris in origine ſui.*
12 *Idem ſi exceptioni contrariatur præſumptio uehementior.*
13 *Præſumptiones iuris ceſſant nec locum habent, ubi non adeſt uerisimilitudo.*
14 *Obiectus male ſpecificati, & quando poſſint melius, & clarius ſpecificari.*
15 *Sub renunciatione, ſeu reuocatione generaliter facta, de gratijs reſeruatis, conceſſis, ſeu concedendis, non includitur, & non comprehenditur, reſeruatio facta cauſa renunciationis.*
16 *Sub alternatiua non comprehenduntur, niſi ſimilia expreſſis.*

CONSIL. CIIII.

1 DICO quod ſuppoſito ſine præiudicio, † quòd ex
deductis præſumatur. N. Archiepiſcopum inter-
fuiſſe quando prætenſa renunciatio facta fuit ſine
regula, quòd tamē talis præſumptiua probatio in
caſu isto, in aliquo non releuat aduerſarium, nam certum, quod
ſic excipiendo aduerſarius uenit per obiectum, vt per glo. in c.
vt circa, in uerbo formam, in fine & glo. in clementina conſtitu
tionem de electio. in uerbo percipi, & ibi Butr. & Imo. poſt a-
lios inquantum uolunt dici materiam obiectiuam, quamcun-
que ea ſubiectione, vel aliter datur de nullitate prouiſionis, &
2 probat tex. in c. j. de lit. conteſt. lib. vj. † Quo caſu notiſſimum
eſt obijcientem debere clare obijcere, & clare probare. d. capi.
vt circa iuncta dicta clemen. conſtitutionem, & alias in cap. ſu
per litis, & cap. accedens, cum materia de accuſat. & decidit cla
re Ioan. Andr. in dicto cap. vnico, de lit. conteſt. lib. ſexto, ubi
reus excipit de tacito, in gratia beneficiali, ſecus ſi de falſa ex-
preſsione, vt idem ibi docto. iiij. colum. ad finem, ſed probatio
reſultans ex dicta præſumptione non eſt talis, vt deducam, er-
3 go, &c. † Quod non ſit talis conſtat ex his quæ ponit glo. poſt
Hoſtien. & Archi. Ioan. And. & Domini. ibi in cap. pia, de exce
ptio. lib. ſexto, iunctis infraſcriptis deciſionib. ubi omnes fir-
mant in d. cap. pia, quod per denunciationem probatur in du-
bio excommunicatio, ex eo quia pro iudice, & eius actu præſu-
mitur. cap. in præſentia, de renunc. cap. bone uir, & cap. cum ſu
per eum, vel quām rationem ſpecifice adducit ibi Archid. & te-
net idem ipſe in cap. uenio, contemnat, ix. quæſt. iij. ſuper glo. &
glo. Domini. in cap. licet, de ſenten. excommunicatio. lib. vj. ea
dem ratione, vt ibi Ioan. de Imo. qui adducit in caſu tex. in ca.
curiæ. xj. quæſt. iij. & licet iſta ſit communis ſententia, ꝙ præ-
4 ſumptiuè probetur per denunciationem excommunicatio. † Ita
quòd transfert onus probandi in aduerſarium, docendi de nul-
litate excommunicationis, tamen ubi reus uenit peremptoriè,
& per obiectum ad ius agentis, non releuatur probando ſic præ
ſumptiuè de dicta excommunicatione, ita decidunt Domini.
in titu. de excep. deciſ. pen. in no. quam tenent, & ſequitur Do
mini. in dicto cap. pia, dicens idem tenuiſſe de ſe. Ioan. de San.
Geor. ad idem quod ponunt ipſi Domini. deci. ſequenti ubi vo
lunt non eſſe ſufficientem obiectionem ad conſumptionem gra
5 tiæ, † ꝙ dicatur, ꝙ aduerſarius acceptauit aliud beneficium per
ſe, uel alium niſi ſubdat eius procuratorem, &c. confert ad idē
6 deciſ. v. eodem titu. in anti. Vbi dicunt domini, † quòd dantes
obiectiue debent clarè probare, ita quòd probatio reddatur lu
ce clarior iuxta. l. ſciant cuncti, iuncto dicto c. vt circa ad idem
Ægi. deciſ. dlxj. concluſio ꝙ ſi, circa medium, ubi tenens idem
7 quod domini ſupra, † quod denunciatio non probet excommu
nicationem quando peremptorie opponitur dicit, quòd ex præ
8 ſumptionibus non iudicat Rota in materia obiectiua. † Rurſus
in materia ipſa obiectiua requiritur probatio luce clarior, ut di
ctis iuribus, & dicunt Domi. ubi ſupra, ſed ubicunque adiun-
gitur alicui, alium ſpecialiter probandi onus non releuetur iu-
ris præſumptione, ſed debet uere, & certe probare, iſte eſt text.
not. ad hoc ſecundum intellectum Dyn. & Barto. ibi in l. Lu-
cius, de conditio. & demonſtratio. ubi ſi eſt appoſita cōditio, ſi
probaueris te filium meum, non purificatur talis conditio pro-
bando illa ex quibus reſultat præſumptiua probatio iuxta l. fi-
lium diffiuimus, quem adducit Alexand. in l. licet imperator,
9 de lega. primo, ad limitationem eius † quod ibi colligitur,
quòd iur. præſumptio dicatur euidens ut dicatur uerum,
niſi in caſu illo requiratur ſpecialiter probatio, quia tunc

non

non ſufficit, quod bene etiam probatur per Bar.in l.j. C.de fide
inſtr.& iure haſtæ fiſc. lib.x.in prin.ubi qui debet ſpecialiter in
caſu aliquid probare, non releuatur per præſumptionem, ut ibi
10 no.Bar.multo minus ſufficeret in caſu nr̃o.† Vbi non ſolum ꝓ
batio, ſed luce clarior requirit̃ d.deciſ.v.in antiquis, & optimè
facit gl.in cle.ſi.de reſcrip.in uer.creatum, ad fin.inquantum ꝙ
excipiens beneficium creatum poſt datam gratiæ ad effectum,
ut non comprehendatur in gratia iuxta tex. ibi, debet clarè, &
uere illud probare uelut ueniens ↄ̃ ius auctoris clarè, idem Bar.
11 in l.bonę fidei, ad fi.C.de re.cred.† Vbi decidit, ꝙ ſi exceptio
rei ↄ̃riatur iuri actoris in origine lui non releuabitur reus cum
ꝓbatione unius teſtis a iuſo, licet ſecus ſit, ubi alia ſit rei defen
ſio per quam reus fundet, & intentionem ſuam, quia tũc ita re-
leuabitur reus in fundando intentionẽ, prout actor releuaret in
fundando ſententiam. Probatur ergo liquidè ex hoc dicto, ꝙ ea
probatio quæ alias releuat ad fundandum eam non releuat in
probando obiectum, & ita dici debet lex, de præſumptiua pro-
12 batione.† Accedit, ꝙ huic præſumptioni, ꝙ Archiepiſcopus ꝑ-
ſumatur interueniſſe in actu dictæ renunciationis aduerſat̃ ſpe-
cialis, & potentior præſumptio de qua in l.cum de indebito.ff.
de prob.ſ. ꝙ in dubio quia non præſumatur ſuo iuri renunciaſ-
ſe, quæ uiciui ſpecialiter in caſu, & uehementer attendenda vẽ
13 iuxta.c.literas de præſump.& tex.in d. l. cum de indebito, † &
14 quod ibi ponit Bar.Bal.in l.ſiue.C.de hæred inſti.† ꝙ iuris ꝑ-
ſumptiones non habent locum, nec trahuntur ad non uerisimi-
le, &c. Ex prędictis liquet, quod cum materia ex qua ueuit reus
excipiendo ad gratiã actoris, ſit obiectiua, & in termino nõ dẽt
hodie admitti ad melius ſpecificãdum, ut innititur aduerſarius
dando nouos articulos, ex clara, & nota diſpõne tex.cle.ↄſtõnẽ
de electionib. Item ex alio dictæ materiæ non ſunt admittendę
uelut nõ releuantes, & ſic ↄſtat liquidius, de bono iure Archie
piſcopi, quia gratia reſeruationis hmõi fuit ↄceſſa eidem, & illi
attributa ex cõpoſitione quam cum eo habuit renunciandi pen
ſionem mille ducatorum, quã habebat in eccleſia illa, & ſic fuit
recompenſatiua, ſiue remuneratiua, ut clarè ex atteſtatione pa-
pæ, qui in minorib. talem concordiam tractauit, & expediuit, &
15 aliorum liquidè conſtat, † quare non comprehenditur ſub renũ
ciatione generaliter facta de gratijs reſeruationis conceſſis, uel
cõcedendis per pręoccupationem, uel alias de quib. cantat prę-
tenſa regula atteſtantia, & ad hoc ſufficiat tex. cum ibi poſitis
per Bar.in l.aquilius regulus, de don.& conſ.Pet.de Anch.mihi
cccxcvj.pro clariori euidentia, col.iiij.uer.v.ꝙ dicta regula, in no
tis poſitis per Bal.in l.conuenticulam. C.de epiſ.& cler.col.v.
16 ueri.† Item eſt argumẽtum a natura alternatiua horum, inquã
tum ponderat, ꝙ ſub alternatiua non comprehenduntur niſi ſi
milia expreſſis, ut ſi dicat ſtatutũ puniat̃ pœna pedis, uel alias
intelligatur aliam, ſ. alterius mutilationis membri per tex.in l.j.
de re.dub. Non autem capitalia, uel pecuniaria, quæ multũ diſſi
miles ſunt ab amputatione pedis, & idem ipſe Bal.in l.filia.C.
de coll. hoc dico quia illa uerba per pręocupationem, uel alias,
non poſſunt comprehendere niſi gratias per pręoccuppationẽ,
uel alias ex ſimili more gratioſæ, & uoluntariè conceſſas, non
autem conceſſas ex debito concordię, vt ita eſt, & cætera. Ex q
bus infertur talem præſumptiuam probationem, non ſufficere,
nec releuare ipſum. Pariſ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt ſubſidium caritatiuum implorare, & contra dene gantes uti armis ſpiritualibus,*
2 *Subſidium iſtud adeo eſt debitum, ut minui non poßit per ſtatuta capituli, ſede uacante.*
3 *Implorari poteſt ex iuſtis cauſis, & quæ ſint iuſtæ, & rationabiles, & nu.4.*
5 *Quod maior pars facit, minor ſequi debet.*
6 *Epiſcopus in iſto ſubſidio caritatiuo, an ex cauſa poteſt excedere ſũmam taxatam in extrauaganti Benedicti, & ſeq.*
Extrauagãs Benedicti, uas electionis, quo ad taxã, nõ fuit recepta.
7 *Doctori dicenti, aliquid ſeruari, de conſuetudine, an ſit credendum.*
8 *Statutum non obſeruatum, non ligat, & quando dicat̃ non receptũ.*
9 *Per contrariam obſeruantiam, ſuperior patiens, uidetur illud ſtatutum tollere.*
10 *Dicta extrauagans, non fuit recepta.*
11 *Si fuit ſolutum ultra illam taxam, non fuit ſtatuta pœna.*
12 *Volens teneri de caſu fortuito, de quo intelligitur in ſol.to.*
13 *Et an teneatur de ſolito.*
14 *Diſtinctio bona circa prædicta, cum intellectu plurium iurium.*
15 *Et de quib. caſibus debeat intelligi.*
16 *Et quid, de his quæ rariſſimè contingunt.*
17 *Intellectus ad d.extrauagan. Benedicti.*
18 *Mens uerosimilis attendi debet.*
19 *Ratio naturalis, potiſſima eſt in quacunque interpretatione.*
20 *Salarium aduocati in cauſis, quale debeat eſſe.*
21 *Et quid, ſi ſint aduocati magnorum uirorum, uel in cauſis arduis.*
22 *Membra omnia, & quæcunque ſingula ſunt conſideranda.*
23 *Immunitas, an ſit extendenda, & quando.*
24 *Neceßitas permittit plures uiſitationes poſſe fieri.*
25 *Neceßitatis priuilegia remißiuè.*

CONSILIVM CV.

IN Cauſa ſubſidij caritatiui, implorari per Reuer.d.
Her.adminiſtratorem eccleſiæ, cõtra clerum ſuper
beneficijs eccleſiaſticis, nõ curatis, ſuper tribus di-
cam, quid ſentio. Primo an potuerit implorare, ita
ut cõtra negantes potuerit uti armis ſpiritualibus. Secundo, an
cauſæ propter quas implorauit, & propter quas exigere propo-
ſuit, ſint iuſtę, & manifeſtę, rationales a canonibus approbatę,
explicitę, uel implicitę. Tertio ſuppoſito ꝙ potuerit petere, &
ex iuſtis cauſis, & manifeſtè rõnabilibus, an licuerit petere, & li
ceat exigere, aut recipere, ſecundum moderamen impoſitum,
quod dicitur auxilium, cum charitate moderatum, ſi excederet
taxam, quam ſtatuit in ſubſidio moderatiuo, ſeu charitatiuo ex
trauagans Benedicti, quę incipit, uas electionis, in vj.car.in vj.
Præmiſſis quoque adijciendo ſtatuimus, & an ſit timor iuſtus,
an dictus do.Her.incurrerit aliquas pęnas poſito, ꝙ dici poſſit
1 transgreſſor.d.conſtitu.Benedicti.† Circa primum, uidetur poſ
ſe breuiter reſpõderi, ꝙ ſic, vt in c.cum apoſtolus.§. inhibemus,
cum ſimil.de cenſib.& ibi docto.communiter tenent poſſe ſub
ditos compelli per cenſuras ad ſoluendum argum.c.qui emen-
dam.xiij.diſtinc.dummodo non excedant, vt in c.ſanè, & c.cũ
ad quorundam, de exceſſi. prælа. de quo etiam per do. Anto.in
c.conquerente, de off.ordin.& c.cum ex officij, de præſcr.& ſe-
cundum aliquos, per dom. de Rota, deciſ. cccxv.in no.& Cald.
2 conſi.iij.ſub rubr.de cenſi. in fi. conſi.† Et in tantum eſt debitũ
iſte ſubſidium charitatiuum, ꝙ non ualeret ſtatutum capitu-
li ſede uacante, diminuens charitatiuum ſubſidium epiſcopo ſe
cundum Lap.alleg.xx.& xxj.& doc.in c. j. de ſtatu mona. & in
d.c.cum apoſtolus, & in trac. de charita.ſubſi.& in trac.de epiſ.
3 † Super ſecundo, an in caſu noſtro concurrant iuſtę cauſæ, & ma
nifeſtę rationales ad prædicta dico, ꝙ ſic, in primis iuſta uide-
tur, ꝙ ſoluant, & contribuant propter graues expenſas factas
pro ipſius Reueren.do.Her.promotion.ad dictam adminiſtra-
tionem eccleſiæ, & pro neceſſarijs ſolutionibus factis cameræ
apoſtolicæ, vt uidetur determinare ſatis in terminis Cald.in fi-
allegato conſi.iij.circa fi.dico etiam, quod in caſu noſtro con-
currunt multæ cauſæ rationales, quæ nedum ſimul iunctę, ſed
ſingulæ ſufficerent ad tale ſubſidium charitatiuum imploran-
dum, quæ deductę in articulis, & vt creditur probatę reſpicien-
tes manifeſtas cauſas quæ ſuperuenerunt, neceſſitatem dictæ ec
cleſiæ, & utilitatem publicam ipſius eccleſiæ, & totius diœceſ.
4 recipientes, † quas cauſas eleganter iuſtificat Oldra.conſi.ſuo.
ciij.circa propoſitum, ubi uidendum, ad cuius Oldr.deciſio.ſe
remittunt Moder.in additio.in d.c.cum apoſtolus, & Io. de Pa-
ni.in ſuo comm.ſeu glo.ſuper extrauag.Benedicti, quæ incipit
uas electionis, in §.præmiſſis quoq;, in gl. ſuper uer.ſubſidium,
& omnes doct.tractantes de iniuſtis cauſis poſtulandi tale ſub-
ſidium referunt ſe ad Oldr.ibi, quæ etiam adiuuantur, ex mul-
tis dictis eiuſdem conſi.cclvj.dum tractat de poteſtate Epiſco
pi ſuper rebus eccleſiarum ſuæ diœceſ.& ꝙ iuſte concurrerint
cauſæ, ex eo etiam liquet, ꝙ ex triginta ſex archidiaconatibus
ſubditis dictæ eccleſiæ, omnes clerici caritatiue ſubuenerunt,
unius archidiaconatus tantum clericis exceptis contradictori
bus qui ſuę duritiei innititur contra. c.ne innitaris, de conſt.&
illud ſapientis catonis iudicium populi nunquam contempſe-
5 ris unus.† Bene faciunt ad iuſtificationem iſtarum cauſarum, q̃
6 dicunt docto. poſt Innocen.in d.c. cum apoſtolus. ¶ † Super
tertio ubi uidetur ſtare tota uis, videlicet an potuerit præfatus
domi. Her. excedere ſummam, vt dicitur taxatam per dictam
conſtitutionem Benedicti, prima facie uidetur ibi caſus in ter-
minis, quòd non, ſed mature conſiderando uidetur indu-
bitanter dicendum oppoſitum ex multis, & primo atte-

tabo unum quod nõ vſ animaduerſum a doct. uel ꝙ magia cre-
du data opera tacitú, uidelicet ꝙ dicta ɔſtitutio, nai electionis,
quantum attinet ad taxam dicti ſubſidij caritatiui, non ſit curá
da, nec in ſoro ſori, nec in foro poli, cum non fuerit ab initio re
cepta, nec uſu approbata. iiij. diſtin. c. leges. & per docto. in c. j.
de treu. & pace, ita ſtentauit Lap. alle. axavij. ſtante ɔſtõne Be-
nedicti & c. ꝙ autem nõ ſuerit ab initio recepta, nec uſu appro
bata teſtatur idem Lap. cui uidetur in hoc credẽdum, ſicut glo-
ſatori dicenti, iure cauetur, ſed conſuetudine non hr̃ de quo in
infinitis locis in utroque iure, & in ſpecie determinat Bar. ſing.
in repe. l. oe quibus. ff. de legib. in quarta quæſtione principali.
7 † Volens ꝙ credatur doct. dicenti aliquid ſeruari, uel non ſer-
uari de ɔſuetudine donec probetur ɔ̃trium, quod dictum Mod.
extollunt, tamen eſt dubitabile, ut per doct. ibi, & non minus
8 extollunt illud aliud ſupradictũ, † uidelicet ꝙ qñ ſtatutũ fit a ſu
periore, & nõ recipitur a ſubditis, immo ſeruatur ɔ̃trium, & hoc
fit ſciente, & patiente ſuperiore qui fecit ſtatutum ad tollendũ
tale ſtatutum, ꝙ nõ liget, non requiritur cõſuetudo præſcripta
per a. annos, ſed ſufficit ſimpliciter uſus contrarius, iiij diſtinc.
9 § j. † Dicunt etiam doct. in d. c. primo, ꝙ quando lex, uel conſti
tutio non recipitur ab omnibus ſciente ſuperiore talis conſti-
tutio non ligat, quia ſuperior uidetur eam tacite tollere, ex quo
ſcit contrariam obſeruari, & patitur, idem ſi dicta conſtitutio re
cipitur a minori parte, & a maiori parte non obſeruatur, ne ſit
in poteſtate minoris partis, quod induceret maiorem partem
ad peccatum, quod incurreretur per tranſgreſsionem legis ſm
doctores in dicto. c. primo, quod uelut multum ſingulare, & ue
rum uidi tantum teneri conſulendo ab excellen. docto. & no-
10 minatim a do. Franciſco Are. ſuo conſi. xj. † Et niſi fallor Lap.
dixit uerum uſque ad ſua tempora, & nos poſſumus idem dice-
re, & uerius ſecundum noſtra tempora, quibus dicta conſtitu-
tio iacet quaſi abolita, uel non recepta, tantoque magis uidetur
credendum Lapo cum tempore dictæ conſtitutionis, uiueret,
& ſuperuixit diu poſt clariſsimus. ¶ Et aduertatur, ꝙ dictus Pa
pa Benedictus, qui fuit ad Papatum aſſumptus anno. 1334. &
obijt anno. 1341. Illam conſtitutionem promulgauit anno ij.
ſui Pontifi. & ſuperuixit annis v. & uidit illam non receptam, vt
potui colligere, licet Io. Anðr. in c. fœlicis, de cenſ. lib. vj. in no-
uella de illa extrauag. mentionem faciat, & dicit per illam limi
tatum caritatiuum ſubſidium ad unam procurationem tm̃ quę
fit per alium, de illius tamen receptione, uel non tacuit. ¶ Ve-
rum igitur puto, quod dixit Lap. illam etiam ab initio non fuiſ-
ſe caſu receptam, ergo non curandum, & tanto minus hodie, cũ
etiam ſi fuiſſet recepta ab initio, deſuetudine ſit abolita a cuius
conſtitutione, ad hãc diem fluxerunt anni. 170. Et ad iſtum nõ
uſum abrogantem faciunt, quæ dicit Abb. in c. Ioanne de cleri
cis coniug. & c. ad audientiam, de cler. non reſid. ¶ Sed poſito
ꝙ fuerit, & ſit in uiridi obſeruantia, illud in primis uidetur no-
tandum, quod Papa ibi uoluit obuiare procuratoribus ordina-
rijs, & quaſi continuis immoderatis, quas Roma. Pontif. tanta
diligentia curarunt compeſcere, & moderari, ut d. c. cum apo-
ſtolus, & c. j. ij. & iij. eod. ti. in vj. & in cle. j. & ij. eodem. tit. & ne
dictis procurationib. fieret fraus, ſub nomine caritatiui ſubſi-
dij, limitauit, & taxauit, & tale ſubſidiũ, quod ordinarie. aut ſę-
pe, ex cauſis prætenſis rationabilibus poſtulabatur, quæ multæ
eſſe poſſunt, ut per doct. in d. c. cum apoſtolus, & Archi. in cap.
11 unio. x. q. iij. ¶ † Quod ſi Papam habuiſſe diceretur etiam reſpe
ctum ad ſubſidium caritatiuum proprie, & non in fraudem ad-
huc dico ꝙ minus curauit de tali ſubſidio, quod patet ex eo, ꝙ
pro illius exceſſu nullam pœnam repetijt ex primo, inſertis pro
curationibus, & ideo nec cenſetur repetita ſm Lap. in dicta al-
leg. axxvij. quem ſequitur præallega. gloſator dictæ conſtitutio
nis, ubi etiam uoluit, ꝙ ſponte ſoluentes ultra dictam taxam
nullam in pęnam inciderent, ſed ponamus ꝙ pœnæ eſſent adie
ctę etiam duriſsimę contra ſpoliantes, & exigentes, & ſponte,
etiam recipiẽtes talia ſubſidia caritatiua ultra dictam taxã, ad
huc putarem dictam conſtitutionem non militare in caſu no-
ſtro extraordinario, & rariſsimo contingente, & maximi ponde
ris, & cui leues medicinę non prodeſſent in tanta neceſsitate, &
tam publica cõi utilitate nullatenus poſterganda. Hoc aũt ui-
detur probari multiplici ratione, & primo per textum notab. in
l. ſiſtulas. §. frumenta, ff. de ɔ̃hen. emp. per quem dicit Bart. in l.
12 ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. ¶ † Quod ubicunq;
ſupra dixerat quẽ teneri de caſu fortuito intellexit, de ſolito, nõ
de caſib. inſuetis, aut non ueriſimilib. vt d. §. frumenta, ubi dixit
eſſe caſum. Sed dicit aliquis licet lecturæ Bar. cõiter ita dicant,
aliqui tñ dñi ecõtra, uidelicet ꝙ tenetur de caſu inſolito nõ au-
tem de ſolito, ut d. § frumẽta, & ita dicit Ang. Bar. eſſe in l. Scio
13 amico. §. medio. ff. de an. leg. dixit ꝙ ſuſcipiens caſum fortui-
tũ non teneri de illo qui in mille annis non uice contigerit, & al
legat dictum §. frumẽta, unde ex dictis ſuis, in dictis locis, & ali
bi reſultat perplexitas quædam apud pauca reſpicientes, quare
do. Io. Petrutij de Peruſi. in d. §. quæſitum, diſtinguebat dicens,
14 † ꝙ aut agitur de tali caſu qui conſueuit euenire, & de iſto non
tenetur ſuſcipiens caſum fortuitũ ut clarè probatur in d. §. fru-
menta, & l. ex conducto. §. ſi uis. ff. loc. Nam ille dr̃ caſus fortui-
tus, qui eſt inſolitus ſm Bal. in l. licet. C. eo. tit. in ij. col. aut agi-
tur de tali caſu fortuito, qui eſt inſolitus, ideſt raro contingens
uel cõiter non ſolet ɔtingere, & iſte ſit proprie ille caſus de quo
tenetur, vt probatur, in d. §. frumenta ſm Andr. de Piſis, ibi. Aut
agitur de caſu fortuito inſolitiſsimo, & de iſto nullo modo te-
netur, & ita loquitur Bart. in d. §. medico, & iſtos caſus dicit idẽ
doc. euidentiſsime probari in d. §. frumenta. Nam primus colli-
gitur ibi, conſuetudinem, ſecundus ibi, ſi immoderate, ideſt in-
ſolitè tertius a ɔ̃trio ſenſu, uerbi immoderate, quaſi dicat non
immoderatiſsime, & quæ ſolent rariſsime ɔtingere, & propte-
rea dum Bar. dixit intelligi de ſolito non de caſib. inſuetis, aut
omnino non ueriſimilibus, ideſt rariſsime contingentibus, ſed
intelligi debet, prout dixi in d. §. medico, & prout expreſſe pro
15 batur in dicto tex. ¶ † Ad cuius intelligentię confirmationem
adduco, ꝙ Bal. in dicto. §. quæſitum, in lect. ix. col. viij. dixit, ꝙ
ſi quis ſuſceperit in ſe periculum prædonum, uel exbannitorũ
non uidetur ſuſcepiſſe periculum exercitus, quia iſta eſt maior
uiolentia, de qua nõ uidetur cogitatum. ff. loc. l. ſi merces. §. vis
maior, & l. item quęritur. §. exercitu, & l. ſi ea res de act. emp. &
Guliel. in d § frumenta, idem Bal. col. a. dicit ꝙ ſi interuenerũt
uerba generalia ſpecialibus iuncta clauſula generalis non refer
tur ad maiora expreſsis, ut d. §. frumenta alleg. Gulie. & Cyn. in
l. j. C. commo. in addi. idem Bal. col. aj. dicit quæro an intelliga-
tur de caſibus fortuitis conſuetis, an ſolummodo de caſib. for-
tuitis inopinatis, dicit Bart. quod eſt caſus in d. §. frumenta, qđ
intelligatur ſolum de caſib. fortuitis improuiſis. Vnde ſi cõe Pe
ruſij uendit fructus aquæ lacus, & promiſsit defendere, & ſuſce
pit in ſe caſus fortuitos non intelligitur de inuaſione ſocietatẽ,
quæ tempore contractus potuit prouideri per emptores, ſed be
ne intelligitur de guerra eccleſiæ Roma. quæ non erat in conſi
deratione mentis ſm Bar. ſubdit Bal. ſi quis uellet reſpondere,
ꝙ uenirent omnes caſus ſoliti facile eſt reſpondere ad. d. §. fru-
menta, quia in illo. §. id quod eſt ſolitum, non dicitur caſus for-
tuitus, quod enim ſint in hyeme niues, ſi non ſint immoderatę
ſecundum conſuetudinem, iſte non dicitur caſus fortuitus, ſed
quædam contingentia ſm naturam, vnde in d. §. frumenta, ven-
ditor qui ſuſcepit in ſe periculum caſus fortuiti, non tenetur
ad caſum ſolitum, ideo quia non eſt caſus fortuitus ſed natura-
lis, non autem dicit ibi, ꝙ ſi quis ſuſceperit in ſe caſum fortui-
tum, non tenetur de caſu fortuito quocunque modo contingen
te, & idõ gl. ibi bene dicit, quod qui obligauit ſe ad inſolita non
tenetur ad ſolita, & per eum ibi latius, idem Bal. in d. §. frumen-
ta dixit no. caſum', cõe Peruſij uendidit frumenta recolligenda
incluſio Peruſino, hoc acto, ꝙ periculum guerrę, & grandinis
pertineret ad cõe Peruſij, dicit iſte tex. ꝙ intelligitur de guerra,
& grandine inſolita, quæ nõ potuit prçuideri, innuit, & iſte tex.
ꝙ idem eſſet in caſu ſimili, extra guerram, & grandinem, puta ſi
inſolita pluuia corrupiſſet frumenta, tandem ſe remiſsit ad Gu
liel. ibi. idem Bal. in conſi. incip. uerba dicunt, dicit ꝙ ille qui ſu
ſcepit in ſe omne riſchium, & periculum promittens manuten-
tionem cluſę molendini durante decennio, non tenetur ſi cluſa
ruit per inundationes inſolitiſsimas aquarum, quia de tali caſu
16 non vr̃ cogitatum. † Quia ad ea quæ rariſsime contingunt, neq;
lex, neq; hominis mens uidetur adaptari, & ſubdit id maxime
procedere, quia illa cluſa requirebat maximos ſumptus pro re-
fectione, idem Bal. ſępius conſulendo allegauit illum tex. quod
ɔuentio non intelligitũ de inſolitiſsimis, & ueriſimiliter non co-
gitatis aliquo modo, ergo ſimiliter in terminis nr̃is dicta conſti
tutio Benedicti nõ intelligitur taxaſſe ſubſidium caritatiuum,
qđ rariſsime peteretũ pro cã emergenti rariſsima, graui, & ino-
17 pinata, maximam ſubuentionem requirente, † cui nullum fru-
18 ctum faceret ſubſidium ſm taxam Papæ Benedicti, † ad hanc
interpretationem inducit ueriſimilis mens Papa, iuxta glo. in l.
tale pactum. §. fin. de pac. & in cle. j. in uerbo, præſidentes, de re-
ſcriptis,

ſcriptis,& ratio naturalis hoc dictat quæ eſt potẽtiſsima in qua
cunque interpretatione ſm Pet.Cy.& Bal.in l.non dubium.C.
de legib.& in l.cum a matre.C.de rei uend.& in multis alijs lo
19 cis. ¶ † Secundo moueor in cauſis ſalarium aduocati taxatum
eſt a lege,uſque ad centum aureos l.j.§.licitum.ff.de uar.& ex
20 traor.cogn.† & nihilominus in cauſis criminalib quæ ſunt arduę
poteſt accipere longe plus,ſecundu doct.in l.ſi pater §.fi.ff.de
dona.item quando cauſa eſt de uita, uel de ſtatu , tunc nullum
cenſetur taxatum ſalarium a iure ſecundum Bal.in l.j.in fin.C.
21 manda.¶ † Vnde infert,quod illi qui ſunt aduocati epiſcoporum,
uel Abba.pro ſtatu dignitatis ipſorum etiam maximum ſalariũ
recipere poſſunt ut dicto §.fin. per quem dicit ita determinaſ-
ſe Ray.de Forli. ergo & in propoſito , nec cenſeatur taxatum
ſubſidium pro re grauiſsima, & rariſsima per illam conſtitutio
22 nem, nam eſſet qua faba in ore Leonis. ¶ † Nec eſt uериſimile
Roma. Pontifi. uoluiſſe deſerere caput languens argum.l.cum
23 in diuerſis.ff.de relig & ſumptibus funerum cum ſim ¶ † Ter
tio moueor argumento.l. Rutilia polla , & l.in lege. ff.de con-
tra.emptio.& eorum quæ per dictas leges dixerunt Ray. & ſe-
quaces in l.ſi ex toto,in princi.de lega.j.ſcilicet de immunitate
non extendenda ad onera extraordinaria ratione guerrę ſuper.
24 uenientis uериſimiliter non cogitatę ¶ † Quarto moueor,nam
propter neceſsitatem ſuperuenientem,licet facere plures uiſita
tiones,& exigere plures procurationes,non obſtante,quòd ſe-
mel tantum in anno ſit permiſſa talis uiſitatio,& procuratio,ut
25 per doct.in d. ca. conquerente,& ubique. ¶ † Quinto ea mul
tia quæ no.conglutinauit Ludoui. Roma.in l.ſi uero §.de uiro.
ſoluto matrimo. in fallentia liiij. intitulata propter neceſsita-
tem,inter quæ ſunt aliqua ualde ad rem , & maxime dũ allegat,
pro xxj argumen l.quod ad præſens.C.de muri.leg.lib xj.& Bar
to.ibi.¶ Concluditur ergo dictum ſubſidium caritatiuum po-
tuiſſe peti , exigi etiam mediantibus cenſuris , quia ab haben-
te poteſtatem a iure,quia ex iuſtiſsimis cauſis approbatis a iuri
ſtis,quia moderatum,& quia conſtitutio Benedicti non cenſe-
tur taxaſſe in iſtis caſibus rariſsimis , & grauiſsimis , item quia
nunquam fuit recepta. & fruſtra allegaretur ad obſeruantiam
etiam ſi caſum noſtrum includeret. Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Ab abſolutoria expenſarum iuſtè appellari poteſt, & nu.2.*
2 *Abſolutio ab expenſis ſine cauſa fieri non poteſt.*
3 *Expenſæ debent ſolui cum effectu.*
4 *Appellatio legitimè interpoſita,deuoluit negocium ad ſuperiorem,*
& omnia poſtmodum ſequuta ſunt nulla,& nu.5.
6 *Si iudex à quo detulit,omnia ſequuta poſtmodum ſunt nulla.*
7 *Reſcriptum ſurreptitium,poſtquam fuit oppoſitum nullam tribuit iu*
riſdict.& nu.12.
8 *Surreptitium eſt,ſi in illo,nulla ſit mentio de re iudi.& nu.13.*
9 *Reſcripto contradicenti iuri,non eſt ſtandum.*
10 *Pœna priuationis beneficij inuentarij,non eſt imponenda.*
Reſcriptum,intelligendum eſt,ut non tollat ius alterius,& nu.9.
11 *Reſcriptum conditionale non tribuit iuriſdictionem,niſi conditione*
adimpleta.
Iudex defferens appellationi,nõ poteſt procedere ſuper negocio prin
cipali.
14 *Dilatione pendente,proceſſus factus,nullus eſt.*
15 *Super negocio principali,adhuc non inſtructo,procedi non poteſt ad*
ſententiam.
16 *Sententia confirmans primam nullam,erit & ipſa nulla.*
17 *ſi eodem die appellatur , & obtinetur commiſſio, præſumitur prius*
appellatum.
18 *Probatio debet eſſe concludens.*
19 *Nullitas cognoſcenda eſt eſto quod appellatio ſit deſerta.*
20 *Iudex delegatus a cuius diffinitiua appellatur deferens appellatio-*
ni,eſto quod non conſtet ipſum aliter pronunciaſſe, an a ſe iuriſdi
ctionem abdicauerit,& alijs ſequentib.
Delegatus ſententiando functus eſt officio ſuo,& nu.24.
21 *Deferenda eius auctor tas,& iuriſdictio ceſſat.*
22 *Etiam ſi appellatio friuola eſſet.*
23 *Satis eſt ipſum pronunciaſſe,licet nõ appareat illud,quod pronunciauit.*
Aliud eſt pronunciatum,aliud quod continetur in pronunciatione
et nume.24.
Iudice nolente ſcribere,quod pronunciauit,non propterea illud de
bet nocere parti.
25 *Iudex deferendo, etiam ſi re integra reuocet grauamen,non propte*
rea recuperat iuriſdictionem.
26 *Deferendo abdicat à ſe iuriſdictionem . eſto quòd ſolum appelletur*
uoce,& non ſint petiti apoſtoli , & in appellatione non ſit cauſa
inſerta.

CONSILIVM CVI.

BONIFACIVS Grauatus per auditorem Vicarij,
1 iuſte appellauit , † & ſuper dicto grauamine , per lo-
cumtenentem Auditoris cameræ fuit proceſſum , &
dum reuocauit dictum grauamen , bene ſentẽtiatum
fuit,attamen inquantum abſoluit partem aduerſam ab expen-
ſis ipſe locumtenens de nouo grauauit Boniſa.qui a dicto gra-
uamine iuſte potuit appellare , prout appellauit ut eſt deciſio.
2 Rotæ in no.in titulo de appellatio.xlvij.¶ † Non enim potuit
locumtenens partem aduerſam ab expenſis abſoluere,ex quo
nulla cauſa abſolutionis allegatur,nec cõſiderari poteſt, ut ple
ne nota.in l. properandum.§ ſin autem alterutra C. de iudi.&
ibi Moder.colum.iij,uerſicu. iiij. & colum.vij.circa fin. & col.
v.uerſic.ulti.& habetur plenè in capit.finem litibus de dolo &
3 contuma.† Et dictę expenſę effectualiter debebant ſolui, ut di-
cit Bald.in l.edita,C.de eden.in repeti.Peruſina, colum. xxiiij.
& ibi Saly.& referunt Mod.in l.ſancimus.C.de iud.colum.iiij.
uerſicu.tertio quæro, concludentes non ſuffi cere oblationem ,
4 per quod tollitur obiectio . † Quæ ex aduerſo fit de oblatione
dictarum expenſarum,per quam abſolutionem expenſarum ip
ſe Bonifacius grauatus iuſte appellauit,& appellatio ita legiti-
me interpóſita totum negocium deuoluit , & omnia poſtmodũ
inde ſequuta fuerunt,& ſunt nulla,ut nota.in cap.non ſolum.§.
illa,de appel.lib.vj.& in cap.ex parte ade.de teſti.per Lap.alle-
ga.j.in fine primi dub.& pulchrè per Imo.in cap.ſæpe,de appel
5 latio.colum.penult.¶ † Quicquid igitur poſt dictam appella
tionem fecit locumtenens fuit , & eſt nullum ,& reuocandum
uenit,ut not.in d.iuri.& in deciſio. Rotæ in nu.in titulo de ap-
6 pellatio.xliij.¶ † Et eo maximè, quia locumtenens detulit ap
pellationi Bonifacij,& quicquid poſtmodũ fecit , nullum fuit,
& eſt & reuocandum uenit.c.cum appella.friuolis,de appella-
tio.lib.vj.cum concord.per Rotam in nou.ccxliij. alias in ti-
7 tulo de appel.aliij.¶ † Et locumtenens procedens non potuit
ſuper negocio principali uirtute aſſerti reſcripti electi.ut ex par
te aduerſa obtenti,ex quo aſſertum reſcriptum,fuit & eſt ſurre-
ptitium , & cum contra illud per ipſum Bonifacium fuerit da-
tum de ſurreptione non potuit concedere aliquam iuriſdictio-
nem per nota.in cap.cæterum,& in capitu.ad audientiam , ea-
8 tra de reſcript.¶ † Vbi pleniſsime ſcribentes,de ſurreptione ꝯ-
ſtat , ex quo in aſſerto reſcripto , nulla ſit mentio de re iudicat.
obtenta in fauorem Bonifacij in curia capitolij,ut not.in capi.
ſuper literis,extra de reſcriptis , & per Lap. alleg.lxxxix.cum a-
9 lijs concord. † Præterea aſſertum reſcriptum contradicit iuri,
ideo illi non ſtandum.ut habetur in c.ex parte tua,de offic.de
lega.& in cap.cauſam inter nos de re iudi.contradictio appa-
ret dum per illud tollitur ius ipſius Bonifacij,& ideo ſtrictiſsi-
me eſt intelligendum,ut not.in capi.ſedes,de reſcrip.& in l. ele
ganter.§.ſi poſt.uerſic.quid ergo.ff.de condictio inde.& intel
ligentia ipſius eſt,ut nõ tollat ius ipſius Bonif per ſignaturam.
enim reſcripti,quę attendi debet,& non narratio,in aliquo nõ
tollitur ius Bonifacij cum illi non ſit in aliquo derogatum , ut
plene habetur in d.c.ſuper literis,ubi Inn.& Mod.& per Bal.&
alios in l.præſcriptione. C.ſi contra ius uel utilit.publ & eſt re
gula cancellariæ in ord.xxv. Nunquam enim cenſetur ſublatũ
ius tertij per reſcriptum , niſi expreſſe derogetur.cap.quamuis
de reſcriptis,libro vj.l.ij.§.merito.& §. ſi quis a principe. ff. ne
quid in loc.publi.& hodie eſt regula cancellariæ in ordi.xvj.ad
quæ no.per Anto.& alios in cap.ex parte,el ſecundo,de offi. io
10 deleg.in v.notabili.† Propterea iſtud reſcriptum tendit ad pœ
nam priuationis beneficij inuentarij,ut de ſe patet,& talis pœ
na priuationis beneficij inuentarij non eſt modo aliquo impo
nenda,ex quo non reperitur iure ſcripta,ita in puncto Barbat.
qui multa adducit in cap,primo,in glo.j.de teſtam. Vnde cum
dictum reſcriptum fuerit ſurreptitium, & per illud non fuerit,
nec ſit ſublatum ius Bonifacij dominus locumtenens non po-
tuit procedere ſuper negocio principali,& procedendo,ut pro-
ceſsit nulliter egit,eo maximè,quia uirtute dicti reſcripti , ipſe
locumtenens ſtatuit dicto Bonifacio certum terminum quem
ſtatuere non poterat, ex quo per dictum reſcriptum electiuum

concedebatur iuriſdictio ſuper negocio principali in euetum,
qui euenitus ceſſauit cum per ipſum Bonifa. fuerit doctum, &
11 obtentum ſuper grauaminibus. † Vnde cum reſcriptum eſſet ꝯ
ditionale, & conditio minime fuiſſet adimpleta iuriſdictionem
non conceſsit per iura uulgaria in c. cum dilecta, de reſcri. Bal.
in l. quod fauore de legib. eſt deci. Rotę in nouis, in titulo de of
ficio dele. j. alias c x x. Mill. in uerbo, iudex appellationis, & in
uer. reſcriptum per quod committitur, & procedendo uirtute
dicti reſcripti, abſq; iuriſdictione, & nulliter proceſsit. ¶ Ad
quod, nam ipſe Bonifacius a dicto termino ſibi præfixo appel-
lauit, & fuit repoſitus, & pars aduerſa a repoſitione iterũ appel
lauit quæ etiam fuit repoſita a qua ultima repoſitione Bonifa-
cius ultimo appellauit, & dictæ appellationi locumtenens detu
lit, & cauſa poſtmodum fuit commiſſa, unde poſtmodum pro-
ceden. ſuper negotio principali, nulliter proceſsit. d. c. cum ap-
12 pella. friuolis, & iuri, ac deciſio. ſ̃. alleg ¶ † Minus etiam locum
tenens procedere potuit uirtute commiſsionis, & reſcripti ulti
mo loco obtenti ex aduerſo, quoniam dicta commiſsio nullam
eidem conceſsit iuriſdictionem, fuit enim, & eſt ſurrepticia, &
13 de ſurreptione datum, vnde, & c. d. c. cęterum cum ſi. ¶ † Surre
ptio oſtenditur quia in dicta ultima commiſsione nulla fit men
tio de ſupradicta re iudicata, nec de grauamine illato Bonifa-
cio ab auditore Vicarij, & a dicto locumtenente nec fit mentio
de appellatione per Bonifa. interpoſita, nec de delatione appel
lationis facta per locumtenentem, nec de inhibitione poſtmo-
dum inde ſecuta, quæ omnia nedũ ſimul iuncta, ſed ſeparatim
conſiderata, ſurreptionem inducunt, vt plenè hr̃ in d. c. ſuper li
teris, & per Ro. in no. in tit. de reſcrip. xxv. & Lap. alleg. ij. & al-
14 leg. lxxxix. Alex. conſi. xlj. in iiij. uol. cum concor. ¶ † Et uirtu-
te dictę ultimæ cõmiſsionis etiam nulliter proceſsit cum ea ſi-
bi præſentata per Bonif. fuerit oppoſitum, & datę exceptiones,
& pendente dilatione ad ipſas corrigendum fuerit proceſſum
ad diffinitiuam, & ſic nulliter. l. ſiue pars. C. de dilat. toto tit. nil
15 noui, cum ſi. ¶ † Præterea ſuper negocio principali procedi nõ
potuit ad diffinitiuam, ex quo minimè fuerat inſtructum, & ſu
per ipſo locumtenens iuriſdictionem nõ habebat, & ſic inſtrui
nõ potuit, iuriſdictio enim ſua erat ſuper grauaminib. tm̃, ſuper
negocio uero principali in euentum, qui ceſſauit, & cum inſtru
ctum non eſſet, nec inſtrui potuiſſet, locumtenens diffinitiuam
ſuper eo promulgare non potuit, tum quia inſtructum tũ quia
præcipitanter proceſsit, ſtante ſurreptione multiplici de qua. ſ̃.
& pendente dilatione, ut ſ. ad quæ not. in l. ij. C. de eden. & ple-
16 niſsime per Mod. in c. cum eccleſia S. Mariæ de conſti. † Con-
ſtat ex prædictis ſententiam aſſertam dicti domini locumtenen
tis fuiſſe, & eſſe nullam ꝑñr ſententia lata a domi. Michaele ex
quo ſimpliciter confirmat primam nullam, & erit nulla de qui
bus nullitatibus etiam non obſtante dicta confirmatoria dici
poteſt iuxta not. in clem. j. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. & late per
Mod. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. & Alex. conſi. lxxix.
ij. uol. & di. Bonifacius, non debet repelli, nec excludi a prædi-
ctis propter aſſertam rem iudicatam quam pars aduerſa prætẽ
dit, ex quo infra decennium ab aſſerta ſentẽtia domini Michae
lis prouocauit, & commiſsio extitit obtenta poſt dictam appel
17 lationem. ¶ † Et dato, quod eodem die utrunq; appareat factũ,
tamen cum non apparet data in commiſsione præſumitur pri-
us appellatum, ut uult deciſio. Rotæ in no. in tit. de exceptio. ij.
18 † Et probationes ex aduerſo factę tanquam non concluden-
tes, non tollunt dictam præſumptionem iuxta no. in l. non boe.
C. unde legitimi, & c. in præſentia extra de proba. potiſsime cũ
Bonifacius uſus fuerit diligentia, & ſtilus curię, ita ſe habeat,
ut no. in l. de quibus. ff. de legib. & in c. quam graui de crimine
19 falſ. cum ſi. ¶ † Pręterea obiectio excluditur ex dictis nullitati-
bus ſuper quibus etiam ſtante deſertione appellationis cogno-
ſci debet, & pronunciari etiam abſq; alia commiſsione, cum ſi
mus in diffinitiua, ut habetur in l. j. in ſi. de feri. & plenè p Bald.
in l. j. quando prouocare non eſt neceſſe, & per Ioa. And. in c. j.
de appel. lib. vj. & Rot. in antiq. in tit. de appel. xij. habetur ple-
ne in l. ſi expreſsim. ff. de appella. & in cap. dilecti extra eodem
20 ¶ † Pro reſolutione uero illius dubij, an iudex delegatus a cu-
ius diffinitiua ſententia appellat, & appellationi defert, quam-
uis non conſtet ipſum pronunciaſſe, deferendo appellationi ab
dicit a ſe iuriſdictionem, aduertendum eſt, ꝙ delegatus ſenten
tiando functus eſt officio ſuo, & eius auctoritas, & iuriſdictio
ceſſat. l. iudex poſtquam. ff. de re iud. c. in literis, de offi. deleg.
21 cum concord. † Inſuper ſi appellationi coram ipſo interpoſitę
detulit eius auctoritas, & iuriſdictio ceſſat. c. ſępe. c. interpoſita
22 de appel. glo. & ſcrib. in d. c. in literis. Quod procedit etiam ſi
appellatio eſſet friuola iniuſta, & talis cui non eſſet deferendũ,
tamen ſi delatum eſt iuriſdictionem abdicat uulg. c. cum appel
latio. friuolis de appel. lib. vj. cum alijs uulgarib. Cum itaq; lo-
cumtenens diffinitiuè pronunciauerit, functus fuit officio ſuo,
inſuper cum a tali pronunciatione fuiſſet appellatum, & ap-
pellationi delatum abdicauit a ſe iuriſdictionem, ut. ſ̃. fuit dedu
23 ctum. † Quib. non obſtat ꝙ dicitur non conſtare ipſum pronun
ciaſſe, nam clare patet ipſum pronunciaſſe, licet non appareat il
lud ꝙ continebatur in pronunciatione, aliud eſt. n. ipſa pronun
ciatio, & aliud contentum in pronunciatione ſicuti aliud eſt in
ſtrumentum, & aliud ꝯtentum in inſtrõ, poteſt. n. eſſe inſtrũ, &
tamen cõtenta in eo poſſunt eſſe falſa, ut plenè hr̃ per Inn. Ab.
& Mod. in c. cum uenerabilis dę excep. & per Fely. in c. capitu-
24 lum, char. pe. uer. limit. octauo, de reſcrip. † Vnde cum appareat
ipſum pronunciaſſe, licet non appareat contentum in pronun-
cia. ſatis eſt ex quo ꝓnunciãdo functus fuit officio, & defferen-
do appellationi abdicauit iuriſdictionem, & utrunq; de per ſe ſuf
ficit. d. c. in literis, oſtenditur clarius, nam ꝙ non appareat con
tentum in pronunciatione iſtud eſt culpa, & facto dicti iudicis,
qui noluit extendere, uel ſubſcribere, ꝙ non debet eſſe noci-
25 uum parti appellanti, & cui delatum eſt. ¶ † Probatur nã iudex
defferendo etiam re integra reuocando grauamen, non recupe-
rat iuriſdictionem abdicatam, ut per Gemi. in dicto. c. cum ap-
pella. col. pen. poſt Ioannem Andr. quem cõmuniter ſequuntur
doct. & per Phili. Franc. in c. cum ceſſante, de appella. col. x. uer
ſi. quinto limita, ita in caſu nr̃o nõ extendendo ſententiam, uel
non ſubſcribendo ex hoc non debet recuperare iuriſditiõnem
abdicatam, ad quod etiam facit cum licet ſit appellatum, ſine
ſcriptis, licet apoſtoli non ſint petiti, licet in appellatione non
ſit inſerta cauſa, ex quib. appellatio ruit. tamen ſi tali appellatio
ni iudex detulit defferendo abdicauit a ſe iuriſdictionem, ut
per Archidiaco. in cap. cordi, & ibi ſcribentes, de appel. lib. ſex-
to, & per Rotam in no. deciſi. liiij. in tit. de appell. & Fran. in ca.
ut debitus, eo. tit. col. xx. uer. ult. pone. Pariſ. Romæ.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia ſecunda confirmans primam nullam, non meretur execu-
tionem, & nu. 7.*
2 *Iudex ad quem prius debet procedere ſuper grauaminib. & demum
ſuper negocio principali, quando utrunque eſt commiſſum, & nõ
econtra.*
3 *Et quid ſi cum grauamine eſt commiſſum negocium principale, &
alijs ſeq. 4. 5.*
4 *Et quid ſi ſeparatim eſt commiſſum grauamen, & ſeparatim nego-
cium principale.*
6 *Et quid ſi commiſſio dat iuriſdictionem in euẽtum, ſi grauamina ſunt
purgata.*
7 *Si ſecunda confirmans primam nullam, eſt & nulla, exequi nõ dẽt.*
8 *Lata ſententia confirmatoria prima nulla, de nullitate primæ non
poteſt dici ulterius, quando ſecunda confirmatoria fuit lata ex no
ua cauſa, ſecus ſi ex eiſdem.*
*Item uerum, quando confirmatoria tranſiuit in rem iudic. eo quia
non appellatum.*
*Item ſecus, quando prima eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, nam
tunc confirmari non poteſt.*
9 *Notoria nullitas, & iniuſtitia nullitati æquiperatur.*
10 *Et non debet exequi, & exequenti poteſt reſiſti.*
11 *Notoria, iſto caſu, quando dicatur.*
12 *Grauatur quis, quando per ſententiam tollitur ius ſuum.*
13 *Contra rem iudicatam poteſt dari de exceptione limitante ſententiã.*
14 *Sententia lata contra intentionem reſcribentis, nulla eſt.*
15 *Sententia nulla poteſt confirmari in cauſa appellationis, quando eſ-
ſet diffinitiua, ſecus ſi interlocutoria.*
16 *Interlocutoria, quæ tranſiuit in rem iudicatam, exequi debet.*
17 *Executio cuius, uſq; ad an. 30. fieri poteſt.*
18 *Maximè quando approbatur ab aduerſario.*
19 *Sententia ſecunda lata contra primam, quæ tranſiuit in rem iudica
tam, nulla eſt.*
20 *Siue ſimus in diffinitiua, ſiue in interlocutoria.*
21 *Signatura debet attendi, & non narrata.*
Attenditur enim concluſio, non narrata.
22 *Reſcriptum ſumit uires ab intellectu ſcribentis.*

Reſcripta

22 Reſcriptum recipit interpretationem reſtrictiuam.
Et reduci debet ad ius commune, ut illud non lædat, & ad illud eſt
reducendum in dubio.
Nec tollit ius niſi expreſſè deroget.
24 Et contra legem, non ualet.
25 Et ſi concedit aliquid, contra iuris ordinē, qualiter ſit interpretandū.
26 Reſcriptum alternatiuum, quando, & quo caſu ualeat.

CONSILIVM CVII.

1 NON obſtat † q ſententia tranſiuerit in rem iudica
tam, per notat. in cap. ea quæ de re iudi. Quoniam
exequutionem non meretur, ex quo lata iuris ordi
ne non ſeruato. ut in puncto quando ſecunda ſen-
tentia confirmat primam nullam, dicunt Abb. & Moder. poſt
alios in dicto, cap. ea quæ, quando enim profertur iuris ordine
non ſeruato quo ad ſe ipſam, nulla eſt, & licet tranſiuerit in rem
iudicatam, tamen exequutionem non meretur no. in d. capit. ea
quæ, & eſt textus in l. prolatam, ubi Bar. Bal. & alij. C. de ſent. &
interlo. om. iud. & faciunt no. in c. exhibita, de iudi. cum concor
dan. & in c. ei qui uerſi. ut ſententia, ij. q. vj & textus ubi gloſ. in
uerb. non ſeruatum, in c. per uenerabilem, qui filij ſint legit. c. ac
cidens, ut lite non conteſta. clem. diſpendioſam in princ. de iu-
2 di. † In caſu iſto iam fuit appellatum prius per Bonifacium a
grauaminibus illatis per locumtenentem, & demum a diffiniti
ua per eundem prolata, & utraque cauſa commiſſa Michaeli q.
prius ſuper cauſa grauaminis, & poſtmodū ſuper negocio prin-
cipali procedere debuit, & cum non fecerit, nulliter fecit. d. ca.
exhibita, & in puncto eſt doctrina Philip. Franc. in cap. quia no
bis, iij. col. uerſ. iij. quæro, de appell. ubi alleg. iura, facit textus,
nem allegari poſſent concluditur monetarium a dictis incolis,
licitè poſſe probiberi, vt ſe abſtineat a dicto exercitio, inducēte
aeris corruptionem & intemperiem, & ꝯñr mortem & interitū
prædictarum incolarum cum prætendat ibi eaercere officium
cudendi monetam ac diſſoluendi & diſtilandi materiaa ad id
conuenientes ea quibus inſurgit illa intemperies aeris, incolas
admuttem deducens.
P Paulus.

SVMMARIVM.

1 *In materia euictionis. fideiuſſor poteſt accedere.*
2 *Et accedens, eo moda tenetur quo principalis.*
3 *Et an res debeat euinci per ſententiam ut teneatur.*
4 *Et quid ſi eſt certum, & notorium uendidiſſe rem alienam.*
5 *Dicta in exceptionibus, reus fateri uidetur, ſi fuere acceptata à parte.*
6 *Confeſſio notorium inducit.*
7 *Acta inducunt notorium.*
8 *In notorijs, ſententia non eſt neceſſaria.*
9 *Citatio, non eſt, que ad illud facienda, quando certum eſt, illi defenſionem non competere.*
10 *Contra confeſſum, non ſunt partes, niſi in condemnando.*
11 *Fideiuſſor euictionis, qua actione tenetur.*
12 *Periurus an poſſit allegare exceptionem ſimulationis.*
13 *Et quid ſi iurauit omnia, & ſingula eſſe uera.*
14 *Promittens factum alienum ad intereſſe tenetur.*

CONSIL. CXI.

1 IN Materia euictionis. † Ac actionis exempto ſide
iuſſor accedere poteſt, & uti principalis tenet, ita
& ipſe. l. ſi ei cui. §. ſi is cui fundum. ff. de euict. l. au-
2 ctore. C. eo. cum ſi. † Ipſe Andreas fideiuſſor tenet
de euictione eo modo, & prout tenebatur venditor toto tit. de
3 euict. ff. & C. † quibus nonobſtat ꝙ domus non apparet euicta
per ſententiam iuxta not. in l. euicta. & in l. ſi dictum. §. ſi com-
4 promiſſero, & in l. Herennius. §. gaia. ff. de euict. † Nam certum
& notorium eſt, uenditorem vendidiſſe domum alienam, & ſi-
bi ſuper ea ius nô competere, & iſto caſu ſententia eapectanda
non eſt, vt dicit tex. & ibi omnes ſcrib. in l. emptorem. ff. de a-
ctio. emp. & eſt doctri. Fulg. in l. ſi ideo in prin. ff. de euict. Pôt.
Roma. in l. non ſolum. §. morte. ff. de no. ope. nun. Quod autem
in caſu præſenti notorium ſit nullum ius competere venditori
conſequenter & fideiuſſori clarè patet ex confeſsione ipſius fi-
5 deiuſſoris. † Qui prædicta atteſtatur, in ſuis excepti. ea enim q̄
reus in ſuis except. dicit confeſsionem validam inducunt, quan
do a parte fuerunt acceptata vt fuit in caſu noſtro, & tradit gl.
in l. eum precum. C. de liberali cauſa. Barto. & Alexan. in l. cer-
tum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſsis. Mod. in c. examinata. co-
6 lum. ij. de iudi. & in c. ſi cautio. col. aj. de fid. inſtru. ¶ † Confeſ-
ſio enim partis notorium inducit. cap. fin. de coba. cle. & mulie
7 rum. cap. cum olim. de verbo. ſignifi. ¶ † Et quia omnia prædi-
cta conſtant ea actis, iccirco notorium inducunt, vt plene per
Ioiiben. in dicto cap. cum olim. & per Rotam in nouiſ. prima.
& Alex.

8 & Alex. ɔſi.liij.in iiij.vol.† Cum itaq; prædicta notoria ſint ſen
tentia non eſt neceſſaria,ad quę no.in l.ſi vero.§.qui pro rei.ff.
qui ſatiſ.cogā.& in l.cum apertiſsimi. C.de iudicijs.per Bar.in
d.c.cum olim.per Bar.poſt glo.in l.ij.§.de frumenta. ff. de reb.
9 ad ciuita.pertinen.†Vbi hr̄, ꝙ licet quis ſēper ſit citandus cum
10 citatio poteſt omitti.† ita dicimus in ſimili in caſu iſto potiſsi-
me cum ꝫ coofeſſum, oullę ſiot partes iudicis in cogooſcendo,
ſed tm̄ in ſenentiando & exequendo,l.promdendum.§.notan-
11 dum.ff.ad legem Aquiliā.cum allja ɔcord.† Præterea dubitan
dum non eſt,quod dictus fideiuſſor actione ex empto teneatur
ad totale intereſſe,licet de euictione non poſsit ɔueniri , qđ tñ
negatur,vt.ſ̄.Venditor.n.vt ipſe fideiuſſor faтetur,ſcienter uen
didit domum alienam,ɔñr actione exempto ad omne,& totale
intereſſe teneť,l.j.l.ex cēpto,in prin.& §.exemplo.ff.de act.emp.
eſt textus.& ibi Bar.in l.emptorem.§.deniq; verſ.qui autem. ff.
de actio.emp.& in l.ſeruum.§.ſi ſciens. vbi Bar.eo.titu.& in l.ſi
ſeruum etiam eſt tex.in l.Iulia. §.ſi fundum. eo. tit.qua actione
ex empto negari non pōt,quio dictus fideiuſſor ad totale inte-
12 reſſe non teneatur,iurib.de quib.ſ̄.† Nec ipſe exceptionem ſi-
mulationis allegare pōt, quia periurus eſt, ɔñr oon audiendus,
13 vulgata.l.ſi quis maior. C.de tranſac.cum alijs ſim. † Eo potiſſi
mum quia iurauit omnia , & ſingula contenta in inſtr̄o produ-
cto fuiſſe,& eſſe vera,& contra illa non potuiſſe venire, quo ca
ſu exceptionē ſimulation.opponere nō pōt dicit Bar.ī l.ſi.in ſi.
C.de non nume.pec.Butrig.& alij in c. cum ɔtingat , de iu.iur.
Alex.in l.Seius,& Auge.col.vlt. ff. ad legem Falci.& iſta videť
cōis concluſio,a qua in practica non eſt recedendum vt dicunt
Mod.Papienſes,poſt Alex.& Are.in l.oemo pōt,col.ix. ff.de le
gatis j.vbi etiam volunt iſto caſu oon debere ɔcedi abſolutiooē
a dicto iuramento,de quorum veritate alias diffuſius conſulen
14 do dixi.† Nec ob.ꝙ dictus fideiuſſor promiſerit factum alienū,
nam licet præciſe non tenea:or ad factum tñ tenetur ad intereſ
ſe vt dicit tex.in l.qui autem.§.ſed ſi quis.ff.de conſtituta pecu-
nia.& per Mod.in l.ſtipulatio iſta habere licere.ff.de verb.obli.
& per Soci.conſi.cclxxxviij.in ij.vol.verſi.circam quintam quę
ſtionem,& plene alias conſului. Pariſius.Ro.

SVMMARIVM.

1 *Quando prouidetur,ſeu mandatur prouideri,de iure patronatus, in tellıgitur de conſenſu patroni.*
Papa non præſumitur velle præiudicare iuri tertij.
2 *Conceſſum ſub conditione , non cenſetur conceſſum niſi conditione purificata.*
3 *Conceſſum de conſenſu,intelligi debet de legitimo.*
4 *Conceſſum per modū conditionis impleri debet in forma ſpecifica.*
5 *Conſenſus præſtitus in genere ad primum uacaturum,eſt nullus.*
6 *Et an poſsit conceſſio intelligi,de nulliter præſtito , & nu.7. & 22.*
7 *Ita ut ſuppleatur ex declaratione Pontificis approbatio.*
8 *Recurrendum eſt ad prothocollum , quando diſcordat cum inde. ſumpto.*
9 *Abbreuiatores,unde dicti.*
Expeditio quæ fit per cancellariam, in quo differat ab illa quæ fit per cameram.
10 *Nec uni , nec alteri uidetur conceſſa expeditio, per quam tollatur ius alterius.*
11 *Expeditio quæ fit per cameram,non poteſt dictum ius tollere.*
12 *Stilus, an & quando attendi debeat.*
13 *Et qualiter ſit probandus.*
14 *Ex ſtilo non poteſt argui,quando in probatione ipſius datur diſcrepantia.*
15 *Stante diſcordia de ſtilo cameræ, non inconuenit debere recurri ad cancellariam.*
16 *In expeditionibus attendi debet data ad quam recurritur.*
17 *Conceſsio ex expeditione,quando perficiatur.*
18 *Attendi debet,quando agitur de reſtitutione iuris ablati.*
19 *Conceſſio limitata,limitatum producit effectum.*
20 *Conſenſus nulliter præſtitus, an ſit in ſuppoſitione uarrandus, & nume.23.*
21 *Conceſſum propter merita,an requirat ipſorum ſpecificationem.*
22 *Si præſentatur inhabilis,ſeu pro eo conſentitur, papa poteſt inſtituere,& diſpenſare nec requiritur alias conſenſus.*
24 *Conſenſus an dicatur præſtitus ex aliquo actu illum importante.*
25 *Et an ſufficiat taciturnitas per tempus a iure ſtatutum.*
26 *Si principalis præſtat conſenſum,ceſſat mandatum factum alijs de præſtando illum & nu.30.*
27 *Variatio in iſtis reprobata eſt.*
28 *Geſta per metum,non tenent.*
29 *Reuocatio conſenſus,quando ſit intimanda.*
30 *Mandatum conſumitur per factum principalis.*
31 *Conceſsio ad primum , & ſi non ad illud ad ſecundum,& ſic deinceps,qualiter intelligatur.*
32 *Præſentatio,& conſenſus ante uacationem nihil ualet.*
Declaratur qualiter procedat.
33 *Quæ nota ſpeciali digna ſunt exprimi debent,nec ueniunt &c.*

CONSILIVM CXII.

1 IN Hac materia, † Qñ prouidetur ſeu prouideri mā
datur de beneficio patronato intelligi ſaне dēs de
conſenſu patroni,nec alias videatur Papa eius iuri
voluiſſe præiudicare, iuxta vulgat.§. merito, & ꝙ
in c.cauſam, cum ſim.& in his proprija terminis patronatus in
c.ſuper eo.de off.deleg prout etiam idem conſtat diſpoſitum ꝑ
regulam quę habet non debere expediri literas de eiuſmodi pa
tronato niſi cum eodem conſenſu ſeu alias eiuſdem iuris dero-
gatis. Quod quidem in caſu noſtro poteſt & debet,eo fortius,
& abſq; aliqua prorſus difficultate dici, ex quo in ea ɔceſsione
de qua agitur conſtat præciſe dictum de ɔſenſu.vt ſic nihil alias
veluti ex diſpoſitione ſub conditione cōcepta, niſi cā primitus
2 purificata inferri poſsit iuxta.l.cedere diem , † & quod in §.ex
cōditionali. Iunctis his quæ etiam in ſimi.terminis mandati de
3 prouidendo.in c. ſi pro te.de reſcrip. lib.vj. † Ad quod ēt qñ de
eo conſenſu dicitur,ꝙ intelligi debeat de legitimo tm̄. iuxta no
ta.in regula non præſtat.iunctis plurib.quæ in c.ex tenore col.
4 x.in antiq.de reſcrip.cum concord. † & quia ēt ꝙ per modum
conditionis conceditur debet in forma ſpecifica impleri,vulga
ta.l.cui fundus,& ꝙ in l. Iulianus de condi. & demon. cum alijs
vulg.cum ergo in caſu noſtro ſolum conſtet de conſenſu ante
5 vacationē eiuſmodi monaſterij † & quidem in genere ad pri-
mum vacatur præſtito.ſitq; omnino nullo iuxta vulgatum.c.ſi.
6 de conceſſ.præb.† & alias in ſupplicatione de præſtito poſt va-
cationem ipſam ſicq; legitimo intelligi debeat fateri oporteat
literas in quib. de eo conſenſu ſic nulliter præſtito dr̄ tanquam
tunc per papam videatur approbari.iuxta vulgatam.l.idem vl-
7 pianus.ff.de excuſ.tuto. † & quod not.in l.quidam conſulebat.
ff.de re iudi.& Mod.in c.cum inter priorem de except.prout ēt
quia ſuppleat ex eiuſmodi papæ approbatione declaratur,vt in
c.hoc quippe ſm̄ glo.in ver.conceſsio.in c.conſtitutus eo.ti.de
8 conceſ.præb.† Ad qđ etiam vulgariter de protocollo inde ſum
pto qñ diſcordat ꝙ ad idem protocollum recurri debeat.§. pe.
ubi etiam gl.in auct.de tabellio.& qđ in l.Sempronius proculo
& in l. ſi librarius. & in l.ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait.de
eden.& in l.Imperator.iunctis etiam quę in c.ſuper literis.cum
9 ſimi.† Nec his obſtat quod arguatur eiuſmodi expeditio facta
per cameram,quia eſto qđ abbreuiatores,qui eo nomine appel
lantur tanquam breuiori compendio concipiant impetrata in
ſupplicationib.quæ poſtmodum latius extēdunt in literis,put
ēt alias de abbreuiatura notarij ꝑ Bar.in l.cirographa.ff.de ad-
mini.tuto.& Bal.in rubr.C.de fide inſtr.in vij.col.non poſſunt
ab illarum tenore recedere , vt in d.l.ſi librarius, & quod alias
in l.argentarija.& in §.idem credēdum. iunctis etiam quę in c.
cum P.tabellio.& in c.ſi.de fide inſtru.camera vero habeat la-
tiorem facultatem, quia conſueuit ſupplere clauſulas dari alias
10 ſolitas iuxta vulg.c.cum niſi.† Tamen nec eidem cameræ, nec
alicui profecto poteſt,ſeu debet intelligi quicquam eſſe conceſ
ſum qñ ius alteri quæſitum ex ea expeditione tolleretur, tanq̄
tunc quod eſt actum attribui debeat circumuentioni impetran
tis,ſeu etiam errori vt proſequitur AEgid. Belleme.in deciſio.
dccxxiiij.& referunt etiam plura ad propoſitum Mod.in c.cum
11 olim.de re iudi.& alias in c.ſi qō de reſcrip.¶† Ad quod ēt,qa
in eiuſmodi facultatis expeditione in camera conceſſa gñaliter
idem nullatenus venire intelligatur.l.generaliter. cum concor.
& quod no. Bar.in l.ambitioſa.in ij. colum,dum allegat dictū.
§.merito.ff.de admini.re.ad ciui. pet.& confert quod dicitur in
l.ſi procurator.ff.de conditione indebiti. Prout etiam practici
12 in his ſoliti ſunt dicere.¶† Et aduertendum quod non poteſt
iſto caſu argui ſtilus aliquis niſi diceretur in his terminis præci
ſe conſueuiſſe per cameram dari eiuſmodi expeditionem. arguen-
do quod idem prætenſus ſtilus ſuper quo inſtatur ſtrictiſsimus
ſit,prout

ſit,prout in l.de quibus.ff de legib.& in c.fi.de conſue.& qđ in
13 regula odia.& in c.auditis.de preſcri.] Et Aegid.Belllem. mo-
net ꝙ arguentes ſtilum ſeu conſuetudinem debeant deducere
caſus in quib.fuit ita actum,& vt poſſit dignoſci vtrum ex illis
poſsit argui ad cũ de quo eſt ꝯtrouerſia in deciſ.lav. & eccclaſ.
& ſuper ſcrib.in d.c.fi.in aij.col.& quia non poteſt dici ea expe
14 ditio facta per cameram,† ea quo duo domi. Reuerendiſsimi ei
præſunt inter quos vti in commiſsione per dominum noſtrum
dicitur eſt diſcordantia,arguendo ex nota.in vlgato.§.ſi plures
& quod in l.ſi duo.& in c.fi.eodem tit.de re iudi.& ſtante eiuſ-
modi inter eoſdem diſcrepantia, & ambiguitate argui non po-
teſt ad nota.in vulgata.c.in præſentia,etiam no.in l.ambiguo.
ff.de reb.dub.iunctis nota.in c.de quarta,eo.tit.de præſcriptio
15 nibus.† Et quia etiam non inconuenit ꝙ ſtante eiuſmodi dubi-
tatione de prætenſo ſtilo cameræ debeat recurri ad canecllariã
veluti in his eapertam, iuxta no.in §.præterea inſtituta de rerũ
16 diuiſione.¶ † Et quod etiam alias in ſimi.in c.olim,de conſue-
tud. ad ꝙ etiam forte ſtare poſſet eiuſmodi expeditio quando
ſub eius data poſtquam ea ea expeditione inſtatur, iuxta vulga
tam.l.aſſe toto,& in l.ſi ita ſcripſero,de conditione & demon-
ſtratione, iunctis quæ in l.j.§.dies. ff. de edendo, & in l.j.C.de
plus petitio.iunctis quæ habentur in c.duobus,& in c. ſi a ſede
17 de reſcrip in ſexto † Et quia tunc perficeretur ex ea expeditio-
ne conceſsio,quãdo res eſſet integra,ꝙ ſic ceſſat, & etiam quia
eſto ꝙ expeditio ſic per cameram dari potuiſſet,tamen conſtat
ipſum dominum noſtrum mandare ꝙ ad eam ſupplicationem
reduci debeat ꝙ quidem poteſt intelligi ſaltem per modum re
ſtitu.iuxta vulgatum.c.ex literis,& ꝙ in auctent.quæ ſupplica
tio,vt ſic reduci debeat iuxta.c.cum dilectus, & eum ex eadem
commiſsione conſtet fuiſſe bene intellectum id de quo agitur
18 d.l.idem vulpianus.† Et cum agatur de reſtitutione iuris ea ea
expeditione ablati a domino in dicto cap.cum olim,& in c.om
ne,& in cap.cum acceſsiſſet. de conſtitutio. Nec obſtat ꝙ Pa-
pa poſsit eam præſentationem ſine conſenſu validare, quia id
ſane eſt conſiderandum quando intelligit eam nullitatem ꝙ tamen
nullo modo dici poteſt,hoc caſu in quo immo fuit præciſe actũ
19 de conſenſu,ſicque alias legitimo vt ſupra.† Ruſus non ob.qđ
fuerat cõceſſum,poſſe obmitti vaßatis præſentation.quia ſub-
iunctum etiam fuit vlterius de conſenſu tamen ſitq; limitatum
iuxta vulgatam.l.in agris, cum ſimilib.& ꝙ in vulga. §. morte
in materia proteſtationis declaratorie per Bar.& alios etiam in
c.cũ M. de conſtitutionib. Quodquidem intelligi debet de le-
20 gitimo.† Nec obſt.quod debeat narrari conſenſus qualiſcun-
que fuerit etiam ſi alias ille ſit nullus, ideq; ſpectare debeat ad
iudicem vulg.c.ſuper literis,& quod in capitulo poſtulaſti de re.
ſcriptis,quia malus & nullus conſenſus iudicandus fuerit & ſic
attenta ea ſuppoſitione ea quo ante vacationem fuit præſtitus
iuxta dictum capitulum ſina.per eam expeditionem ſic factam
fiat legitimus & canonicus præciſe ſumus in materia dictæ.l. ſi
21 librarius cum alijs ſupra adductis. ¶ † Nec pariter dicatur ꝙ
in eo conſenſu aſſeritur ꝙ datum fuerit propter merita &c. ex
quo non continet aliquam illorum ſpecificat.prout conſiderat
Oldr.in conſi.viij.cum pluribus quæ alias Mod.in l. ſi donatio
ne.C.de col.& quia etiam id reſpicit merita cauſæ non autem
22 expeditionem de qua tantum in præſentiarum agitur.¶ † Nec
inſuper obſt.ꝙ quando præſentatur minor vel alias inhabilis,
ſeu etiam pro eis conſentitur ea eadem præſentation.ſine con-
ſenſu,poteſt dari inſtitutio ſeu prouiſio per Papam ſine alio cõ
ſenſu requiſito etiam ad effectum diſpen.per eum obtinendũ.
Nam procedit quando ita continetur in ſuppoſitione ꝙ tamẽ
non eſt in caſu noſtro de quo tantum agitur & ſi bene conſide-
retur eſt magna ratio diuerſitatis inter caſum præſentationis
nullius dicto c.fina. de conceſsione præbendæ, cuius diſpoſitio
habet decretum iunctis no.in c.ij.eodem tit.& quando præſen
tatur alias inhabilis,iuxta no. in c.cum illos, de off. ordinarij.
23 ¶ † Nec vltimo quicquam preſtat ꝙ arguitur ex eo conſenſu, quã
uis inualido qui cõſenſus eſt.l.ſi.ff.de rebus eorũ,& per Philip.
Dec.conſi.clxxij.quia cum idem conſenſus fuerit nullus, iuxta
allegata.c.fi.& in ſuppoſitione fuerit aſſertum de virtualiter ca
nonicn,ſicq; obſtant nn.in dicto c.poſtulaſti, cõſequenter ſtat
24 quod fuit dictum per dictã.l.ſi librarius.¶ † Ad quod etiam ad
uertendum ſi arguetur ea nouo conſenſu, qui poſterus ſuppo-
nitur acceſsiſſe tanquam vicerex mandauerit dari poſſeſsionem
aduerſario,prout in ſimi ꝙ inductio in poſſeſsionem ſeu man-
datum de inducẽdo id debeat inferre, vt Aegidius Bellemę.in

deciſio.ccxxvj.& Rot.xiiij.de conceſsione præbendæ, in no.
25 poſſet dici † ꝙ non ſolum verus conſenſus,ſed etiam ſola taci-
turnitas per tempus a iure ſtatuta de quo in c.j.de iure patroni
tus libro ſexto, ſufficere debeat vt prouiſio de patronato non
poſsit improbari iuxta auctorita.Cardi.in clem.j.col.xv. verſic.
ſed poſt longam diſputationem,de ſupplenda negligentia præ
26 latorum,iunctis not.in c.cum Bertoldus, de re iudi.¶ † Iſta.n.
concernunt merita cauſæ non autem expeditionem de qua tan
tum in præſentiarum agitur vt fuit dictum, & etiam tunc aduer
tendum eſt ꝙ cum datam prouiſionis, ſeu commende aduerſa-
rij,rex patronus conſenſit pro noſtro,ut ex literis eiuſdem re
gis conſtat,ſicq; iam conſtaret de voluntate regis in dicto mo-
naſterio pro noſtro,ideo fateri oportet euanuiſſe mandatum in
perſonam eiuſdem viceregis pro aduerſario,vt Modern dicunt
in ſimil.terminis in c.ex parte decani de reſcrip.in j.limita. ad
clem.papam de renun.prout etiam quia ante expeditionem li-
terarum aduerſarij ea quarum executione arguitur iam fuerat
mandatum noſtro dari poſſeſsionem per eundem viceregem,
27 ſicq; effectum † idem conſenſus iam ſortitus fuit,& in ipſo vi-
cerege,& principali,& non erat amplius variabilis iuxta no. in
28 c.cum autem, & c. ꝙ autem de iure patronatus, † prout etiam
poteſt dici totum id quod per aduerſarium prætenditur in re-
uolutione regni ſiciliæ,tanquã metu facto,nihil præſtitiſſe iux-
29 ta vulgatum.c.ij.& toto titulo quod metus cauſa. † Nec his ob-
ſtat quod obijcitur de nõ intimat.reuocat. conſenſus iuxta vul
gatam.l.ſi mandatũ,tum quia in d.l. ſi mandaſſem & alijs con-
cordantijs ſupponitur conſenſus validus, quod non poteſt ar-
30 gui in propoſito,& in regula non præſtat. ¶ † Tum ſecundo,
quoniam quando mandatum conſumitur per factum principa
lis prout in caſu noſtro, quia rex conſenſit pro noſtro non eſt
alia intimatio eiuſdem facti ſeu conſenſus per principalem pre
ſtit.neceſſaria,vt dicunt Mod.in eodem.c.ex parte decani,in ſe
cunda limitatio. Tum tertio,quia dici debet eiuſmodi intima-
tio facta Papæ ex quo fuit ei tradita præſentatio de noſtro ad
idem monaſterio de alio facta ſatis reuocat. ad not.in d.c.cum
autem,& d.c.ꝙ autem, & in §.ſic itaq;, inſtitu. de actio. iunctis
no.in c.inter dilectos.§.ceterum de fide inſtru. & confert ꝙ di
citur in §.ſi duobus vehiculum. ff.commodati,iũctis etiam no
ta.in c.poſt electionem,prout etiam fateri oportet eam intima-
tionem reuocatam ex mãdato generali facto per Regem etiam
viceregi,ꝙ nulla præſentatio ſeu conſenſus prætenſus, qui ad
quæ ab eo emanaſſet valeat ſeu vigore illius aliquid fieri, niſi
primitus eodem Rege admonito, pro quo fuiſſet idem conſen-
ſus præſtitus,ſeu de quo facta fuit præſentatio vt deliberare poſ
31 ſit,& non dubitan. † Quia idem cõſenſus Regis, pro noſtro in
dicto monaſterio præſtitus, eo facilius iuuari debeat, ex quo in
eo qui prætenditur per aduerſarium, fuit præciſe dictum, ꝙ ſi
non poſſet habere primum haberet ſecundum, & ſi impediret
in ſecundo haberet tertium,arguendo ex no.in c.dilectus,& in
c.cum ſuper, de conceſsione præben. iunctis nota,in c.ſi cleri-
cus,de præbendis lib. vj. & quia etiam remanet ei ſaluus idem
conſenſus in eiſdem alijs duobus monaſterijs, prout conſiderat
Rot.eod.titu.de præbend.in vj.in not.& per ſcribentes in d.ca.
32 cauſam,& quod in vulga.c.ex parte,de officio deleg.¶ † Et vlte
rius aduertendum,nam ſuppoſito ꝙ præſentatio, & ꝯſenſus ſic
ante vacationem factus ſeu preſtitus,nullius fuit momẽti, ſicq;
dato ꝙ laicus poſsit ſecũdo pſentare accumulatiuè, ſicq; tñ nõ
priuatiuè ꝙ recedat a pręſenta.iuxta notata in d.ca.cũ aũt,& in
d.cap.quod autem quando fuit ante vacationem, liberum de-
beat eſſe Regi poſt vacationem præſentare,ſeu conſentire vali-
dè arguendo ex dicta regula non præſtat cum ſimili. & quod
alias int.ſuggeſtum,& in c.illud eodem titu.de iure patron.fa-
teri oportet vltra iam dicta adhuc non poſſe ſtare eam expedi-
tio.tanquam conſenſus eiuſdem Regis nullius ſuppletiuam,
ſicque virtualiter eiuſdem conſenſus ſublatiuam contra vulga
tum.c.dilectus,& quod alias in c.cum dilectus, nec intelligi de
bet Papam velle alterius iuri præiudicare in quauis etiam ma-
teria,iuxta dictum.c.cauſam.Præſertim Regi de quo conſtat ex
dicta regula in his terminis diſpoſitiuis,ꝙ etiam ſpecialis dero-
33 gatio contra eum requiratur,† ad quod etiam vulgariter dici-
mus,quod nota.ſpeciali ſit dignius,iuxta notata in capitu.fina.
de officio delegati.libro ſexto,& in cap.nec aliqui. de priuileg.
libro ſexto,& confert etiam quòd in,clem.prima,de baptiſ.& in
conſtitutione execrabilis.

Pariſius.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Monitorium reſcluitur in nim ſimplicis citationis, comparente monita.*
2 *Libellus articulatus in curia poteſt dari, licet ab initio debeat offerri, & nu. 3.*
4 *Item & tempore quo fertur ſeatentia.*
Stilus attendi debet.
5 *Petitio bona eſt, in qua, quis petit, rem ſibi reſtitui, ſi extat, alias eius nalorem.*
6 *Libellus attendi debet, & non monitorium reſolutum in nim citationis.*
7 *Proſequuta debent attendi, & ſatis eſt ſententiam illis eſſe conformem.*
8 *Vno deducto, uidetur etiam deductum antecedens neceſſarium ad illud.*
9 *Libellus ſaluandus eſt, & ut procedat multa improprientur.*
10 *Declaratio & additio ad monitorium, fieri poteſt cum aduerſarius non laedatur.*
11 *Societas, & inſtitoria, morte finitur.*
12 *Emens res alienas, excuſatur a furto.*
Dominus tamen uerus, poteſt rem ſuam conſequi.

CONSILIVM CXIII.

1 MONITORIVM emanatum. †Ab auditore came
ræ ad inſtantiam Michaelis reſolutum fuit in uim
ſimplicis citationis per comparationem factam a
procuratore Ioannis Franciſci, ut plenè per Arc. &
2 alios citantes intra & deciſi. in §. curare. inſt. de actio. † & per ſcri
ben. in l. filiusfa. §. diui de leg. 1. cum ſi. ſuper quo monitorio, cũ
lis minimè conteſtata fuerit, & cum reſolutum remanſerit loco
citationis merito ipſe Michael dedit libellum articulatum, qui
in curia bene dari poteſt, cum in dictis articulis poſita appareat
generalis concluſio, quæ ſufficit ſm no. per dn. Ant. in c. cum di
3 lectus de ordi. cogn. †Licet enim libellus a principio offerri de
beat, auth. offeratur. C. de lit. conteſt. cum uulga. tamen de ſti
lo curiæ, admiſſum eſt, ꝙ poſsit dari in articulis, in quib. poſsit
4 fieri concluſio ut ſ. †Quinimmo dari poteſt, & tempore quo fer
tur ſententia qui ſtilus excuſat, & omnia reddit ualida. l. an in to
tum. ff. de ædili. edicto. c. deniq; iiij. di. & c. ij. de temporibus or-
5 dinatio, & q̃ plenè in l. de quib. ff. de legi. †Potuit itaque in arti
culis petere res ſibi dari & reſtitui ſi extarent, alias ipſarum ualo
rem, quæ petitio ualida eſt & de iure procedit. l. ꝙ indebitum.
ff. de condi. inde. Bar. in l. qui autem. ff. quorum legatorum. & in
6 l. ſi ſeruum. §. ſi. ff. de uer. & plenè in l. uim. ff. ſi cer. pet. †Non ob
ſtat ꝙ in monitorium ſit petitum precium, ex quo ſuper eo non
fuit lis conteſtata, & quia per comparationem reſolutum fuit
in uim citationis, quibus ſtantibus attendi debet libellus articu
latus & petitio facta ante ſententiam, quibus etiam correſpon-
det ipſa ſententia conſequenter ualida per no. in d. l. uinum, & in
7 c. licet heli. de ſimo. †ad quod etiam quia attentis proſecutis ſen
tentia eſt conformis, & ſatis eſt ꝙ reſpectu proſecutorũ ſit ꝓla
ta. l. de reb. C. de arb. & per Bar. & alios in l. ſub ꝓtex. la. ij. & in
8 l. ſi decreta. C. de tranſ. Fely. in d. c. licet hely. de ſimo. † & quia
ad precium non competebat actio niſi rebus non exiſten. quo
caſu tanquã neceſſarium antecedens uř deductum ut in ſimilib.
per Imo. & Alex. in l. ſi cum nulla. ff. de re iud. & quæ in ſi. in l. ij.
9 ff. de iuriſ. om. iud. & in c. præterea de off. deleg. †Prout ẽt idem
dicendum. Nam ut libellus procedat & ſaluetur multa ſolẽt im-
propriari, & diuerſimode interpretari. l. ſi uno. ff. lo. & quæ ple-
niſsimè per Mod. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi de ꝓprietate. l. de iu
10 re iu. † Ad quod ẽt quia dicta declaratio ſeu additio ad dictũ
monitorium potuit ſemper fieri cum per eã aduerſarius in ali-
quo non fuerit læſus, ad plenè no. per oẽs in l. edita. C. de eden.
11 cum ſi. Non obſtat aſſerta comparatio illorũ. † Nã aduertendũ
eſt ipſum. Io. Frã. emiſſe ab hæredibus. d. Ant. quo caſu, aut An
tonius erat tanq̃ inſtitor aut tanq̃ ſocius ipſius Michaelis, & u-
troq; caſu morte finita fuit inſtitoria & ſocietas. l. ſi quis alicui.
§. morte. ff. mãd. l. actione. §. morte. ff. ꝓ ſocio cũ ſi. Nõ potuerũt
ergo hẽdes. d. Ant. in quos nec ſocietas nec inſtitoria tranſit uen
dere & alienare in ipſum. Io. Frã. in præiudiciũ ipſius Michaelis
merces & res ipſius. Qui nõ. obſtante alienatione & uenditione
poteſt illas repetere ab ipſo emptore. l. rem alienam. ff. de con-
12 tra. empt. cum uulg. †Licet. n. propter illam comparationem ex
cuſetur a furto emendo res alienas. l. inciuile. C. de furtis, tamẽ
uero domino non præiudicatur, quin ab emptore & poſsidente
poſsit illam repetere. d. l. rem alienam, & alienum. C. de furt.
Quando enim dictus Io. Fran. emiſſet & ſoluiſſet dicto quondã
Ant. poſſet reſultare aliqua difficultas, ſed cum emerit ab hære
dibus qui de dictis bonis non poterant diſponere & eis preciũ
ſolutum minimè appareat, neceſſario concludendum, ipſum Io.
Frãciſcum teneri ad reſtitutionem dictarum rerum ſi extãt, ſeu
ad ipſarum precium ut iam extitit condemnatus. Non obſt. aſſer
ta communi opinione, quæ ipſi Michaeli, in aliquo non habet
præiudicare. Paulus Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Vnio in qua non fit mentio de praecedenti reſeruatione ſurreptitia eſt & praualet reſeruatio.*
2 *Si enim fuiſſet expreſſum de illa papa conceſsiſſet unionem.*
3 *Clauſula illa, praterquam &c. non debet referri ad reſeruata.*
4 *Beneficia iuris patrona. regis, non comprehenduntur ſub reſeruatione etiam, in corpore iuris clauſa, & nu. 18. & 19.*
5 *Exceptio debet eſſe de regula.*
6 *Exceptio non amplias regulam, ut in illa comprehendãtur quae alias non comprehenderentur.*
7 *Reſignatio limitate facta, obſeruari debet, alias prouiſio illius cauſa facta nulliter proceſsit.*
8 *Per regreſſum continuatur primus titulus, nec impeditur per unionem.*
9 *Conceſſio generaliter loquens generaliter eſt intelligenda.*
10 *Beneficium, & gratia conceſſa regi, eſt latè interpretanda.*
11 *Reſeruatio facta motu proprio, & mentalis, fauorabilis eſt.*
12 *Dictio ex, cauſam immediatam deſignat.*
13 *In odioſis, caſus mixtus, non comprehenditur ſub ſimplicibus.*
14 *Ius patr. mixtus, qualiter conſideretur.*
15 *Ius patr. poteſt concedi priuilegio propter augmentum dotis.*
16 *Mens, & intentio conſideratur, in qualibet diſpoſitione.*
17 *Expreſsi uim habet illud, quod fuiſſet diſpoſitum per concedentem ſi de eo fuiſſet interrogatus.*
18 *Beneficia ſpectantia ad collationem, ſeu praeſentationem regis ex priuilegio non cadunt ſub reſeruatione, & nu. 19. 20. 21. & 4.*
19 *Idem ſi papa reſeruet.*
20 *Nec iſta poſſunt acceptari per expectantes.*
21 *Derogatio iuris patro. non includit regium.*
22 *Verba narratiua papae, an & quando probent.*
23 *Fundans ſe ſuper iure patro. debet illud probare.*

CONSILIVM CXIIII.

1 CVM Reſeruatio †praecedat unionem in qua ſe fun
dat aduerſarius, & in qua non eſt facta mentio re-
ſeruationis, præualebit reſeruatio, per ea quæ not.
Rot. in deciſio. iiij. in tit. de reb. ecc. non alienand.
in antiq. not. quod reſeruatio, & deciſio. vj eod. tit. in antiq. dic
ꝙ unio, & Lap. allegatio. xxvij. & Calde. conſi. xiij in tit. de reb.
eccle. non alien. ubi loquitur de unione facta per Papam de be-
2 neficio prius reſeruato, †ſi enim fuiſſet expreſſum Papæ de reſer
uatione præcedenti non ita conceſsiſſet de facili unionem facit
capit. poſtulaſti de reſcript. ubi de leui. conſenſus regis non eſt
attendendus in unione quia non fuit memor prioris conſenſus.
Nec quòd iſtud monaſterium eſſet in iure patronatus, nec po-
tuit uariare ex quo Papa contulerat ex nunc prout ex tunc, ꝙ
illa exceptio præterquam ratione uacationis illorum apud ſe-
dem prædictam, uel ex eo ꝙ illa obtinentes noſtri & prædeceſſo
rum noſtrorum R. Pontificum ac uenerabilium fratrum noſtro
rum ſanctæ Rom. eccleſiæ Cardinalium uiuentium tunc fami-
liares continui commenſales fuerint generaliter reſeruat, non
comprehendat monaſteria de iure patronatus regis, ex priuile-
gio apparet quia cum Papa reſeruauerit nedum quatuor mona-
ſteria Siciliæ de iure patro. ſed alia quatuor in regnis Maioricа-
3 rum, & Aragonum, & principatu Cathaloniæ † clauſula illius
exceptionis non debet referri ad illa quatuor monaſteria de iu-
re patrona. quia poteſt referri ad alia quę non ſint de iure pa-
tro. in quibus eſt diuerſa ratio ut in l. ſi idem cum eodem. §. ſi. ff.
de iuriſd. omn. iudic. poſtquam enim reſeruauerat quatuor mo-
naſteria de iure patro. regis in regno Siciliæ, & quatuor alia in

Hiſpania quæ non ſunt de iure patro.ſubiunxitilla uerba,etiam
ſi eſſet ſpecialiter,uel generaliter reſeruata, & quia nimis largè
locutus eſt quoad monaſteria quæ non ſunt de iure patr.quæ ca
dunt ſub reſeruatione,ideo poſsint illam exceptionem præter-
quam rõne uacationis apud ſedem uel rõne familiaritatis gene
raliter reſeruata,ex quo beneficia iure patro.regis ex priuilegio
4 non comprehendũtur † ſub reſeruatione ẽt in corpore iurũ clau
ſa,ut tenet Io.Mona.& Io.An.& ibi Dom.in c.ij. de præbendis
in ſexto,Attento ſtillo Papæ,& regula cancellariæ regis patro-
natui non derogantí,maximè quia aduerſarius ꝯfitetũ in ſua unio
ne quod eſt ẽt ex fundatiõe,& iõ Papa dicit in reſeruatione de
iure patr.regis ex priuilegio cui nõ hactenus in aliquo deroga-
tum, quaſi ex hoc innuat per reſeruationes ei nõ eſſe derogatũ,
5 † cum exceptio debeat eſſe de ꝑdicta.regu.ut per Bal.in l.his.ff.
6 de leg.& Bar.in l.maritum §.fi.ff.de adul.† & cum exceptio non
faciat ꝯprehendi ſub regula q̃ aliàs non comprehẽdunt.l.gene-
rali.§.uxori.ff.de auro & arg.lega.maximè quia pariter dicere-
mus quã ſi uacarẽt ex perſona familiarum Cardinaliũ dicta mo
naſteria iur.pat.regis extra curiam,ꝙ non includerẽtur ſub bul
la reſeruationis cum ſub eadẽ exceptione ponantur ꝙ eſt abſur
7 dum.† Item ex quo Leontius Archimandrita reſignauit in fauo
rem archiepi,& dedit mandatum ad reſignandum in fauorẽ ar-
chiepi;& non uolebat aliter nec alio mõ ualere reſignationem&
reſeruauit ſibi regreſſum,certe ſi ſtante unione nõ ualuit proui-
ſio archiepiſcopi facta per Papã de monaſterio uacante,ex cau-
ſa reſignationis in manib.Papæ,uel non ualuit reſignatio iuxta
deciſ.Rotæ quartam titulo de rerũ permu.in antiquis uel ſi ua
8 luit reſignatio & non prouiſio locus fuit regreſſui.† Qui regreſ-
ſus non impedit per unionem ex quo fingitur continuare primũ
titulum,& non fuiſſet alias reſignatum iux.conſi.Oldr. cclxxv.
Et tunc quia rediit ad Leontium inducta eſt uacatio per eius
mortem extra curiam,& comprehenditur in reſeruatione,cupiẽ
tes,de quatuor quæ de iure patr.regis Sciciliæ ultra ſatum pro
tẽpore exiſten.ex priuilegio apoſtolico cui hactenus in aliquo
derogatum non ſit exiſtunt ſeu quæ ad eius nominationem per
tineant in prædictis ac quatuor alijs monaſterijs necnon duob.
prioralibus conuentualibus in Aragonum,& Maioricarum re-
gnis & c.ſi.n.Papa nolebat reſeruare ea in quib.rex non habebat
ita iuridicam diſpoſitionem,ſicut eſt qñ concurrit priuilegium
cum fundatione utique quatuor monaſteria cuiuſcunque ordi-
nis primo uacatura fortius reſeruaſſet, quæ non pertinerent ad
regis pñtationem & in quibus rex nullo mõ haberet diſponere
ſi intendebat euitare præiudicium regis,ſed quia intendebat Pa
pa reſeruare monaſteria de quibus rex in regno Siciliæ põt di-
ſponere & intẽdebat prouidere illi non curat Papa diſtinguere
merum priuilegium.Non habens iuſtificatam cauſam fundatio
nis a priuilegio habente cauſam iuſtificatiuam fundationis, tũ
quia generaliter loquitur de iure patr.gñaliter,ideo generaliter
intelligendum eſt.l.j.§.generaliter de leg.præſtan.& c.ſolitæ de
9 maio.† Tum quia ex quo intendit complacere regi† & non præ-
10 iudicare, & rex etiam conſenſit cenſetur gratia non ambitioſa
ſed beneficium etiam in præiudicium regis cõſentientis latę iu-
re præſentandi.c.cum dilecta de do.& in c.olim de uer.ſig. Attẽ
ta perſona regis,ꝯſentientis gñaliter & in perſonam filij ſui Re
uerendiſsimi archiepiſcopi Cæſarauguſtañ.iuxta.l.pe.C.de do.
int.uir.& uxo.& l.ſancimus.C.de don.& l.ſed & ſi ſuſceperit.ff.
de iudic.& quod tradit Oldr. de rege donante uel conſentiente
11 in conſi.clix.Ex præſenti themate,† conſiderata etiam reſerua-
tione fauorabili quia facta motu proprio,& mentali iuxta nota
ta per Lapum,& Dominicum in c.j.de conſti.lib.vj.& quod no.
idem Dominicus in c.ſi eo tempore de elec.li.vj.& Fed. in trac.
permu.in j.q.& quod hr̃ in c.ſi pluribus de præb.eo.lib. attento
ꝙ ex priuilegio utroq; caſu dicunt eſſe iuris patr.regis dicta mo
naſteria ſiue concurrat fundatio ſiue non ex quo ſunt monaſte-
ria quæ habent conuentum iuxt.c.nobis de iure patr.& c. meſſa
ria.& c.ſacroſancta de elec.Præterea Papa non potuit diuinare
quis rex fundauerit,nec potuit ponere illa uerba,etiam ſi eſſent
12 iure patro.ex fundatione,† quia dictio,ex, deſignat cauſam im-
mediatam.l.j §.ex incendio.ff.de incendio ruina naufragio, cũ
nec de iure, nec de ſtillo cancellariæ monaſteria dicantur eſſe
de iure patro.regis ex priuilegio cui hactenus.in aliquo non ſit
derogatum ex quo deprehenditur intentio Papæ uolentis diſpo
nere de illis monaſterijs in quibus regi remanet integra & non
13 uiolata diſpõ.† ad id quod dicitur ꝙ in odioſis caſus mixtus ſub
diſpõne ſimplicium non comprehenditur, dico ꝙ hic nõ ſumus
in odioſis ſed in fauorabilibus per ea quæ dixi dum allegaui no.
per Lapum,& Dominicum in c.j.de conſti.lib. vj.& in c.ſi eo tẽ
pore de elec.lib.vj.& quæ no.Fed.in trac.permu.in j.q.quo caſu
in fauorabilibus caſus mixtus ſub ſimplici comprehenditur. ut
in l.ſi ita ſcriptum.ff.de libe.& poſthu.& in l.ſeruis urbanis.§.fi.
14 ff.de lega.iij.& Modern.in l.ij.in prin.de uerb.ob.† Immo ſi re-
ctè conſideremus non poteſt dici caſus mixtus quia nõ ſunt mo
naſteria de iure patronatus ex fundatione & ex priuilegio, ſed
tantum ex priuilegio per.c.nobis de iure patronatus,uerum eſt
15 ꝙ cauſa iuſtificatiua eſt fundatio,† ſicut quandoque augmentũ
dotis inducit Papam ad concedendum ex priuilegio ius patro.
& ideo illa uerba ex priuilegio comprehendunt priuilegium ex
quacunque cauſa ex quo non exprimitur magis una quàm alia
16 arg.l.ſi mater cum ibi no.ff.de excep.re.iudi. † Item in unione
aduerſarij,ponuntur illa uerba quæ de iure patronatus regis Sci
ciliæ pro tempore exiſtentis,ex priuilegio apoſtolico exiſtunt.
17 † Item eſt conſideranda intentio ſemper Papæ in ſuis diſpoſi-
tionibus ut in c.mandatum in glo.fi.de reſcriptis & ſi fuiſſet in-
terrogatus ſi uolebat reſeruare monaſteria iuris patro.ex priui-
legio concurrente fundatione,certe dixiſſet,ꝙ ſic,igitur perin-
de ac ſi eſſet expreſſum facit.l.tale pactum.§.fi.cum gl.ff.de pac.
& quod no.gl.in uer.præſidentes in cle.j.de electio.cum ſimili.
18 † Quod beneficia ſpectantia ad collationem uel præſentationẽ
regis ex priuilegio apoſtolico non cadant ſub reſeruatione. c.a.
ij.de præben.in ſexto dico ꝙ licet Archi.teneat,ꝙ cadant qñ ex
priuilegio apoſtolico pertinet collatio ad laicum,tamen Io. mo
na.& Io.And.& Domi.tenens quod non cadunt ſub reſeruatio
ne,& quod hoc tenet Io.And.& Lapus,in alleg. xcvj. Beneficia
uacantia in curia,poſt medium,dum dicit ꝙ Ioann.And. in c.
19 ij.de præb lib.vj.ſuper glo.nil tractat† an reſeruatio beneficio-
rum uacantium in curia includat beneficia quæ laici habent cõ
ferre ex priuilegio apoſtolico in quo artic.Arch.& Io. An. ſunt
contrarij,& Io.An.ſequitur Io.Mona.& cum eo etiã tranſit Do
idem tenet Io.de Imo.in c.dilectis,de off.deleg.dicens ſuper gl.
fi.ꝙ ſi Papa reſeruat beneficia uacantia non extendetur hæc re-
ſeruatio ad beneficia ſpectantia ad pręſentationem patroni lai-
ci uel ad collationem laici ex priuilegio apoſtolico & dicit hoc
20 tenere Io.An.in c.ij.de præb.in vj. † Accedat quod tradit Ab-
bas in conſi.xxix.In cauſa communis caſtri,ꝙ expectans nõ po
teſt acceptare beneficia pertinentia ad pręſentationem patrono
rum ex priuilegio & hoc maximè in rege cui non intendit Papa
21 derogare ut eſt etiam regula cancellariæ † ꝙ etiam ſi derogat iu
ri patronatus non includitur regium.facit.ca.uel aliqua.de pri-
22 uile.li.vj.& c.fi.de off.deleg.† Inſuper attendatur,ꝙ non proba-
tur ꝙ Archimandritus fuerit fundatus per regem rogerium, qa
licet uerba narratiua Papæ ſufficiant quo ad intentum Papæ nõ
tñ ſi principaliter reuocaret in dubiũ,an fundator fuiſſet Rex,ut
tradit Lapus alleg.vij.poſt medium allegat no.in c.illud de pręſumpt.
& in l.optimam.C.de contrah.& commit.ſtipul.ad idem
23 AEgid.deciſ.dcxxx.licet dominus uicecancellarius.† Præterea
bulla aduerſarij unionis,eſt ſurrepritia.quia non conſtat ꝙ mo
naſterium.S.Panthaleonis ſit iuris patro.regis Sciciliæ. Immo ꝯ
ſtat ꝙ non ſit iuris patro. quia in alio regiſtro cauſæ & litis ſu-
per.d.monaſterio.S. Panthaleonis, quam litem proſequebatur
Macharius,& producta prouiſio dicti monaſterij, quam fecit
Archimandrita tanquam prouiſor,& eſt data poteſtas conferen
di& nullum uerbum de præſentatione ſeu inſtitu.

P. Paulus.

SVMMARIVM.

1 *Petens aliquid ut conſanguineus,ſeu proximus defuncto id probare habet alias excluditur.*
2 *Dicens ſe talem,id probare debet.*
3 *Fama ut probet,qualiter ſit deducenda & probanda.*
5 *Scriptura priuata debet recognoſci,& parte citata præſentari, & numero.4.*
6 *Conſanguinitas,qualiter probetur.*
7 *Dictio uti, & tanquam,improprietatem denotant.*
8 *Verba ſequentia literarum declarantur ex præcedentibus.*
9 *Neceſſario probandum eſt rem iſtam fuiſſe in bonis defuncti.*
10 *Donatio cauſa mortis,morte ſecuta ualidatur.*
11 *Scriptura facta per actuarium probat plenè.*
12 *Pia cauſa multis gaudet priuilegijs.*
13 *Donatio cauſa mortis.an per ſolam reconualeſcentiam cenſeatur re uocata*

nocata,& nume.a.14.
14 *Onus probandi reconualeſcentiam,cui incumbit.*
15 *Onus probandi pupillum mortuum intra pupillarem ætatem,cui incumbat ſubſtituto uel alijs.*

CONSILIVM CXV.

1 IOANNES aduerſariur] Caſale prædictum pete-
re uidetur tanquam hæres præsbyteri Ioannis, &
tanquam proximior conſanguineus ſeu cognatus,
qui audiri non debet quoniam ſe conſanguineum
2 dicti Ioannis minimè probat.| Quod potiſsimum erat. l.j.& ij.
ff.de probationibus.l.nó epiſtolis,l.nonnullis.C.eodem, & per
ſcriptores in l.is poteſt.ff.de acquir.hæred. cum ſimilib. ad quæ
not.in c.in præſentia de probationibus.Nam dicens ſe talem il-
lud probare habet.l.ſi uero.§. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſ-
da.cogan.& per Moder.in c.examinata de iudicijs colum.iij. &
3 iiij. † Non obſtant aſſertæ probationes ſuper hoc ex aduerſo fa-
ctæ, ut illa de fama publica &cæt.Nam formiter probata &de
ducta non apparet,ut plenè per Bar.in l.de minore. §. tormen-
ta.ff.de quæſtio.& pleniſsimè per ſcriben.In l.admonendi. ff.de
iure iur.& Moder.in c.cum oportet de accuſa.cum concordan.
4 ¶ † Aſſertæ literæ ad idem ex aduerſo productæ,minus faciunt,
tum quia parte non citata uulgata.l.de unoquoque.c.in nomi-
5 ne.de teſtibus † tum quia non formiter recognitę, ut per Inno-
6 centium,& ſcribentes in c.j.de fide inſtrum.† prout etiam quia
ipſis in hoc non datur fides, nec per aſſertionem talem in illis
contentam probatur conſanguinitas ut eſt tex.in d.l.non epiſto
lis,& in d.l.nonnullis,& eo maximè quia in aſſertis literis poſi-
7 tæ ſunt dictiones † importantes improprietatem ut eſt dictio,
uti,& dictio,tanquam,l.pecuniam quam.ff. ſi certum peta.cum
8 ſimi.† & uerba aſſertarum literarum Ibi totus uidetur &c. decla
rationem capiunt ex præcedentibus uulgata.l.ſi ſeruus plurium
9 ff.de lega.j.cum concor.† ſecundo principaliter aduerſarius ex-
cludendus,ex quo non probat dictũ caſale fuiſſe in bonis & hæ
reditate dicti Ioannis,ꝙ de ſubſtātia probandum erat.l.iiij.l.ne
ratius,& l.ſeq.l.item uidendum,& l.ſeq.& fere per totum.ff. de
petitione hæreditatis,& in l.hæreditas.ff.de uerb.ſignifi.& l.hæ
reditas.ff.de reg.iur.& quæ no.Bal.in auth.ex teſta.C.de colla.
colu.vij.uerſi.a.capitulum,& Alex.conſi.mihi.xcvj. uolum. iiij.
10 † prout & fortius excludendus eſt quoniam Ioannes Caſale de
quo agitur,donauit eccleſiæ,a qua noſter Pātaleon cauſam hēt,
quæ donatio licet fuerit cauſa mortis tñ remanſit ualida & fir-
ma,& ſecuta morte dicti Ioannis habuit effectum toto ferè titu
11 lo de dona.cauſa mortis.ff.C.& inſtituta eodem in prin.† de do
natione iſta ſatis aperte conſtat per articulos ex parte noſtra da
tos,& confeſſatos ex aduerſo, ac per ſcripturam ſeu inſtrumen-
tũ priuatum,ꝙ plenam facit fidem,cum in actis & officio deputa
to appareat facta,ꝙ ſufficit etiam ſine teſtib.& in l.hac ſacratiſ-
12 ſima,& melius in l.in dona.ubi Bar.& alij.C.de do.¶ † Ad quæ
no.in l.illud.C.de ſac.ſanc.eccl.& in l.ſi quis pro redemptione.
C.de dona.& in l.ſunt & perſonę.ff.de religioſis & ſumpti.funo
rum,& per Ludouicum in authentica ſimiliter.C.ad legem Fal.
13 ¶ † Nec donatio ipſa impugnari poteſt,ſi diceretur fuiſſe reuo
catam,eo quoniam Ioannes reconualuit.ut habetur in iuribus
communi.& uulg.Nam quod poſt donationem factam. recon-
ualuerit minimè apparet,unde ſatis eſt dicere uti docuimus de
donatione facta,& morte poſtmodũ ſecuta,per quæ fundata eſt
intentio iur.ſuperius allega. & aduerſario uolenti repetere rem
donatam ex capite reconualeſcentiæ incumbit onus probandi,
ut actio ſeu condictio poſsit ſibi competere,ut habetur in l.ſena
tus.§.ſed mortis cã,& ibi Imo ff.de do.cã mor.& per glo.in l.iij.
eo.ti.& faciunt no.in l.ſi aliena.§.Marcellus,eo.ti.& quæ haben
14 tur in l.non omnis.ff.ſi cert.peta.† Qui enim donat cauſa mortis
donare uidetur ſub conditione negatiua concepta ſi non recon
ualuerit &c.l.j.uerſi.item cum ipſe.ff.de dona.ti.generali & do-
natario ſatis eſt probare mortem ſecutam,& negatiua ſi non re
conualuerit probata eſt ſi ex aduerſo contrarium non probatur
uulgata.l.actor enim ſimi.C.de proba.petenti ergo reuocationẽ
donationis eo quia non ualuit cum ſit fundamentum intentio-
nis ſuæ incumbit onus probandi uulgata.l.ei qui cum ſimili. ff.
de proba ad quod etiam no.in §.commodum inſtit. de interdi.
15 & quæ ponunt doct.in d.c.in præſentia.† Prout optimum ſimi-
le adductum per Mode.Papienſes,poſt alios doct.in d.c. in præ
ſentia.col.xxvj.circa fi.uolẽtes ſatis eſſe ſubſtituto,probare gra
uatum pupillariter,mortuum,licet non probetur quod infra pu
pillarem ætatem,& etiam ſatis eſt probare grauatum fuiſſe mor
tuum nam præſumitur ſine filijs mortuus, niſi ex aduerſo pro-
betur contrarium. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia a qua non fuit appellatum,tranſit in rem iudicatam.*
2 *Et pro ueritate habetur.*
3 *Et ius facit inter ipſas partes.*
4 *Et exequi debet.*
5 *Executioni rei iudi.quanto tempore præſcribitur.*
6 *Sententia lata contra aliam qua tranſiuit in rem iudi.nulla eſt, & nu.7.& 13.*
8 *Sententia reuocans aliam,in uno capite,in reliquis eam confirmat.*
9 *Murus quod ſit communis,ex quibus probetur.*
10 *Muri proprietas,per quæ ſigna probetur.*
11 *Teſtis deponens per iudicium ſuum,nihil probat.*
12 *Quibus teſtibus ſit ſtandum.*
13 *In muro alterius quis non poteſt aliquid facere.*
14 *In muro communi non licet facere ſcalam.*

CONSILIVM CXVI.

CERTVM eſt ꝙ Antonius principaliter intende
bat in loco uacuo, de quo præſens uertitur quæ-
ſtio facere & conſtituere ſcalam, per quam ad eius
cantinam ſibi daretur aditus, cumque dictum lo-
cum uacuum effudiſſet & demum inſtante. d. Franciſco fuiſſet
prohibitus pœna appoſita,tandem ſeruatis ſeruandis per Metro
politanum ordinarium diffinitiuè condemnatus extitit ad re-
plendum locum & reducendum ad priſtinam formam, conſe-
quenter & neceſſario condemnatus ne dictam ſcalam ibi face-
ret & licet aduerſus dictam ſententiam fuerit dictum de nullita
1 te † tamen nihil urgens fuit deductum, conſequenter remanſit
firma & ualida & cum ab ea non fuerit ex aduerſo appellatum
merito in rem tranſiuit iudicatam l. j. cum uulga.C.de appella-
2 tion.¶ † Si tranſiuit in rem iudicatã pro ueritate habetur.l. inge
nuum. ff. de ſtatu hominum. l. res iudicata. ff. de regulis iuris.
3 † Et inter ipſas partes ius facit & conſtituit.c.cum inter de re iu
dicat.& quæ plene habentur In cap. quoniam contra de proba.
4 † Si pro ueritate habenda eſt Ius Inter litigantes in rem tranſiuit
iudicatam merito exequenda eſt.ut ff.& C.& extra.de re iudic.
5 & de executione rei iudicatæ per totum. † Cui executioni mini
me apparet præſcriptum, cum non ſint decurſi anni.xxx.ut ha-
betur per Bal.in rub.de præſcr.col.ul.& in l.creditor. C.de pac.
6 cum concor.† Dictæ rei iudicatæ non habet obſtare ſententia
lata per Reuerend. domin. Camillum ex quo aſſerta ſententia
nulla eſt lata enim apparet contra rem iudic. conſequenter nul
la.l.j.C.quando prouocare non eſt neceſſe.plene in d.c. cum in
ter.& habetur in c.ei qui uerſ.item ſi ſententia.ij.q. vj.& in cle.
ſi appellationem de app. Ad quæ no. & in fortioribus terminis
7 in l.ꝙ iuſsit.ff.de re iud.& in c.cum olim extra eo.ti.¶ † Inquan
tum igitur ſententia.d.Camilli concedit aduerſario facultatem
In d.loco uacuo faciendi ſcalam expreſſe eſt ꝫ dictam rem iudi.
in qua prohibitus fuit aliquid facere,quinimmo & condemna
tus quod omnia reduceret ad priſtinum,conſequenter quod ibi
non conſtrueret ſcalam,quam conſtruere intendebat,& quia cõ
8 tra rem iudicatam,conſequenter nulla.¶ † Ad quod etiam ſen-
tentia lata per Reuerendum patrem dominum Nicolaum quæ
impugnat ſententiam latam per ordinarium reſpectu pœnæ tã-
tum in reliquis confirmat,uulg.c.nonne de præſumptionib.l.cũ
9 prætor.in prin.ff.de iudicijs.¶ † Quo uero ad aliud caput con-
tentum in aſſerta ſententia do. Camilli in qua aſſeritur murum
domus ipſius dominæ Franciſcæ eſſe communem, clare patet
ſententiam ipſam continere iniquitatem & iniuſtitiam. Com-
munio enim dicti muri non probatur eo quia fuerit communi
ter ædificatus per dictos litigantes, uel eorum anteceſſores uel
quod inter partes ipſas fuerit expreſſe actum, quod cõis eſſet,
uel quod ipſe Antonius uel anteceſſores immiſerint tigna, uel
aliquod onus in dicto muro uel quod ibi eſſent lapides aliquan
tulum extenſi per quę denotaretur cõis iuxta ea quæ habentur in
l.cum duobus.§.item mella.& in l.iiij.in prin.ff. pro ſocio, & in
l.ſi ædes communes.ff.communi diuidundo cum alijs concor-
dantijs alleg. iis per Bartholomæum uero. in tractatu de ſer-

10 uitu,in rubrica de muro.& pari.†Ea aduerſo pro parte dominæ
Franciſca oſtenditur murum eſſe proprium ex quo ibi habet fe
neſtram eoſpicientem dictum uacuum, & in totum perſuran-
tem dictum murum per quod denotatur proprietas ipſius, ut
habetur in d. tractatu de ſerui.in rub.de muro.& pari.& melius
in rubrica de feneſtr.& cum in nulla parte appareat communis
conſequenter reputatur proprius,ut plenè habetur in locis ſu-
11 pra relatis, †& licet aliqui teſtes ea aduerſo producti, uideantur
afferere eorum iudicio dictum murum eſſe communem, tamen
minimè probant cum concludentem rationem non reddant.
l.teſtium.C.de teſtibus.cap.tertio loco, de probationi. &
quæ plenè in l.prima.ff.ſi cert.petat. & per Modern. in rubrica.
12 ff.de iure iurando.¶ †Prout idem dicendum,quia teſtes dominæ
Franciſcæ expreſſe aſſerunt murum eſſe proprium ipſius, &
cum aſſeiant concludentem rationem,& plures ſint numero ip
ſis magis eſt credendum,quàm teſtibus aduerſarij,ea nota. in l.
iij.ff.de teſtibus.& in cap.cum tamen,& in ca.in noſtra, eodem
13 tit.†cum itaque murus ſit proprius dominæ Franciſcæ denotat
iniquitatem dictæ ſententiæ in qua habetur eſſe communem, ſi
ergo proprius,in ipſo non poteſt facere ſcalam,ut dicit ſenten
tia do.Camilli, debet enim relinquere aliquod ſpacium ut dicit
tea.in l.fi.ff.finium regundorum, cuius diſpoſitio procedit
etiam in fundo Vrbano,ut tenet Bartholomæus in dicto tracta.
de ſerui.in dicta rubr.de muro.& pari.colu.j & faciunt not.per
eundem in dicto tracta.in rubri.de ſcalis col. ij. uerſic. ego autem
teneo. ubi per multa iura & bonas rationes tenet etiam in
muro communi non licere facere ſcalam prohibente alteru, ut
alias etiam dixi. Pariſius Ro.

SVMMARIVM.

1 *Expectantes plures mutuo ſe impediunt,ne prouiſiones executorum expectatiuarum, ſortiantur effectum, ſine alio adminiculo, & alijs ſeq.*

2 *Expectantium,data paritate,recurrendum ad electionem ordinarij, & nu.33.*

3 *Snīa plurium delegatorum parium numero, ſe inuicem impediunt.*

4 *Expectatiuarum executores,uicem abtinent delegatorum.*

5 *Teſtamenta plura eiuſdem data,& diuerſa in ſubſtantia,ſe inuicem impediunt.*

6 *Idem in duabus ſententijs contrarijs,& ſimilibus.*

7 *Expectantes,iſti non ſe impediunt,ut cenſeantur nullum ius habere uel ut ſit locus acceptationi,& prouiſioni alterius expectā̄tis habentis ius debilius,& ſeq.*

8 *Decretum appoſitum in literis expectantium,an obſtet poſſeſſori in proceſſu minus diligenti,ut non poſſit acceptari,& ſibi facere prouideri infra menſem.*

Et uidetur q̄ non ſtantibus alijs in proceſſu diligentioribus.

9 *Decretum fortius,non impedit debiliores, niſi fortiore acceptante, & nu.10.12.*

10 *Acceptare facti eſt,& ſola mentis declaratio.*

11 *Declaratio mentis meæ, non impedit declarationem mentis alterius.*

12 *Acceptatio fortioris,abſque alia prouiſione, excludit expectantes debiliores.*

13 *Nec debiliores poſſunt obtinere,ſi fortiores fuere negligentes, vel ipſorum gratia non habuerit effectum ex aliqua cauſa,& nu.22.*

14 *Prouiſa beneficij,ab initio nulla,non poteſt reconualeſcere.*

15 *Quando plures uocantur ordine ſucceſſiuo, ſequentes non poſſunt prius admitti niſi præcedentes in totum excludantur.*

16 *Pater non poteſt accuſare,durante tempore conceſſo marito contra uxorem adulteram.*

17 *Quouſque procedit unus,alter non poteſt beneficium quærere.*

18 *Beneficium affectum pro uno, non poteſt per ordinarium conferri alteri.*

Vas quod non capit duos minus capit tres.

19 *Prior in gratia,non ualens capere,ſi ſubeſt cauſa q̄ in futurum capere poſſit,excludit interim ſequentem in ordine.*

20 *Qui non admittitur ad partem,an & quando facit partem.*

21 *Qui habet decretum fortius poteſt excludi ab alio expectante ita ip ſe excludit debiliores.*

ceptat,& facit ſibi prouidere & deinde infra eundē mēſem mo-
ritur,& per vnam, aut dies duos poſt obitum illius magis præ-
rogatiuatus acceptat,infra eundem menſem ſi minus prærroga-
tiuatus habuiſſet ius,tunc vacaſſet beneficium per obitū illius,
ita quòd,ſi ex aliquo capite, quia fuiſſet familiaris alicuius Car
dinalis fuiſſet reſeruatum magis prærogatiuatus non potuiſſet
amplius acceptare beneficium reſeruatum , nec poſſet dici hoc
caſu ꝙ acceptatio minus prærogatiuati per acceptationem ma
gis prærogatiuati reſoluatur , quia tempore acceptatiōis ipſius
magis prærogatiuati,acceptatio ipſius minus prærogatiuati nō
29 erat ineſſe cum ille eſſet mortuus. ¶ † Patet etiam quia regula
intelligitur etiam de acceptatione minoris facta,poſt accepta-
tionem maioris, & tamen eſt nulla, & nihilominus conualeſcit
facta negligentia maioris , item etiam ſi minus prærogatiuatus
haberet ius , magis prærogatiuatus nunquam reperiret benefi-
cium,

cium,ita vt illud poſſet acceptare iuxta gratiam ſuam , quæ di-
cit ꝙ debeat acceptare beneficium ſi quod vacet, & multa alia
infinita exempla poſſunt ad hoc adduci, & quoniam dictum eſt
in hac ſpecie,ſi minus prætogatiuatus primo acceptauit & fuit
prouiſus,poſtea ſecundo loco acceptauit & fuit prouiſus magis
prærogatiuatus, poſtea eſt impetrata noua prouiſio a minus p̄-
prærogatiuato,& ambo defecerũt in diligentijs. ¶ † An noua pro-
30 uiſio ſit valida , & dicebam ꝙ ſi non eſſent regulæ cancellariæ,
res nõ haberet difficultatem, quod pendulitas iuris fortioris in
decretis impediret nouam prouiſionem acceptationem & pro-
uiſionem debilioris in decreto,per ea quæ plene in cap. cum ex
officij. de præſcrip. ſecundum magis communem concluſioné.
Sed duæ regulæ altera de inſinuatione & publicatione altera de
pluribus expectantibus &c.quæ de accreſcendis ſolet appellari,
demonſtrant in præſenti caſu nouam prouiſioné debilioris fo-
re canonizãdam, nam licet dicatur acceptationem & prouiſio-
nem debilioris non valere propter defectum diligentiarum, &
nouam prouiſionem minime propter pendulitatem iuris habẽ
tis fortius decretũ, cui per antea fuerat per exequutorem proui
ſum, per capitulum ſi tibi abſenti.tamen ex pluribus deducitur
contrarium.Primo quia dictæ regulæ non factis diligentijs,ne-
dum annulant acceptationes,& prouiſiones, ſed diſponunt re-
tro,& fingunt,perinde ac ſi minime acceptaſſent, & conſequen
tẽr tollitur impedimentum cum effectu ſuo,ſi ergo tale impedi
mentum fortioris decreti non fuiſſet clarum eſſet nouam pro-
31 uiſionem bonam . ¶ † Eodem ſublato impedimento per glo.
reputatam notab. in clem. ij. in verbo pro infectis, de immu.
eccle.& ibi Cardi.in vij.notabi.& Imol. in ij.col. qui plura di-
32 cunt ad propoſitum.¶ †Facit etiam quia tantum facit fictio in
caſu ficto quantum veritas in caſu vero.l.filio quem pater.de li
be.& poſtbu.& ibi no.cum ſimi.ſed ſi vere non fuiſſet facta ac-
ceptatio per habentem fortius decretũ noua prouiſio eſſet,bo-
na igitur,& nunc poſtquam fingitur non fuiſſe,prout etiam vi-
demus quod impedimento ſeruitutis aut alio per fictioné ſub-
33 lato.¶ †Vt etiam impedita valeant,ac ſi nunquam fuiſſent im-
pedita,vt in.l.lege Cornelia, de teſta. & iu.l. lege Cornelia, de
vulg. & pup. & plura exempla poſſunt adduci ex nota. in l. ſi is
qui pro emptore , in materia fictionis tranſlatiuę.ff. de viucap.
& ſic noua prouiſio ſublato impedimento acceptationis, & p̄-
uiſionis per fictioné ita valeat ac ſi nunquã illud fuiſſet. ¶ †Vl
34 terius aduertendũ ꝙ regula intantum eradicat de medio acce-
ptationem,& prouiſionem non ſequutis diligentijs, vt licet ve
re ex perſona negligentium , vacare videantur quibus per bo-
nam prouiſionem exequutoris fuit ius quæſitum , tamen cauda
regulæ videlicet ex illorum perſonis, nullatenus cẽſeri vacare,
ergo illud ius quod nedum fuit reſolubile,ſed iuris fictione nul
lum parit effectum ac ſi nunquam fuiſſet in rerum natura nõ ha
bet patrare impedimentũ nouæ prouiſionis p̄ regulam iuris nõ
præſtat impedimentum.faciunt no. per Bart. & alios in l.ſi tibi
hoc.§.cum ſeruus.ff.de leg.ij.in l. a Titio.ff.de fur. cum ſi. non
ob.prætenſa pendulitas iuris habẽtis fortius decretum propter
quam noua prouiſio eſſet in pendulo,ꝙ non eſt dicendum nam
dico ꝙ regulæ admittunt iſtam pẽdulitatem,patet in prouiſio-
ne facta per exequutorem habentis debilius decretum quæ eſt
in pendulo,& pendet a futuro euentu diligentiarum fortiurum
pariformiter, & noua prouiſio non eſt inconueniens ꝙ ſit in pẽ
35 dulo ex eadem prouiſione regulæ. ¶ †Quod probatur quia no-
ua prouiſio venit ad perficiendam illam acceptationem,& pro-
uiſionem quę poterit reſolui in euentum etiam non diligentia-
rum, per nouam etiam promiſsionem conſolidatur , & tollitur
futura reſolutio , & ſic beneficium ſuum pure, vt clare intuenti
declarat Lud. Roma.conſi. cccċxxxiij. Sicut ergo permittitur a
regula pendulitas in prouiſione prędicta infecta , ergo & in eo
per quod peruenitur ad perfectionem ipſius p̄ regulam. l. ij.ff.
de iur.om.iud.& l.oratio.per cõtrarium.ff. de ſponſa. facit tex.
in l.penult.ff.de vſufru.quem allc.Fran. Arc.in c.de teſtib.in iij.
36 col.de teſtib. & ſic in noua prouiſione. ¶ † Quæ vt dixi perfi-
cit & purificat illam prouiſionem exequutoris pręambulã pro-
batur etiam nã eo ipſo ꝙ papæ in noua p̄uiſione narratur acce
ptatio & prouiſio, vigore gratiæ expectatiuę papa incontinen-
ti poteſt percipere ſaltem in genere illum eſſe, vel poſſe eſſe ſu-
biectum regulæ prędictę argumento.l. qui iure militari. de te-
ſta.mil.ſed illã acceptationem & prouiſionem,poſſe eſſe in pen
dulo , deinde mandat prouideri de nouo videtur pariformiter
illam nouam prouiſionem eodẽ modo regulari, & ſicut admiſit
pendulitatem in prouiſione ita & in noua prouiſione, quia di-
ſpoſitio regulatur a ſubiecta materia & propter ſubiectam ma-
teriam diſcedimus a communibus regulis.l.ſi vno.ff.loca.l.d[a]-
mni infecti quidam.ff.de dam.infec.cum vulgaribus, ſicut & ra-
tione perſonę cum verba diriguntur.l.plenum.§. equitij. ff. de
vſufru.cũ his quę plene accumulat Fely.in c. cauſamq;.xij. col.
de reſcrip.& ſic non obſtat.c.ſi tibi.& ſimilis materia de pẽdn-
37 litate.¶ †Non obſtat qđ in cauda regulę,de inſinuatione & pu
blicatione diſponatur ordinarium non poſſe conferre,niſi poſt
menſes elapſos,quia reſpondetur, ꝙ ſi id fuiſſet, de iure fruſtra
papa probibuiſſet , quia nihil ſuperfluum , vt in vulgaribus . §.
quibus.& verba debent operari.c.ſi papa.l. ſi quando. ergo de-
monſtratur ꝙ niſi papa prohibuiſſet tenuiſſet prouiſio ordina-
ria propter fictioné regulę,demum non ſequitur prohibuit or-
dinario , ergo ſibi a quo nunquam abducitur poteſtas iuxta c.
dudum . nam ſi voluiſſet vtiq; ſciuiſſet dicere argumento.c. ad
audientiam.l.j.§.penult. cum vulgaribus.

Pariſius.

SVMMARIVM.

1 *Ordo regulæ prærogatiuorum obſeruandus eſt.*
2 *Prouiſio facta alicui pendente termino ad acceptandum,nulla eſt in præiudicium illorum qui habent fortius decretum , & numer.3. 14. 20.*
4 *Si habentes fortius decretum non faciunt diligentias gratia habentium minus reſurgit .*
5 *Reſtitutio intelligitur conceſſa ſine præiudicio tertii.*
6 *Papa non poteſt prouidere de beneficio conceſſo abſenti antequam ille non conſentiat.*
7 *Ex quo illi erat quæſitum ius ad rem .*
8 *Clauſula aliqua tollit ius ad rem.*
9 *Expectans an præferatur prouiſo à papa uel econtra.*
10 *Intellectus ad capitulum ſi tibi abſenti , & numer. 6. & ſeq. alijs multis .*
11 *Gratia beneficialis æquiparatur ultimæ uoluntati.*
12 *Infra tempus deliberandi alij non poſſunt adire.*
13 *De gratia inualida,mentio non eſt facienda.*
15 *Gratia facta ſub conditione an ualeat .*
16 *Beneficium non debet ad tempus conferri .*
17 *Intellectus regulæ de acceptando &c.*
28 *Diſpoſitio conditionalis non habet effectum , ante conditionem impletam .*
19 *Actus producens malum effectum non eſt expectandus .*
21 *Ad regulam de pluribus expectan. an minus prærogatiuatus propter non factas diligentias ab alijs præferatur,& beneficium per obitum cuius dicatur uacare & alijs ſequenti.*
22 *Eodem tempore an poßit eſſe ius quæſitum pluribus in eodem beneficio .*
23 *Verba teſtatoris vel conſtitutionis eundem recipiunt intellectum.*
24 *Contractus uerba differunt ab iſtis.*
25 *Verbum,deficere, quos caſus comprahendat.*
26 *Conditio poteſtatiua habetur pro defecta,quando deficit per caſum uenientem, in perſonam eius qui debet adimplere.*
27 *Mors,uoluntas,negligentia,in quibus æquiparantur.*
28 *Impetrans parrocIialis infra annum moriens, antequam fuit prouiſus per ſui obitum facit vacare beneficium .*
29 *Prouiſio facta ab executore inhabili, nihil ualet.*
Acceptatio ſola tribuit ius ad rem .

CONSILIVM CXIX.

1 SVPER Hoc dubio † Pręſuppoſitis priuilegijs po
tioribus nobilium & familiarium immediatorum
apparet dictum Petrum & dictum . A. fortius de-
cretum habuiſſe quàm dictum . B. quia nunquam
pręrogatiuatus cantori etiam nobili qui fuit immediatus fami-
liaris ex ordine literę regulæ prærogatiuarum præfertur,cui or-
dini ſtandum eſt.l. generaliter. §. quid ergo de fideicõmiſſaria
libertate.l.hæredes mei.§.peto.ff.ad Trebell.l.quoties.ff.de vſu
fru.c.ſi quis iuſto.de electio.in vj.& c.mandato.de præb. in vj.
2 † etiam propter priuilegia cantorum ex quo patet quòd proui-
ſio.B.facta pendente termino quo Petrus &.A.poterant acce -
ptare habentes fortius decretum fuit nulla.c.quod.de præb. in
vj.& clem.cũ ei qui.§.ſecus.de conceſ.præb.Oldr.cõſi.cxxxvij.

Plures

3 Plures ſnnt. † & conſil. cccvj. Quamuis pater reuerende. cum
conſi.ſequen.& deciſio in antiq. quæ eſt.xxxiij.in tit. de cōceſ.
præb.Primus & ſecundus in dat.alias.dcccaaxiij.& deciſio Biſ-
gneti,prima,eo.tit.& Aegidius deciſ.ccccla viij.Si primus.& cō
ſil.Card.cv.& deciſio.vlt. in tit. de præb. quæ eſt Biſgneti, nec
obſtat ſi dicatur ꝙ inualidatio acceptantium habētium fortius
decretum propter non factas diligentias facit gratiam reſtrin-
gere illius qui habet minus decretum iuata regulam cancella-
4 riæ,quia Ideſt in dicta regula propter verbum,perinde, † quod
denotat fictionem.l.iure ciuili.ff.de cond.& demon.& l.facrile
gij.ff. ad legem Iuliam pecul. in quem dicit regula ꝙ potiori-
bus deficientibus in diligentijs minus prærogatiuorum proui-
ſion. effectus habeantur perinde ac ſi illi non feciſſent prouide-
5 ri, † iſta fictio ſeu retrotractio non præiudicat rei medio tem-
pore mutatæ.c.quāuis.de reſcrip. in vj.l.quod ſi minor.§.reſti-
tutio.ff.de mino.l.fi.ff.de pactis.l.Pantonius.ff. de acquir. hæ-
red.not.Cy.in vj.q.in l.fi.C.ad Maced.facit.c.ſi pro te.de reſcr.
lib.vj.& ſic non fiet præiudicium prouiſio.F.medio tēporis fa-
ctæ, quanto magis quia oſtenditur de diligentijs illorum can-
6 toris & nobilis,& ſic ceſſat regula de acceptando. † Non obſtat
ſi diceretur ꝙ prouiſio.F.non debebat tollere acceptatum præ-
fato.B.& eius prouiſionem quæ propter ſpem defectus diligen-
tiarum illorum potiorum poterat effectum habere, ſicut dici-
mus In c.ſi tibi abſenti.de præb.in vj. vbi habetur ꝙ antequàm
abſens conſentiat prouiſioni, ſi eſt dictum beneficium impetra
7 tum etiam a Papa ꝙ impetratio non valet. † Quia reſponde-
tur,ideo in dicto.c.impetrando nō tolleret ius ad rem illi abſen
ti quæſitum, etiam ſi eſſet clauſula, ſi alteri non eſt ius quæſitū,
quæ in illo caſu intelligitur de iure quæſito ad rem, vt tradit La
pus,& Pet.de Anch. & doct.in d.c.ſi tibi in pluribus verſiculis.
& ibi etiam Bened.Capra, quia ſumus in illo, qui in totum pri
naretur ſi eius ius ad rem tolleretur, ſed nos ſumus in caſu quo
conſeruarentur expectatiua veriſimiliter tempore Impetration.
F.ipſi.B.quo ad alia beneficia propter clauſulā acceptandi. iux-
ta elegātem deciſionem In nouiſſimis quæ eſt.ccaliiij. Licet de
8 more.in tit.de præb. ¶ † Suffragabuntur ergo clauſæ conſue-
tę,quæ in impetratione.B.F.ſunt poſitę eius,videlicet clauſula.
Nō obſtantibus literis aliorum ſpecialibus generalibus.vel ſpe
cialibus quibus quo ad hoc beneficium volumus eundem an-
teferri,ſed non quo ad alia præiudicium generari, quæ induci-
tur vt tollat Ius ad rem, etiam per acceptationem quæſitum vt
tradit Card.conſil.lxj.Caſus ſunt quo conſilium, in fi. & Io. de
Imo.poſt Card.in antepen col.c.inter cætera.de præb. & Ioan.
And.& Dominicus in c.ſi poſtquàm in vlt.col. & in c.dudum.
9 in iij.col.de præb. in vj. † Nec obſtat deciſio vlt. quæ incipit,
vtrum innocentiam.in tit.de ret. permut. in nouiſ. quia loqui-
tur inter duos expectantes, nos de expectante ex vna parte, &
prouiſio a Papa ex alia inter quæ eſt differētia cap.duob. de re-
ſcrip.innčto.c.ſi a ſede.de præb. in vj. Secundo reſpondetur ad
10 dictum.c.ſi tibi abſenti. † ꝙ ibi valebat prouiſio quatenus re-
ſpiciebat cōferentem,qui poteſtatem habebat cōferendi. adeo
ꝙ non licebat variare ei,& ab ea recedere ut ibi patet per illam
rationem, quia cum habeamus ꝙ optione ſemel facta non li-
cet variare.l.apud amphidium.ff.de optione leg. & l. ſerui ele-
11 ctione.de leg.j. † Et gratia beneficialis vltimæ voluntati æqui-
paratur.c.autem.de conceſ. præb. in vj.non licebit dico varia-
re,quam ſimilitudinem facit Ioan.Monacus. & Ioan.And. ibi,
vt refert do.Gemin.in d.c.ſi tibi abſenti.col.iiij.verſi.ſed quæ-
ro.qui etiam eadem col.aſſimilat illum abſentem in tit.illi qui
eſt infra tempus deliberandi,infra quod alius adire non poteſt.
l.quandiu.ff.de acquit.hæred.l.j.§.ſiue.ff. de ſucceſſ.edict. me-
rito in d.c.ſi tibi,collatio alteri facta non tenet. At in caſu.F.B.
12 non præceſſit colatio valida. ¶ † Etiam ſi poteſtatem collato-
ris,ideſt executoris,qui.B. cōtulit reſpicimus, quia eius manus
propter fortius decretum ſunt ligatæ. d.c. quod . de præben. in
13 vj.& dicta clem. cum ei qui.§. ſecus. † & ſic cum fuerit inuali-
da, de ea mentio facienda non fuit.c.non præſtat impedimen-
tum.de reg.iur.in vj.& quod habetur in c.ex tenore. de reſcrip.
& quod tradit deciſio.in nouiſ. cccx. Si reus & poſſeſſor. & de-
14 ciſ.Aegid.dcc.& Old.conſi.cexcia. ¶ † Nam pendente termi-
no potiorum aut prouiſio. F.B. fuit facta ſimpliciter & non ua-
let,quia dicitur acceptaſſe beneficium alteri debitum.l.penult.
C.de edi.diui Adria.toll.ibi,qui primo loco inſtitutus eſt indu
ci in poſſeſſionem debet.l.ſi quis ſeruum §.decretum.ff.de leg.
ij.& cap.cum in eccleſi.& cap.ſi poſtquam.de præb.in vj. & no
tat glo.in verbo proximo.in c.tibi qui.de reſcrip. in vj. aut fuit
facta ſub conditione.& non valet cap.actus legiti.de reg.iur.&
15 in c.ij.de electio.in vj.¶ † Nec potuit duraſſe dicta prouiſio.B.
vigore expectationis ſibi factæ donec illi potiores acceptarent,
16 & diligentias facerent. ¶ † Quia beneficia non debent ad tē-
pus conferri lv.diſtinctio.cap.præcepta.& vj.q.j.paſtor. vt not.
glo.in c.veniens. de filijs presby. & in c. ſi gratioſæ. de reſcrip.
in vj.Prout quæ non obſtabunt verba dictæ regulæ cancellarię
de acceptando iuxta quæ dicere videntur ꝙ infra tempus potio-
rum poſſint minus prærogatiuati ſibi facere conferri,quia intel
17 ligitur de collatione facta inualida. ¶ † Nam ſi diceremus qđ
tribuiſſet talis collatio ius,iam potiores non potuiſſent tale be
neficium acceptare vtpote non vacans.cap. ſi. de conceſ. præb.
c.qui de non.& c.nulla.de conceſ.præb. & patet ꝙ regulæ præ-
dictæ induxerunt ꝙ acquiratur ius,non ex tunc, ſed a tempore
collationis infra tempus potiorum factæ minus prærogatiua-
to,quia ponit conditionem regula ꝙ ſortiantur effectum ſi illi
potiores in diligentijs defecerint,conſtat autem quod antequā
diſpoſitio ſortiatur effectum,prius debet cōditio impleri.l.qui
18 hæredes.§.placentius.ff.de cond.& demon. ¶ † Facit textus ad
propoſitum in l.j.§.quibus.ff.de ſucceſſ.edic.ibi, ſi quis eorum
dari ſibi voluit tunc cæteris bon poſſeſſ.perinde competit. ac ſi
prior ea numero non fuerit,ponderando dictionem,tunc.l.iiij.
19 ff.de cond. & demonſt. ¶ † Prout etiam reſpōderunt ad dictū c.
ſi tibi abſenti.ꝙ ibi ſperatur actus qui non induxit triſtem euē-
tum,ſed voluntatem acquirentis hic deſiderat triſtem euētum,
ſcilicet annullationem acceptationum potiorum quod eſt con
20 tra.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.oblig. ¶ † Poteſt au
tem & aliter reſponderi ꝙ in c. ſi tibi . eſt prouiſio conditionis
quæ dependet a voluntate illius cui fit prouiſio. l. ſi ita legatū.
§.illi ſi vollet.de leg.iij. non autem ſumus in conditione proui-
ſionis.B.quæ dependebat ad eam validantem ex caſu tertij pu-
ta potioris non facientis diligentias, & ſic non impeditur ante
euentum conditionis gratia alteri medio tempore facta, d. c. ſi
pro te.vbi poſt Ioan.And. tradunt doctores in ij.col.qui alleg.
glo. in verſic. executorem in d.c. cum ei quem, & ſic videtur ex
prædictis gratiam & prouiſionem.B.eſſe validam.¶ Et vlterius
ad illud vtrum per obitum quondam Ioan. qui erat familiaris
Papæ,& ſcriptor apoſtolicus,& dictos canonicatum & præben
dam acceptauerat,nulliter tamen fecerat ſibi per laicum proui
deri,& ante factas diligentias obijt, per cuius obitus.N.impe-
trauit dictos canonicatum & præbendam, præfatus vero.E. li-
cet habeat minus decretum, tamē propter dictas diligentias ꝓ
præfatum Ioan.non factas prętendit vigore gratiæ ſuæ expecta
tiuę acceptationem & prouiſionem, & regulæ de pluribus ex-
pectantibus,quod propter defectum prouiſionis dicti Io.remā
ſerit ſua acceptatio & prouiſio valida,nec per obitum dicti Io.
21 fuit inducta a vacatio. ¶ † Quod profecto uidetur eſſe iuri con
ſonum & ex mente Papæ in dicta regula uidetur eſſe expreſſum
& comprehenſum coniungendo regulam præcedentem de pu-
blicandis in fine in qua equiparantur deficientes & negligētes
ibi,deficere uel negligentes eſſe contingerit &c.& dictam regu
lam de pluribus expectan.dum dicit ꝙ ſi potiores defecerint in
diligentijs perinde habeatur,ac ſi non acceptaſſent,nec cenſeā
tur beneficia huiuſmodi ſic acceptata ex perſonis eorundē ac-
ceptantium & ſuas acceptationes non publicantium uel nō in-
timantium poſſeſſoribus eorundem vel alias diligentias non fa
cientibus vt tenebantur quouis modo vacare ex quibus uerbis
colligitur ꝙ in omnibus acceptationibus ex acceptatione &
prouiſione quæritur ius gradatim & ſubordinatur in beneficio
acceptando,tamen eius effectus eſt in impendulo,& per exclu-
ſionem primi potioris propter defectum diligentiarum ſtatim
corroboratur ius ſecundi,& fit potētius & validius reſpectu ter
tij,& propterea eo ipſo quod potentior,primus non fecerit ſuas
diligentias,aut propter defectum potentiæ,quia ceſſerit,uel ꝓ-
pter defectum uoluntatis,quia neglexerit,tūc Incontinēti ſub-
intrat ſecundus,nec aliquo momēto datur vacatio,& cōſequen
ter non poteſt dici quod per obitum primi deficientis,ante dili
gentias factas inducatur noua vacatio. Quinimmo ius quæſitū
primo per acceptationem & prouiſionem, cenſetur eſſe condi-
tionale,ſi ſequantur reliquę diligentiæ ſtante dicta regula per-
miſſiua acceptationum & prouiſionum plurium expectantium
diuerſimodo prærogatiuarum.alias enim ſi dictum ius non cen
ſeretur conditionale ſequeretur inconueniens quod eodem tē
pore eſſet quæſitum ius pluribus in eodem beneficio quod etiā
non

non poteſt.l. ſi vt certo.§. ſi dnobus vehiculum.ff. commodati.
22 & nora.in regula beneficium in vj. ¶ † Hoc ergo præſuppoſito
dicen q vbicunq; eſt appoſita conditio reſolutiua actus purè fa
cti,ſi ante euentum conditionis ille deceſſerit ius reſoluitur nec
tranſmittitur ad hæredes ex perſona defuncti, vt eſt bonus tex.
in l.ſi legatum purè. ff.de adimendis legatis. & in l.quibus die-
bus.§.quibus diebus.&.§.quidam Titio.ff.de cond.& demon.
ex qnibus probatur,q in vltimis voluntatibus conditio reſolu
tiua poſt legatum purè factum appoſita facit ipſum conditio-
nalem ergo idem in dicta conditione reſolutiua appoſita in di
23 cta regula & conſtitutione. ¶ † Quia verba teſtatoris & legum
conditoris eundem recipiunt intellectum, vt eſt tex. quem ad
huc ibi notat Angelus in l.ſiquis leganerit Titio.de lega.j.& in
l.ſi ita fuerit.in §.fina.de manumiſſis teſtamento. & notat Gu
lielmus de Cunio in l.ſi eum.in §.fi.ff.ſi quis cautio Bar.in l.cē-
teſimis in §.fi.ff.de verb.obli.& Bal.in l.quoties.C.de fideicō.
24 ¶ † Nec obſtat tex.in l.j.& ij.ff.de in diem adiecti.vbi conditio
reſolutiua contractus reddit contractum conditionalem, & il-
la iura loquuntur in contractibus qni ex voluntate contrahen-
tium perficiunrur & ſunt firmiores quàm vltimæ volūtates vel
conſtitutiones quæ a voluntate teſtatoris,vel principis depen-
dent,& ad libitū reuocari poſſunt,vt ootāt ibi doctores. ¶ Præ
terea conſideratur quod ſi diceretur ius quæſitū eſſe primo pu-
rè, & non conditionaliter ſequeretur quod nō poſſet quæri ius
ſecundo ex acceptatione, & pronſione tunc temporis facta, ſi
primus in diligentijs defecerit quod eſſet opus noua prouiſione
facienda poſteriori in prærogatiua,cuius contrarium diſponi-
tur in dicta regula inquantum in ea dicitur quod prouiſiones
prius factæ ſuum ſortiantur effectum, & conſequenter ambæ
prouiſiones ſunt in ſuſpenſo, donec appareat de diligentis vel
25 negligentia primi. ¶ † Nec videtur fienda differentia vtrum
omiſſio diligentiarum ſit cauſata ex negligentia primi, vel ex
caſu mortis,quia dicta regula de publicandis inquātum loqui-
tur per verbū,deficit,uel negligens fuerit, videtur vtrumq; ca-
ſum comprehendere,& verbum defecerit, poteſt etiam caſum
negligentiæ & mortis comprehendere, nt notarur in l.j.de in-
26 ſtitu.& ſubſtit.ſub conditio. factis. ¶ † Et conditio poteſtatiua
deficiens per caſum venientem in perſonam eius qui debet im-
plere habetur pro defecta,vt notatur in l.ſub diuerſis.ff.de con
27 ditio.& demonſt.& p doct. in l.ij.C.de inſtit.& ſubſtit. ¶ † Præ
terea mors & voluntas vel negligentia æquiparatur ad effectum
deuoluēdi,ſeu ſubleuatione obſtaculi prioris habentis alias me
lius ius,vt notatur in l.vnica.C. quando non petentium partes
in l. meminimus in §.fi.C.de legitimis hæredibus . & in §. pen.
inſtituta de bonorū poſſeſſione. ergo in caſu prædicto ſiue defi
ciat es negligentia, ſiue ex impotentia debet habere locum di-
ſpoſitio dictæ regulæ de pluribus expectā. quæ in eorum fauo-
rem fuit edita, vt quàm citius poſſent effectum ex gratia con-
ſequi, & ſi in caſu negligentiæ voluit tollere obſtaculum primi
expectan.multo magis in caſu mortis debet habere locū, quia
de alterius præiudicio non tractatur, & magis fauendum eſt ſe
cundo expectan.cui erat quæſitum ius in beneficio per accepta
tionem & prouiſionem quàm præfato Stephano noniter impe-
tranti qui tempore acceptarionis & prouiſionis præfati,E,nul-
lum ius in dictis canonicatu & præbenda prætendere poterat.
28 † Nec obſtat quod opponitur ex aduerſo de.c. licet cano. iun-
cto.c.commiſſa.de electionibus in ſexto, vnde impetrans paro
chialem ſi moritur intra annum antequam ſe ſecerit promoue
ri vacat ex perſona ſua &c.quia reſpondetue,q in dicto caſu nō
datur concurſus plurium ad idem beneficium eodem tempore,
nec dabatur ſuſpenſio vtriuſq; iuris & fortificatio ſecundi ex-
pectan. per remotionem primi impedimēti & propterea indu-
citur nouatio & ius diſponit. q per lapſum anni ſit priuatus er
go ſi ante deceſſerit nō erat priuatus & ſic inducitur vacatio p
29 obitum ipſius ante annum,q ſecus eſt in caſu noſtro. † Vltimo
conſideretur q præfatus Ioannes dici potuit negligens etiā an-
te obitum in quantum fecit ſibi prouideri per laicum & licet di
ctus actus prouiſionis ſit reiterabilis tamen conſtat de eius ne-
gligentia inquantum eligit inhabilem ad prouidēdum & ſic re-
manſit ſimplex acceptatio quæ ſolum tribuit ius ad rem nō au-
tem in re,vt notatur per doct.in cap.ſi tibi abſenti. de præb. in
vj.& in cap.ſi.de conceſ præbendæ.ergo non videtur, q ex per-
ſona præfati Ioannis potnerit induci noua vacatio & cōſequen.
præfat.E. erit potior in dicto canonicatu & præben. de quibus
agitur.

Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Citari perſonaliter quis non poteſt regulariter.*
2 *Ita tamen citatus, per ſe debet comparere non per procuratorem.*
3 *Citari ad perſonaliter comparendum, poteſt quis, omni caſu per papam.*
4 *Ita & per delegatum papæ ſi ſpecialiter eſt ſibi commiſſum, & numer. 5.*
5 *Et in citatione inſeri debet tenor poteſtatis.*
6 *Citari quis poteſt ad perſonaliter comparendum in cauſa criminali.*
7 *Talis cauſa, cuius qualitatis debeat eſſe.*
8 *Crimen legis iuliæ de ui publica,quando committatur.*
9 *Pœna dicti criminis quæ ſit.*
10 *Crimen commiſſum violenter congregata, & coadunata gente, cū armis,an ſapiat ſpeciem criminis læſæ maieſt.*
11 *Ita citati, & non comparentes poſſunt excommunicari, & ab eis pœna exigi.*
12 *Informatio capta ſufficit ad decernendam talem citationem.*
13 *Quæ cauſa excuſent à dicta comparitione.*
14 *Conatus ad delinquendum punitur quando &c.*
15 *Conatus perficit crimen.l. iuliæ de ui publica.*
16 *Executor excedens mandati fines malè dicitur procedere.*
17 *Et debuit ſeruare formam traditam à doc. cum reperiſſet alios poſſidere.*
18 *Clauſula ammoto quolibet,non tollit ſurreptionem.*
19 *Excommunicatio timenda eſt.*
20 *Excommunicati celebrantes vel facientes celebrare vel audientes diuina incurrunt irregularitatem.*
21 *Abſolutio habita à non habente poteſtatem nulla eſt.*

CONSILIVM CXX.

1 REGVLARITER † Quis non poteſt citari ad
perſonaliter comparendum.c. querelam. de procu-
ra.l.j.ff. eodem titu. tamen quando citatus eſt qnis,
2 vt perſonaliter compareat, † debet per ſe, & non per
alium comparere.c.cupiētes.§.quod ſi per viginti. de electioni.
lib.vj.c.j.de iudicijs,eod.lib.c.cum dilecta, de reſcrip. c.finali.
3 de accuſa. ¶ † Et licet vt diximus talis citatio regulariter non
poſſit fieri tamen fallit in Papa qui indiſtinctè in omni caſu po
teſt citare ad perſonalitee comparendum.c.cum dilecti. de do-
lo,& contuma. glo.in c.fin.de maior. & obed. gloſſ. & doct.in
4 dictu cap.j.de iudicijs. ¶ † Eodem modo, & delegatus Papæ,cū
ſpecialiter eſt data dicta poteſtas, poteſt citare ad perſonaliter
comparēdum,vt notatur per omnes,in dicto cap. primo, & per
5 glo.& alios,in d.c.fi.cum concord. ¶ † In caſu noſtro reueren-
do vicario vrbis data eſt ſpecialis poteſtas a Papa citandi modo
prædicto,vnde bene fieri potuit, & citati pſonaliter debent cō
parere cum citati appareant inſerto tenore poteſtatis prædictæ
iuxta notata per Imolam in c.cæterum,de iudic. & in c. cum ſit
6 generale,de for.compe.cum ſim. † Præterea in cauſa criminali
in qua non poteſt interuenire procurator, citari quis poteſt ad
perſonaliter comparendum text.gloſ.& omnes in d.c.j.gl.in di
cto c.ſi.Rot.in aucten.dccxsiiij.Modern.in tract.de citatione,
xx.q.princ.artic.xv.cauſa iſta criminalis eſt, item & criminali-
tee intentata iuſta notata,per glo. & doct. in dicto cap.j. ergo.
7 ¶ † Non obſtat ſi diceretur q debet eſſe criminalis cauſa, & ta-
lis quæ inferat pœnam corporis afflictiuam, ita q in ea non poſ
ſit interuenire procurator iuſta nota.in c.veniēs,de accuſatio-
nibus,& in l.penult.§.ad crimē.ff.de pub.iud.nam præſens cau
8 ſa talis eſt,vnde. ¶ † Quod deducitur,nam congregata, & co-
adunata gente,crimen prædictum commiſſum apparet violen-
ter,& cum armis conſequenter ſapit crimen.l.Iuliæ. de vi publi
ca.ut notatur in l.in eadē.ff.ad l.Iuliam de vi publica. in princ.
& in l.vti ne,& l.qui dolo malo,verſic.hac lege,eod.tit.pulchee
p Andr.de Iſern.io conſtit.reg.comes,ſub rubr.de his q in reg.
quær.mo.& in conſtitutione,intentionis,de illicita portione ar
morum,ſi crimen eſt leg.iul.de vi publi.in eo non poteſt inter-
9 uenire procurator, † cum pœna dicti criminis ſit quandoq; ca-
pitalis,vt dicit teſtus in.l.penult.ff.ad legem Iuliam de vi pub.
quandoq; interdictio aquæ,& ignis,vel deportatio, vt dicit tex
tus in l.qui dolo.§.fi.cod.tit.vbi gl.& tex.inſti. de publicis iudi
cijs.§.itē.l.Iuliæ de vi. ſi talis eſt pœna nō admittitur igitur p-
curator,vt concludunt oēs in d.c.veniens, & in d.§.ad crimen.
merito itaq; potuit fieri talis citatio ad perſonaliter comparē-
dum.

10 dum. † Nec eſſet ponere os in cœlum dicere hoc crimen ſape-
re crimen læſę maieſtatis.iuxta no.in extrauag.qui ſint rebelles,&
in puncto per Pau.de Caſt.in l.iij.cum ibi no.C. de epi. aud. &
11 per Card.in cle.paſtoralis. de re iud. † Ad quæ deciſio.Rot.in
not.cclxxij.licet contra quæ in puncto loquitur cum cõtra prę
dictos delinquentes propter enormitatẽ delicti & ſcãdali exor
ti in partibus & ad terrorem aliorum, & ne ſimilia perpetrẽtur
& vt magis per eorum reſponſionem veritas habeatur,legitimè
potuit dicta citatio fieri & cum facta ſit,ſi perſonaliter non cõ-
parcant poſſunt excommunicari,& pœna exigi vt notatur in di
12 cta deciſio.Rot. † Eo maxime cũ de p̃dictis criminibus fuerit
capta informatio & per eam de ipſis conſtet,quæ ad dictam ci-
tationem decernendam capi potuit etiam ipſis non citatis, vt
vult Rot.in no.deciſ.cccclxxvij.& per Bellemer.deciſi.dccvij.
13 cum concor. ¶ †Nec ipſis obſtat allegata excuſatio delinquen-
tium, ex quo cauſæ per ipſos allegatæ ad perſonaliter non com
parendum non ſunt in facto verę nec in iure ſubſiſtunt,vt dicit
Calde.conſi.v.ſub tit.de dilati.& Phil.Fran.in d.c.j. de iudicijs
14 in fine col.j. ¶ †Minus etiam obſtat q fuerit ſolus conatus, &
ad effectum non deductus, nam conatus ad delinquendum re-
gulariter punitur quando non fuit ſimplex,ſed vltra deuentum
fuit ad actus exteriores & propinquos.vt in præſenti caſu p no
ta.p Bal.in l.non ideo minus.C.de accuſa.col.vij.verſi.vj.quæ-
ro.& in l.ſi quis non dicam rapere.de epiſc.& cleric. & per Fe-
15 ly.in compendio quando puniatur conatus in fallen.† Propte-
rea conatus in caſu noſtro inducit crimẽ leg.iul.de publi.vt di-
cit allegata.l.in eadem.in princ.& d.l.vti ne.& d.l.qui dolo ma
lo.verſi.hac.l.per quæ iura clarè patet, q talis conatus perfecit
16 delictum,& meretur pœnam,vt.s̃. † ſumus igitur in delicto cõ
ſumato non attentato,& reuerendus epiſcopus Iulianus,aſſer-
tus exequutor male proceſſit, cum fines ſui mandati exceſſerit
iuxta nota.in c.cum olim.de offic. delega. & vulga.l. diligenti.
17 ¶ † Eo maximè quia cum repetiſſet alios poſſidere nõ debuit
procedere vti proceſſit, ſed ſeruare formam traditam per Imo-
lam in c.propoſuit. in fi.de conceſ.præb.etiam quia parte poſ-
ſidente & non vocata, proceſſit iuxta notata per Archidia.xij.
18 q.ij.c.q.& per Rotam in antiq.deciſ.clxxxviij. ¶ †Nec excuſat
ipſum clauſula amoto quolibet &c. Nam ſurreptionem non
tollit,vt tenet Lap.in allega.xv.& Moder.in c.in noſtra. de re-
ſcrip.in xxxvj.col.& in c.licet in corrigendis.de officio ordi.cũ
19 ſimi. †Et aduerſarij excommunicati ab ordinario debuerunt il
lam timere cum timẽda ſit, ſiue iuſta ſiue etiam iniuſta eſſet.xj.
q.iij.c.ſententia.c.quod ſuper his. de fide inſtrumentorum.c.p.
20 tuas de ſententia excommunicationis.cum concor. †Et ita ex-
communicati celebrantes vel facientes celebrare,vel audiendo
diuina irregularitatem incurrerunt gl.in clem.ij.de priuilegijs.
21 plenè per Moder.in d.c.ad audientiã.ne cleri.vel mona. †Nec
eis opitulatur aſſerta abſolutio, tum quia facta a non habente
poteſtatem.iuxta notata in c.prudentiam.de officiu delega. tũ
quia parte non citata c.olim.ex lite.de reſcr.c.propterea.de of-
ficio ordinarij. vbi Modern.alia adducunt. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor ſoluere tenetur quod tenebatur principalis.*
2 *Et ſatis eſt liquidare debitum principalis à iudicio agitato contra fideiuſſores.*
3 *Fideiuſſores ſoluere quicquid talem debere conſtiterit, neceſſe eſt debitum liquidari viuo debitore non poſt mortem.*
4 *Ex diuerſis non bene infertur.*
5 *Intellectus.l.qui Roma paragra.augerius.ff.de verbo.obli.*
Et procedit quãdo fideiuſſor conſiderauit tẽpus futurũ aliàs ſecus.
6 *Et ſi promiſerunt ſoluere debitum, de quo iam conſtabat tenentur.*
7 *Verbum,conſtiterit,qualiter capiatur.*
8 *Reſiduum,quod tempus reſpicit.*
9 *Et quid ſi viuo debitore,conſtaret de debito.*
10 *Conſtare de debito,ex quibus dicatur.*
11 *Inſtrumentum publicum, legitimam inducit probationem.*
12 *Si mortuo debitore liquidatio fuit facta contra fideiuſſores,an ſufficiat.*

CONSILIVM CXXI.

ISTI Fideiuſſores Antonij,Iulius in quadraginta,
& Bernar. in reſiduo,quod Ioannes debebat conſe
1 qui a dicto Anto. † inſpecta forma & verbis fide-
iuſſionis tenẽtur dicto creditori ſoluere reſiduum
ad quod tenebatur Anto. principalis debitor.l. vbi autem non
apparet.§.qui vero.ff.de verb.obli.& ferè per totum titulum.ff.
2 C.inſti.& extra de fideiuſ. † & ſatis eſt liquidare debitum prin-
cipalis in iudicio agitato contra fideiuſſores per ea quæ latè ha-
bentur in auc.præſenti.C.de fideiuſ.cum alijs concordantibus.
& per Soc.in §.augerius in.l.qui Romæ.ff.de verbo.obli. in ca-
ſu præſenti concurrunt prædicta,conſequenter effectualiter te-
3 nentur. †Solum contra Ioannem principalem obſtare videt̃ tex.
& ibi docto.in d.l.qui Romæ.§.augerius.de verb.obli. vbi com
muniter concluditur q ſi quis fideiuſſit ſoluere quicquid talem
debere conſtiterit &c. ſi debitum nõ fuit liquidatum viuo prin
cipali debitore, fideiuſſor eſt liberandus dato q poſtmodũ de-
bitum fuerit liquidatum contra hæredes, debitoris in caſu no-
ſtro,verba præſentis fideiuſſionis ita ſonare videntur, unde Iu-
lius & Bernar.fideiuſſores cenſentur liberati,& nõ debent tene
ri, cũ Io.creditor viuente Antonio principali debitore non li-
quidauerit debitum,& licet motiuum prima facie videatur ob-
ſtare Io.creditori, & ſit uerum in terminis in quibus loquuntur
doct.tamen conſideratis uerbis fideiuſſionis in puncto non mi
4 litat,nec obſtat Ioanni. † Termini enim ſunt ſatis diuerſi ex q-
bus non bene infert vulga.l.Papinianus exuli ff. de minoribus,
5 & vulga.§.nihil cõmune. † Diuerſitas oſtenditur & clare, nam
d.§ & omnes doctores.ibi loquuntur quando fideiuſſor promi
ſit ſoluere quicquid conſtiterit talem debere &c.& ſic in futurũ
& conditionaliter.Nam tempore fideiuſſionis nõ conſtabat de
debito, ſed debebat conſtare in futurum poſt fideiuſſionem da
tam, ideo illa conditio quæ futurum tempus reſpiciebat debe-
bat adimpleri in forma ſpecifica, & ſic viuente principali debi-
tore,& non poſt mortem ita declarat glo.ij.d.§. augerius, illud
uerbum,conſtitiſſet.ſcilicet in futurum & conditionaliter idem
firmant Bar.Bal.Aug.Alex.Are.& Moder.omnes in d.§.auge-
6 rius in ſummario.& in glo.ij. † Sequitur ex iſtis q ſi fideiuſſo-
res promiſerunt ſoluere debitum,de quo tunc conſtabat in præ
teritum uel in præſenti, q tunc non procederet.d.§. augerius.
nec dicta doctorum ibidem, quoniam illa ſtipulatio & fideiuſ-
ſio in præteritum, vel in præſenti ſortita fuiſſet effectũ, & tan-
quam pura eſſet validiſſima,& fideiuſſores tenentur qũocunq;
& qñcunq; debitũ fuiſſet liquidũ ſiue in vita, ſiue poſt mortem
debitoris principalis,vt eſt tex.ad literam in d.l.vbi autem non
apparet,in verbo,qui vero a Titio, & tex. in l. cum ſtipulamur.
ff.eodem tit.de verb.obli.cum ſimi.quando enim fideiuſſor p-
mittit ſoluere illud quod debet in præteritũ,vel de præſenti de-
bitor principalis ſemper tenet̃, ſiue ſit facta liquidatio debiti vi
no debitore,ſiue poſt eius mortẽ dictis iuribus,& in pũcto poſt
alios doctores eſt deciſio Alex.in d.§. augerius col.ij.verſic. in
7 glo. ſuper verbo extitiſſe, † vbi ſecus ſi conſtitiſſet de debito tẽ
pore ſtipulationis in dicta auctẽn.§.augerius,verbum conſtite-
rit capitur in futurum,quoniam erat verbum dubium, & in præ
teritum vel de præſenti non poterat verificari vt tenent omnes
doct.ibi in glo.ij.& in ſummario, at quando verbum eſſet cla-
re in præteritũ uel in præſens, & dictis temporibus poterat veri
ficari ceſſat diſpoſitio.d.§.augerius,& procedit tex. in d.uerſic.
ſi uero,& d.l.cum ſtipulamur, & doctri. Alex.ubi.s̃. poſt alios.
8 † in caſu præſenti dicti fideiuſſores promiſerunt ſoluere omne
reſiduum quod Io. debet conſequi ponderetur verbũ, reſiduũ,
ergo debitum erat de præterito,& de præſenti,& de illo conſta
bat per ſcripturas publicas ad quod.l.ij.C.de hæred.inſtit.pon-
deretur etiam verbum,debet,quod eſt de præſenti, & validum
vt in puncto eſt tex.in l.vbi autem non apparet, verſi. qui vero.
ibi,debet,cum alijs concordã. vnde cum fideiuſſores promiſe-
rint purè & ſimpliciter ſoluere debitum quod erat de præterito
uel de præſenti tenentur ad illud ſoluendum ſiue ſit liquidatũ
uiuo debitore, ſiue poſt mortem ut notatur in iuribus allega-
tis.ceſſatq; diſpoſitio dicti.§ augerius,& doctri. de qua ibi per
doctores,q loquũtur in terminis i quibus loquitur uidelicet qñ
9 fideiuſſio fuit facta in futurum † & conditionaliter,& ſic extra
caſum noſtrum debet intelligi ſm q intelligit Bar. ibi,circa fi-
nem,uerſi.& ita ſi conſtitiſſet,& omnes docto. eum ſequuntur,
quando uiuo debitore de debito non cõſtaret,ſed ſi uiuo eo cõ
ſtaret nõ procederet in caſu noſtro de debito Antonij debito-
ris,eo uiuo conſtabat fideiuſſores itaq; non ſunt liberati, ſed te
10 nentur. ¶ †Et q conſtaret de debito viuo Antonio patet p in-
ſtrumenta publica in terminis autem. d.§. augerius. de debito
dicitur conſtare nedum quando conſtat per ſñiam, ſed etiam ſi
conſtat per alias probationes legitimas,ita Alex. ibi colũ.ij. in
apoſtil

apoſtillatione lite æ verſic.in tex.ibi debere conſtitiſſe,hoc idē
ſequitur Arctinus ibi ſu verſi.ſi tamen iſta clauſula, idem ſequi
tur ibi Iaſ.col.ij.verſi.in textu ibi debere conſtitiſſe, & idem fir
mat ibi dominus meus Socinus in iij.notabili qui doctores alle
gantes legea & cotaa volunt ꝙ In præſenti caſu conſtare de de-
11 bito dicatur nedum per ſententiam, † ſed etiam per alias le-
gitimaa probationes,contra dictum Ango.debitorem, eo viuo
conſtabat de debito per inſtrumenta publica quæ legitimā ꝓ-
bationem inducunt,vt in.l.j.vbi doctores.C.de fide inſtru.& p
Bal.in rub.ibi,& Canoniſtas eatra de fide inſtrum.in rubr.cum
concord.de quibus in c.licet eauſam.de probat. per om.neceſ-
12 ſario igitur concluditur dictos fideiuſſores teneri. ¶ †Prout ēt
tollitur diſpoſitio.d.§.augerius. ea bia quæ dicit Iaſ. ibi col.iij.
ponendo nouum intellectum ad illum tex.volens ꝙ ideo ibi fi-
deiuſſores non tenentur eo quia liquidatio debiti nedum non
fuit facta viuo debitore,vt ſupra ſed etiam eo mortuo, non fuit
facta contra fideiuſſores, ſed tantum contra hæredes debitoris,
vnde ſi facta eſſet mortuo debitore contra fideiuſſores teneren
tur fideiuſſores & non procederet diſpoſitio tex. ibi in caſu nō
ſtro contra fideiuſſores facta eſt liquidatio ergo.

P. Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta illi qui erat inſtitor, & etiam ſocius, quo nomine cen ſeatur facta & num 14.13.*
Habens poteſtatem vendendi videtur habere poteſtatem recipien di precium.
2 *Præpoſito alicui negotiationi, bene poteſt ſolui.*
3 *Qui videt & patitur ſolui alicui, vt inſtitori, approbare id vi- detur.*
4 *Solutio prædicta fuit valida & liberationem præſtitit, & nu. 14.*
5 *Idem ſi pecunia ſoluta verſa apparet in vtilitatem principalium.*
6 *Solutio in dubio applicari poteſt facta in caſum eligendum per de- bitorem.*
7 *Vel in debitum antiquiſſimum & vetuſtius.*
8 *Vel in debitum cuius dies ceſſaret tempore ſolutionis.*
9 *Vel in debitum durius.*
10 *Vel in debitum grauius.*
11 *Vel in debitum efficacius.*
12 *Vel in illud quod erat pœnale, ſi non ſolueretur.*
13 *Contractus vnus non alteratur per alium geſtum inter alios.*
14 *Vel ad aliud quod poterat exigi.*

CONSIL. CXXII.

1 IN CAVSA † Iſta prima datur difficultas, an iſti
principales debitores rectè & legitimè potuerint ſol-
uere Sigiſmundo, & ex ſolutione illi facta cenſeātur
liberati, & breuibus dicitur legitimè potuiſſe ſolui
ex quo ipſe Sigiſmundus habebat poteſtatem vendendi coria,
quo caſu etiam habuiſſe videtur poteſtatem recipiendi ſolutio-
nem tex.eſt vbi Bart. not. & alij in l.quod ſeruus.ff. de ſolu. &
2 idem Bar.in l.filiæ.eod tit.verſi.item habuiſtis. † Rurſus Sigiſ-
mundus inſtitor ipſorum de chiſijs erat & præpoſitus pecunijs
exigendis in negocijs ipſorum ripalibus, quibus ſtantibus bene
potuit ſolui.l.ſi quis.l.diſpenſatori.l. diſpenſatorem. & ibi doc.
ff.de ſolu.eſt tex.& ibi ſcribentes in.l.eius qui.in princ.ff.ſi cer.
pet.& in l.ſi quia mancipijs.§. impuberes.ff. de inſtito. cū ſimi.
3 † Ad quæ nam iſti de chiſijs, videbant,ſciebant ipſum Sigiſmun
dum & Hannibalē dicta facere & exigere paſſi ſunt & approba
runt vnde per ea quæ not.in c.ij vt lit. non conteſt. & in.l.j.ff.ſi
4 quis ius dice.non obtemp. cum concor. † Ex quibus infert ip-
ſos ratam habuiſſe dictam ſolutionem fuit igitur valida & libe-
rationem præſtat.l.ſi quis offerenti.l.diſpenſatorem.ff.de ſol.to
5 to t.t.rem ra.hab. † Ad quæ nam verſæ apparent pecuniæ ſolutæ
in vtilitatem bāchi,quo caſu pleniſſimam præſtāt liberationem
toto tit.de in rem verſo cum ſimi.Secundo difficultas principa-
lis eſt,ex qua non apparet qualiter Sigiſmundo fuerit facta di-
cta ſolutio,an vti ſocio ipſorum venditorum, an vero vti inſti-
tori vel habenti poteſtatem, & ſic nomine ipſorum de chiſijs,
& hoc propter ſocietatem inter eos initam poſt venditionē co-
riorum &c. Ad quod dicitur attento ꝙ verſa fuit ſolutio facta
Sigiſmundo & Hannibali, in vtilitatem banchi, attento etiam
ꝙ [illegible] habuit difficultas ea iſtis & alijs.ſ. euacua-
6 tur. † Tamen ſtrictius reſpondendo dicitur non poſſe aliud cō-
ſiderari,niſi ſolutionem factam Sigiſmundo & Hannibali, non
vti ſocio,ſed vti inſtitori vel habenti poteſtatem, & ſic nomine
ipſorum de chiſijs, tum quia dicta ſolutio eſt ſimpliciter facta,
quo caſu de iure applicari poteſt in caſum eligendum per ſoluē
tes,& declarandum per eos,vt dicit tex.in l.j.ff.de ſolu.vbi Bar.
7 & alij. † Præterea contractus venditionis & emptionis corio-
rum vetuſtior & antiquior erat, quam cōtractus ſocietatis & in
dubio ſolutio facta cenſetur in debitum vetuſtius & antiquius,
non in recens,vt dicit tex.in.l.in his.in prin.& in l.cum ex plu-
8 ribus.& i l.ſi ea pluribus.& ibi gl.& doc.ff.de ſol. †Rurſus dies
ſolutionis in contractu ſocietatis non venerat, ſed bene vene-
rat dies ſolutionis contractus emptionis coriorum,tempore.n.
quo ſolutio facta fuit Sigiſmundo & Hannibali uenerat dies ſo
lutionis coriorū patet ea contractu & die ſolutionis factæ,quo
caſu in dubio ſolutio facta cenſetur in debitum in quo dies ue-
nerat,& non in aliud in quo minimè uenerat.d.l.j. ubi gloſſ. &
Bar.& dicta.l.cum ex pluribus. & melior tex. in l.iij. ff. de ſolu.
9 † Præterea debitum de chiſijs,durius erat quàm debitum Sigiſ-
mundi,quod nullum erat.nedum minus durum,quo caſu in du
bio ſolutio facta cenſetur in durius.l.iij.& iiij.ff.de ſolu.Bar. in
l.j.col.ij.uerſi.item opponitur & in.l.in his.in prin.eodem titu.
10 cum concor. † Ad quod nam debitum de chiſijs erat grauius,
quàm illud Sigiſmundi quod nullum, nedum minus graue quo
caſu in dubio in grauius.l.ſi ea pluribus.ubi Bar. declarat &.l.ſi
11 quid ex fundo.ff. de ſolutio. † Prout etiā nam debitum de chi-
ſijs erat magis efficax,quàm dictum Sigiſmundi, quod nullum,
nedum minus efficax quo caſu in dubio in efficax facta dicit.l.
ſi is cui.§.flauius.& ibi Bart.ff.de ſolutio.& maximè, quia erat
12 pœnale, † & in forma cameræ ad not.in.l.iiij.ff.de ſolutio.cum
13 ſiml. † Et aduertendum ꝙ contractus ſocietatis nō alterat pri
mum uēditionis toto tit. res inter alios acta,unde cum uirtute
primi potuerit ſolui Sigiſmundo uti fuit ſolutum dicta ſolutio
liberationem præſtat ut in prima difficultate fuit dictum, nam
In ſecundo contractu ſocietatis non negatur ſolutionem illi fie
ri nō poſſe,immo expreſſe hoc dicitur reſpectu capitalis, ut pa
tet per uerba ſecundi contractus ex quibus clarè colligitur, ꝙ
Sigiſmundo debebat ſolui capitale tantum ſcilicet duc. 4500.
& iſtud ibi nominatur capitale, quod debet exponi.i. debitum
ipſorum de chiſijs, uel debitum ipſorum emptorum, aliud ipſi
Sigiſmundo non erat ſoluēdum, nam ſoluto capitali prædicto,
de damno & lucro ipſi emptores habebant dare computum fi-
dele ipſi Sigiſmundo & non ſoluere,unde cum Sigiſmundo erat
ſoluendum capitale tantum, ſi fuit poſtmodum ſolutū uti fuit,
apparet ſolutū ſibi capitale illorum de chiſijs,conſequenter ſo-
lutio facta dicitur nomine ipſorum de chiſijs, quorum erat ca-
pitale,non autem poteſt conſiderari ſolutio facta Sigiſmundo,
uti ſocio,ex quo uti ſocius nullum habebat capitale,& non en-
14 tis nullæ ſunt partes.d.l.eius qui.in prin. cum ſimi. † Attentis
itaq; uerbis contractus ſocietatis, neceſſario concluditur ſolu-
tionem capitalis factam uti inſtitori uel deputato ad exigendū
nomine ipſorum de chiſijs,quorum erat capitale,& nomine ꝓ-
prio Sigiſmundi,qui capitale,non habebat facta uti inſtitori,cō
cluditur ꝙ ſolutio liberationem conceſſit, maxime quia facta
præſumitur in debitum,& capitale quod poterat exigi non au-
tem in debitum, & capitale ipſius Sigiſmundi quod nō erat nec
exigi poterat,ut eſt doc.Bart.in præalle §.flauius ubi ad debitū
quod poterat exigi nō ad illud quod non poterat, ut in caſu no
ſtro pro quo.l.fundus coloni.& in.l.ſequenti.ff.de fund.inſt. &
no.in.l.j.ff.ſi cer.pet.in illa quæſt.quādo debetur ex legato &c.
cum alijs.ſ.alleg.ad quod nam uirtute contractus ſocietatis nō
debebat ſolui alteri niſi Sigiſmundo, & tamē ſolutum apparet
Hannibali non ut ſubſtituto Sigiſmundi in ſocietate,ſed ut de-
putato ad exactionem debitorū ripæ, per ipſos de chiſijs uel ſal
tem per ipſum Sigiſmundum uti eorum Inſtitori, & non aliter
unde &c.

Pariſius Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Bulla ſixtina, quando & quo caſu cogat vicinum ad uendendum do mum contiguam per totum ferè.*
Et quid ſi illa non indiget vicinus.
2 *Et ſi duo uicini concurrunt an ſit locus præuentioni.*
3 *Quilibet poteſt rem ſuam uendere, cui uult regulariter.*
4 *Nec uendentes debent requirere vicinos ſi volunt emere uirtute dicta bulla.*

5 *Virtute*

5 *Virtute bullæ agi non poteſt, ſi eius forma non ſeruatur.*
6 *Non requiritur intimatio reſpectu eius, qui ſcit, & nu. 7.*
8 *Cogi inuitus quis non poteſt ad emendum.*
9 *Monitio, & denunciatio quid operatur.*
10 *Et tuetur monentes, quatenus ad id tenerentur.*
11 *Et an ſit facienda, in iudicio, uel ſufficiat extra iudicium.*
12 *Et an poßit fieri diebus feriatis.*
13 *Et quot vicibus, ſit facienda.*
14 *Paria ſunt nolle emere, vel offerre precium uile.*
15 *Relinquens in integrum dominium domus, an videatur relinquere proprietatem, uel uſumfructum.*
16 *Vſufructuario mortuo, res reuertitur ad proprietarium.*
17 *Si habens declarare, moritur ante declarationem, quid agendum.*
18 *Legatum conditionale, reuertitur ad hæredes, conditione defecta.*
19 *Et quid in vltimis voluntatibus, declaratione non facta.*
20 *Et ad quos hæredes reuertitur, vniuerſales, vel particulares.*
21 *Teſtatoris voluntas expreſſa, ſeu tacita ſequenda eſt.*
22 *Præcedentia declarant ſequentia quatenus eſſent dubia.*

CONSILIVM CXXIII.

ATTENTO Tenore bullæ ſeptimæ, & confirma
1 tione Iulij, & Leonis, † clare patet ipſū Hierony. te
neri, & compelli debere vendere domum de qua in
reconuentione ipſi Auguſtino, ex quo Hierony. di
cta domo non indiget, ſed eam locatam tenuit, & tenet, & cum
ſit intermedia inter domum antiquam ipſius Auguſti. & domū
aliā ipſius Auguſti. quam nouiter emit a fratribus populi, & pa-
ratus ſit edificare, & omnia hæc cedant ad ornatū vrbis, & do-
mus ipſa magis conueniat domibus ipſius Auguſt. quàm Hie-
rony. concluditur ipſum cogi ad vendendū, ex quo ipſe Auguſt.
paratus eſt ſoluere precium arbitrandum per magiſtros, & para
tus eſt ſe obligare infra tempus arbitrādum, vt ſupra ædificare.
2 ¶ † Nec ob. aſſerta præuentio allegata, nam in domo reconuen
ta, nulla eſt præuentio, ſed illa conſideratū, in alia domo, quæ fuit
fratrū, nō in iſta, & ideo in diuerſis nō cadit ꝓuentio iuxta ea q̄
3 no. in. c. propoſuiſti de foro comp. cum concord. ¶ † Domus ve
ro quæ fuit fratrū, empta ꝑ Auguſt. dr̄ eſſe ipſius Auguſtini, qui
ad reuendendum Hierony. minimè cogitur, ex quo valida fuit,
quilibet. n. rē ſuā cui vult vēdere pōt. l. nec emere. C. de iure de-
lib. l. in re mandata. C. mād. l. dudum. C. de cōtrah. emp. cum ſi.
& bulla non ob. ex quo conſiderata indigentia, & decore vrbis
ſuper quibus bulla figit pedes, qualitates iſtę concurrunt in ꝑ-
ſonam Auguſtini magis quàm in perſonam Hierony. nam ipſe
Auguſt. indiget, & locatā tenet domum Hierony. & paratus eſt
ædificare ad ſui īdigentiā neceſſitatē, & ꝯmoditatē, ac vrbis de-
corum, quæ oīa ceſſant in Hierony. & ſic ſumus in regula iuris,
4 ꝙ potuit emere, nec vendere cogitur. ¶ † Non ob. quod fratres
irrequiſito Hiero. non potuerunt vēdere & vēditio facta eſt nul
la virtute Bullæ, &c. Nam bulla hoc non dicit, ꝙ vendentes de-
beant requirere emptores, quinimmo dr̄ in bulla totum ꝯriū,
quod emptores volentes ædificare debent requirere vēditores,
qui ſi volunt, vel recuſant vendere, tunc venditio alijs facta de-
bet reſcindi, vt ex verbis illis, nollūt, vel recuſant, colligitur, qđ
5 ipſi ſunt requirendi ab emptoribus non econtra. ¶ † Quod Hie
ronymus ipſos fratres requiſiuerit minimè apparet, & qa tenor
bullæ non eſt ſeruatus, nec forma agēdo ex ea excludi debet. c.
cū dilecta, de reſcri. l. diligenter. ff. manda. c. cū olim, de off. dele.
6 ¶ † Et ſi diceretū ſaltim fratres debuerūt notificare Hiero. ꝙ vo-
lebant vendere, ex quo in dubio præſumitur ignorantia vulg. l.
verius, vr̄ ꝙ ipſe Hiero. bene ſciuit, & notitiam habuit, quod vo
lebant vēdere ꝯr̄ talis ſcientia ſufficit iuxta ea quæ no. in. l. itē
veniunt. §. petitam, cum ſi. ff. de pet. hæred. ꝙ ſciuerit bene pro-
7 batur, nec ipſe inficiatur. ¶ † Sed vlterius conſiderandū eſt, qđ
de vrbanitate fratres fecerunt, id ad quod minime tenebantur
denunciauerunt enim, & notificauerunt eidem Hierony. velle
vendere domum, & proteſtati ſunt, quod volebant vendere, &
monuerunt, ꝙ erant parati eidem vendere, ſi vellet, qui ſemper
8 recuſauit. ¶ † Vnde ad emendum ipſum Hiero. inuitum cogere
non poterant, iuxta. d. l. nec emere, & quæ no. Bald. in. l. j. C. de
9 epiſ. & cleric. & Abb. in cap. j. de emptione, & vend. ¶ † Iſta eñ
monitio, denunciatio, & proteſtatio declarauit, & deduxit ad
notitiam Hieronymi animum, & voluntatem fratrum volentiū
vēdere iuxta notata, in cap. cumana, de electio. & in. l. ſi quis, in
principio teſtamenti, de legatis tertio, & in capitulo, cum. M. de
10 conſtitu. cū ſimilibus. ¶ † Et iſtos proteſtantes monētes, & de-
nunciantes, quatenus ad id tenebantur tuetur, vt nota. in dictis
iuribus, & per Bar. & alios in. l. non ſolū. §. morte, de operis no-
11 ui nūciatione, & in capitulo ſollicitudinē, de appellatio. ¶ † Et
ſi diceretū, ꝙ talis monitio, & denunciatio, vt prodeſſet fratribus
conſequenter ipſi Auguſtino debebat fieri in iudicio, & non ex
tra, vt fuit facta, reſpōdetur, & dicitur canonice fuiſſe factam, ēt
3 *Quando plures ſint in rixa, & quis eſt uulneratus, & demum mortuus, & neſcitur a quo, an omnes ſint condemnandi, uel ſoluendi, ſeu puniendi, & qualiter, & 4.*

CONSILIVM CXLVIII.

VIDI proceſſum Criminalem ad me tranſmiſſum, per illuſtrem do. Sigiſmundum de Belliſpergo capitaneum de Teiuana fabricatum per ſpectabilem do. Vicarium de caſtro nouo ſeu iuriſdictionis Teluanæ contra, & aduerſus Ioan. filium ſer Baldaſſaris Bruſſamolini, & contra Ant. de Langelo. Nec nō contra Ant. filium Simonis del pyna de caſtro nouo, inquiſitos ſuper homicidio, & morte quondam Vincentij de Carpanodo iuriſdictionia Baſſani, & bene conſideratis diſpoſitionibus teſtium ſuper ipſo homicidio examinatorum ac etiam conſideratis depoſitionibus & cōfeſsionibus extra torturam. & in tortura factis per dictos inquiſitos. Reperio omnes prædictos, & etiam alios fuiſſe præſentes in dicta rixa In qua dictus quondam Vincentius fuit uulneratus, & poſtmodum ex dicto uulnere mortuus. Reperio inſuper omnes prædictos tunc tempore fuiſſe armatos. & euagniaſſę enſes ſeu mucronem, & quod in dicta rixa ipſe quondam Vincentius fuit uulneratus in brachio punctim & non ceſsim hoc eſt cum acumine unius armaturę. Quis autem prædictorum fuerit qui tale uulnus intulerit dicto quondam Vincentio, adhuc ex proceſſatis non apparet, bene verum, & ex depoſitionibus teſtium, & ex confeſsione dicti Antonij del pyna ſatis conſtat ipſum Anto. preſentem in dicta rixa fuiſſe armatum quodam ſtoccho ſeu mucrone, & quod ſtocchum ipſum euaginauit cōtra dictum quondam Vincentium. Necnon eum admenauit animo oſtendendi ipſum Vincen. & licet ipſe Antonius dicat quod admenauit ceſsim, & non punctim hoc eſt de taglio non de puncta, & ita admenando percuſsit dictum Vincentium in digito non autem in brachiū, tamen conſiderando qualitatem inſtrumenti, & armaturæ hoc eſt ipſius mucronis, & ſtocchi, cuius proprium eſt percutere punctim, & non ceſſim, ſatis urgens indicium inſurgit contra ipſum Anto. del pyna, quod ipſe fuerit qui dictum. q. Vincent. in brachio uulnerauit, ita ꝙ eius ictus ueniat conſiderandus, ut dicit text. in l. fin. ff. ad leg. Cor. de ſicca.
2 † & qualitas armorum quibus quis percuſſus eſt valde cōſideratur, vt in terminis noſtris dicit tex. in c. ſignificaſti. el ij. uerſi. ſi. ibi tum ratione inſtrumenti cum quo ipſe percuſsit extra de homicid. & eſt bon. tex. in l. j. §. ſed ſi clara. ff. de ſicca. & in l. j. C. de emenda. ſeruo. & bona doctr. Bal. in proœ. digeſtorum. co. iij. & ad id multa adducit Io. de Ana. in d. c. ſignificaſti. col. viij. uerſic. no. ꝙ moderamen. conſideratur, & etiam, d. Fel. ibi, col. iij. uerſi. ibi nota ratione inſtrumenti, unde cum conſtet ipſum Ant. del pyna præſentem in d. rixa euaginaſſe mucronem, & illum admenaſſe contra dictum. q. Vincen. animo ipſum offendendi, & proprium mucronis ſit percutere punctim, & non ceſsim, conſtet ꝙ dictum. q. Vinc. fuiſſe vulneratum in brachio punctim, & ꝙ ex. d. vulnere fuit mortuus, dico tale vrgens indicium cōtra ipſum Ant. adhuc non eſſe ſufficienter purgatum per torturam ſibi adhibitam, quo indicio adhuc ſufficienter non purgato dico partes ipſius ſpectabil. do. Vicarij, ſeu alterius qui iudicare habet eſſe, ut iterum ipſe Ant. del pyna ſubijciatur quæſtionibus, & torturæ ad hoc, vt tortura iterum adhibita habeantur, vel veritas iſtius delicti, vel purgatio vera. d. indicij, eſto enim ꝙ ipſe Anto. fuerit tortus, tamen ſtantibus prædictis, dico non fuiſſe ſufficien-
3 ter tortum, quo fit vt ſine alijs nouis indicijs, poſsit repeti, † & de nouo ſubijci torturæ ſecundum Bal. in l. ij. C. quo. appe. non recipia. & d. Catald. in trac. de ſind. ver. clx. Incipit adde, ꝙ torqueri

quæri non pōt,& no.Bar.in l.unius.§.j.ff.de qō. & in l.repeti.
ff.co.tit.& utrobique Mod.adducentes alias deciſio.& ſi ipſe
Ant.del pyna iam tortus confitebitur punctim.d.mucrone uul
neraſſe prædictum.q. Vincen.potuit condemnari iuxta formā
juris cōis,& ſtatutorum uigentiū in d.loco,ubi cā pñs agitat,ſi
uero inficiabiť,& perſeuerabit in ſuis ꝯfeſsionibus aliàs factis,
tunc erimus in caſu,qñ plures fuerūt in rixa,& ab ipſis fuit illa
tum unicū uulnus mortale ea quo uulneratus fuit mortuus ne
ſciť tñ quis tale uulnus intulerit.an oēs teneantur pœna capita
li,an uero tñ debeant condēnari punctaliter,in qua difficulta
3 te aliqui adducunt tex.in d.c.ſignificaſti † ꝙ oēs debent con-
demnari,& tex.in l.itē nulla.§.ſi plures,& in §.ſed & ſi ſeruum
plures.ff.ad l.aquil.& gl.In d.l.ſi.ad l.Corn.de ſicca.& Bar.ibi
col.pen.& ſi.tñ rectius conſiderando caſum pñtem reperio,ꝙ
tale homicidium caſualiter , & accidentaliter fuit perpetratū
non aūt doloſè apenſatè,& ex induſtria,nam ludentes poſtmo
dum rixati ſunt,conſtat ēt in facto ꝙ non oēs prædicti inquiſi
ti uulnerarunt d.ctum.q.Vincen.fuit.n.illi illatum unicū uul-
nus mortale,& incertum eſt a quo fuerit illatum,quib. ſtantib.
eſt in terminis ꝯſi.Pet.de Anc.in ordine.ccvj.Incipit,nos Bar-
tho.de Salyc.ubi ipſe Pe.de Anc.& alij doc.ibi nominati in pū
cto qōnis noſtrę determinarūt,& ꝯſuluerunt ꝙ nullus p̄dicto
rum debet puniri capitaliter, bene uerū ꝯcludunt ꝙ debeat ꝯ-
demnari pecuniariter per gl.in d.l.item nulla in d.§.ſed & ſi ſe
ruum plures,& per alias rōnes , & fundamenta quæ uideri pñt,
quod conſilium refert,& ſequiť Io.Ana.in d.c.ſignificaſti , col.
vij.& viij.uerſi.circa prædicta repetitur quoddā conſiliū,& ibi
rñ detur ad.d.c.ſignificaſti, ut procedat reſpectu irregularita-
tis,& ēt rñdent ad.d.l.item nulla,& ad gl.in d.l.ſi.ut procedant
quoad pęnam pecuniariam,& reſpondent ad.d.Bar.in d.l.ſi.ut
eius doctrina locum habeat,ꝙ oēs percuſerunt ut plenius tan-
git.d.Io.de Ana.in d.c.ſignificaſti.col.j.uer.no.ꝙ plures,&col.
vij.& viij.uer.no.ꝙ ſi diſcerni,& uer.quærit ēt,& Fel. ibi, col.
iij.uer.ſed difficilis qō eſt ubi adducit p̄dictū ꝯſi.Anch.&alio-
rum idem tenet.quam ēt ſnīam ſequit Ang.de Ari.in additi ad
Ang.de male.ſup.gl.in uer.Andream auxiliatorem, colu.iiij &
v.uerſ.& aduertas,& uer.tu aūt in hac materia ubi declarat in
quibus terminis procedat doc.Bar.in d.l.ſi.& adducit Archi.in
c.ſi.xxiij.q.ulti. & alios doc.idem firmantes, & in terminis eſt
ꝯſ.d.Ale.de Imo.av.uiſo proceſſu,col.ij.& ēt col.vj.&vij.uer.
iiij.moueor.& uer.v.moueor.in j.uol.ubi adducit d.conſi.Pet.
de Anc.& alias deciſi.& concludit p̄p incertitudinē , nullum
iſtorum debere condemnari pœna mortis , ſed tñ pęna pecu-
niaria,& idē uult Ludo.Ro.conſ.cccxj.eo p̄ſuppoſito, & Spec.
in tit.de homic.§.j.uer.pone ꝙ quatuor hoīes , & conſuluit ēt
Bal.conſi.lxxij.Præſuppoſito ꝙ in ciuitate.v.li.& in conſ. ccc-
xj.Quidam minor,& conſi.ulti.dř ꝙ certi.in iij.li. conſuluit ēt
Rap.cu.conſi.cxxxiij.Viſis,co.ij.& And.Bab.& ēt Alex.in plu
rib.alijs ꝯſilijs quæ referunt una cū alijs quotis.& deciſi.Mod.
boñ.repe.rub.C.de proba.col.lxxxiij.& ſeq.uer.item redeūdo
ad materiā incertitudinis ubi atteſtant in ꝯtingētia factiter cō
ſuluiſſe,& allegaſſe,& ſemper ita obtinuiſſe & hoc ēt firmāt ip
ſi Mod.Bon.in d.l.ſi.ad leg.Gor.de ſica.col.ij.uerſi.ego aūt cir
ca hoc,ubi ſe remittunt ad dicta per eos,in d. rub.de prob.C.
& idem ēt tenent in ſingulari corū.ccxvij.inci.ter.uel quater&
uideri ēt poſſunt eorum conſi.mō iam impreſſa.unde ſequēdo
has cōes do.ſi ipſe Anto.del pyna perſeuerauerit in ſuis ꝯfeſsio
nibus ex quo incertū eſt quis ipſorum tale uulnus mortale ita
lerit.d.q.Vincentio p̄p talem incertitudinem dico partes præ-
fati ſpectabilis.d. uicarij ſiue alterius qui iudicare habet fore,
& eſſe ad condemnandum prædictos inquiſitos ad pœnam tñ
pecuniariā in qua condemnatione ſi pœna erit limitata a ſtatu
to.illam poterit imponere & ad eam condemnare p̄dictos in-
quiſitos ſi aūt pęna pecuniaria nō reperiť taxata a ſtatuto, tūc
pęnam pecuniariam taxabit ſuo arbitrio minus tñ condemnan
do.d.Io.filium ſer Baldaſſaris Bruſſamolini & Ant.de Lang.in
plus autem condemnabit d.An.del pyna tanquam magis cul-
pabilem.conſiderabit itaque ipſe ſpecta. d. uicarius facultates
dictorum inquiſitorum & ſuo arbitrio cōdemnabit prædictos
ad pęnam pecuniariam mō, & forma quib. ſ. ſi pęna a ſtatuto
non reperitur limitata. P.Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Res ſacra & eccleſiaſtica,non poſſunt effici propria alicuius.*
2 *Laicus in iſtis poteſt ſibi quærere aliquod ius honorificum.*
Vt eſt ius patronatus.
3 *Et ius præcedendi,& ſedendi in loco eminentiori.*
4 *Laicus poteſt ſibi quærere iſtud ius honorificum , multipliciter & potiſsimum conſuetudine ſeu præſcriptione .*
5 *Qui tale ius honorificum habet , patronus & aduocatus dicitur.*
6 *Tale ius honorificum,poteſt etiam ſucceſsione acquiri.*
7 *Et idoneior & dignior ſucceſſor,alijs præfertur.& nu.8.eſto quod ad plures tranſeat.*
9 *Iſtud ius honorificum debet præſtari , nedum à laicis,ſed etiam ab ipſo adminiſtratore eccleſia.*
10 *Et ſi eripitur,agi poteſt contra eripientem,& nu. 11.*
12 *Et dicitur ex hoc affectus iniuria,& poteſt agi.& nu.16.*
13 *Iniuria committitur etiam rei.*
14 *Et re,& facto,nedum uerbo.*
15 *Et nedum præſenti,ſed etiam abſenti.*
17 *Non poteſt cōdēnari iniuriarum,qui non fuit in dolo,ſeu culpa.*
18 *Quæcunque cauſa excuſat à dolo.*
19 *Iniuria præſumitur facta , animo iniuriandi,niſi aliud probetur, & nu.21.*
20 *Non admittitur excuſatio,eſto quod iniurians dicat , non feciſſe animo iniuriandi.*
21 *Dolus conſiſtit in animo,& probatur ex coniecturis.*
22 *Animus declaratur uerbo,& facto.*
23 *Geſta à iudice præſumuntur geri ſine iniuria, ſecus quando geruntur à priuato.*
24 *Obtemperans mandato,in genere probibito non excuſatur propterea quin puniatur.*
25 *Agitur iniuriarum,quando fit contra honorem.*
26 *Inſcriptiones ſepulchrorum probant.*
Falſus in uno,in totum redditur falſus.

CONSILIVM. CXLIX.

IN Præſenti Cā uertente inter nobilē ac eximiū ar
tium &medicinæ doctorem.d.Hiero.Bretiū ſtel-
limaurum ex una, & Baptiſtā Angeli de Orzano
plebis Cinezani ex altera.vř prima facie dicendū.
ꝙ ipſe Baptiſta debeat abſolui & liberari tū quia ipſe.d.Hiero.
vř m lè tentaſſe actionē iniuriarum & non bene fundaſſe in
tentionem ſuā ꝯ eundem Baptiſtā,tū ēt quia vř ex parte ipſius
Bap.probatum,ſine dolo amouiſſe ſcānū,ſeu ſcabellū, quibus
conſideratis partes indicantis eſſe p̄ſupponunť in liberando &
abſoluendo,tñ rectius conſiderando , & facti ſeriē,& iuris di-
ſpoſitionem cir.utrumque uerior vř ꝯria opi.& primo aduertē
1 dum eſt.† Nam licet realiter res ſacræ &deo dicatæ,& eccleſiæ
non poſſunt effici proprię alicuius priuati.ita quod laicus quę
rat ſibi ipſarum proprietatem,nec in totum nec in partē , ut hř
in l.j.§.j.ff.de re.diu.& in l.ſacra.co.tit.& clarius inſti.eo.§. nul
lius.& in §.ſacræ.& in c.oēs baſilicæ & c. ſeq. xxj.q.vij.cū alijs
2 concor.† Tñ receptū eſt , ut ēt laicus in ędibus ſacris & in iſtis
religioſis & ſpūalibus,poſsit ſibi quærere aliquod ius honoriſi
cum ut puta ius p̄ſtandi,ius p̄cedendi & ius ſedendi in eminē-
tiori loco ut de iu.pa.p illū tex.plenè hř in c.q̄to extra de iud.
& in c.de iur.& per totū fere ti.extra de iu.pa. in antiq. & me-
3 lius in c.j.eo.tl.li.vj.& in cle.eo.tit.p totū,† & de iure p̄ceden
di ac ſedendi in eminentiori loco,hř.in c.piæ.& in c.frigentius.
xvj.q.vij.& in c.nobis in ſi.& ibi Abb.in ult.no.de iu.pa.in an
tiq.cū alijs addu. per Pau. de cittadi.in trac.de iu. pa. in vj.pte
prin.in j.q.ubi dicit Italos multū curare iſtos honores,adduc.
Gof.in ſum.eiuſdem rit.& iſtud ius honorificum à laico poteſt
multis modis quæri,inter quos ille receptus eſt,ut quęrať ꝯſue
tudine uel p̄ſcriptione declarando ut per Archi.in c.hortamur
lxxj.diſt.ut per Abb.& Fely.& alios in c.cām de præſcri.& per
eundem Abb.in conſ. cvj.caſus,uerſi.ij.principaliter in ij. li.&
ponit Alex.conſi.lxxv.uiſis.in ſi.in iiij.li.cum alijs accumu.per
Roc.de cur.in trac.de iu.pa.car.pe.& ſi.& per Pau.de citta. in
eo.trac.de iur.patro.in iij.parte prin.in quinta cā, ubi ꝯcludūt
ꝯſuetudine & p̄ſcript.poſſe tale ius quæri ēt a layco ſm Archi.
ubi.ſ.cuius opinio eſt uera.& iudicando & cōſulendo ſeruať
ab oībus,unde ꝯſiderādo tempus quo in d.eccľia anteceſſores
ipſius.d.Hiero.& ſucceſsiuè ipſe tenuerūt dictū ſcānū ſeu ſca-
bellū in loco.d.eccleſiæ unde fuit remotū ab ipſo Baptiſt. Cer
tū eſt cucurriſſe tp̄s habile ad cauſandū dictā p̄ſcri.& ꝯñr dictū
4 ius.† Itē ꝯſiderando gñalem conſuetudinē uigentē in d. loco,
ut nobiles & regulani dicanť aduocati.d.eccleſiæ. & poſsint te
nere ſcānum,ſeu ſcabellū in loco eminentiori.d.eccleſiæ. Et an
teceſſores ipſius d.Hieron.& ſucceſsiuè ipſe fuerit & ſint nobi

les.& regulani.iure dictante,uirtute dictæ conſuetudinis, meri
to potuerunt quærere, prout quęſiuerũt dictũ ius honorificũ,
deciſi.quibus.ſup. Nã ẽt ille qui habet dictũ ius honorificũ qñ
que non ſolum dr̃ patronus,ſed ẽt aduocatus.c.quia clerici. de
5 iu.patro.qui aduocatus dr̃ defenſor & curã habet defendendi
bona eccleſiæ, ↄñr nimirum ſi tale ius honorificum ſibi debeť,
& talis aduocatus ſeu patronus, nedum ↄſuetudine & pręſcri-
ptione ut.ſ̃.põt ſibi quærere tale ius honorificum, quinimmo
illud cõſequitur per ſucceſſionem ſuccedendo illi, qui tale ius
6 ↄſiuit,nedũ ſi ſuccedit ut ſuus,ſed ẽt ſi eſſet extraneus.† Nã per
ſucceſſionẽ,tale ius ẽt in extraneum transfertur. ut in c.j.& ij.
de iure patro.in antiq.& per Gofre. & Hoſtien. in ſumma dicti
tit.& per gl.magnam.in c.piæ mẽtis.xvj.q.vij.& in cle.fi. de iu.
patro.in clem cum alijs accumu. per Roc. de Cur.in d. tra. de
iu.patr.fol.xxa.col.j.& per Cita.in eo. trac. in ix. par.prin.q.j.
7 † & ut i dictis locis habetur nedũ tale ius trãſiret ad unũ tm̃ ſuc
ceſſorem,ſed ẽt ad plures, ſi plures ſunt. Et bene uerum ꝙ qñ
plures ſunt idoneior,& dignior præferendus eſt alijs arg.l.fi.ff.
8 de fid.iſtr.† & eorũ quæ notanť in l.ꝓcurator.C.de edẽ.cũ alijs
adductis per Roc.de Cur.in d.trac.fol.ix.col.ij.& iij.& in pun
cto ponit Pan.de citta.in ſimi.tract.in vj parte prin.uerſic. iij.
quæro & uerſ.v.ſi eſſent plures patroni. Vnde cum in facto cer
tum ſit tale ius honorificũ perueniſſe ad ipſum.d.Hiero.ex ſuc
ceſſione.q.nobilis do. Odorici de Rochabruna dicti de Sere-
gnano,ꝙ ita ↄſiderandum eſt in perſonam.d.d.Hiero. ſicuti cõ
ſiderabať in perſonam ipſius do.Odorici, & licet ipſe Baptiſta
conuentus dicat tale ſcãnum,ſeu ſcabellum fuiſſe.d.d. Vigilij
de Seregnano, & ↄñr ſuorum hæredũ, tñ ea hoc non tollit qđ
non fuerit.d.d.Odorici, & ↄñr ipſius do. Hiero. qui fuit & eſt
eius ſucceſſor & hæres,& ipſe.d.Hiero.tanq̃ dignior conſiderã
dus & præferendus eſt iuribus & deciſi.quibus.ſup. Quibus ac
cedat ꝙ tale ius honorificũ debeť illi,qui illud habet nedũ ab
9 alijs laycis, † ſed ẽt ab ipſomet adminiſtratore eccleſiæ ut hr̃ in
c.filijs.& c.quicunque.xvj.q.vij. & per doct.in c.nobis.in fi.ex
tra de iure patro.& in puncto ponit Pau.de Citta. in d.trac. in
10 vj.parte prin.in ij.q.in fi.† Hinc eſt ꝙ ſi talis honor denegatur
ſeu eripitur ꝙ põt agi ↄ eripientem.ut uo.in c.paſtoralis.de ap
pel.& c.cum Bertoldus.de re iudi.& in c.ſi decernimus.xvj.q.
vij.& per Abb.in c.cum aũt de iure patro.Ad quæ faciunt no.
per Abb.in c.quanto.prælleg.de iudi.circa fi.ubi uult ꝙ ſi lay
11 cus impeditur in iſtis iuribus hunc,iſi. is.† Prout ẽt in iure ſu
nerandi,& ſepulturæ,ꝙ põt agi ↄ talem impedientem,& a for
tiori,ↄ eripientem tale ius & Bal.ibi quem refert & ſequiť An-
dr.Barb.in addi.ad Abb.ferè in terminis, dicit quod ſi qs per
12 uiolentiam repellatur a iure patro.† & ſic a iure honorifico ſi-
bi debito quod dr̃ affici iniuria ꝓp quam põt agi ↄ ipſum ẽt co
ram iudice ſeculari.ſed nulli dubium ꝙ corã eccleſiaſtico agi
põt actione iniuriarum,ut ibi dicit Phil.Dec.col.fi. & oẽs con
cludunt ꝙ committiť iniuria,& quod põt agi iniuriarum, ꝙ vr̃
decidere caſum pñtem, ẽt ſi hoc fuiſſet commiſſum ab ipſomet
adminiſtratore eccleſiæ.¶ Ex quibus quoq; inferť ꝙ iniuria ẽt
committiť rei & iuri incorporali,prout de re eſt tex.in l. ſi ſta-
13 tua.ff.de iniu.cum ſimi.† Quo ſit,ut ipſe.d.Hiero.dicatur uere
iniuriatus per ammotionem dicti ſcamni, ſicut in ſimili dicit
tex.in d.l.ſtatua.ꝓp quã ammotionẽ,bene potuit agere iniuria
rũ,ut eſt ibi tex.in terminis, prout ẽr agere potuit ꝓp tale ius
honorificum ſibi ſublatum propter talem ammotionem, ut
dicunt omnes. in d. c. quanto. & etiã certum eſt ꝙ iniuria ne
14 dum uerbo,† ſed re & facto cõmittiť l.j.§. iniuriarũ.l.lex Cor
nelia.§.ſi quis librum.ff.de iniu.& inſti.eo.§.j.& ꝑ Azo.in ſum.
15 eod. tit † Prout ẽt uerum eſt,iniuriam nedum pñti ſed abſenti
fieri poſſe.ut.l.item apud.§.conuitium.ff.de iniu.& C. eo.ti.l.
ſi quidẽ.Quib. bene animaduerſis,apertę patet ꝓ dicta ammo
tione ſcamni,eidem.d.Hiero.fuiſſe illatam iniuriam, ↄñr eidẽ
16 iure permittente licitum fuiſſe agere iniuriarum. † prout egit,
& quod in d.loco & eccleſia,& in alijs uicinis & cohærentibus
tale ius honorificum poſſit quæri per nobiles & regulanos con.
ſuetudine,& qñ eſt ita quæſitum ꝙ poſſit tolli per quamcunq;
perſonam,& caſu quo ſcamnum,ſeu ſcabellum tolleretur de lo
co digniori ubi poſitũ erat & poneretur in loco inferiori,ꝙ ↄ
mittatur iniuria & poſſit agi iniuriarũ ↄ illum talia perpetran
tem expreſſ: deponunt magnifici & excellen. uiri producti in
teſtes per ipſum.d Hiero uidelicet,magnificus.d.Io. Cõtes de
Tolaco,& magnificus.d.Balthaſar de Cluſiu. & excellens do.
Io.Baptiſta Galaſius,& d.Fran.de ſalc,& notorium eſt dictã cõ
ſue.extare,quæ nobilibus & regulanis dictum ius honorificum
17 concedit,† & quod per ammotionem ſcamni cõmittiť iniuria.
unde attenta nobilitate.ipſius do. Hieron dignitate uerificata
inſuper per priuilegia & ſcripturas ꝓ̃ſtatas, attenta ẽt ignobi-
litate dicti Baptiſtæ ammouentis ſcamnum, iuſtus iudex eius
arbitrio taxare poterit dictam iniuriã, uel prout petitum eſt ꝑ
d.d.Hiero.uel prout eius ſano arbitrio melius uiſum fuerit, ut
plene no.in l.iniuriarũ æſtimatio.ff.de iniur.& per Abb. & Ca
no.in c.j & fi.extra de iniu.& dãno. dat.& per Ang.Aret.in ſti.
de iniur.in § pœna.& in §.in ſumma. patet itaque iniuriam per
dictum Baptiſtam fuiſſe illatam ipſi d. Hieronymo qui in-
iuriatus bene agit iniuriarum actione & optimẽ eius intentio-
nem probauit,ſolum ſupereſt ut diſcutiatur an cauſæ & defen
ſiones ad ſui excuſationem allegatæ per ipſum Baptiſtam ha-
beant ipſum iuuare ita quod condemnari non poſſit cum ut
iniuriarum condemnari poſſit neceſſe ſit ꝙ fuerit in aliquo
dolo uel culpa,aut in aliquo defectu cum alias iniuria non cõ-
mittať ſine effectu iniuriandi,ut in l.illud.ff.de iniu.& l. qui in
iure.in prin.& l.uerum.ff.de fur.& l.ſed & ſi quacunque.§.iniu
riam.& §.ſi magiſter.ff.ad leg aqui.& l.ſi non ↄuicij.C. de iniu.
& in dubio non eſt præſumendum ꝙ hoc fuerit animo iniuriã
di ut in ſimili no.in l.iniuriarum.§.is qui.ff.de iniu.ubi gl. not.
18 & Ang.in d.l.iniuriarũ.§.ſi quis,de honoribus.† Prout ẽt qñ
quæcunque cã ẽt iniuſta & beſtialis vr̃ excuſare a dolo.l. igitur
§.& gñaliter.ff.de libe.cau.& eſt tex.cũ gl.in l.j.in fi.ff.de abi-
ge.& gl.in l.plagij.C.ad l.flaui.de plagia.& facit etiam gl.in c.
j.§.fi.in titu.de t.Corra.& ulterius plures uidentur colligi con
iecturę ꝙ dictus Baptiſta non fuerit in dolo,nec in culpa. Pri-
ma quia ipſe amouit ſcamnum de mandato & ordinatione re-
ctorum dictæ eccleſiæ.Secunda quia ante ammotionem fuit pe
tita licentia ab hęredibus.d.Vigilij.Tertia quia ea cã fuit am-
motum pro peragendi negocijs dictæ eccleſiæ, tñ iſtis non ob
ſtan.conſiderando facti ueritatem,& iuris diſpoſitionem, ↄtriũ
19 vr̃ uerius.† Illud.n.certum eſt quod iniuria præſumiť cõmiſ-
ſa,& facta animo iniuriandi,niſi aliud probeť,cõis eſt conclu-
ſio oĩum per illum tex.& gl.in d.l.ſi non cõuitij.& l.j.C. ad leg.
20 Cor.de ſiccar.& in l.iij.ff.de iniu.† Nõ.n admittitur excuſatio
eſto ꝙ iniurians dicat non feciſſe animo iniuriandi,ut eſt text.
in c.j. ubi Cano.multa adducunt extra de præſum.& ratio eſt
qm̃ facere uel committere iniuriã eſt prohibitũ omni iure ẽt
naturali,& ideo nullus excuſať eã cõmittendo ſiue ſit ruſticus
ſiue maſculus ſiue fœmina,ut hr̃ per gl.& alios in l.uenia.C.de
in ius uocan.& per gl.in l.fi.§.licet.ff.de publi.& per Ang. in d.
l.plagij.cũ alijs adductis per Bar.Cæpolã ↄſi xxj.Ego Bartho-
lomeus.col.pe.uer.& ſi dicať,& ↄſi.xxiiij. Viſa accuſatione. col.
21 ij.aſtringimur.n.oĩ iure alteri iniuriã non inferre. † Quo fit ut
qñ quis iniuriã infert doloſẽ ꝓ̃ſumať iſtud facere.Cũ.n. dolus i
animo ↄſiſtat.§ aliæ.ubi gl.& doct.inſti.de actio. ita clare pro-
bari nõ põt,ſed ex ↄiecturis indicijs & facti qualitate colligitur
l.dolũ.C.de dol.c.fi.de renũ.li.vj.l.j.C.ad l.Cor.de ſica. & d.c.
22 j.de ꝓ̃ſump.† Ita.n.facto declaratur animus ſicut & uerbo.l.de.
quib.in fi.ff.de lib.l.Paulus.ff.rẽ ra.ha.l.ſi non reprehẽdẽda.C.
de inſti.& ſubſti.ↄñr ↄſiderãdo actũ geſtũ ꝑ ipſum Baptiſtã, q.
in clarã & notoriã ipſius.d.Hierõ.factus pparet ut.ſ̃.deductũ
eſt nõ põt aliud ꝓ̃ſumi,niſi qđ dolo ꝑ ipſum factus & geſtus fue
23 rit deciſio.quib.ſ̃.† Nec obſtat gl.& dictũ Angeli in d.l.iniu-
riarũ.§.is qui iure & §.ſi quis de honorib.q a loquunť qñ actus
geriť a iudice,ut tũc in dubio ꝓp iuriſdictionẽ ꝓ̃ſumať geſtus ſi
ne animo iniuriãdi,ꝙ ſecus eſt in priuato,& ita declarat Bart.
Cępo.ↄſi.lxxj.Viſa prius.col.iij.uerſ.nec in dubio eſt ꝓ̃ſumẽdũ
ꝙ ẽt probať ꝑ dictã.l.ſi nõ ↄuitij.cũ alijs.ã.adductis, ex qb.ne
ceſſario inferť ꝙ ipſe Baptiſta nõ põt ſe iuuare dicẽdo, nõ feciſ
ſe animo iniuriãdi,& ꝙ in dubio nõ ꝓ̃ſumiť dolus, nã ↄtriũ eſt
uerius ꝑ ſuperius adducta, & ẽt qa ſi hoc eſſet oĩa ferè delicta
eſſent impunita ut dicit Bar.Cępo.in d.ↄſi.xxj.& xxiiij.uerſ.ꝓ̃-
allegatis.ex quo quiſq; poſſet ſe excuſare dicẽdo,nõ obſtat alia
excuſatio ꝙ hoc fecerit de mãdato & ordinatione rectoris di-
ctę eccleſiæ,nã tale mandatũ nõ excuſat ipſum mandatariũ Ba
ptiſtã facientẽ ea quo tractamus de his q̃ ſunt de genere prohi
24 bitorũ omni iure,ut.ã.dixi.† Conſequẽter ipſe Baptiſta non
debebat obtẽperare & obtẽperãdo teneť & incidit in pęnã, ut
no.Bar.in l.non ſolũ.§.ſi mandato.ff.de iniur.cum alijs not.per
Bal.in l.liber homo.ff.ad l.aquil.& per Ang.de Maleſi. in uer-
bo ſempronium mandatorem,uerſi.iiij.q̃ro cum alijs adductis
ꝑ Bartho.Cępo.ↄſi.xxxiiij.xxxv.xxxvj.& duobus ſequ. & tãto
magis

magis prædicta procedunt qm̃ de iure ipſemet rector eccleſiæ non poterat tollere dictum ſcabellum ut ſuperius probatũ eſt, & ipſe Baptiſta non excuſatur errando in iure & credendo, ꝙ rector poſſet mandare cum fecerit ea, quæ omni iure ſunt prohibita & error iuris non excuſet. ut iura uulg. minus ẽt iuuat dum dicit petijſſe licentiam ab hæredibus.d.d. Vigilij, tũ quia iſtud minimè probat, tũ ẽt quia ſi probaret adhuc nõ deberet habere excuſationẽ, nã ipſe.d.Hiero. eſt regularis & aduocatus dictæ eccleſiæ
25 † & reſpectu.d Scãni.ita habebat ius honorificũ ſicuti habebant hæredes.d.d.Vigilij, nã tale ius apud plures eſſe põt & qñ apud plures eſt ille uenit ꝯſiderandus, qui eſt dignior nobilior & magis honoratus de uno quoq; iſtorum ſuperius ſigillatim dictũ eſt,& ꝯſiderando qualitates hæredũ.d.d.Vigilij & ipſius.d.Hiero.oĩbus patet eundem & digniorẽ honorib.ac nobiliorem eſſe conſideratis priuilegijs & ſcripturis pñtatis, unde licentia ammouendi ſcãnum erat ab ipſo petenda, nõ aũt an hæredibus.d.Vigilij,& qm̃ incõſulto eo ac inuito ſcãnũ fuit ſublatũ certa affectus fuit iniuria pro qua agere põt cũ perſonam & eius honorẽ ꝯcernat, ut dicit Bar. & alij doc.in l.iiij.§.Cato.col.pe.ff.de uer.obli.cũ alijs ibi accumu. p. Mod. repe.minus ẽt poterit ſe iuuare ipſe Baptiſta aſſerendo dictũ ſcãnum fuiſſe ammotũ ꝑꝑ neceſsitatẽ eccleſiæ. ut in eodẽ loco poneret armariũ rerũ eccleſiæ ꝑdictæ, nã ꝯſiderãdum eſt ꝙ ꝑꝑ hanc cãm, ita ꝑcipitanter propria auctoritate & incõſulto ipſo.d.Hiero.iſtud fieri nõ licuit, ut ſuperius apertiſsimè probatũ eſt, ꝑterea ſi ipſe ſuſtulit dictũ ſcãnum hac de cã ſaltẽ debuit illud ponere in alio loco.d.eccleſiæ digniori & eminentiori, ubi poni tunc cõmodè poterat dico in loco ubi mõ ſepultus apparet ille nobilis de familia triultiorũ, qui tunc tẽporis ibidẽ ſepultus non erat ut indicant inſcriptiones.d.ſepulchri & monu
26 menti iuxta no.in l.monumentorũ.C.de reli.& ſum.fu. † Et ea quæ hñr in c.ſane, el.ij.xxiiij.q.ij.& per Abb.in c.cũ cãm.colu.ij.uerſi.dico ergo.de proba.& per d.Ant.in c.j.col.aiij.de fi.inſtr.& licet aliqui teſtes producti per ipſum Baptiſtã dicant tpe ammotionis dicti ſcãni dictum monumentum & ſepulchrũ ex
27 tare tñ falſum deponunt.† Ex quo infert quod cum ſint falſi in uno ẽt in minimo ꝙ in totũ reddunt falſi.c.ſi ad ſcripturas, & ibi gl.ix.diſt.cũ alijs accumu.per Fely.in c.licet cãm.colu.v.de prob.& in c.fraternitatis.de teſti.& in c.fraternitatis de hær.& ponit Gandin. in rub.de falſ.uer.queſ. utilis. & prac.Pap. car. xxxj.col.j.in prin.uerſi.ſed quid dicendum.& Alex.conſi.xxix. & conſi.xlvij.lib.ij.& ponunt Mod.in l.ſi ex fal.C.de tranſ.prꝰterea ſaltem dictum ſcamnum debuit poni ante ſcamna ruſticorum exiſtentia in d.eccleſia prout prius poſitum erat & qualitas & dignitas ipſius.d.Hiero.expoſcebat ut ita poneret, ꝙ cum factũ non fuerit quinimmo ipſe Baptiſta illud poſuit poſt ſcamna ruſticorum certe nulla ratione excuſabili dici poteſt, quin iſtud factum non fuerit ad claram & notoriam iniuriam ipſius d. Hiero. ex quo apertiſsimè colligitur dolus & animus ipſius Baptiſtæ amouentis ſcamnum ad iniuriam ex quo ſequitur, ꝙ talis iniuria debet eſſe punibilis tum attenta facti qualitate, & quia ſumus in prohibitis omni iure, tum etiam quia nulla cadit uériſimilis & iuridica excuſatio in perſonam ipſius Baptiſtę ammouentis ſcamnum.

Pariſius Paduæ

SVMMARIVM.

1 *Per tranſactionem, an uideatur remiſſa actio criminalis, & quando, & nu.4.8.9.& nu.17.*
2 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
3 *Poteſt agi criminaliter quando adhuc nulla actio fuit intentata*
4 *Non obſtãte pacto, & tranſactionibus facta ante actionem inſtitutam poteſt adhuc agi criminaliter.*
5 *Reſeruatio iuris operatur melius, nu.20.23.*
6 *Finita tranſactione non poſſunt ulterius ſuſcitari.*
7 *Tranſactio poteſt fieri ſuper lite futura, & quæ timetur.*
8 *Et ſi fuit generalis extenditur ad omnia.*
9 *Extenditur ad connexa, & acceſſoria.*
10 *In tranſactione ſufficit cogitatio in genere.*
11 *Super furto poteſt tranſigi, & nu.12. & ſeq.*
13 *Tranſigi poteſt ſuper crimine ingerente pœnam ſanguinis, & ſeq.*
14 *Reus tranſigens habetur pro abſoluto.*
15 *Qui deſtitit ab actione ciuili non admittitur ad accuſandum ſuper eodem facto.*
16 *Qui dicatur deſtitiſſe, & nu.18.*
17 *Tranſigens quando poſſit accuſare.*
19 *Si tranſactio ſit poſt proceſſum inchoatum.*
20 *Reſeruatio, & caſus exceptuatus includit alia.*
21 *Pro errore calculi non competit criminalis, ſed ciuilis.*
22 *Errans non dicitur in dolo, & delicto.*
23 *Vna actione electa excluditur alia.*
24 *Impeditur cumulatio quando abſolutoria, &c.*
25 *Deſiſtens non poteſt ulterius agere criminaliter.*
26 *Geminatio operatur.*
27 *Quo caſu procedat l.i.C.quando ciui. act.*

CONSILIVM. CL.

CONSIDERATA Facti narratione vř prima facie dicendum ꝙ.d. Alber.& d.Georg.filij,& hæredes q.magnifici.d.Georg.puchimer olim capitanij caſtri inni poſsit criminaliter agere de furto ꝓut agunt ꝯ ſer Gaſparinum Granellum, nam licet inter ipſos ex una & dictum Gaſparinum ex altera redditis rationibus per eundem de adminiſtratis,& exactis per eum fuerit facta tranſactio tñ non apparet in inſtrũ tranſactionis.d. Gaſpa. fuiſſe remiſſam aliquam actionem criminalem qua tenebatur ipſis.d.
1 Alb. & Georg. † Et conſequenter per eam non vř fuiſſe ſublata actio criminalis cõpetens ipſis, ut hř in l.age.& in l.ſi de certa.& l.ſub prætextu.la.ij.C.de tranſ.& in l.ſi ita quis. ff. de uer. ob.cum ſeq.ibidem alle.per Bar. & alios uolentes ꝙ nunquam tranſactio extenditur ad ea quæ nõ fuerant petita ſeu ꝓſequuta aut cogitata, ut ẽt not.Can.maximè Imol.& Pano. in c.j.de
2 tranſa.† Et cõprobantur ex illa trita regula, quæ habet ꝙ limitata cã limitatum producit effectum. l.in agris. ff. de acqui.re. do.l.milites agrum, ff. de re mil.præterea per ipſos.d. Albe. & Georg.non apparet fuiſſe intentatam aliquem actionẽ nec ci-
3 uilem, nec criminalem ꝯ ipſum ſer Gaſpar. † & ꝯñr cum nulla actio ciuilis ſit intentata, nec pendeat non vř eſſe ꝓhibitum agere criminaliter actione furti, prout agunt, ut eſt tex.in l.j.& ibi ſcrib.oẽs.C.quan.ciuil.ac.& no.per Bar. & alios in l.inter-
4 dum.ff.de publ.iud.& in l.ij.§.ſi.de ſepul.uiol.† Præterea tranſactio, & pactũ non operant, ut non poſsit agi criminaliter, & qñ ſit pactũ aut tranſactio ante accuſationem inſtitutam non ualet,& ipſemet qui remiſit per pactum uel tranſactionem, poterit accuſare, ne delicta remaneant impunita, ut hř in l. ij.§.ſi his.ubi Bar.& alij.ff.de ſepul.uiol.not.gl.in uerbo, non liceat, & ibi doc.in l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact.& glo. fi.& ibi Bal.& Sal.in l.accuſationem.C.qui accuſ. non poſ.& ponit Bart.in l.ſi maritus.§.ſi negauerit.col. ij. ff.ad l.Iul. de adult.& gl.in uerbo, licet,& ibi Bar.Cy.& Rayn.in l.trãſigere. C.de trãſ. ubi Ale.col.ij.dicit hanc eſſe communem opinionem, quando pactũ,& tranſactio fiunt ante accuſationem inſtitutam, & quia in caſu præſenti ita vř facta concludendum vř ipſoſmet do. Albertum & Georgium paciſcẽtes & tranſigentes poſſe criminaliter agere & accuſare dictũ Gaſparinũ nõ obſtante dicta trãſa
5 ctione. ¶ † Eo potiſsimè quia in trãſactione reſeruarũt ſibi ius agendi ſi in ea erratũ fuiſſet, q̃ reſeruatio habuit ꝯſeruare ius ipſorũ, ut larè ꝑ Bar.& alios in l.non ſolũ.§.morte.ff.de ope.no. nun.& per Cano.in c.cũ.M.Ferrarięſis.de ꝯſti.& in c.ſollicitudinẽ.de appel.Iſtis tñ nõ obſtan.rectè ſeriẽ ueritatis conſiderãdo ꝯrium vř uerius ꝙ ſtante dicta trãſactione ipſi do.Albertus & do.Georgius non poſsint agere criminaliter ꝯ ipſum ſer Gaſparinũ ad ita dicẽdũ moueor, qm̃ ipſi coegerunt dictũ ſer Gaſparinũ quẽ detinebant in Caſtro ad reddendũ rõnem de adminiſtratis, geſtis,& exactis per ipſum tpe quo uiuebat eorum pater & reddita rõne & factis cõputis & calculationib. inter eos ipſe ſer Gaſparinus remanſit eorũ debitor in rainenſib. 1428. & ſol.vij.& demum trãſigendo ex quo in dicta calculatione & redditiõe rõnis, poterat eſſe error, ex cã qa ipſe ſer Gaſparinus pertractauit bona,& exegit introitus & debitores dicti caſtri, & qa ẽt ſoluit aliquas pecunias, de quib.ipſi.d.Alber.& Georgius tanq̃ abſentes & inexperti poterãt habere iuſtã ignorãtiã. & ẽt qa poterat error interuenire nedũ in dictis rebus, ſed ẽt in alijs ꝑtinentib.ad iuriſdictionẽ & ad bona dicti caſtri, tũ ẽt qa rõnes poterãt eſſe in aliquib. duplicatæ & in aliquib. omiſſæ, ꝓpterea ambæ partes uoluerunt ꝙ ĩ.bienniũ tũc futurũ ſi reperiret aliquis error, ꝙ uiciſſim & reciprocè deberet emẽdari & corrigi & refici ita qđ ꝑꝑ dictũ errorẽ nulla dictarũ partiũ remaneret ĩ dãno,& ulterius alia die dũ ipſe Gaſparinus eẽt in d.Caſtro facta dicta cõpoſitione & trãſactione inde nõ potuit exire, niſi præſtitiſſet fideiuſſores de ſoluendis dictis rainenſib.

2418.& ſolu.vij. & ulterius coactus fuit dare fideiuſſores pro
alijs rainenſibus quingentis caſu quo fuiſſet lactus error in di
ctis computis & calculationibus & rônibus redditis ſi per er-
rorem ipſe Gaſparinus reperiretur debitor in dicta ſumma rai-
nenſium.500.& ſi reperiretur debitor in ulteriori ſumma, uo-
luerunt ipſum obligari ad ſolutionem ipſius, qua tranſlatione
facta Gaſparinus ipſe ſatisfecit & ſoluit integram ſummam in
qua ſe debitorem conſtituit, quibus conſideratis apertè patet,
partes ipſas noluiſſe in totum recedere ab omni controuerſia,
tam ciuili quam criminali quæ inter eas poterat exiſtere uirtu
6 te dictæ adminiſtrationis & cauſarũ prædictarum.† Per quã trã
ſactionem receſſum fuit ab omni lite tunc præſente ſeu futura,
quę per tranſactionem ipſam,fuit finita & ſopita, & ideo ulte-
rius ẽt de nouo intẽtari & reuiuiſci nõ põt.l.cauſas.l.fratris.C.
de tranſa.c.j.de litis conteſta.lib.vj.cum alijs uulgaribus, cum
enim uoluntariè dicta tranſactio facta appareat ſeruanda eſt l.
j.ff.de pactis.l.non minorem.C.de tranſact.cum alijs not.in l.
7 ſicut.C.de actio.empt.& uendi.† Licet enim non fuiſſet quæ-
ſtio mota,& controuerſia in iudicium deducta,tñ quia erat ti-
mor litis futuræ, quo ad tranſactionem ſiẽdam & ualidam idẽ
operatur ipſe timor litis futuræ,ꝙ operatur ipſa lis, cum nedũ
ſuper lite mota ſed etiam ſuper mouenda tranſactio poteſt fie
ri,ut notat.in d.l.cauſas.& in l.ij. C.de tranſa. & in l.iij. ff. eod.
tit.& ponit Alex.conſi.alij.Super premiſſa.col.antepe.in j.lib.
Quæ tranſactio conſideratis uerbis ipſius eſt ualde generalia
ſuper omnibus geſtis exactis & ſolutis per ipſum Gaſparinum
quomodocunque & qualitercunque de quibus omnibus quæ
8 mõ petuntur fuit cogitatũ per ipſos tranſigentes.¶ † Quo fit
ut ad omnia debeat extendi, & ſic ad ea quæ mõ criminaliter
petunť,ut eſt tex.& ibi Bar.& alij.in l.cũ aquiliana. ff.de tranſ.
& eſt gl.& ibi not.doct.in l.de his.ff.eod.tit & ponit Bart.in l.
Aurelio.§.Gaio.ff.de libe.leg.& Alc.conſi.xj. Viſo. col.iiij.li.
ij.ubi dicit hoc probari per text. expreſſum, in l.ſub prætextu
C.de tranſa.& ibi ſcrib.om.hoc firmant allegantes ad id alias
deciſiones,& ponit Bar.in l.fi.§.idem quæſiuit.ff.de condi. in-
9 deb.† Quod confirmatur quoniam tranſactio extẽditur ad cõ
nexa & acceſſoria ut probat in l.ſi de certa.& l.age. & l. ſub p̃-
textu.C.de tranſa.& Pau.& Ale.in l.ij.in prin. per illum tex.ff.
ſi quis caut.dicunt quod tranſactio facta ſuper ſorte etiam ope
ratur ſuper pęna,de quo plenè per Fely.in c.ſuper literis. colu.
10 xiij.extra de reſcrip.¶ Et etiam quia ſufficit cogitatio in gene
re.l.qui iure militari.ff.de teſt.mil.per Bar.in l.fi. C. in quibus
cau.reſti.in integ.non eſt neceſſaria & in d.l.ſub prætextu.ubi
diffusè Moder.nec obſtat ſi dicatur quod ſuper crimine furti
quod mõ intentatur non potuit fieri trãſactio cũ ſit crimẽ pri-
uatum & nõ ingeret pęnam mortis,ut not.doct.maximè Bart.
per illum tex.in l.trãſigere.C.de tranſa.col.iiij.uerſi. quæro qd
11 in priuatis criminibus.¶ † Nam aduertendum eſt quod ſuper
furto non põt tranſigi ut hẽ in l.athletas.§.fin.& l.ſeq.& ſeq.&
ibi gl. Bal.& alij not.ff.de his qui no.infa.qui tex.loquitur pro
prie in furto & gl.& doct.illum intelligunt procedere in tran-
ſactione quæ ſuper furto fieri põt,& licet tex.ille iuncta gl. di-
cat talem tranſactionem inducere infamiam & confeſsionem
delicti,tñ quod licitè omni reſpectu, poſsis ſuper furto tranſi-
gi ea parte utriuſque dico probari in d.l. tranſigere iuncto ſta-
tuto municipali, ꝙ pro furto imponit pęnã mortis & ſangui-
nis,unde conſiderata pœna quæ per ſtatutum imponitur, ſup
crimine furti & iuncta diſpoſitione,dictæ.l.tranſigere & eius ra
tione, licet crimen ſit priuatum tñ ſuper eo permiſſa eſt tranſa-
12 ctio.† Et licite põt fieri ea utraq; parte ex quo debet attẽdi qua
litas pœnę & non titulus criminis,ita Cyn. in iij. q. & Albe.de
Roſa.& Io.Fab.& Saly.col.xij.& Pau.de Ca.col.ij.in d.l. tranſi
gere.& Iaſ.ibi expreſsè hoc ponit col.ij.uerſi.item attende, qui
adducit Ant.de But.in c.j.de colu. deteg. & hoc idẽ ibi ponit
Io.de Ana.col.xj.uerſ.nunquid ſit licitũ. & ſic patet quod ꝯſi-
derato ſtatuto ſuper crimine furti põt licitè tranſigi & cũ tran
ſactio ipſa ſit permiſſa ea ea ſequunť effectus,q reſultãt ex tran
ſactione licita & permiſſa ſuper crimine ſuper quo põt trãſigi
qñ ea eo uenit imponẽda pęna ſanguinis p. d.l. trãſigere. cum
13 ſimi.† Qui effectus not.per Ale.Iaſ.& alios ſcrib.ibi poſt Pau.
de Ca.& alios antiquos.inter quos ille propriè ptinẽs ad caſũ
noſtrum eſt, ꝙ qñ ſit tranſactio ſuper crimine ingerente pęnam
ſanguinis ante accuſationem inſtitutam,ut eſt in caſu præſenti
talis tranſigens non põt reum amplius accuſare,ita Alex. in d.
l.tranſigere.colu.j.uerſi.& ſimiliter prodeſt poſt Bal. ibi.col.
iij.uerſi.oppono tertio.& Mod.oẽs ſequunť & maximè Iaſ. co
lum.j.& ij.uerſi.iij.quia adducentes tex.in l.qui deſtitit.ff. ad
turpil.& alias deciſio.& Pau.de Ca.ibi col.antepe.uerſi.in tex.
14 ibi tranſigere.† Idem firmat etiam in caſu fortiori,& col.j.cir.
uerſ.ſecundus articulus.& uer.iij.& ult.ubi uult quod qñ tran
ſactio eſt licita & accuſator eſt ille in quem fuit ꝯmiſſum cri-
men qđ reus trãſigens hẽ pro abſoluto ita quod tranſigens nõ
põt amplius accuſare,& Alex.in d.l.trãſigere.col.iij. uer.in gl.
magna.idem firmat & col.iiij.qñ fit an accuſationem ſuper cri
15 mine permiſſo.† quæ ꝓprobari põt per l.qui deſtitit.& ibi glo.
no & Bar.ff.ad Tur. ubi Bar.uult ꝙ ille qui deſtitit ab actione
ciuili,non admittit ad accuſandum criminaliter ſuper eodẽ fa
cto,ꝙ ẽt tenet Alex.in additio.ad Bar.in d.l.accuſationem.C.
qui accu.ꝙ ꝓpriè uerificať in caſu pñti,cũ iſti.d.Albe.& Geor
gius deſtiterunt ab actione ciuili mediante tranſactione ꝑmiſſa
ꝯtra non admitti debent ad accuſandum criminaliter ſuper eo
16 dem delicto.† Et ille dř deſtitiſſe qui cum aduerſario ſe com-
poſuit.l.ab accuſatione. ff. ad turpil. & gl.ibi intelligit qđ qñ
iſtud fit tranſigendo,& Bar.ibi & in §.j.dicit hoc fieri per actũ
ꝯtrarium accuſationi,ut in l.deſtitiſſe.eod. tit. & quod iſti aperto
deſtiterint probatur ex dictis Bar.in l.j.§.ſi quis aũt.ff. ad tur-
pil.in caſibus enim ingerentibus pœnam ſanguinis licita eſt
tranſactio ex utraque parte ẽt ante accuſationem, & hoc mõ
procedant ſuperius dicta ſecus ſi fieret in caſibus prohibitis.
17 † Tunc.n.non prohiberet tranſigens accuſare,& in iſtis termi
nis procedit gl.in d.§.ſi paciſcar.,cum alijs ſuperius in ꝯtrarijs al-
legatis,& ita pũctualiter declarat Pau.d.§.ſi paciſcar. in diſtin.
quã ibi ponit,& eſt gl.in d.l.accuſationẽ.C. qui accu. non poſ.
& ibi Bal.col.ij.& Saly.col.fin.& bene faciunt not.in l.q̃uis.&
ibi gl.& Saly.C.ad turpil.& ẽt quæ ponuntur per Bar.in l.quę
18 ſitum.ff.ad turpil. † Quæ ẽt comprobari poſſunt ex his quæ di
cit Azo.in ſumma.C.ad Turpil.col.ij.uerſi ſed & qui tranſigit
ubi uult quod qui tranſigit cum aduerſario dř deſtitiſſe. d.l.ab
accuſatione & reſpectu rei tranſigentis non diſtinguitur, ſup
quo crimine fiat tranſactio, quia eo ſemper licet tranſigi.
19 ¶ † Quæ tanto magis procederẽt,qñ talis trãſactio fuiſſet
facta poſt proceſſum inchoatum.Quo caſu tranſigens non poſ
ſet amplius accuſare per dictam.l.qui deſtitit.& l.mulier.§.fin.
ff.ad turpil.& l.q̃uis in fi.C.eod.& l.j.C.de gene.aboli. & per
Bal.in d.l.ſi maritus.§.ſi negauerit.in quæſtio.fi.cum alijs not.
per Bar.in d.l.trãſigere.col.iiij.uerſi mihi vř. & uerſi. prædicta
uera & uerſi.procedo ulterius.qñ aũt ſit ẽt ante accuſationem
ſuper crimine permiſſo, ut eſt caſus præſens attento ſtatuto ta
lis tranſigens ulterius accuſare non poterit de cæ. quibus. ſup.
q̃ rurſus apertiſsimè ſuadenť ꝯſiderata reſeruatione p ipſas par
tes trãſigẽtes exceptuata i dicta gñali trãſactione,quã uoluerũt
habere locũ & procedere in omnibus alijs caſibus excepto ca
ſu reſeruato,quæ reſeruatio ſolum excludit caſum reſeruatum
20 ut non compręhendatur in dicta trãſactione. † Alios enim om
nes admittit,ut notat Bar.& alij in d.§. morte & Cano. in d.c.
cum.M.& d.c.ſollicitudinem.ſicut dicimus de caſu exceptua-
to,qui ſolus excluditur, & omnia alia admittit,ut habetur in l.
nam quod liquidæ.§.fi. ff. de pen. leg.& in l.in his.ff.de legib.
unius enim excluſio eſt aliorum incluſio.c.nonne.de pręſump.
l.maritus C.de procu.l.cum prætor.in prin. ff. de iud. unde cũ
partes ipſę tranſigentes uoluerunt dictam tranſactionem pro-
cedere generaliter & omni caſu,& quod perpetuo deberet ſer
uari niſi reperitur aliquis error manifeſtiſsimè colligitur, qđ
in omnibus alijs debet eſſe firma & ualida niſi in caſu erroris
reſeruato & exceptuato,ex quo infertur quod uirtute dictæ re
ſeruationis,& etiam attenta diſpoſitione iuris,ſi ipſe domi. Al-
bert & Georgius prætendunt fuiſſe & eſſe errorem in aliquo
capite dictæ tranſactionis rationis redditæ & calculationis ut
puta quia fuit aliquid omiſſum ſeu duplicatum bene licitũ eſt
eis illud oſtendere & ciuiliter agere non autem criminaliter
prout agunť,ciuilis enim competit actio pro dicto errore non
criminalis,ut probatur in l.unica potiſsimè in fi.C.de erro.cal
21 cul.& C.ubi de ratio.agi.opor.per totũ. † Quæ uia ciuilis per
ipſos electa debet eis patere & eam debent proſequi.l.ſi mulier
in fin.ff.quod metus cau.nõ enim patitur æquitas,ꝙ quis pro-
ſequať cauſam criminis & inſtet conuentionem impleri, repel
litur enim tanquam ꝯtrarius ut dicit tex.in l.j. C. de fur.& ad ca-
ſum præſentem ſatis accomodať, nã cum partes ipſę exceptua-
uerint & reſeruauerint caſũ erroris certe excluſerũt oẽm dolũ
22 & fraudem.† Qui.n.errat non conſentit.l.ſi per errorem.ff.de
iuriſdi.

iuriſdi.omnium iudi.& delicta,ut eſt furtum non poſſunt com mitti ſine dolo & conſenſu.l.j.l.qui iniuriæ.ff.de furt.l.j.ff. ad legem Cornel.de ſicar.l.ſi nõ conuicij.C.de iniur.cum ſimil.unde cum ſibi reſeruauerint ius agendi pp errorem, non poſſunt agere pp dolum,prout modo agunt & ideo actio ciuilis eis reſeruata competit non uero criminalis a qua deſtirerunt tranſigendo ut ſupra,& ad illam caſu quo competijſſet amplius redire nõ poſſunt cum tranſactio fuerit facta ſuper caſu permiſſo,
23 ut ſuperius de ſingulis ſigillatim dictum eſt.† Et coadiuuant nam per talem reſeruationem elegerunt uiam & actionem ciuilem qua electa dormire debet criminalis,cum enim ad idẽ plures alicui competunt actiones , una electa alia dormit. l. quod in hæredem.§.eligere.ff.de trib.l.nemo.§.quoties.ff de reg.iur. not. Bar.& alij per illum tex.in l.interdum.ff.de pub.iudi.& in l.ij.§. hoc edicto.ff.ui bono.rapt.& in l.j.C. quam ciuil. actio. in ij.oppoſi.ubi uult quod pendente ciuili non põt intẽtari criminalis qñ ex eadem cauſa actiones competunt, & idem actor experitur ꝯ eundem reum,ut no.in l.iij.C.de ordi. iudi. & in l. quod ſenatus.& l.ſeq.§.j.ff.de iniu.& ponit Saly.in d.l.j.in v.op
24 po.&in vij.opp& in opp.x.in diſtin.ſua.] Vbi ẽt tractat an poſſunt cumulari,& pp quid impediat acumulatio dictarũ actionum,& an abſolutoria lata in ciuili præiudicet in criminali,cõcludens,ꝙ ſic.qñ ſuper facto profertur ꝙ remiſsiuẽ ſentit Bar. in d.l.j.& diffuſius in l.ij §.j.ff.ui bono.rapto.de quo per Dyn. & alios in reg.nullus pluribus,de reg.iur.lib.vj.& per doct.in l. edita.C.de edẽ.& in l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acq. poſ.& per Card.in c.ij.& iij.extra de libel. obl. & ꝯñr cum dicti.d.Alber.& Georgius per dictam trãſactionem & reſeruationem elegerint actionem ciuilem , quæ hucuſque non eſt finita ſed pendet, ea pendente criminalem inten tare non poſſunt.
25 † Prout a criminali ſunt penitus excluſi etiã in poſito quod ciuilis electa fuiſſet finita, propter eorũ deſiſtentiam a criminali a qua deſtiterunt trãſigendo ſup crimine & delicto ſup quo ex diſpoſitione iuris,iuncto ſtatuto & lege municipali, omni reſpectu licita & permiſſa fuit tranſactio omni tempore,ut ſupra probatum eſt,quibus omnibus cõſideratis reſultat aperta & uera concluſio ipſos dominos Albertum & Georgium, non poſſe agere criminaliter de furto cõtra ipſum ſer Gaſparinum,ſi autẽ prætendunt aliquem errorem fuiſſe commiſſum illum ciuiliter proſequi poſſunt,prout elegerunt & reſeruarunt, non obſtant adducta ſuperius in contrarium.ꝙ dicta tranſactio fuit limitata & non debet capere cauſam criminalem, nam ut ſuperius ꝓbatum eſt, dicta tranſactio fuit & eſt generaliſsima , & ea uerbis in ea contentis cumprehendit omnem cauſam & ciuilem & crimi. procedentem ex eodem facto prout eſt præſens quæ eſt annexa,& de ea abſque aliquo dubio fuit ſaltem in genere
26 bene cogitatum,ut ſupra in iure probatum eſt.¶ † Et coadiuuatur ex geminatione & reiteratione dictæ tranſactionis quæ poſt ſe habet inſtrumentum fideiuſsionis continens idem, & inſtrumentum ſolutionis quæ geminatio oſtendit enixam uoluntatem.lege.baliſta.cum uulga. ad Trebel. & am-
27 pliat iſtum,ut ibidem not.¶ † Non obſtat ſecundum,de l.j.C. quam.ciuil.act.cum concord. nam ceſſat quando ciuilis eſt electa & pendet ut.ſ.deductum eſt,item quando crimina.fuit ſublata mediante tranſactione & deſiſtentia , non obſtat tertium, nam in priuatis delictis in quibus uenit imponenda pœna ſanguinis & mortis prout eſt in furto ſtante ſtatuto municipali ꝑmiſſa eſt tranſactio utrinque & omni tempore ẽt ante accuſationem ex quo per eum inducta fuit deſiſtentia , quæ penitus excludit tranſigentem in caſu permiſſo & deſiſtentem,ut ulterius criminaliter ꝯ eundem reum agere non poſsit,ut pleniſsimè de uno quoque ſuperius dictum eſt, nõ obſtat ultimum de reſeruatione, nam retorquetur in contrarium & fortiter ſtringit contra dictos domi.Alber.& Georgium ut ꝯ ipſum ſer Gaſparinum non poſsint criminaliter agere prout agunt, rãtionibus,iuribus,& deciſi.ſup.adductis. Paulus Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Inditium probandum eſt per duos teſtes.*
2 *Vnus teſtis de uiſu directo deponens de maleficio ſufficiens eſt ad torturam.*
3 *Quod uerum quando talis teſtis eſt integer, & omni exceptione maior.*
4 *Mandatarius in delictis puniri debet,nec excuſatur propter mandatum,& nu.7.*
5 *Depoſitio mandatarij non facit inditium ad torturam contra & aduerſus mandantem.*
6 *Fallit in aſſaſsino.*
7 *Mandatarius non eſt idoneus teſtis contra mandantem.*
8 *Particeps & ſocius criminis,non eſt idoneus teſtis, & nu.9.*
9 *Interrogari non debet de alius regulariter ſocius criminis,& u.8.*
10 *Et depoſitio ſocij criminis ſola non facit indicium ad torturam,& nu.11.& 12.*
13 *Bona fama & uita inquiſiti purgat indicia,& in ſui fauorem multa operatur.*
14 *Arbitratrium iudicis eſt,an delicta ſufficiant ad torturam,tamẽ tale arbitrium debet eſſe regulatum & non abſolutum.*
15 *Antequam perueniatur ad torturam,neceſſario multa præcedere debent.*
16 *Socius criminis,in tortura nominans aliquem non operatur,quod nominatus ex hoc ſolo ſit torquendus.*
17 *Teſtis uilis ſine indicijs non debet torqueri , & ſi iſtud ſit eius diſpoſitio contra alias non probat.*
18 *Suſpitio de falſo quando habeatur pro ueritate.*
19 *Exemplum non facit fidem.*
Scribens allegationes iuris falſo quando puniatur, & per totũ cõſ.
20 *Iudex non tenetur ſequi allegationes iuris.*
21 *Falſum quid ſit.& nu.25.*
22 *Falſitas poteſt committi etiam in ſcriptura priuata.*
23 *Debet eſſe nociua falſitas,ut puniri poſſet aduerſus mandantem ſeu falſificantem,& ſeq.& nu.28.29.30.*
24 *Falſum ſtrictè ſumptum,ut puniatur leg.Corne. contineri debet in aliquo capite dictæ.l.*
25 *Mutare quid ſit.*
Scribens falſo ſcripturam non authenticam nec ſigillatam,qua pœna ſit afficiendus & ſeq.
26 *Falſo ſcribens priuilegium regis quando & qua pœna puniatur.*
27 *Abradens priuilegium regis,quando & qua pœna puniatur.*
28 *Falſitas requirit dolum.*
29 *Qualibet cauſa excuſat à falſo.*
Fabricans falſam ſcripturam , licet ea non utatur, & licet non ſit nociua,tamen puniri debet,non pœna leg. Corne.ſed alia arbitraria,nu.29.& 30.
30 *Scribens falſo priuatam ſcripturam teſtamenti,& dictãs ſeu mãdans non puniatur l.Cor.ſed alia pœna.*
31 *Qui non utitur ſcriptura falſa non punitur.*
32 *Obripiens iudici contra ueritatem , quando teneatur pœna falſi. ſeq.*
Intellectus plures dantur ad leg.ſi quis obrepſerit,& Bart. ibi.ff. de falſis,& ſeq.
33 *Dicta.l.obrepſerit procedit quando quis præſentauit aliquid obreptitiè,& obtinuit,non autem in ſcribente ſeu dictante falſas allegationes.*
34 *Nec procedit quando agitur ciuiliter.*
35 *Sed procedit in obreptione probatoria,non in ea quæ narratoria eſt quoniam iſta pertinent ad.l.Remmiam.*
36 *Allegans dicta,& apoſtillas alicuius doctoris falſo , quando teneatur falſi,& ſequenti.*
37 *Quando in ſcriptura continentur ueræ allegationes,& apponitur falſo nomen auctoris,non ueri, an committatur falſum , & quo caſu,& per quem,nu.39.*
38 *Allegans falſas ll.an committat falſum , & qua pœna puniatur.*
39 *In quibus caſibus procedat doctrina Bar.in l.ſi.ff.de falſis.*

CONSILIVM. CLI.

PAVCIS Agam circa præſentem conſultationẽ
1 in qua conſiderandum eſt,† ꝙ regulariter quodlibet inditium probandum eſt per duos teſtes,ut hř per gl.in l.fi.C.fami.erciſc.ubi Bart.& doc. & per Bar.& alios ſcriben.in l.fi.col.ulti.ff.de quæſt. & in l.admonendi.colu.xj.ff.de iu.iur.ponit Inn.in c. ſicut extra de ſimo. cum alijs adductis per Ang.in trac.maleſi.in uer. fama publica. car. ij.uer.quæro qualiter probetur indicium,& per Alex.in conſi. xviij.Viſo proceſſu,col.ulti.in j.libr.& per Barth.Cæpol.conſi, xl.Lucius,car.iij.colum.ultima.& per Sal.in l.fin.C.de quæſti.
2 † Tñ qñ eſt unus teſtis , qui deponit directo de ipſo maleficio ſufficiens eſt ad torturã,ut no gl.in l.ſi quis.C.ad l.Iul. maieſt. & in l.maritus,ubi ẽt Bar.ff.de quæſt.& ponit Bar.& Bal. in d. l.fi.C.fa.erc.& i l.i bonæ fidei.C.de iu.iu.& in l.admonẽdi.c.t.

ff. quo conſiderato vr̃ dicendum ꝙ ipſe Hierony. Caleita qui
inquiritur de falſitate poſſit ad eruendam ueritatem torqueri,
quum ꝯ ipſum ſit examinatus Martinus malpaga, qui depone-
re vł de ipſo maleficio, & falſitate, qm̃ aſſerit ſe ſcripſiſſe illas
allegationes, quæ prætendumur falſæ dictante, & mandante ip
ſo Hierony. caleita, & conſequenter eius depoſitio directo eſt
ſuper ipſo maleficio, & non ſuper inditio remoto, quo caſu di-
ctum unius vr̃ ſufficere ad torturam deciſionib. & iuribus ſupra
adductis, & per Phil. Cor. in conſi. ſuo. cclx. Viſa inquiſitione.
col. pe. uer. nec ob. in iij. lib. ubi uult ꝙ teſtis unus deponens di
recto ſuper delicto facit inditiũ ſufficiens ad torturã licet alias
inditia remota debeant probari per duos teſtes, ut. ſ. allegatũ
eſt, & eſto ꝙ dictum unius ſit dictum. l. iuriſiurandi. C. de teſti.
c. tam literis. c. licet ex quadam, extra de teſtib. ¶ Hoc tñ non
obſtante in caſu præſenti neceſſario concludendum eſt ꝯtrium,
nam ex pluribus depoſitio dicti Martini non ſufficit, ut dicto
Hieronymo tortura adhiberi poſſit, ſi. n. conſideramus eius de
poſitionem, ut unius teſtis, licet directo uideatur deponere ſup
ipſo delicto, tñ cum non ſit integer, nec idoneus, nec teſtis om
ni exceptione maior, eius depoſitio modo aliquo non ſufficit
3 ad torturam.† Tunc. n. dictum unius teſtis directo deponentis
ſuper ipſo maleficio ſufficit ad torturam. Qñ talis teſtis eſt inte
ger, idoneus, & omni exceptione maior alias ſecus, ita Barto. &
ſcriben. per illum tex. in l. j. §. idem Cornelio. in priu. & ibi Ale.
in addi. ff. de quæſtio. & idem Bar. eo. ti. in d. l. maritus. in ij. op-
po. & in. l. fi. eo. ti. & in d. l. admonendi, ubi Bal. & reliqui ſcrib.
& per Bal. & Saly. per illum tex. in l. fi. C. de proba. adducentes,
l. optimã. C. de ꝯtrahen. & com. ſtip. & ponit Bal. in l. cuſtos pop.
col. vj. C. de ſum. tri. & fid. catho. & Ang. in l. fi. C. de quæſtio. &
Bal. in l. milites. eo. tit. cum alijs adductis per Mod. poſt alios in
